DE GRAECAE LINGUAE DIALECTIS

SCRIPSIT

Heinrich Ludolf

HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.

LIBER PRIMUS.

DE DIALECTIS AEOLICIS ET PSEUDAEOLICIS.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXXIX.

DE

DIALECTIS AEOLICIS

ET

PSEUDAEOLICIS

SCRIPSIT

HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXXIX.

AUGUSTO BOECKHIO

S. P. D.

HENR. LUD. AHRENS.

Quum ante hos decem annos almae Georgiae Augustae (heu, quantum nunc distat ab illa!) alumnorum numero tum adscriptus primitias studiorum meorum (de Athenarum statu etc.) in lucem edidissem, nullum cujusquam judicium gratius mihi contigit, quam quod Carolus Fridericus Hermannus, vir et doctrinae et humanitatis nomine insignis, primum cum Corporis Tui Inscriptionum Graecarum fructum appellare dignatus est. Ita enim a praeceptoribus numquam satis colendis, Beato Dissenio et Carolo Odofredo Müllero, ita assiduo operum Tuorum usu Te et admirari et amare edoctus eram, ut summa voluptate afficerer, quum Tibi meam qualemcumque laudem debere atque Tecum pietatis quodam vinculo conjunctus esse viderer. Jam duobus lustris peractis quum majus opus publico judicio committere auso iterum Tuis potissimum vestigiis insistendum fuisset, accedente praeterea insigni humanitate,

qua studia mea privatim adjuvisti, non potui mihi temperare, quin reverentiae meae atque pietatis documentum hoc Tibi dedicarem, simul quaesiturus, num hanc alteram Corporis Tui progeniem suscipiendam judicares. Neque despero fore, ut sanguinis quodam amore victus filiolam, pulchrae matri vix comparandam, nolis aspernari. Pauca tamen praefando, quae plura essent, nisi molestissima dextrae debilitas ex aliquot mensibus scribendi laborem paene intolerabilem efficeret, infantis causam agere haud alienum videtur.

Operam in hac potissimum antiquitatis parte collocatam vix opus est excusare. Mirum enim potius videtur et paene incredibile, his triginta annis, quibus tantum studii et laboris in linguarum, nec minime Graecae, indole cognoscenda cum uberrimo fructu consumptum est, neminem exstitisse, qui post Maittairii opus Sturzii cura iteratum universam de Graecis dialectis doctrinam retractare dignaretur. Neque enim illi ita rem egerant, ut sua aetate magna laude digni essent, neque, etiamsi sex abhinc lustris, quae exhibuerunt, omnibus numeris absoluta visa essent, diu hominibus satisfacere poterant, quum gravissima multa grammaticorum scripta postea aut primum aut emendatiora in lucem edita, plerique scriptores Graeci accuratius recensiti, inscriptionum thesaurus Tua opera tandem reclusus, multa de singulis sagaciter et docte disquisita, denique linguarum ratio omnino penitius cognita, novam huic parti operam navari juberent. Ne-

que qui id faceret, indigne otio abusurus esse cuiquam videri poterat, qui quidem Graecam linguam et Graecos scriptores accuratius cognoscere operae pretium judicaret, praesertim postquam Jacobus Grimmius, vir omnigena laude cumulandus, conspicuo Grammaticae Diutiscae exemplo docuit, dialectorum secundum aetates vel stirpes diversarum diligenti et sagaci comparatione quam possit in secreta linguarum penetrari.

Contra exponendum est, cur nostris humeris gravissimum onus subire conati simus, neque aliorum operam, praesertim liberali praemiorum pollicitatione nuper excitatam, exspectare maluerimus. Lustrum ferme praeterlapsum est, ex quo otium nostrum Homericae linguae pervestigationi dedimus eoque omnium virium contentione eniti constituimus, ut veram et incorruptam Graecae linguae, qua Homerus usus esset, speciem quam fieri posset accuratissime describeremus. Quo quum primum diligenti ipsius Homericae linguae observatione pervenire conati essemus, neque sine aliquo fructu, nisi forte documentum studii nostri, quod in lucem edidimus *), immerito doctorum quorundam aliquam laudem tulit; mox tamen intellectum est, summam operis non posse nos absolvere, nisi accurata Graecarum dialectorum cognitione instructos. Eo ipso tempore, novissimi anni mense Martio, in ma-

*) Ueber die Conjugation auf μι im homerischen Dialecte. Nordhausen 1838.

nus nostras incidit Petropolitanae Academiae provocatio, qua omnium terrarum docti viri exciti sunt, ut pleno et absoluto Graecarum dialectorum corpore confecto et antiquissimae Graecae linguae ratione inde illustrata de praemio insigni munificentia proposito certarent. Quaestio proposita ita nostrorum studiorum rationi convenit, ut primo infelicissimum casum exsecraremur, quo post annum demum exactum provocatio illa in solitudinem nostram silvestrem perlata est, quippe qui, quum in gravissima operis parte jam diu versati essemus, plerisque melius instructi in arenam descensuri fuisse videremur: deinde, operis amore victi, quamquam totum perfici non posse satis patebat, dubitavimus, possetne fieri, ut graviore parte absoluta aliquam laudem reportaremus, et intrepido animo nos adcinximus. Mox intelleximus, ita non posse aliorum vestigiis insisti, sed omnia proprio labore esse retractanda, ut, si nobis, nedum doctioribus, satisfacere vellemus, integram quaestionem vix decem annorum indefesso labore, uno anno tantillam partem absoluturi essemus, quam Petropolitanae Academiae judicio subjicere ridiculum videretur. Ita tamen interea hoc studiorum genus adamaveramus totque nova et utilia in re paucorum studiis delibuta brevi tempore reperire nobis visi eramus, ut non possemus nobis temperare, quin et continuaremus opus inceptum et nostri laboris qualescumque fructus in publicum edere constitueremus. Neque tamen reprehensionem aut possumus aut volumus deprecari, si forte Pe-

tropolitana provocatione excitati doctiores in hoc argumento ita versati erunt, ut nostra studia inania videri possint. — Sin vero haec prima operis pars Tibi et aliis idoneis judicibus aliqua laude digna erit visa neque alii interim exstiterint, qui laudabiliora exhibeant, propositum est de omnibus Graecis dialectis, praeter Atticam, quae vulgo grammaticis curae est, ita disputare, ut cujusque proprietas, omnium inter se ratio appareat. Neque tamen praemittenda judicavimus, quae universo operi prooemio essent, et quia dubium videbatur an desistendum esset a proposito, et quia pleraque non possunt cum fructu disputari, priusquam de singulis dialectis accuratius quaesitum sit. Nunc sufficit monere, primum de iis nos acturos Graecae linguae differentiis, quibus variae Graecorum stirpes usae sunt, deinde ad eas accessuros, quae aut, quod in Homericis carminibus factum esse videtur, antiquorum rhapsodorum et librariorum culpa aut scriptorum arbitrio mixtam quandam speciem praebent, nisi forte inter ipsum opus ordinem propositum mutare satius visum erit. Ab Aeolicis dialectis initium faciendum duximus et quia fuerunt nuper, qui, Te potissimum auctore, Aeoles reliquis Graecis antiquissimae linguae tenaciores fuisse contenderent, et quia in hac operis parte minus doctorum studiis destituta optime, quid ipsi valeremus, dijudicari posse opinabamur.

De via atque ratione, quam secuti sumus, nunc in tanta scribendi difficultate praefari nolumus. Alii alia

reprehendent et desiderabunt, qui si meliora docebunt, gratissimum nobis facient. Si qua deerunt ex antiquis grammaticis, e scriptoribus Aeolicis, ex inscriptionibus atque nummis, quae ad Aeolicam dialectum illustrandam facere videantur (neque tamen multa aut gravia esse confidimus), amplae bibliothecae continuo usu destitutis apud aequos judices aliquid excusationis erit. Grammaticorum graviora testimonia quod in annotationibus subjecimus, omnibus, etiam qui illorum opera teneant, gratum fore existimamus. Contra ne libri moles supra modum augeretur, maxime brevitati studuimus in grammaticorum erroribus refutandis, iis potissimum, qui quasi solemnes saepissime redeunt. Antiquorum enim de dialectis opiniones aliquando singulari commentatione illustrare in animo est. Non minus chartae pepercimus in recentiorum opinionibus commemorandis. Si qua acute et accurate disputata sunt ante nos, suas cuique laudes detrectare noluimus. Prae aliis nonnulla debemus Giesio, qui insigni doctrina instructus in Aeolicam dialectum inquirere instituit, sed, longe diversam a nostra rationem secutus, tantum in aditu operis moratus est, ut immatura morte praereptus vix limen superaverit, plura de Lesbiaca dialecto Nevio, Welckero, Seidlero, plurima de Boeotica Tibi. Errores autem, etiam eorum, qui merito summa doctrinae laude florent, raro, unde solent multi sibi laudem quaerere, amplis disputationibus detegere placuit, sed satis habuimus nostris rationibus probandis

illorum peccata tacite damnare. Saepius Tecum quam cum aliis pugnavimus, non quo saepius Te lapsum esse judicaremus, sed quia tanta est Tua apud nos auctoritas, ut aegre ipsi nobis crederemus, si quando a Te dissentiendum videretur.

In Appendice Alcaei, Sapphus, Corinnae carmina addidimus, quanquam nuper a Schneidewino nostro in Delectu multo quam antea emendatiora edita erant. At primum id spectavimus, ut lucido exemplo declararemus, qua dialecto illorum carmina usa esse arbitraremur, nostro quidem proposito audaciorem constantiam convenire rati; praeterea haud paucas, quibus sensus tangitur, emendationes tentavimus. Ordinem fragmentorum servavimus Schneidewinianum, numeris tamen Matthianis et Nevianis adscriptis; addidimus ea frustula, quae ille suum consilium secutus omisit; in notulis eas librorum lectiones enotavimus, quae proxime ad conjecturas receptas accedunt, et brevissime, pleramque ad nostrum libellum vel ad Museum Rhenanum ablegando indicavimus, cur a prioribus editoribus, maxime a Schneidewino discesserimus. Quum enim, ne libri moles nimis augeretur, emendationes nostras, quae ampliore disputatione egerent, Welckero transmisissemus, pars in Musei Rhenani vol. VI. fasc. II. lucem vidit, reliquis speramus Welckerum in proximo fasciculo locum concessurum. In Theocriti carminibus Aeolicis raro a codicibus discedere ausi sumus, quia latet, quam accurate imitator

Aeolicam dialectum expresserit: ceterum haec vix addidissemus, si editio Meineckiana recentior prius in manus nostras pervenisset.

Haec fere sunt, quae neque Te, Vir Clarissime, neque reliquos lectores celare volui. Deus optimus maximus precibus meis concedet, ut dextrae libero usu restituto mox et inceptum opus continuare et, si opus erit visum, rationes meas accuratius probare liceat. Tu, quod consilium in quibusque secutus sim, etiam tacente me optime intelliges, Tuum qualecunque judicium justum habebo, Tibi quae placuerint satis placuisse, quae Tu vituperaveris, mihi quoque damnanda judicabo. Vale!

Dabam Ilfeldae Idibus Sextilibus.

Index.

Index siglorum et abbreviationum.

A. vel Alc. Alcaeus e nostra, quam in Appendice dedimus, recensione.

Ann. Ox. Anecdota Graeca e codd. manuscriptis bibliothecarum Oxoniensium descripta a Cramero.

App. Et. G. Appendix Etymologici Gudiani.

Auct. π. ὁμ. δ. Auctor περὶ Ὁμηρικῆς διαλέκτου apud Maittairium de dialectis ed. Sturz.

Aug. Grammaticus Augustanus post Schaeferi Gregorium Corinthium.

Bekk. Anecdota Graeca Bekkeri.

Choer. Choeroboscus et, ubi nihil additur, ejus liber de orthographia in Anecdotorum Oxoniensium volumine secundo.

Cor. Corinnae fragmenta in Appendice.

C. I. Corpus Inscriptionum Graecarum ed. Boeckh.

Cum. Marmor Cumaeum. vid. §. 2.

Cod. Par. } Excerpta e codice Parisiensi post Schaeferi Grego-
Exc. Par. } rium Corinthium.

Et. G. Etymologicum Gudianum.

— M. — Magnum.

— Or. — Orionis.

Eust. Eustathii Commentarii Homerici.

Ex. Cr. Exercitationes Criticae.

Giese über den Aeolischen Dialect.

Gr. Grammaticus.

Greg. C. Gregorius Corinthius ex editione Schaeferi.

H. Ad. Hortus Adonidis.

Herod. π. μ. λ. Herodianus περὶ μονήρους λέξεως ed. Dindorf.

J. Gr. Joannes Grammaticus in Horto Adonidis.

Jo. Al. Joannes Alexandrinus περὶ τόνων ed. Dindorf.

Lamps. Marmor Lampsacenum. vid. §. 2.

Leid. Grammaticus Leidensis post Schaeferi Gregorium Corinthium.

Lesb. Inscriptiones Lesbiacae in Corp. Inscr.

Lex. de spir. Lexicon de spiritibus post Ammonium Valckenarii.

Meerm. Grammaticus Meermannianus post Schaeferi Gregorium.

Mus. Rhen. Musei Rhenani Welckeriani Vol. VI. Fasc. II. et fortasse Fasc. III., vid. Praef.

Ox. Anecdota Oxoniensia Crameri.

Prisc. Priscianus ed. Krehl.

S. Sapphonis reliquiae in Appendice.

Scholl. Dion. Scholia ad Dionysium Thracem in Bekkeri Anecdotis.

Seidl. Seidlerus in Mus. Rhen. 1829.

Th. Theocritus in Appendice.

Tryph. παθ. λεξ. Tryphonis πάθη λέξεως in Mus. Cantabr. Vol. I.

Vatic. Excerpta e codice Vaticano post Gregorium Schaeferi.

De dialectis Aeolicis in universum.

§. 1.

1) Quod vulgo quatuor Graecae linguae dialecti enumerantur, Attica, Ionica, Dorica, Aeolica [1]), indicare videtur, omnes, qui reliquis non usi sint, Graecos Aeolice loquutos esse et Aeolicae fuisse stirpis. Neque aliter Strabo [2]) judicavit, qui hanc stirpem dicit plerosque Graeciae populos amplecti; extra Isthmum omnes, exceptis Megarensibus, Atticis et Doribus ad Parnassum, etiamtum Aeoles vocari; Peloponnesum olim totam Aeoles tenuisse, quibus etiam Achaeos adnumerat; post Heraclidarum reditum solos Eleos et Arcades integriorem

1) Vid. quos affert Maittair. de diall. ed. St. p. XXX; dialectum communem, quam multi quintam ponunt, consulto omisimus.

2) Strab. VIII. p. 513: *πάντες οἱ ἐκτὸς ἰσθμοῦ πλὴν Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων καὶ περὶ τὸν Παρνασὸν Δωριέων καὶ νῦν ἔτι Αἰολεῖς καλοῦνται· — καὶ οἱ ἐντὸς Αἰολεῖς πρότερον ἦσαν, εἶτ᾽ ἐμίχθησαν, Ἰώνων μὲν ἐκ τῆς Ἀττικῆς τὸν Αἰγιαλὸν κατασχόντων, τῶν δὲ Ἡρακλειδῶν τοὺς Δωριεῖς καταγαγόντων — οἱ μὲν οὖν Ἴωνες ἐξέπεσον πάλιν ταχέως ὑπὸ Ἀχαιῶν, Αἰολικοῦ ἔθνους, ἐλείφθη δὲ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ τὰ δύο ἔθνη, τό τε Αἰολικὸν καὶ τὸ Δωρικόν. Ὅσοι μὲν οὖν ἧσσον τοῖς Δωριεῦσιν ἐπεπλέκοντο, καθάπερ συνέβη τοῖς Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις — οὗτοι Αἰολιστὶ διελέχθησαν· οἱ δ᾽ ἄλλοι μικτῇ τινὶ ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ᾽ ἧσσον Αἰολίζοντες.* —

Aeolicam dialectum servasse. Strabonem vero in his non antiquas de Aeolica stirpe et dialecto traditiones, sed vulgatam illam quatuor dialectorum divisionem sequutum esse, ipse satis prodit, quum paullo ante tot Graecorum fuisse stirpes affirmat, quot dialectos, quatuor, Ionicam, Atticam, Doricam, Aeolicam, Athenienses propter dialectum male ab Ionibus segregans, dum Heraclides Ponticus apud Athen. XIV, 624 cautius tria Graecorum *γένη* Dores, Aeoles, Iones distinguit. Neque recte Strabo illa divisione omnes Graecorum stirpes et dialectos contineri opinatus est. Antiqui enim grammatici eas tantum dialectos spectabant, quibus scriptores usi essent, ceteras, quae non vigebant, nisi in ore populi, non curabant. Nec, si omittamus, quaecunque e mythicis genealogiis colliguntur, quia vix quidquam est, quod inde colligi nequeat, Elei, Arcades, Locri, Phocenses, Aetoli, Acarnanes, unquam praeter Strabonem Aeolicae stirpi diserte adnumerantur vel Aeolica dialecto usi esse referuntur. Contra, ut taceamus de Arcadibus Pelasgis, quia etiam Aeoles Pelasgi vocantur [3]). Locri certe Leleges habebantur [4]), Aetoli adeo Doribus adnumerantur [5]), nec minus Epirotae Dorica dialecto uti dicuntur [6]), quae quam vera sint, alio loco quaeretur. Nunc sufficiat monere, et in Eleorum Arcadumque dialectis nihil, quod quidem sciamus, inesse, cur Aeolicae potius quam Doricae dialecto adnumerentur, et Phocenses, Delphos,

---

3) Herod. VII, 95. Strab. V. p. 335.

4) Strab. VII. p. 495. Dion. Hal. I, 18.

5) Steph. Byz. s. v. *Ἰωνία: ἐν δὲ Δωριεῦσιν Αἰτωλοί, ἐν δὲ Αἰολεῦσι Βοιωτοί, ἐν δὲ Ἴωσιν Ἀθηναῖοι.*

6) Joann. Gr. 236, b: *Δωρίδι χρῶνται Ῥόδιοί τε καὶ Κῷοι καὶ Πελοποννήσιοι καὶ Κρίσκοι καὶ Σικελοὶ καὶ Λιβύες καὶ οἱ τὴν ἤπειρον λεγομένην οἰκοῦντες,* pro quo in recentioribus editionibus et Gr. Meerm. p. 642 est *οἱ τὴν παλαιὰν ἤπ. οἰκ.* — *Κρίσκοι* in edd. recc. et apud Gr. Meerm. omissum nescio, quomodo emendari possit, nisi velis *Κρισαῖοι*, quanquam mirum est urbis olim dirutae a grammatico mentionem fieri.

Aetolos, si qua fides est inscriptionibus, non multum a Dorica dialecto discrepare (vid. §. 52—54).

2) Strabone repudiato tres tantummodo populi ab Heraclidarum inde reditu et Aeoles vocantur et Aeolica dialecto usi dicuntur, Aeoles Asiani, Boeoti, Thessali.

In Aeolibus Asianis firmissime haesit Aeolum nomen, ita ut nullo alio appellarentur. Quo quum accederet praeterea, quod horum dialectus e Lesbiorum poëtarum carminibus notior erat ceteris, non mirum est, antiquos, ubi Aeoles Aeolicamque dialectum nominant, fere semper Asianos Aeoles significare. Patet vero haec grammaticorum consuetudo inde, quod Alcaeum et Sappho Aeolicae dialecti auctores habere solent, et quod quae ex illa tradunt, nunquam fere non conspirant cum Lesbiorum poëtarum et titulorum lingua, simul a Boeotorum et Thessalorum dialectis haud levi discrimine distant. — Boeoti non multis, sed certissimis testimoniis Aeoles vocantur [7]), et interdum, raro tamen, grammatici, qui plerumque Boeoticam dialectum suo nomine distinguunt, Aeolica vocant, quae certissime aut magna cum veri specie Boeotica habenda sunt [8]). Thessaliam olim fere universam Aeolum fuisse, antiquis certum erat, qui ipsam terram Aeolidis nomen habuisse tradunt [9]). Etiam Thessali, qui e Thesprotia irruentes antiquis incolis vel expulsis vel subjectis terrae a se nomen indidere, Aeoli-

---

7) Thucyd. VII, 57. cf. III, 2; Steph. B. s. v. *Ἰωνία* et s. v. *Χαλία* e Theopompo; Pausan. X, 8; Id. IX, 22, 3 Corinnam, quae Boeotica dialecto usa est, cecinisse dicit, *ὁποῖα συνήσειν ἔμελλον Αἰολεῖς*; Plut. Q. Symp. VI, 7. p. 691, A, ubi Plutarchus Boeotus *παρ᾽ ἡμῖν Αἰολεῦσιν*; Id. Quaest. Gr. p. 292. *Βοιωτοὶ Αἰολίζοντες*; Scholl. Pind. Ol. I, 162 et Pyth. II, 127.

8) Res certissima in Prisc. I. p. 35. vid. §. 38 not. 5; alia videbimus §. 37 not. 1, §. 40, not. 5. 9, §. 42, 1 etc.

9) Herod. VII. 176. *Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτῶν, οἰκήσοντες τὴν γῆν Αἰολίδα, τήνπερ νῦν ἐκτέαται.* cf. Diod. IV, 67. 68 etc.

bus cognati dicuntur ab Heraclide Pontico [10]. Quem si forte minus accurate antiquos incolas Thessalis subditos Thessalorum nomine significasse putes, tamen hos ipsos antiquam dialectum servasse et fortasse cum dominis rudioribus communicasse, et satis verisimile est et comprobatur iis, quae de Thessalorum dialecto cognita habemus, quippe quae fere omnia vel Asianis Aeolibus vel Boeotis communia sint. Etiam Perrhaebi, antiquus Thessaliae populus, Aeolibus adnumerantur, eorumque urbis Gonnorum nomen recte, ut videtur, ex Aeolica dialecto explicatur [11]. Denique grammatici, rarissime quidem, Aeolibus tribuere videntur, quae sunt Thessalicae dialecti (vid. §. 50, 3).

3) Praeter hos tres populos nulli Graecorum usquam, si Strabonem excipias, Aeolibus adnumerantur. Illos enim Aeoles, qui antiquissimis temporibus Corinthi, in Euboea, in Aetolia habitabant, postea a Doribus, Ionibus, Aetolis pulsi sunt, nostro jure praetermittimus. Nec plures quam tres Aeolicas fuisse dialectos, etiam grammatici cujusdam notabili testimonio comprobari videtur [12]. — Summopere autem cavendum est, ne unam fuisse Aeolicam dialectum putemus, cujus tria genera ita

---

10) Heracl. ap. Ath. XIV, 624, C: *Θεσσαλοί εἰσι τὴν ἀρχὴν γένους Αἰολεῦσι μεταδόντες.*

11) Steph. Byz. s. v. *Γόννοι* ex Eustathio p. 335, 38 supplendus. vid. §. 50 not. 3.

12) Gramm. Leid. p. 639: *γεγόνασι δὲ αὐτῆς (Αἰολίδος) τρεῖς μεταπτώσεις*, quae explicanda sunt ex eodem p. 629, ubi Ionicae dialecti agnoscit quatuor *μεταπτώσεις*; in quo quum aperte Herodotum secutus sit, qui (I, 142) Ionicae dialecti dicit esse *τέσσερας τρόπους παραγωγέων* in quatuor Ioniae partibus, etiam Aeolicae dialecti varietates intellexit, non procedente tempore natas, sed secundum tres Aeolicae stirpis populos diversas. Neque aliter idem de dialecto Dorica p. 635: *γεγόνασι δὲ αὐτῆς μεταπτώσεις πλεῖσται οὐ μόνον κατὰ πόλεις ἀλλὰ καὶ τὰ ἔθνη* (Koen. *κατὰ ἔθνη ἀλλὰ καὶ κατὰ πόλεις*); eaedem a J. Gr. 242, a, Greg. Cor. 294, Meerm. 656 vocantur *ὑποδιαιρέσεις τοπικαί.*

discrepuerint, ut ad omnes Aeoles referri possint, quae de singulis tradantur et maxime quae Aeolica vocentur, nisi de reliquorum differentia constet. Quem perniciosum errorem furca propellendum esse, Aeolicarum dialectorum, quam infra (§. 51) instituemus, comparatio lucidissime docebit. Apparebit enim, Aeolibus Asianis et Boeotis nihil fere commune esse, quin idem sit Doriensium, contra multis gravissimis rebus ita eorum dialectos differre, ut utraque vix alteri cognata videretur, nisi Thessalica, media inter illos, atque utrique haud dubie affinis, dissimiles sorores eadem matre ortas esse proderet. Praeterea grammaticos, ubi de Aeolica dialecto loquuntur, semper fere de Aeolibus Asianis, raro de Boeotis vel Thessalis, nunquam de omnibus Aeolibus cogitasse, satis inde apparet, quod quae Aeolica vocantur, ea ipsa rarissime Asianis et Boeotis communia sunt, et utrique simul nominari solent, si convenit inter eos.

4) Quae quum ita sint, rem ita instituendam duximus, ut de singulis dialectis Aeolicis ageremus, Aeolibus Asianis omnia dubitanter adscriberemus, quae quum Aeolica a grammaticis vocentur, non reperiuntur apud poëtas Lesbios neque in Aeolidis Asiaticae titulis, neque ea in horum dialecto tractanda silentio transmitteremus, quae Aeolibus tributa, Boeotica vel Thessalica fuisse, certissimum videtur. — Deinde etiam de ceteris, quae vulgo Aeolicae habentur, dialectis Eleorum, Arcadum, aliorum Pseudaeolicarum nomine disputabimus, quo melius appareat, optimo jure contra Strabonis auctoritatem ex Aeolicarum numero eas a nobis exemtas esse. —

De dialecto Aeolum Asianorum.

§. 2.

De fontibus.

1) Grammaticos antiquos, ubi monent de dialecto Aeolica, nunquam fere non intelligere solos Asianos

Aeoles, auctores habere Alcaeum et Sappho, supra monuimus. Unus Heraclides semel accuratius Lesbiorum dialectum distinguit [1]). Inde et ipsi, ubi nullum erroris est periculum, saepe Aeolicae dialecti nomen retinebimus, ubi accuratius distincto opus est, vel Asianos Aeoles nominabimus, vel brevitatis studio Lesbiacam dialectum vocabimus, a qua continentis incolas non multum recessisse, marmor Cumaeum docet. — Ceterum de grammaticorum auctoritate alio tempore agendum est. Nunc sufficit monere, plurima et optima deberi Heraclidae Alexandrino, cujus haud pauca servavit Eustathius, Apollonio Dyscolo et Herodiano, hujus filio, unde omnia fere sua hauserunt Theognostus, Choeroboscus et Etymologica. Neque tamen hos omnis erroris immunes esse, accurata inquisitio docebit. Grammatici de dialectis, Joannes, qui fertur, Philoponus sive Grammaticus, Grammatici (qui editi sunt post Gregorium Corinthium) Leidensis, Augustanus, Meermannianus, Vaticanus, deinde Excerpta Birnbaumiana post Etymologicum Gudianum, denique Gregorius Corinthius ex eodem fonte sua derivarunt, nisi quod hic pauca aliunde hausta addidit, et, quanquam saepe ita sunt corrupti, ut nihil inde sani elici possit, tamen multa non contemnenda de Aeolica dialecto tradunt. —

2) Certissima Lesbiacae dialecti, qualis inde ab Alexandro M. erat, cognitio capitur ex inscriptionibus Lesbiacis, quod valde dolendum, satis paucis. Propriam Lesbiorum dialectum tenent nr. 2166, Alexandri M. tempore incisa, quae quanquam lacera tamen summi est pretii, nr. 2167 valde lacera et recentioris aetatis, ut docet $\bar{\varepsilon\iota}$ pro $\bar{\iota}$ in *πολείταις*, deinde nr. 2172—2190 breviores et Romanorum imperatorum tempore scriptae, sed propter dialectum antiquam fidelius servatam, quam aliis in civitatibus hoc tempore fieri solet, non negligendae. Accedit decretum Cumaeorum, quod legitur in (*Caylus*) *Re-*

---

1) Eust. 1613, 22 ex Heracl. *τὸ γέλαιμι καὶ τὰ λοιπὰ Αἰολικὰ ὄντα τῆς Λεσβίων ἔχονται διαλέκτου.*

cueil d'antiquités Vol. II. Pl. LVI — LVIII, Augusti tempore scriptum, cujus dialectus nihil fere differt a Lesbiaca; denique ignotae urbis Aeolicae decretum ad Lampsacenos, unde nonnulla protulerunt Koenius ad Gregorium et Giesius de dialecto Aeolica, meis precibus, quale mox in Corpore Inscriptionum Graecarum in lucem prodibit, insigni humanitate Boeckhii et Franzii concessum. Titulus ante Romanorum in illis regionibus imperium scriptus videtur; interdum purior Aeolismus desideratur, ut *πᾶσαν* l. 9 pro *παῖσαν*, l. 28 *ὑπάρχειν* pro *ὑπάρχην* etc., vel dialectus sibi non constat, ut l. 16. 22 legitur *ἐν τῷ ἄγωνι*, quanquam in reliquis iota dativi semper omittitur, quae inde explicanda sunt, quod inscriptio Lampsaci, in urbe non Aeolica, a lapicida Aeolicae dialecti ignaro incisa est. —

3) Poëtae Lesbii, Alcaeus et Sappho, Aeolica i. e. Lesbiaca dialecto usi feruntur [2]) et saepissime a grammaticis ejus auctores habentur. Et satis quidem accurate eam expresserunt, non, ut Dorici poëtae lyrici, dialectum sibi ipsi finxerunt e variis dialectis compositam. Modo enim reputemus, in fragmentis hic illic servatis proprietatem dialecti facile deleri, paucissima, immo nulla fere apud illos leguntur diversa ab iis, quae aliunde Lesbiaca fuisse certum est. Nam ne duplices quidem, quae interdum reperiuntur [3]), formae sunt certa mixtae dialecti indicia; saepe enim in linguis et dialectis simul vigent formae pleniores et breviores, obsoletiores et usitatiores, neque mirum maxime poëtas talem linguae copiam in suum usum convertere, ut iidem quantitate syllabarum in

---

2) Apoll. de synt. 279, 25. Joann. Gr. 245, b, Greg. C. p. 6. 11, Leid. 639, Meerm. 643, Epigr. in Scholl. Pind. p. 8, B.

3) Ut *πιέζω* et *πιάζω* apud Alcaeum teste Herod. *π. μ. λ.* 44, 9 (§. 12 not. 1); gen. sg. decl. II. in $\overline{\omega}$ et $\overline{o\iota o}$ §. 20, 3; dat. pl. decl. III. in $\overline{\varepsilon\sigma\sigma\iota}$ et $\overline{\sigma\iota}$ §. 21, 3; *βασίληα* et *Ἀχίλλεα* §. 21, 6; digamma modo assumptum modo neglectum vid. §. 5, 3; *πόθημι* et *ποθήω* §. 25, 5 etc.

vulgari sermone minus certa ex arbitrio uti solent [4]). Ceterum Lesbiorum poëtarum dialectum majoris hic illic antiquitatis vestigia habere, quam quae in titulis multo recentioribus reperitur (vid. §. 31), neminem mirum habebit. — Fragmenta Alcaei et Sapphus, quantum fieri poterat, propria dialecto restituta, in Appendice addidimus. —

Praeterea Lesbiaca dialecto utuntur Theocriti idyllia 28 et 29, quorum dialectus a scholiasta [5]) Aeolica vocatur. Dialectum in priore codicum ope fere integram restituere licet; pauca non Aeolica, ut ἴσρον pro ἴρον, ἀπαλαλκέμεν pro ἀπαλάλκην, metrum tuetur; in altero saepius codices deserunt. Nec mirum esset, si etiam saepius imitator puram dialectum Lesbiacam non expressisset. Etiam haec carmina in Appendice emendatiora addidimus. Quae vulgata contra Aeolicae dialecti indolem in iis leguntur, saepe tacite neglexìmus.

4) Alii poëtae carminibus suis Doricis nonnulla e dialecto Lesbiaca intermiscuerunt. Alcman, qui ab Apollonio Dyscolo de pron. p. 136, ubi de digamma loquitur, συνεχῶς Αἰολίζων dicitur, nec minus a Prisciano, de eodem digamma agente (I. p. 21. 22), inter poëtas Aeolicos [6]) refertur (vid. §. 5 not. 4 et 12), digamma quidem non minus a Doribus antiquis accipere poterat, sed alia sibi concessit solis Asianis Aeolibus propria, ut σδ pro ζ, ἔχοισα etc. — Recte etiam Pindarus et Dorica et Aeolica dialecto usus esse dicitur ab Eust. p. 1702, 5 (cf. Ann. Ox. I, 278: Αἰολεῖς μοῖσα, ὧν ἐστὶ Πίνδαρος); is enim

---

4) Talia sunt ὤρανος et ὄρανος, πεῤῥάτων et πεϱάτων, μέσσος et μέσος etc. vid. §. 8, 11; §. 9, 1 et §. 16, 3; §. 7, 1 et §. 16, 2.

5) Argum. Id. 28. γέγραπται δὲ Αἰολίδι διαλέκτῳ; item Id. 29. in eodem cod. Vat. 6. inscriptum est Αἰολικὰ παιδικά.

6) Inde etiam hexametri, quos Priscianus ibidem ex Aeolicis poetis non nominatis affert, Alcmanis esse videntur, docente etiam Laconica forma Μῶσα, vid. §. 5. not. 5; de uno ex illis versibus idem sensit Welckerus ad Alcm. fr. 1.

etiam plura quam Alcman a Lesbiis assumpsit, non solum *ἔχοισα*, *Μοῖσα*, sed etiam *ὀρθῶσαις*, *πνέοισι* pro *ὀρθώσας*, *πνέουσι* et similia vere Lesbiaca, vid. §. 10. — Theocritus quoque, ut Argumenti ad Id. I. verbis utamur, *οὐκ ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος διαλέκτου*; certe, etiamsi Id. 28 et 29 omittas, saepe similia atque Alcman adhibuit, *σδ* pro *ζ*, *Μοῖσα* etc. — Accuratius et de his poëticis dialectis alio tempore agendum est, et de Homerica atque Hesiodea, apud quos poëtas haud pauca grammaticis Aeolica sunt.

Erinnam quoque Lesbiam *'Ηλακάτην* Dorica et Aeolica dialecto scripsisse tradunt Suid. s. v. et Eust. p. 326 fin. Nunc ejus carminis nihil superest; epigrammata, quae ejusdem nomen ferunt (Schneidew. Delect. p. 323), nihil fere Lesbiaci habent. — Melinno, quam Stobaei codices Lesbiam dicunt, in carmine ad Romam (Schneid. p. 454), aperte antiquorum poëtarum Lesbiorum dialectum imitata est, ut *σδεύγλα*, *βασιλῆον*, *κοιρανῆον* docent; audacius tamen est, ubique hanc dialectum restituere. — Pittaci, quae fertur apud Diog. Laert. I, 81, epistola, quanquam aperte subditicia, nonnulla Lesbiis peculiaria habet. — Omittimus alios poëtas, recentissimi maxime temporis, qui antiquiores sequuti, Doricam dialectum nonnullis, quae Lesbiacae propria sunt, temperaverunt; adeo ne prosa quidem oratio Pythagoreorum antiquitatem mentitorum talibus abstinuit.

Nolumus autem omittere Grammaticum Leidensem, qui p. 639 de Aeolica dialecto loquutus addit: *κέχρηται δὲ αὐτῇ Σαπφώ, 'Αλκαῖος, Μέννα καὶ ἄλλοι.* Koenius emendavit *Μυῖα*, quam voluit haud dubie Suidae Thespiensem lyricam, quae non diversa est a Corinna. vid. Suid. s. v. *Κόριννα*, Welck. in Kreuz. Melett. II. p. 10 seqq. Neque improbabile est, grammaticum Corinnae, Boeotica dialecto usae, Aeolicam adscripsisse, quum idem Boeotica *Μῶσαι*, *λιπῶσαι*, *βωλὰ* Aeolica dicat p. 637. 638. Ceterum possis etiam *"Ηριννα* vel *Μέλιννα* suspicari.

§. 3.

De accentu.

1) De Lesbiacae dialecti accentu omnis cognitio nostra ex antiquis grammaticis pendet. Nam si quando antiqui libri in Lesbiacis vocibus accentum a vulgato diversum tradunt, ii quoque grammaticorum praecepta sequuti sunt. Grammatici vero uno ore testantur, Aeoles accentum in ultima acutum fugientes retraxisse in priores syllabas, exceptis tantummodo, ut accuratiores monent, praepositionibus et conjunctionibus [1]). Inde factum est,

---

1) Herodian. H. Ad. 206, b. *οἱ Αἰολεῖς φεύγουσι τὴν ὀξεῖαν τάσιν· πᾶσαν γὰρ λέξιν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρ' ἡμῖν ὀξύτονον αὐτοὶ βαρύνουσι χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων.* — Choerob. Bekk. 1203. *πᾶσα λέξις ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι βαρύνεται· οἷον Ἀτρεὺς Ἄτρευς, σοφὸς σόφος, χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων· ἐπὶ τούτων γὰρ φυλάττουσι τὴν ὀξεῖαν τάσιν· οἷον ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, αὐτὰρ, ἀτὰρ, πρὸς* (?). Eadem fere leguntur in Ann. Ox. IV, 310, 19, nisi quod exempla sunt *Ἀχίλλευς, σόφος,* deinde *ἀνὰ, κατὰ, ἀτὰρ, αὐτὰρ.* — Priscian. XIV. p. 581. »Accentum habent praepositiones acutum in fine, tam apud Graecos, quam apud Latinos, qui tamen cum aliis legendo in gravem convertitur, nisi praepostere proferantur, quod Aeoles quoque, quamvis fugiant in fine acutum, in hac parte solent servare, quos in plerisque sequuti in hoc quoque sequimur.« — Athen. X, 425. A. *οἱ Ῥωμαῖοι — πάντα τοὺς Αἰολεῖς μιμούμενοι καὶ κατὰ τοὺς τόνους τῆς φωνῆς.*

Minus accurate alii non excipiunt particulas: Joann. Gr. 236, a. *τὰς λέξεις ἀντιστρέφουσι τὰς ὀξυτόνους,* ut *κάλος, πόταμος;* item Leid. 638, Vatic. 688, ubi *καταστρ.* et additur *σόφος,* J. Gr. 244, a. (§. 4. not. 1). — Apollon. de synt. 309, 5. *ἡ Αἰολὶς μετατιθεῖσα τοὺς τόνους τοὺς κατὰ τὸ τέλος εἰς βραχείας συλλαβὰς μετατίθησι κατὰ τὸ πλέον* (ut *ἄμμες*). — Herodian. Eust. 518. *Αἰολέων τὸ βαρυτονεῖν.* — Et. M. 575, 55. (Aeoles) *χαίρουσι τῇ βαρείᾳ τάσει ὡς τὸ Πήλευς,* unde recte a Bastio emendatur Greg. Cor. 602. *τάσει χαίρουσι,* postea eodem exemplo *Πήλευς* addito. — Scholl. Dion. Thr. 662. *Ἀ. τὴν βαρύτητα τῶν τόνων ἐζηλώκασιν.* — Eust. 1613, 21. *τὰ Αἰολικὰ δῆλον ὡς βαρύνεται.* — Arcadii Gl. Ms. apud Koen. ad Greg. C. 636. *χαίρουσιν οἱ Αἰολεῖς ἀναβιβάζειν τοὺς τόνους, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἀτρεὺς Ἄτρευς.* — Ann. Ox. I, 391, 30. *Ἀ. ἀναβιβαστικοί εἰσι*

ut grammatici, quaecunque aliqua de causa Aeolica putarent, barytona esse juberent, et Aeolica vocarent omnia, in quibus accentus retractus esset [2]).

2) Conspirant cum his grammaticorum praeceptis etiam quae de singulis vocibus monent. Primum, si syllabarum numerum spectamus, omnia bisyllaba nomina, vulgo acuto in fine notata, apud Aeoles accentum in penultima habere traduntur, ut *σόφος*, *θῦμος*, *χῶλος* [3]). De iis, quae duas syllabas superant, testantur qui Aeoles *προπαροξύνειν* dicunt ut *δύνατος* [4]). Adeo monosyllaba, quae longam vocalem aut diphthongum habent, hoc Aeolico more tanguntur, siquidem semper sunt perispomena [5]), quia aut contractione bisyllaborum nata sunt, aut certe accentum ex ultima vocalis parte in priorem retraxerunt, unde circumflexum fieri constat; nam ut vulgatum

---

τῶν τόνων, οἷον Ἀτρεὺς Ἄτρευς, σοφὸς σόφος, item Herodian. Ann. Ox. IV, 422, cum exemplis *Ἄτρευς, Πήλευς*, et Choerob. Bekk. 1294. sine exemplis. Saepe *βαρυντικοὶ* vocantur: Et. M. 548, 20; 752, 14; Et. G. 581, 9; Ann. Ox. I, 356, 26 et 403, 4; Scholl. Dion. 663, 21 et 929, 26; Eust. 265, 14 et 752, 14 etc.

2) Ita Choerob. Bekk. 1194. *πάντα τὰ εἰς $\overline{\upsilon\nu}$ βαρύνεται, ἐπεὶ τὰ πολλὰ παρ' Αἰολεῦσιν εὑρίσκεται.* — Et. M. 617, 52. *τὸ σύνοιδα Αἰολικόν ἐστι καθὰ τὸν τόνον ἀνεβίβασεν*, cf. p. 484, 4, et Ann. Ox. IV, 191, 19; alia vide not. 10. 14. 21. 31, §. 25, 2 etc.

3) J. Gr. 244, b. *τὰ δὲ δισύλλαβα ὀξυτόνως παρ' ἡμῖν λεγόμενα βαρυτονοῦσι· οἷον σόφος, κάλος, λεῦκος, ὄξυς, κόπις, θύρις, ἄκις, ἄσπις, βρῶμος* (leg. *βῶμος* e Greg. C.), *τράχυς* (leg. *τρᾶχυς*), *θῦμος, σκλῆρος, χῶλος.* Greg. Cor. 617. omittit voces in $\overline{\iota\varsigma}$, addit *βράδυς, βάρυς*; Meerm. 662. sola habet *σόφος, κάλος*.

4) Eust. 75, 2. *προπαροξυντικοὶ γάρ εἰσιν οἱ Αἰολεῖς ἐν πολλοῖς, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ δύνατος παρ' αὐτοῖς προπαροξυνόμενον καὶ μυρία ἄλλα.* Recte emendatur Gramm. in Ann. Ox. II, 368, 15, qui male *ἐλθέμεναι* Aeolicum dicens addit, *τὰς λέξεις ἀγαπῶσιν (προ)παροξύνειν.*

5) Gr. Meerm. 662. (et item leviter corruptus J. Gr. 244, b.) *περισπῶσιν ὡς ἐπίπαν τὰ μονοσύλλαβα ὀνόματα, ῥῶξ, πτῶξ, δρῶψ, χροῦς, ῥοῦς, θροῦς, βοῦς, χνοῦς, νοῦς, χῆν, Ζεῦς.* Pleraque ex his non sunt vere Aeolica; nam *νόος* in *νῶς* contrahi debebat, si unquam contractum est, *χῆν*, ut apud Dores, $\bar{\alpha}$ habere.

νοῦς e *νόος*, *νόὸς* natum est, ita Aeolicum *Ζεῦς* e *Ζέὺς* pro vulgato *Ζεύς*, *Ζεύς*. Ceterum quod de nominibus praecipiunt, etiam ad reliqua, quae non sunt particulae, extendendum videtur, nec dubitamus Aeoles inter alia *σοῖ* pronuntiasse, ut etiam vulgo est *οἶ*. — Denique etiam tertia ante finem acutum habuisse refertur in *Μήδεϊα* apud Sappho [6]), quia diaeresis non mutabat accentum. —

3) Si de singulis vocum generibus quaerimus, primum de substantivis Decl. I. judicare licet, inde, quod retractus accentus in nonnullis nominativis masculinorum brevioris formae, ut *μητίετα*, *ἀκάκητα*, ex Aeolica dialecto derivatur ab Eust. 75, 34 (vid. §. 20, 2): deinde quod *Ἀφρόδιτα* apud Aeoles accentum in antepenultima habere dicitur [7]), quod ultimo *ᾱ* correpto factum est (vid. ibid.); denique Lesbiaca nonnulla retracto accentu scripta reperiuntur, *βόλλα* Plut. Q. Rom. p. 288, B. *δέῤῥα* pro *δειρὴ* vid. §. 8. not. 39., *ὤτελλα* pro *ὠτειλὴ* Theogn. Ox. II. 111, 16. Et. Gud. 584, 8. [8]). Genitivi pluralis in *ᾶν* non minus apud Aeoles quam apud Dores circumflexo notandi videntur, ut *κυλιχνᾶν* *Τηΐᾶν*, quia *ᾶν* contractione ex *άων* natum est, cujus vix ita immemores erant, ut accentus retrahi posset.

Substantiva declinationis II. haec afferuntur a grammaticis de dialectis: *βῶμος*, *θῦμος* (not. 3), *πόταμος* (not. 1 med.), quibus aliunde Lesbiacum *ναῦος* pro *ναὸς* addendum videtur [9]).

---

6) Joann. Alex. 4, 28. *ἡ ὀξεῖα ἐν τέλει τίθεται ἢ πρὸ μιᾶς τοῦ τέλους ἢ πρὸ δύο, πρὸ τριῶν δὲ οὐκέτι, τὸ γὰρ Μήδεϊα παρὰ Σαπφοῖ παραιτούμεθα, ὅτι τὴν ει δίφθογγον διεῖλεν.*

7) Jo. Al. 3, 17. *τὸ Ἀφρόδιτα παρὰ μὲν Αἰολεῦσι πρὸ δύο ἔχει τὸν τόνον, παρὰ δὲ Δωριεῦσι πρὸ μιᾶς.*

8) Quae Joann. Gr. 244, b. habet: *ἔθος δὲ ἔχουσι καὶ τὰ προσηγορικὰ βαρύνειν· εἰρήνη, ὥρα, ἡμέρα, καὶ τὰ κύρια· Ἀφροδίτα, Ἥρα, Ἑλένα*, non differunt a vulgatis neque leguntur apud ceteros de dialectis.

9) Scholl. A. Il. *μ*, 137. de *αὖος*: *ἴσως δὲ βεβαρυτόνηται, ἐπεὶ*

In Decl. III. primum gravem habent in fine voces in $\overline{\iota\varsigma}$, etiam eae, quae vulgo acutum, ut *κόπις*, *θύρις*, *ἄκις*, *ἄσπις* a Joanne Gr. afferantur (not. 3), ab aliis *αὖλις* et *ἔορτις* pro *ἑορτὴ* Aeolica vocantur [10]). Accedunt eae voces, quae vulgo longum iota et accentum in fine habent, apud Aeoles corripiunt vocalem et accentum retrahunt, ut *κνᾶμις*, *σφρᾶγις* [11]). — Substantiva in $\overline{\varepsilon\upsilon\varsigma}$, vulgo oxytona, apud Aeoles barytona sunt, *Ἄτρευς*, *Ἀχίλλευς*, *Πήλευς* [12]), neque minus in casibus obliquis, ut *βασίληος*, *Ἀχίλλη-*

καὶ τὸ ναῦς ἐβαρύνετο καὶ τὸ Τραῦος κύριον καὶ τὸ ψαῖος παρ' Ἀλκμᾶνι. Apud Villoisonum scribitur *τὸν ἄνος*, unde certissime *τὸ ναῦος* restitui videtur, quae non potest non esse Lesbiaca vocis *ναὸς* forma, vid. §. 5, 5.

10) Eust. 265, 12. *ὀξύνεται δὲ ἡ Αὐλὶς ἀναλόγως δια τὴν παρωνυμίαν, ὡς πύλη πυλίς· τὸ δὲ βαρύτονον, ἐξ οὗ καὶ ἡ ἔπαυλις Αἰολικὸν εἶναί φασιν· βαρυντικοὶ γὰρ οἱ Αἰολεῖς.* — Steph. Byz. s. v. *Δαυλὶς: τὸ δὲ αὖλις Αἰολικῶς βαρύνεται.* — Eust. 1908, 53. de *ἑορτή: Αἰολεῖς δὲ προπαροξυτόνως καὶ κατὰ μετάθεσιν ἔροτιν.* cf. §. 30, 2. Steph. Byz. s. v. *Ἄδανα* ex Herodiano: *τὸ Ἄδανις καὶ Θήβανις Αἰολικὸν ἔχει τόνον* (ex emend. Salmasii), deinde: *εἰ τοίνυν* (*ἀπὸ*) *τοῦ Ἀδανεὺς Ἀδανεῖς* (leg. *Ἀδανὶς*), *ὡς τοῦ Ταρσεὺς Ταρσεῖς* (leg. *Ταρσὶς*), *ἔδει συνοξύνεσθαι, εἰ μὴ κατ' Αἰολέας βαρύνεται, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Θήβανις εἴρηκεν.*

11) Eust. 265, 9. *κνημῖδα καὶ σφραγῖδα βαρύνοντες οἱ Αἰολεῖς κνᾶμιν καὶ σφρᾶγιν συνεσταλμένως γράφουσι.* Apud Choerob. Bekk. 1207. minus recte acutus scribitur, ubi Aeolica dicuntur *μετὰ βαρείας τάσεως κνῆμιν καὶ σφράγιν καὶ ἄψιν ὡς παρ' Ἡσιόδῳ* (Opp. 421), vid. §. 21. not. 3, ubi haec ex Herodiano fluxisse apparebit. De *ἄψις* praeterea Scholl. Il. *ε*, 487. *ἄψις βαρύνεται ὡς Αἰολικὸν, ὡς καὶ Ἡσίοδός φησιν ἄψιν*, cf. Eust. 574, 21.

12) Choerob. Bekk. 1237. de vocibus in $\overline{\varepsilon\upsilon\varsigma}$ oxytonis locutus: *οἱ Αἰολεῖς βαρυτόνως λέγουσιν, οἷον Ἀχίλλευς καὶ Ἄτρευς καὶ Πήλευς.* — Herod. Ann. Ox. IV, 422. de *Ἄτρευς* et *Πήλευς*; Et. M. 189, 46, App. Et. G. 671, 36, Scholl. Theocr. 7, 4. de *Ἀχίλλευς* et *Πήλευς*; Porphyr. de pros. 104 fin. et Ann. Ox. IV, 340, 21. de *Ἀχίλλευς*; Et. M. 575, 53 et Greg. C. 602. de *Πήλευς*; Choer. Bekk. 1203. 1294, Ann. Ox. I, 394, 30, IV, 191, 16 et 340, 8. de *Ἄτρευς*.

ος [13]). — Feminina in ῶ accentum in penultima habent, nec minus voces in ω̄ς [14]). Recte in libris servatum est *Γρύννως* Sapph. §. 66, pro vulgata *Γρυννοῦς*, neque minus saepe *αὔως* vel *ἄυως* in libris scriptum reperitur pro *ἠώς*, ut Sapph. 11. 45. 165, Ann. Ox. III, 400, 20, Scholl. Pind. P. II, 52 cf. §. 5, 5. — Adeo *Ποσείδαν* vel *Ποτίδαν* retrahebat accentum [15]), quanquam contractione e *Ποσειδάων* natum, ut contractio jam obliterata fuisse videatur. —

In vocativo hujus declinationis, ubi ultima corripiebatur, simul accentus retrahebatur, ut *τρίβόλετερ* [16]).

4) Adjectivorum, quae, quum vulgo oxytona sint, apud Aeoles accentum retrahunt, haec exempla afferuntur: *σόφος*, *κάλος*, *λεῦκος*, *σκλῆρος*, *χῶλος* (vid. not. 1 et 3, de *σόφος* praeterea Ann. Ox. IV, 191, 16), *δένατος* ab Eust. 75, 36, quo accedit *ἴρος* pro *ἱερὸς* [17]) et nonnulla, quae recte scripta leguntur in libris, *κέννος* Choer. Ox. II, 242, 24, *ὄμολος* pro *ὁμαλὸς* apud Suid. s. v. *ὁμολώϊος*, *φάενος* et *φάεννος* Et. 9, 547, 54 et 560, 5 (leg.

---

13) Scholl. Theocr. 7, 4. *γράφεται καὶ Λυκώπεως διὰ τοῦ ω μεγάλου, ὅπερ Αἰολικῶς προπαροξύνεται, ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς Ἀχίλλευς καὶ Πήλευς βαρυτόνως λέγουσι· ὁμοίως καὶ τὸ Λυκώπεως* (leg. *Λυκώπευς*) *διὰ τοῦτο ἡ τῶν εἰς ω̄ς* (leg. *εῡς*) *γενικὴ παρ' αὐτοῖς προπαροξύνεται.* Choerob. Bekk. 1194, Et. M. 189, 29. *οἱ Αἰολεῖς προπαροξύνουσιν Ἀχίλληος καὶ βασίληος*, vid. §. 21. not. 9.

14) Choer. Bekk. 1203 de accusativis vocum in ῶ: (*Αἰολεῖς*) *βαρύνουσιν, οἷον τὴν Λήτω καὶ τὴν Σάπφω.* — Draco 116, 2 (*αἱ αἰτιατικαὶ*) *τῶν εἰς ω̄ς περισπωμένως, Αἰολικῶς δὲ βαρυτόνως.* Ex accusativis facilis conjectura est de nominativis.

15) Choerob. Bekk. 1113. *Δωριεῖς Ποτιδὰν λέγουσιν ὀξυτόνως, οἱ δὲ Αἰολεῖς Ποτίδαν καὶ Ποσείδαν βαρυτόνως*, vid. §. 22. not. 8.

16) Choer. Bekk. 1239. *Αἰολεῖς ἔθος ἔχουσι πολλάκις συστέλλειν τὸ η̄ εἰς τὸ ε̄ ἐν τῇ κλητικῇ καὶ ἀναβιβάζειν τὸν τόνον, οἷον ὁ τριβολετὴρ, ὦ τριβόλετερ*, cf. §. 21, 2.

17) Et. Sorb. ap. Bast. ad Greg. 590. *ἱερὸς, ἱρὸς κατα κρᾶσιν τοῦ ε καὶ ι εἰς ι μακρὸν, Αἰολικῶς ἶρος* (corr. *ἶρος* cum Schaefero ad Greg.).

φάεννος, φώεννος). — Deinde ὄξυς, βράδυς, βάρυς, τρᾶχυς (not. 3); denique adjectiva in $\overline{ης}$, δυςμένης, εὐρυνέφης [18]) etc., ut recte post Stephanum ἀβάκην scribitur apud Sapph. 80, quod legitur etiam in Hesychio.

5) Etiam pronomina omnia barytona erant, ut certissima testimonia adsunt de ἔγων, ἔμοι, de omnibus hujus pronominis formis, quae ε in fronte habent [19]); deinde de ἄμμες, ὔμμες eorumque casibus [20]), quae solent etiam in libris recte scribi; denique de αὖτος [21]).

6) In conjugatione maxime constat de verbis in $\overline{μι}$; in praesenti personas singularis secundam et tertiam, in $\overline{εις}$, $\overline{αις}$, $\overline{οις}$ et $\overline{ει}$, $\overline{αι}$, $\overline{οι}$ exeuntes, quanquam similia in reliquis dialectis circumflexo notari solent, ut διδοῖς, τιθεῖ, apud Aeoles accentum in penultima habere, inde patet, quod δίδοις Aeolicum dicitur [22]); neque aliter in

18) Choer. Bekk. 1233. εἰ δὲ ὀξύνεται ἡ εὐθεῖα, αἱ εἰς $\overline{ην}$ λήγουσαι αἰτιατικαὶ ἀπὸ γενικῶν εἰς $\overline{ους}$ ληγουσῶν βαρύνονται διὰ τὸ τοὺς Αἰολέας χρῆσθαι ταύταις ταῖς αἰτιατικαῖς· δυςμένην γὰρ λέγουσι καὶ κυκλοτέρην καὶ εὐρυνέφην. cf. §. 21, 1. Nominativos apud Aeoles eundem accentum habere, facile patet.

19) Apoll. de pr. 64. Αἰολεῖς βαρέως ἔγων, p. 104. Ἀ. ἔμοι βαρέως, de synt. 120. καὶ διὰ τοῦτο τῇ μονῇ τοῦ ε αἱ παρ' Αἰολεῦσιν ἀντωνυμίαι ὀρθοτονοῦνται καὶ βαρύνονται κατὰ τὸ τέλος.

20) ἄμμες Et. M. 81, 15, Gud. 243, 18. 38, Ann. Ox. I, 5 et 188, 22, Choer. Ox. II, 216, 12, Eust. 1112, 39 etc.; ἄμμε Eust. 47, 39; de ὔμμι Eust. 951, 8. ἡ τοῦ ὔμμι ψίλωσις καὶ ὀξυτόνησις (leg. βαρυτόνησις) καὶ ἡ ἐν αὐτῷ διπλόη τοῦ $\overline{μυ}$ καὶ ἡ ἐκκοπὴ τοῦ $\overline{ν}$ Αἰολέων εἰσίν.

21) Charax in H. Ad. 228, a. et Bekk. Ann. 1153. pronominis αὐτὸς genitivum et dativum dicit non esse encliticos διὰ τὸ μὴ συνεμπεσεῖν τοῖς Αἰολεῦσι βαρυτόνως λέγουσιν αὖτον καὶ αὖτῳ· ἡ δὲ αἰτιατικὴ οὐ συνενέπεσεν· ἐγκλινομένη γὰρ εἰς τὴν πρὸ αὐτῆς λέξιν τὸν τόνον ἀναπέμπει· κόψε γάρ αυτον ἔχοντα· τὸ δὲ Αἰολικὸν εἰς τὴν ἀρχὴν αὖτον.

22) Scholl. A. Il. τ, 270. διδοῖσθα· οἱ μὲν βαρυτονοῦσιν ὡς Αἰολικόν, ἀπὸ τοῦ δίδοιμι, δίδοις, δίδοισθα ὡς τίθησθα. — Saepe talis accentus apud Homerum resedit. vid. diss. nostram de conj. in $\overline{μι}$ §. 8, 4.

libris leguntur *χαίτοις* Alc. 42, *γέλαις* et *γέλαι* Herod. in Il. Ad. 206, b. et Theodos. Bekk. 1045. — Tertiam pluralis accentum retrahere, docet Hesiodeum *ἄεισιν* (Theog. 875), quod propter accentum Aeolicum vocatur *), et recte sic *ἐπιρρόμβεισιν* in libris est Sapph. 2, 11. — Infinitivorum brevior forma in $\bar{\nu}$ exiens gravem in fine habebat [23]), ut *φίλην*, *κάλην* a *φίλημι*, *κάλημι*; in libris justus accentus servatus est Alc. 10 *ἀσυννέτην*, 11 *ἄντλην*, 29 *μεθύσθην*, Sapph. 14 *πρoτέρην*, Theocr. 29, 26 *ὀμνάσθην*. — Participia in $\overline{\varepsilon\iota\varsigma}$, $\overline{\alpha\iota\varsigma}$, $\overline{o\iota\varsigma}$ exeuntes non minus barytona erant, ut *φρόνεις*, *γέλαις*, *ὄρθοις* [24]); recte in libris reperiuntur *μέδεις* Alc. 2, *κίρναις* A. 27, *μάτεισαι* S. 67, *φίλεις*, *φρόνεις*, *νόεις* Eust. 1756, 12.

In perfecto activi infinitivus *τεθνάκην* S. 2, 4 accentum gravem habet in libris, nec minus participia *κεκλήγοντες*, *πεφύγγων* apud grammaticos (§. 27, 2): diserta testimonia docent, infinitivum passivi accentum in antepenultima habuisse [25]), *ἔφθορθαι*.

7) Inter adverbia constat de accentu gravi locativo-

---

*) Et. M. 22, 12. *ἄεισιν — τὸ γ' τῶν πληθυντικῶν αἰολικώτερον· ἐχρῆν γὰρ ἀεῖσιν ὥσπερ ἰεῖσιν· ἄλλοτε δ' ἄλλη ἄεισιν.* Item Phavor. Ecl. p. 74, ubi additur *οὕτω Φίλων ἱστορεῖ αὐτά.* — Scholl. V. Il. ε, 526. *τὸ δὲ παρ' Ἡσιόδῳ ἄλλοτε δ' ἄλλοι ἄεισιν, Αἰολικόν.*

23) J. Gr. 245, a, Greg. C. 619, Meerm. 663. *τὰ εἰς $\overline{\varepsilon\iota\nu}$ καταλήγοντα ἀπαρέμφατα διὰ τοῦ $\overline{\eta\nu}$ ἐκφέρουσι βαρυτονοῦντες· οἷον φιλεῖν φίλην, καλεῖν κάλην.*

21) Joann. Gr. 245, a, quanquam is male eas formas pro infinitivis venditat, vid. §. 26. not. 18.

25) Apio et Herodorus ap. Eust. 790, 6. *τὸ ἐγρήγορθαι οὐκ ἐχρῆν προπαροξύνεσθαι· — μία δὲ ἀφορμὴ αὕτη τοῦ δύνασθαι τονοῦσθαι οὕτω· τὰ εἰς $\overline{\theta\alpha\iota}$ τῇ $\overline{o\rho}$ συλλαβῇ παραληγόμενα Αἰολικά εἰσι· τέτορθαι, μέμορθαι, ἔφθορθαι· ἐπεὶ οὖν καὶ τοῦ ἐγρήγορθαι ἡ κατάληξις Αἰολικωτέρα ἐστὶ, πίπτει ὁ τόνος ὁμοίως τοῖς προκειμένοις.* Eadem ex eodem haud dubie fonte tradunt Scholl. A. Il. κ, 67, Et. M. 312, 40. Ann. Ox. II, 126, 30; *ἐγρήγορθαι* Aeolicum dicitur propter accentum ab Herodiano Ann. Ox. IV, 421, 33.

rum in $\overline{οι}$ [26]), ut *μέσοι* recte legitur Alc. 9, nec minus in $\overline{υι}$ [27]); sed falso in his apud Theognostum penultima accentu notata est *πηλύϊ* etc., quia nihil est, cur ultimum $\bar{ι}$ longum putemus. Potius *πήλυϊ* etc. scribendum est et in contracta forma *πήλυι*, ut recte apud Hesychium *μέσυϊ* legitur, denique *τυῖδε* e *τύϊδε* cf. §. 29, 3. —

Gravem in fine habent etiam Aeolicae adverbii *ἀεὶ* formae *ἄϊ* et *αἶϊ* [28]), deinde *ὄψι* pro *ὀψὲ* [29]), denique etiam interjectio *ὦαι* pro *ὠαιαί* [30]). —

8) Encliticas bisyllabas non exceptas fuisse ab Aeolica accentum retrahendi consuetudine, jam pronominis *αὔτος* accentus doceret, nisi dubitatio esset de hujus vocis enclisi. Accedit tamen quod Tyrannio, omnia verba in $\overline{μι}$ ex Aeolica dialecto fluxisse opinatus, adeo apud Homerum *φῆμι* scripsisse traditur [31]), nec minus quod in verbo *εἰμὶ*, eadem ratione ab Aeolibus derivato, accentus aberravisse dicitur, denique quod Herodianus, contra hanc opinionem omnia verba in $\overline{μι}$ ex Aeolica dialecto repetentium disputans (in Il. Ad. f. 206, b, quae pleniora leguntur in Ann. Ox. IV, 340), etiam eo nititur, quod verba

---

26) Apoll. de adv. 588, 27. *τὸ γὰρ παρὰ τοῖς περὶ τὸν Ἀλκαῖον μέσσοι δῆλον ὅτι κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον βαρυνθείη ἄν.*

27) Theogn. Ox. II, 160, 7. (Bekk. 1425.) *Αἰολικῶς — βαρύνεται πηλύϊ, ἀλύει, ἀτερύει* (Bekk. *ἀλύϊ, ἀτερύϊ*).

28) Theogn. Ox. II, 3, 4. ex Herodiano: *παρὰ δὲ Αἰολεῦσιν, τῆς ἀρχούσης ἐχούσης τὴν $\overline{αι}$ δίφθογγον, τοῦ δὲ τέλους τὸ $\bar{ι}$ συστελλόμενον βαρυτόνως αἶϊ* (leg. *αἶϊ*) — deinde *ἄϊ βαρυτόνως.* vid. §. 29, 4.

29) Apoll. de adv. 573, 10. *ἀνάλογος καὶ ἡ παρ' Αἰολεῦσι βαρεῖα τάσις, λέγω δὲ τοῦ· ὄψι γὰρ ἄρξατο.*

30) Apoll. de adv. 538, 1. *ὠαιαὶ, ὅπερ συναλειφθὲν καὶ ἐν βαρείᾳ τάσει γενόμενον παρ' Αἰολεῦσίν ἐστιν ὦαι.*

31) Eust. 1613, 19. *οὕτω, φασὶ, καὶ ἀπὸ τοῦ φῶ τὸ Αἰολικὸν φημὶ, διὸ βαρύνων ὁ Τυραννίων φῆμι γράφει βαρυτόνως Αἰολικώτερον, οἷον· φῆμι γὰρ οὖν κατανεῦσαι* (Il. β, 350)· *οὐκοῦν καὶ ἀπὸ τοῦ ὦ, ἤγουν ὑπάρχω, εἴη ἂν Αἰολικὸν ἦμι καὶ Βοιωτικῇ μεταθέσει τοῦ $\bar{η}$ εἰς τὴν $\overline{ει}$ δίφθογγον εἰμὶ, ἡμαρτημένον ἐν τῷ τόνῳ, καθὰ ἑτέρωθι λέγει αὐτὸς* (Heraclides)· *τὰ γὰρ Αἰολικὰ δῆλον ὅτι βαρύνονται.*

φημὶ et εἰμὶ oxytona non possint esse Aeolica. Igitur apud Aeoles φᾶμι et ἔμμι barytona sunt.

9) Memorabili grammaticorum de dialectis testimonio [32]) doceri videtur, eo extensam esse accentus apud Aeoles retractionem, ut etiam articulus, cum aliis quibusdam vocibus junctus, harum quasi encliticarum accentum in se reciperet, cujus rei exempla tradunt ὅ σος, τό σον pro ὁ σὸς, τὸ σὸν; accuratiora nunc non licet explorare.

10) In praepositionibus et conjunctionibus etiam apud Aeoles acutum in ultima manere, jam supra vidimus (not. 1). Accedunt alia testimonia [33]).

11) His omnibus comparatis, nisi inanes suspiciones disertissimis antiquorum testimoniis praeferre velimus, nulla fere dubitatio relinquitur, praeter particulas, quarum exceptio ipsa ceterorum regulam confirmat, ubique Aeoles accentum retraxisse, quantum per ultimae syllabae quantitatem liceret. Minus enim accurate grammatici loquuntur, qui tantum de acuto in fine evitato monent: evitatur etiam circumflexus in ultima, ut δίδοις pro διδοῖς, acutus in penultima, neque minus circumflexus in eadem, quando ultima brevis habetur, ut docent infinitivi perfecti ἔφθορθαι etc. pro ἐφθόρθαι, ἄεισιν pro ἆεισι (vid. nr. 6) et alia. Vix ulla forma reperitur, de cujus ac-

---

32) J. Gr. 244, a, Greg. C. 616, Meerm. 662: βαρυτονοῦσι δὲ οὐ μόνον τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄρθρα, ὅταν ὀνομάτων τάξιν ἐπέχῃ, ὁ σὸς ὅ σος, ἡ σὴ ἥ ση, τὸ σὸν τό σον, quibus J. Gr. addit τῆς σῆς τῆς σης. — Num forte eodem spectat Apoll. de synt. 51, 26, ὦ non esse vocativum articuli docens: τί δὲ, εἰ περισπᾶται, οὐκ ἐνεκλίθη κατὰ τὰς Αἰολικὰς ἀναγνώσεις ἐπ᾽ Ἀριστάρχου, καθὸ καὶ τὰ ἄλλα τῶν περισπωμένων ἄρθρων?

33) Apoll. de synt. 309, 15. οὐδ᾽ οἱ περὶ τὸν Ἀριστοφάνη ἠξίωσαν βαρύνειν τὰ μόρια κατὰ τὴν Αἰολίδα διάλεκτον, ἵνα μὴ τὸ ἴδιον τῆς προθέσεως ἀποστήσωσι, λέγω τὴν ἀναστροφήν. — Id. de pron. 93, B. οὐδὲ γὰρ Αἰολεῖς τὸν ἐπὶ ταύταις (ταῖς προθέσεσι) τόνον ἀναβιβάζουσιν. — Scholl. Dion. 929, 16. καὶ οἱ Αἰολεῖς ὤξυναν αὐτὰς (praepositiones) καὶ ταῦτα βαρυτικοὶ ὄντες.

centu, etiamsi generalem regulam agnoscere nolimus, non liceat e singulis grammaticorum testimoniis aut ex analogia judicare. — Non dubitavimus igitur in fragmentis Lesbiorum poëtarum ubique genuinum accentum Aeolicum revocare. Nam etiam hic grammaticos semper de Aeolibus Asianis cogitare, ut alia omittamus, apparet ex iis locis, ubi de pronominum accentu agitur. Apollonius Dyscolus enim ad Aeolicum *ἔγων* Sapphus affert fragmentum nr. 102; propria deinde Lesbiis sunt *ἄμμες*, *ὔμμες* etc.

§. 4.

De spiritu.

1) Quae fuerit spiritus apud Aeoles Asianos ratio, praeter grammaticos poëtarum reliquiae et inscriptiones aliquatenus docere possunt, siquidem tenuis ante sequentem vocalem in aspiratam mutata asperum, non mutata lenem prodit. Nulla enim inscriptio ejus aetatis reliqua est, qua solebant Graeci ipsum asperi signum appingere. Non multum auctoritatis spirituum signa in libris habent, quippe quae facillime corruptelam traxerint et, ubi accuratius librarii versati sunt, grammaticorum tantum opiniones referant, dum ipsae literae facilius ex antiquissimis libris contra grammaticorum judicium teneri poterant.

2) Grammaticos primum si audiamus, Aeoles aspero spiritu omnino non sunt usi, sed, qui apud reliquos Graecos erat, asperum ubique in lenem mutabant, eaque ipsa de causa, ubi reliqui tenuem cum sequenti aspero in aspiratam mutabant, ipsi tenuem retinebant [1]). Neque

1) Apoll. de synt. 38, 27 exemplo constructionis hoc utitur: *οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες δασύνουσι τὰ ἐν τῇ λέξει φωνήεντα, Αἰολεῖς δὲ μόνον ψιλοῦσι*, et item p. 39, 17. *ἄλλοι μὲν Ἕλληνες δασύνουσι τὰ φωνήεντα, Αἰολεῖς δὲ οὐδαμῶς.* — Melampus Bekk. 777, 18. (*Αἰολεῖς*) *ψιλοῦντες πᾶσαν λέξιν.* — Scholl. Dion. 779, 18. *τοῖς δασέσι*

solum vocales, his testibus, leni ubique instructae erant, sed etiam ῥ, ubi vulgo asperum habet, ut ῥάρος, κέῤῥω [2]), nec fortasse casu spiritus signa omissa sunt in Aeolicis ἱμέῤῥω, οἰκτίῤῥω, ὀλοφύῤῥω apud Herod. π. μ. λ. 43, 16. Et tam certi erant de hac Aeolicae dialecti proprietate, ut etiam insigniores grammatici, quamcunque vocem apud Homerum aut in vulgari lingua aliqua de causa Aeolicam judicassent, leni instrui juberent [3]), ut

---

συμφώνοις οἱ Αἰολεῖς κέχρηνται συνεχῶς· οἷον ἀμφ᾽ ἀγαθὸν θεράποντα, οὐχ εὗρον· τῇ δὲ δασείᾳ οὐ κέχρηνται· ψιλωταὶ γάρ εἰσιν; exemplum οὐχ εὗρον temere a grammatico arreptum, quia aspirata ibi propter sequentem asperum e tenui nata est. — J. Gr. 244, a. ἰδίως δὲ οὗτοι, ὅσα παρ᾽ ἡμῖν δασύνεται ἢ ὀξυτονεῖται, ψιλῶς λέγεται καὶ βαρυτόνως· ὅσιος, οὗτος, ὅρω (leg. ὁρῶ), ὅρμος· τηροῦσι δὲ καὶ τὴν ψιλότητα ἐν ταῖς συναλοιφαῖς· καθήκει κατήκει, ἀφῆκεν ἀπῆκεν, ἀφείλκυσεν ἀπείλκυσεν. — Id. 236, a. τὰ δὲ ἀρχόμενα ἀπὸ φωνήεντος ψιλῶς ἐκφέρουσιν, ὅταν τὸ ἡμέρα ψιλῶσι καὶ τὸ ἄλλιος (leg. ἅγιος) καὶ ὑμεῖς; item Vatic. 689, ubi ἡμέρα, ἅγιος, ἡμεῖς, Leid. 637, ubi ἑσπέρα. — Tzetz. Epex. Il. 62, 20. Αἰολεῖς τε καὶ Ἴωνες πάντα τὰ παρ᾽ ἡμῖν δασυνόμενα ψιλοῦσι καὶ διὰ ψιλοῦ συμφώνου ἐκφέρουσι, cf. 107, 18 et 119, 28. Saepe Aeoles lenem amare, fugere asperum dicuntur, ψιλωταὶ vel ψιλωτικοὶ vocantur; exempla passim infra reperies.

2) Scholl. Dion. Thr. 693, 10 et Porph. de pros. 114. ἐπὶ τοῦ ῥάρος ὃ σημαίνει τὸ βρέφος κατ᾽ Αἰολεῖς ἡ ψιλή. Καὶ διότι ῥάρος ψιλοῦται; ὅτι ἡ Αἰολὶς γλῶττα ψιλοῦν τὰ στοιχεῖα φιλεῖ. — Herod. H. Ad. 192, a. οἱ Αἰολεῖς ψιλωταὶ ὄντες καὶ τὰ δύο ῥῥ ψιλοῦσι· οἷον κέῤῥω, φθέῤῥω, σπέῤῥω; Ann. Ox. IV, 178, 6 (Αἰολεῖς) ἀμφότερα (ῥῥ) ψιλοῦσιν. — Eust. 548, 30 de ταλαύρινος: τῶν παλαιῶν οἱ μὲν Αἰολικῶς ἐψίλουν τὸ ῥ, ὡς καὶ Ἀρίσταρχος; olim enim etiam simplex ῥ in mediis vocabulis aspero notabant, ταλαύρινος vero Aeolicum judicabant propter ῡ pleonasticum. vid. §. 5, 5.

3) Scholl. A. Il. τ, 80. τὸ δὲ ὑββάλλει ψιλωτέον· ἔστι γὰρ Αἰολικόν, ὥς φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ κ τῆς καθόλου. cf. Eust. 1172, 60. — Aeque omnia Αἰολικῶς συγκοπτόμενα lenem habere voluerunt: Lex. de spir. 229 de ἱρὸς, ἴρηξ: τινὲς δὲ παραλόγως ψιλοῦσι τὰ τοιαῦτα λέγοντες, ὅτι τὰ συγκοπτόμενα κατ᾽ Αἰολεῖς ψιλοῦται, οἷον ὥρμησεν ὦρσεν, ὁρμόσας ἄρσας, ubi deinceps bene docetur, nullam in his esse syncopen. vid. §. 19. Eadem regula est apud Tzetzem ad Hes.

Herodianus Homericum ἐλλβάλλειν propter Aeolicam syncopen; neque minus nonnulla non alia de causa, quam quod lenem habent, Aeolica vocarent, contra, quae aspero ornata sunt, Aeolica esse posse negarent [4]).

Exempla psilosis praeterea pauca apud grammaticos disertis testimoniis traduntur: ἄμμες, omnes, quae ῡ in fronte habent voces, ut ὔμμες, ὔρχας, Ὕῤῥας [5]), denique ἰπὲρ, ἴψος pro ὑπὲρ, ὕψος (vid. §. 12. not. 10).

3) Omnia haec grammaticorum testimonia ita inter se conspirant, ut vix ullus dubitationi locus relinqui videatur. Nihilominus ne temere grammaticis credamus, nullum asperi usum Aeolicae dialecto concedentibus, alia

---

Opp. 195. 405, adhibetur ad ἆλτο Ann. Ox. III, 347, 25. Eust. 145, 5. Non minus lenis postulatur in iis, quae propter ῡ pleonasticum Aeolica habentur, ut εὔαδε Eust. 990, 36—1752, 57—1792, 37; εὔκηλος Ann. Ox. III, 398, 29. vid. §. 5, 5. Propter duplicationem Aeolicam lenis scribebatur a nonnullis in ὄττι et similibus Ann. Ox. I, 325, 17. vid. §. 9, 3; propter accusativum ἄψιν (§. 21, 1) ἄψις Scholl. Il. ε, 487; ἄμυδις propter ᾱ in ῡ Aeolice mutatum (cf. §. 12, 5) Scholl. Il. ι, 6 et ν, 114, Eust. 732, 30 etc., Theogn. Ox. II, 163, 30 etc. etc. Multa similia addi poterant.

4) αὔτως Eust. 187, 29, ἀπαφεῖν 757, 9, ἦδος Ann. Ox. III, 400, 7 Aeolica dicuntur; Ann. Ox. IV, 341, 8, ubi disputatur contra eos, qui omnia verba in μι Aeolica dicebant: ἀπὸ πνεύματος δὲ, ὅτι οἱ Αἰολεῖς ψιλωτικοί εἰσιν, οἷον ἄμμες, ἄμμιν· τὸ δὲ ἵημι καὶ ἵστημι δασύνονται· ἄρα οὐκ εἰσὶ τὰ εἰς μι Αἰολικά etc. — Omnino quaeque psilosis Aeolica vocatur Eust. 158, 55—1440, 14—1721, 61; Scholl. Od. β, 169.

5) De ἄμμες Apoll. de synt. 130, 13, Eust. 47, 30. Et. M. 81, 15 etc. — Porph. de pros. 114. ἡ Αἰολὶς γλῶττα ψιλοῦν τὰ στοιχεῖα φιλεῖ· ὥσπερ καὶ τὸ ῡ πάσης λέξεως ἄρχον πάντες μὲν δασύνουσιν, οἱ δὲ Αἰολεῖς ψιλοῦσιν· αὐτίκα τὸ ὔρχας καὶ τὸ ὔμμες Αἰολικὸν ὂν ψιλοῦται. Eadem habent Scholl. Dion. 693, 12, nisi quod omittitur ὔμμες. De voce ὔρχας fortasse non vere Aeolica vid. Giese p. 412; de ὔμμες praeterea testantur Lex. de spir. 236, Suid. s. v., Eust. 559, 23 etc., de Ὕῤῥας N. P. Eust. 13, 46; denique huc spectat mirus Eustathii locus 1192, 20: ὅτι δὲ τὸ ῡ στοιχεῖον ὖμ λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς μετὰ ψιλῆς οἰκείῳ ἔθει (ψιλωτικοὶ γάρ εἰσιν ἐπὶ πᾶσιν) ὑπὸ τῶν εἰδότων παραδίδοται.

monent, quae semper fieri cum summa confidentia pronuntiant, quanquam ea raro fieri certissimum est. Tale est, quod Priscianus (I. p. 22) et Melampus (Bekk. 777, 15) semper apud Aeoles asperum in digamma mutari tradunt, idque, hoc quidem teste, *ψιλοῦντας πᾶσαν λέξιν*. Deinde unum certe grammatici testimonium extat, unde colligere licet, fuisse qui psilosin Aeolicam finibus quibusdam circumscriberent, quum Aeoles asperum ignorare dicuntur *ἐν ταῖς ἰδίαις λέξεσιν*[6]). Satis patet proprias Aeolum dictiones eas vocari, quae aliis dialectis non sunt communes, sed aliqua certe mutatione Aeolibus propria a reliquorum Graecorum usu discedunt. Et reperiuntur aliae simillimae grammaticorum regulae, unde illa illustrari possit. Primum (docente Herodiano in Ann. Ox. IV, 416, 12, unde Choer. ap. Bekk. ad Apoll. de synt. p. 350) *αἱ δίφθογγοι Αἰολικαὶ οὐδέποτε τοῖς Αἰολεῦσι διαλύονται*, quales sunt in *μέλαις*, *ὄνοιρος*, quia reliquae dialecti *μέλας* et *ὄνειρος* habent; deinde Aeoles alio auctore (Ann. Ox. I, 291, 24) *οὐδέποτε τὰ παρ' αὐτοῖς δύο σσ τρέπουσιν εἰς ξ*, nec *νίσσω*, quod ipsi pro *νίπτω* habent, in *νίζω* mutant. Jam in his regulis *Αἰολικαὶ δίφθογγοι*, *τὰ παρ' αὐτοῖς δύο σσ* nihil est nisi *ἴδιαι δίφθογγοι*, *τὰ ἴδια δύο σσ*, et ipsae voces *μέλαις*, *ὄνοιρος*, *νίσσω* optimo jure *ἴδιαι Αἰολέων λέξεις* vocari poterant. Igitur non magis in illa regula vocem *ἰδίαις* supervacaneam habere licet et tautologicam (quae est Giesii opinio p. 348), quam *Αἰολικαὶ* vel *τὰ παρ' αὐτοῖς* in ceteris. Neque, si grammaticorum doctrinam de dialectis spectamus, absona et absurda videtur ea regula, quae proprias Aeolum dictiones aspero caruisse docet. Illi enim ita persuasum habebant, quamque dialectum alia propria habere, alia cum aliis dialectis communia, quae nulli dialecto propria vindicari possent, alia ex aliis dialectis, quibus propria essent, deri-

---

6) Scholl. Dion. 716, 9 *τὸ ἦμιν Αἰολικόν· κανὼν γάρ ἐστιν ὁ λέγων ὅτι οἱ Αἰολεῖς ἐν ταῖς ἰδίαις λέξεσι τὴν δασεῖαν ὅλως ἀγνοοῦσι*. De corrupta voce *ἦμιν* Giesii suspiciones videsis p. 341 seqq.

vata. Ita grammaticus in Ann. Ox. I, 325, 31 postquam apud Aeoles liquidas et $\bar{\sigma}$, non ita ceteras consonantes, duplicari docuit, pergit: *ἐὰν οὖν ἕτερον διπλασιασμὸν παρ' αὐτοῖς εὕρῃς, τῷ κοινῷ ἐχρήσαντο, καὶ οὐκ ἰδίως ἐποίησαν* i. e. *ἐν ταῖς ἰδίαις λέξεσιν οὐ διπλασιάζουσι τὰ ἄλλα σύμφωνα πλὴν τῶν ἀμεταβόλων καὶ τοῦ σ̄.* Non aliter apud Aeoles omnes voces leni instructas, quum vulgo asperum haberent, Aeolicae dialecto proprias (*ἰδίας λέξεις*) judicare, contra, si qua asperum vulgarem tenebant, e communi usu repetere poterant. Et adjuvabat hanc opinionem fortasse, quod multae notissimae voces Aeolicae, quae lenem pro aspero habebant, simul aliam mutationem Aeolibus propriam passae erant, ut *ἄμμες, ὔμμες, ἔμμα* pro *ἡμεῖς, ὑμεῖς, εἷμα*. Neque, si qua vox aspero non Aeolica, aliis mutationibus Aeolica videretur, id grammaticos turbare poterat, qui haud raro mixtam in una voce agnoscerent dialectum [7]). Jam vero non latet, quam facile accuratior regula minus accurate ita pronuntiari potuerit, ut Aeoles ubique asperum fugere dicerentur, quia aliena ab Aeolibus et aliunde intrusa putabant, quae asperum habebant. Quanquam plerosque grammaticos non arctiore hoc sensu psilosin Aeolibus tribuere persuasum habemus. Partem tamen grammaticorum Aeolicam psilosin finibus quibusdam circumscripsisse, probabile est.

4) In titulis Aeolicis et Aeolicorum poëtarum reliquiis nonnulla reperiuntur, quae Aeoles vulgatum asperum in lenem mutasse docent, tenui antecedente non in aspiratam conversa; haud raro tamen tenuis mutata asperi indicium facit. Neque haec recentiori dialecto Aeolicae, qualis in titulis Lampsaceno et Cumaeo apparet (nam e

---

7) Ita in *ἀγαυός* Aeolicum habetur $\bar{\upsilon}$ pleonasticum, accentus non Aeolicus, Et. Orion. 3, 8; *Ποσειδᾶον* Pseudaeolicum vocatur, quia correptio vocalis in vocativo Aeolica sit, forma soluta *Ποσειδάων* non Aeolica, Ann. Ox. III, 391, 8; *σύνοιδα*, quia accentus et $\bar{\varepsilon\iota}$ in $\bar{o\iota}$ mutatum Aeolica habebantur, diphthongus tamen diaeresin patitur, Herodiano est *ψευδαιολικόν*, vid. §. 18. not. 4.

Lesbiis casu nihil fere de spiritu discitur), antiquae proprietatis minus tenaci, et librariorum oscitantiae vulgarem rationem intrudentium adscribi posse, inde apparet, quod comparatis omnibus, quae in libris titulisque certiora aut asperi aut lenis indicia reperiuntur, certa quaedam lex atque regula detegitur. Constat enim Graecorum asperum saepe ex antiquo s aut j natum esse, quod cognatae linguae servarunt, vid. Giese p. 242 seqq. Jam vero asperum ejus originis fere semper apud Aeoles non minus servatum esse, quam in reliquis dialectis, contra lenem fuisse, ubi reliquarum dialectorum asper alia ratione ortus est, indicia titulorum et librorum satis luculenter docent.

5) Asperi indicia primum reperiuntur in titulis et libris sine ulla varietate lectionis haec:

In articulo et demonstrativis Sapph. — 29 *ἔφαινεθ' ἁ σελάνα*, 46 *ποθ' ὧδ'*. Antiquum s, ut alia omittamus, apparet in pronomine demonstrativo Sanscritico sa, sā, tat, Gothico articulo sa, sò, thata, denique in Latinae linguae formis antiquis sum, sam, sos, sapsa pro eum, eam, eos, ipsa (vid. M. Schmidt de pron. p. 11).

Relativa non minus spiritum asperum produnt in Lamps. 14 *καθ' ὃς καῖρον*, Cum. 8 *καθὰ*, 36 *ἐφ' ἂν*, 40 *ἐφ' οἷσιν*. Ea vero aut non diversa erant olim a demonstrativis, ut Homerica dialectus nullum fere discrimen novit (cf. Schmidt p. 42) et Aeolica quoque ac Dorica dialectus relativis saepe *τ* praefigit (vid. §. 23), unde s in asperum mutatum appareret, aut e Sanscritis relativis jas etc. derivanda sunt, quod maluerunt Bopp *Vergl. Gr.* §. 382, Pott II. 162, Giese p. 243. — Nos nunc nolamus quaerere, utrum verius sit. —

ἄβα pro *ἥβη* in *ἔφαβος* Cum. 46. 50; Pottius I. p. 113 confert juvenis, Sanscr. juwan Compar. jawijas.

ἄγνος. — Alc. 45 *ἰόπλοκ' ἄγνα*, 85 *ἐδέξανθ' ἄγναι*. Boppius, Giesius et Pottius I. p. 236 recte derivare vi-

dentur a radice Sanscrita jadsh (venerari); minus recte comparantur Latina sacer, sancio.

ἑ radix in ἀφέθεις Lamps. 14; comparatur a Pottio I, 276 radix Sanscrita as (jacere), unde transpositione natam putamus, diversi a Pottio; vide tamen eundem II. p. 672.

εὕδω in καθεύδω S. 24; in reliquis linguis cognata stirps non reperitur; at ἰαύω, quod non alienum videtur, spiritum e j natum prodit, quanquam in εὐνὴ (ex εὐδνη) lenis est.

ὅδος in ἔφοδος Lamps. 29, cf. Sanscr. sad (ire) Pott I. p. 248, Giese p. 248.

ὁρῶ (videre) in ἐφόρεις Alc. 70. cf. servare, observare.

ὑπὲρ in καθύπερθεν Alc. 7. cf. super.

ὑπὸ in πρώτισθ᾽ ὑπὸ Alc. 7. cf. sub.

ὥρα in ἔρχεθ᾽ ὥρα S. 24; recte Pottius I. p. 123 comparat Gothicum jèr (annus).

6) Contra lenis indicia, ubi vulgo asper est, reperiuntur in his:

ἀγρέω pro αἱρέω (cf. Buttm. Lexil. I. p. 130, Giese p. 234) — κατάγρεντον Lesb. 2166, 10, κατάγρει Sapph. 98. cf. Hes. καταγρεῖ, καθαιρεῖ; neque aliter spiritus asper apparet in Homerico αὐτάγρετος pro αὐθαίρετος Od. π, 148, et ubicunque extra Aeolicam dialectum antiquior forma servata est. Giesius et Pottius I. p. 234 conferunt Sanscr. hri (prehendere), quibus non adversor, modo ἀ euphonice praepositum judicetur.

ἄμμες — κ᾽ ἄμμι Alc. 60, οὐκ ἄμμι S. 78, et lenis certissimus est apud Homerum et ubicunque eae formae leguntur; Sanscrite asmān est ἡμᾶς.

ἄπαλος — Sapph. 76 ὀρχεῦντ᾽ ἀπαλοῖς est in nonnullis libris, Theocr. 28, 4 ὑπ᾽ ἀπαλῶ in duobus; accedunt in Sapph. fr. 15 κἀπάλαις e Bergkii conjectura pro καὶ πολλαὶς, et ἀντ᾽ ἀπαλᾶν δερᾶν e nostra pro ἀντιαπαλαι δεραι (aut e Nevii ἀμπ᾽ ἀπαλᾷ δέρᾳ). Vox non diversa est ab ἀμαλὸς, de cujus spiritu multa inter grammaticos

disceptatio erat, vid. Spitzn. ad Il. χ, 310. Origo vocis dubia est; si tamen Buttm. Lex. I. p. 262 *ἀμαλὸς* recte cum *μαλακὸς*, *ἀβληχρὸς* comparat, ᾱ euphonice praepositum antiquitus lenem habebat.

ἐς radix in *ἐπεμμένα* pro *ἐφειμένα* Sapph. 74: certissime olim digamma habebat, vid. Giese p. 278.

ἕτερος vel *ἄτερος* in *κἀτέρωτα* Sapph. 1, 5 pro *καὶ ἑτέρωτε*, cf. Hes. *κατέροτα*; comparanda sunt Latinum iterum. Anglosaxonicum other, vid. Grimm III. p. 637.

ἰμερ in *ἐπ' ἰμέρτω* Sapph. 58, ut ex uno libro scriptum est. Pottius *ἵμερος* derivat a radice Sanscrita ish (cupere).

ἶρος pro *ἱερὸς* — Cum. 6. 16 *κατείρων*, *κατειρώσιος* pro *καθιεροῦν*, *καθιερώσεως*, Alc. 61 *τὸν ἀπ' ἴρας* e certissima Bergkii emendatione pro *τὸν πήρας*. Asper non minus deest in *Ἰάρον* i. e. *Ἱέρων* in antiqua inscriptione Theraea nr. 12 (Boeckh *Abh d. Berl. Ac.* 1836), quanquam in illis asperi signum frequens est, ut antiqua Dorica dialectus aeque in hac stirpe asperum ignorasse videatur; *ἐπιαρος* legitur in foedere Eleorum C. I. nr. 11, quod pro *ἐφίερος* videtur. Cognata videntur aruspex, *ἱεροσκόπος*, et ipsa Graeca *ἀρὰ*, *ἀρητὴρ*, *ἐπαρὴ* (cf. sacer, sacerdos, exsecrari), quae ex antiqua forma *ἰαρος* abjecto ῐ nata sunt, cf. *ἰαύω* et *ἄεσα*, *ἰάχη* et *ἠχὴ* etc.

ἰψ rad. pro *ὑψ* — *κατ' ἰψήλων ὀρέων* S. 119; comparatur a Pottio I. p. 88 Sanscr. utshtsha, altus.

ὄ,ττι — Sapph. 1 v. 15. 17 *κὤ,ττι*, cf. Lat. ecquis. Minime enim hoc pronomen e relativo et interrogativo compositum esse, docent adverbia *ὅπως* etc. cf. 23, 10.

Ὑρράδιος — *τῷ τ' Ὑῤῥαδήῳ*. Alc. 73; vox, si comparas Latinum spurius, a radice *σϜυρ* descendere videtur, vide quae disputavimus in Mus. Rhen. a. 1838. Aeoles, sigma olim abjecto, digamma habuisse videntur, ut *Ϝὸς* pro *σϜὸς* (cf. Sanscr. svas, Lat. suus), ita tamen ut negligi posset, cf. nr. 9 s. v. *ἄδυς*.

ὔσπερον — Sapph. 69 *οὐδέποκ' ὔσπερον* in libris

est, quanquam alia de causa emendandum. Pottius II. p. 338 derivat ab ὀψέ.

7) Omisimus, quae nostrae regulae adversantur; sunt ea tamen satis pauca. Primum radix ἰκ et asperi et lenis indicia habet; legitur enim ἐφίκτοισιν Cum. 14, ἐφίκεσθαι Sapph. 44; contra apud Sapph. 2, 8 pro antiqua lectione ἐθ᾽ ἥκει post Toupium, qui in omnibus fere libris εἴκει legi affirmat, ἐτ᾽ ἴκει editum est et ex uno codice certius traditur; ἀπίξεται est Theocr. 29, 13, quanquam quatuor Gaisfordii libri ἀφίξεται praebent. Antiqua radicis forma latet [8]; certiora sunt asperi indicia.

Deinde lenem prodit κατιδρύσει Cum. 7, quanquam aperte cognata sunt sedeo, Gothic. sitan; denique ὔμμες lenem habet in θέλετ᾽ ὔμμες Sapph. 95, multis grammaticorum testimoniis confirmatum, quanquam Sanscr. jushman est ὑμᾶς. Sed tam paucae exceptiones in tot exemplis ipsam regulam non debilitant, sed confirmant.

8) Jam ad grammaticos redeuntibus apparet, exemplorum, quae afferunt, nonnulla nostram de psilosi Aeolica regulam sequi, plura adversari, in quibus non moramur, quia exemplis non magis dubitamus fidem detrectare, quam ipsis grammaticis, omnem asperi usum Aeolicae dialecto abjudicantibus. Neque quidquam fructus carpitur iis vocibus Aeolicis comparatis, quae in poëtarum et grammaticorum libris passim lenem pro vulgari aspero appictum habent. Exempla collecta addimus

---

8) Boppius in Gloss. Sanscr. p. 211, Pottius I. p. 268, Giesius p. 291 conferunt Sanscr. viç; non recte. Nam nullum digammi vestigium in hac radice apparet. Quod Giesius ad digamma probandum affert ex Hesychio γίξαι, χωρῆσαι, potius est Boeoticum Fῖξαι pro Fεῖξαι, cf. §. 40, 3; deinde in Od. ν, 213 Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος, quam antiquam lectionem recte restitui jubet p. 289, hiatus et productionis causa non est digamma, sed caesura primaria, cf. Il. ε, 576, υ, 259, Od. ι, 366, κ, 322 etc. Neque apud Sapph. 59 ullo jure Fίξω scriptum est.

eorum causa, qui haerent in librorum levissima auctoritate. Ceterum, ubi plures libri extant, vix unquam conspirant. Leguntur haec: *ἀγήσαιτο* A. 57, *ἀγρέω* semper, *Αἴσιοδος* et *αἴμιονος*, quae Aeolica dicuntur pro *Ἡσίοδος*, *ἡμίονος* Et. M. 452, 37, *ἆδυ* S. 2, 3, *ἀλλόμαν* S. 88, *ἄμμες* fere semper; *ἔμμα* semper pro *εἷμα* vid. §. 8, 3, *ἔροτις* vid. §. 30 not. 3, *ἐτάρας* S. 53, *Ἔβρος* pro *Ἕβρος* A. 94, *ἴλαος* et *ἔλλαθι* (potius *ἴλλαθι*) Choer. Ox. II, 224, 16 et 225, 6, *ἰμέρρω* J. Gr. 244, b et Meerm. 662, *ἴστος* S. 18, *ὔψος* Ann. Ox. I, 63, 29, *ὔψηλος*, *ὔψοθεν* et *ὔπαρ* (fort. *ὐπὲρ*) J. Gr. 244, b, *ὄμιλλος* Choer. Ox. II, 244, 22 et 247, 16 (adeo corrupte *ἐπόμιλλος* in Et. G. 561, 4), *ὄρημι* S. 2, 11 et *ὄρημαι* ap. Hes., *ὄρπετον* S. 20 et Theocr. 29, 13, *ὄππη* Vatic. 690, *ὔδωρ* S. 4, *ὐμάρτη* Theocr. 28, 4, *ὔμοιον* 29, 20 pro *ὁμάρτει*, *ὅμοιον*, *ὔμμες* fere semper, *ὔπισθα* et *ὔπερθα* Apoll. de adv. 606, 16 (sed teste Bastio ad Greg. Cor. 187 *ὔπερθα*), *ὔσδων* pro *ὄζων* S. 4; *ὔπισθα* et *ὔσδων* hic adjecimus, quia *ὐ* initiale vulgo asperum postulat.

9) Igitur, nisi omnia nos fallunt, quanquam non certissimum, satis tamen probabile est, Aeoles Asianos cum reliquis Graecis fere communem habuisse asperum e s̄ vel j̄ natum, contra aliis causis recentiore, ut videtur, tempore in aliis dialectis additum respuisse. Eandem legem in Aeolicorum poetarum reliquiis describendis, quantum fieri poterat, sequendam duximus. In universum reliquimus asperum vulgatum, si certa lenis praeferendi causa deesset. Lenem posuimus in omnibus vocibus, stirpibus et formis, quas certiora lenis indicia habere vidimus nr. 5; asperum maluimus in radice *ἱκ*, adeo *ἔθ᾽ ἥκει* S. 2, 8 et *ἀφίξεαι* Theocr. 29, 13 non sine libris restituimus, vid. nr. 7. Praeterea lenem, partim cum aliqua librorum auctoritate pro vulgato aspero addidimus in his:

ἀγήσαιτο Alc. 57, quia *ἀγέομαι* ab *ἄγω* derivatum etiam apud Dores lenem habet, vid. Giese p. 417.

ἆδυς, quia antiquum digamma, etiam Aeolibus usi

tatum (vid. §. 5, 2) in lenem abisse, ut in ἔμμενος pro Fέμμενος (nr. 5), consentaneum est, quanquam antiquissimo tempore haec stirps ante digamma habebat s̄, ut docent Sanscr. svadus, Lat. suavis.

ἀμέρα propter ἦμαρ et Pindarica ἐπάμερος, πεμπτάμερος.

ἄρμα a radice ἀρ, ut etiam in antiquo titulo Dorico C. I. nr. 4 Ἀρμοξίδαμος sine asperi signo dialecti causa scriptum videtur.

ἴπποι Alc. 7. cf. Sanscr. açvas, Lat. equus et ipsa Graeca λεύκιππος etc. cf. Giese p. 332.

ἴστος propter Homericum ἐπίστιον.

ὄρπετον pro ἄρπετον vid. §. 12, 2, cf. ἁρπάζω, rapio.

ὔδωρ cf. Gothicum vatô, Anglos. väter.

ὔσδος ut ὄζος.

Contra levissimae librorum auctoritati obtemperare noluimus in ἑταίρα, ἑμάρτη, ὅμοιος (cf. Sanscr. sama, Lat. similis, simul). — In singulis vocabulis Aeolicis, quae passim e titulis et grammaticis afferuntur, easdem regulas tacite sequuti sumus.

Quod grammatici negant, ρ̄ apud Aeoles asperum habuisse, quam verum sit difficile est ad dijudicandum, quia asperi signo grammatici nihil significabant nisi rudiorem literae sonum; antiqui enim Graeci, quanquam in ceteris utebantur asperi signo, nunquam literae ρ̄ addunt. Apud Aeoles hunc consonantis ρ̄ sonum alium fuisse, non credo grammaticis, generalem de psilosi Aeolica regulam etiam ad ρ̄ adhibentibus. Exemplum, quod Aeolicum vocatur, ῥάρος lenem non minus habere videtur propter sequens ρ̄ aspiratum, quam N. P. Ῥᾶρος. vid. quos laudat Passow in Lexico et Herod. π. μ. λ. p. 35. — Itaque in his vulgarem usum deserere noluimus.

§. 5.

De digamma.

1) Digamma apud Aeoles in usu fuisse, ipsum Aeolici cognomen, quod apud Grammaticos gerit [1]), satis arguit, et diserta adsunt testimonia [2]), unde, quum una Boeoti nominentur, etiam hic grammaticos de Asianis Aeolibus cogitasse apparet. — Priscianus et Melampus [3]) tradunt Aeoles ubique digamma aspirationis loco posuisse, quos vehementer errare, monuisse satis habemus. Accurata investigatio, reliquis dialectis et cognatis linguis comparatis, potius digamma ex antiquiore lingua acceptum, nunquam ex arbitrio quodam additum esse, luculenter docet.

---

1) Quinctil. I, 4, 7 et 7, 27; Prisc. I. p. 12. 16. 21; Apoll. de pron. 98.

2) Tryph. *παθ. λεξ.* §. 11. *προςτίθεται δὲ καὶ τὸ δίγαμμα παρά τε Ἴωσι καὶ Δωριεῦσι καὶ Λάκωσιν, οἷον ἄναξ Fάναξ, Ἑλένα FΕλένα. προςτιθέασι καὶ* (leg. *δὲ*) *ἀπὸ φωνηέντων ἀρχομένοις· ἅπαξ δὲ παρ' Ἀλκαίῳ τὸ ῥῆξις καὶ Fρῆξις εἴρηται.* Scholl. Dion. 777, 26. *τὸ παρὰ Βοιωτοῖς καὶ Αἰολεῦσι δίγαμμα*; p. 778, 9. *πάντα τὰ στοιχεῖα κατὰ πᾶσαν ἔστιν εὑρίσκεσθαι διάλεκτον· τὸ δὲ δίγαμμα οὔ, ἀλλὰ παρὰ μόνοις τοῖς Βοιωτοῖς καὶ τοῖς Λάκωσι καὶ τοῖς Αἰολεῦσιν*; item Ann. Ox. IV, 323, 3. Alia vid. infr.

3) Prisc. I. p. 22. »Sciendum tamen, quod hoc ipsum (digamma) Aeoles quidem ubique loco aspirationis ponebant effugientes spiritus asperitatem.« — Id. XIII. p. 574. »et in aliis dictionibus quibusdam solent Latini Aeoles sequuti vel in digamma V vel in S convertere aspirationem, ἥμισυ semis, ἕξ sex, ἑπτα septem« (male Krehlius *Fήμισυ* etc.; Aeoles ob solum digamma memorantur), cf. I. p. 23. 24. vid. not. 8. — Melampus Bekk. 777, 15. *τὸ εὑρισκόμενον παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι δίγαμμα οὐκ ἔστι γράμμα — ἔχει δὲ τύπον τόνδε· F — ὃ προςτιθέασιν οἱ Αἰολεῖς ἑκάστῃ λέξει παρ' ἡμῖν δασυνομένῃ, αὐτοὶ ψιλοῦντες πᾶσαν λέξιν. σύμβολον οὖν παρ' αὐτοῖς ἐστὶν ἐκφωνήσεις ἔχον τῆς* $\overline{οι}$ *καὶ* $\overline{ου}$ *διφθόγγου* etc. — Macrob. II. p. 296, ed. Bip. »f digammon est *Αἰολέων*, quod illi solent magis contra vim adspirationis adhibere.«

2) Digamma primum ante vocales initiales fuisse traditur. Grammaticorum testimonia adsunt de pronomine 3 pers. *Fέθεν, Foῖ, Fέ*, possessivo *Fὸς*, et de *Foῖνος* [4]). In poëtarum reliquiis nunc ipsum digamma non est certissimum, nisi in fragmentis ab Apollonio allatis, quanquam et hic plus semel in codice corruptum, *Fέθεν* Alc. 6 (cod. *γέθεν*), *Foι* S. 2, 1, *Fὸν* G. 106 (cod. *εον*) [5]). — Interdum in similes literas etiam alibi abiit, primum in *τ*, ut in fragmentis ab Aristotele servatis Alc. 45 et S. 26 recte *Fείπην* pro *τ' εἰπῆν* emendari videtur, et Alc. 31 *Fάδεα* pro *τάδε ἄν*. In *γ* corruptum est praeter *γέθεν* A. 6 apud Alc. 56, ubi *ἐκ F' ἔλετο* correximus pro librorum lectione *ἐκ δ' ἐλέγετο*, deinde in glossis nonnullis Hesychianis, quas Lesbiacas esse liquidarum duplicatio arguit (§. 8, 3. 8), *γάλλοι, ἦλοι* et *γέμματα, εἷματα* pro *Fάλλοι, Fέμματα* et minus certis *γέλλαι, τίλαι; γελλίξαι, συνειλῆσαι*.

---

4) Apollon. de pron. 98. *τὸ Αἰολικὸν δίγαμμα ταῖς κατὰ τὸ τρίτον πρόσωπον προςνέμεται καθὸ καὶ αἱ ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμεναι δασύνονται*, addito Alc. fr. 6. — Id. 106. *Αἰολεῖς οὖν τῷ F' φαίνεταί Foι κῆνος· Σαπφώ.* — Id. 107 de accus. *Αἰολεῖς μετὰ τοῦ F* i. e. *Fε.* — Id. 136 de pron. poss. 3 p. *Αἰολεῖς σὺν τῷ F κατὰ πᾶσαν πτῶσιν καὶ γένος· τὸν εον παῖδα καλεῖ* (S. 103) *καὶ Ἀλκμὰν συνεχῶς Αἰολίζων φησί· τὰ ἑα κάδεα*, ubi minus recte Bekkerus scripsit *Fεὸν, Fεὰ*, quem Nevius fr. 89 et Welckerus Alcm. fr. 76 sequuti sunt. — J. Gr. 244, b *τὸν δὲ οἶνον ἔοινον* (recte Lascaris *Foῖνον*)· *ἔθος δέ ἐστιν αὐτοῖς τῶν φωνηέντων προτιθέναι τὸ δίγαμμα.*

5) Addimus hic Prisciani testimonia nonnulla de digamma apud Aeoles, quia exempla non e poëtis vere Aeolicis, sed fortasse ex Alcmane hausisse videtur (vid. §. 2, 4): I. p. 21. »Sicut illi (Aeoles) solebant accipere digamma modo pro consonanti simplici, teste Astyage, qui diversis hoc ostendit usibus, ut in hoc versu: *οἰόμενος FΕλέναν ἑλικώπιδα*, sic nos quoque etc.« — Deinde: »Est tamen quando iidem Aeoles inveniuntur pro duplici quoque consonante digamma posuisse ut *Νέστορα δὲ Foῦ παῖδος*« (codd. *Fωι πραος* et *παραος*, unus Erl. *Fαι παιδος*). — Id. p. 21 »Digamma *F* Aeoles est quando pro nihilo in metro accipiebant, ut *ἄμμες δ' Fειρήναν τὸ δέ τ' ἄρ θέτο Μῶσα λιγαῖα*; est enim hexameter heroïcus,« de quo versu corruptissimo vid. Giese p. 184 seqq.

Interdum literae cognati soni pro digamma scriptae reperiuntur, in *βίτυς* pro *Fίτυς*, quod Terentianus Maurus Aeolibus tribuit [6]), in *φέσπερε*, ut in Sapph. fr. 45 legitur apud Et. Gud. 446. 3, dum ceteri, qui hunc versum afferunt, *Ἕσπερε* habent, et hanc lectionem ipsis ineptis vocis etymologiis confirmant, vid. Neue fr. 68, unde cum Welckero *FΈσπερε* scripsimus.

Subinde in poëtarum reliquiis hiatus illicitus olim digamma pronuntiatum fuisse indicat, ut Alc. 7 *ἐπὸ ἔργον*, S. 2. 11 *γλῶσσα ἔαγε*, ubi recte scripserunt *Fέργον*, *Fέαγε*; recte etiam Alc. 31 e duplici lectione *οἴνῳ πλεί-μονα τέγγε*, cui metrum adversatur, et *τέγγε πλεύμονας οἴνῳ* intellexerunt olim *τέγγε πλεύμονα οἴνῳ* i. e. *Fοίνῳ* scriptum fuisse. (Minus certum est digamma, quod in corruptiore loco Sapph. 2 v. 7 *ὥς σε γὰρ Fίδω* scribentes restituimus). Cavendum tamen ne hiatum quemlibet, saepe corruptela ortum, digammi, id quod Alcaei et Sapphus editores nonnulli fecerunt, indicium habeamus. Qui quas voces temere digamma ornaverunt, quod nullo aliunde argumento vindicari posset, omittimus.

3) Quas voces apud Aeoles magis minusve certis argumentis intelligitur digamma apud Lesbios habuisse, pronomina 3 pers., *Fᾶδυς*, *Fάλλος*, *Fέαγα*, *Fεῖπον*, *Fῆμα*, *Fέργον*, *Fέσπερος*, *Fίδω*, *Fίτυς*, *Fοῖνος*, eaedem omnes apud Homerum certissima digammi indicia habent, ut ex antiquissima Graecorum lingua hunc sonum apud Aeoles servatum esse pateat. — Neque tamen semper aut ubique antiqui digamma tenaces erant. Nam et in titulis nullum ejus vestigium, ubi adeo Lesb. 2166. 16 *εἴκοσι*, l. 24 *οἰκήσοισι*, Lamps. 12 *ἴσως*, Cum. 41 *εἴκονας* leguntur, quas voces olim digamma habuisse, ex eodem Homero et aliunde constat, et in poëtarum reliquiis reperiuntur, ubi digamma, quod olim fuit, vim consonantis

---

6) Ter. M. de syll. c. 2 v. 658 p. 2397 P.:

Quamque *ἴτυν* dicunt Achaei, hanc *βίτυν* gens Aeolis;
Plura Sappho comprobavit, Aeoles et ceteri.

amisisse metro appareat. Satis erit, certissima exempla afferre: A. 41 ἀπάλαμνον εἴπην, 57 τὸ δ' ἔργον, S. 51 ὄσσον ἴδην, S. 111 ex antiquo papyro προσίδοισαν. (nec minus in fr. 110 ex eodem papyro οὐκ οἶδα non οὐ Fοῖδα scriptum est), S. 3 φάεννον εἶδος, S. 74 ἐπιεμμένα, A. 1 ὦ 'ναξ, S. 2, 1 κῆνος ἴσος, 44 ἔρχεται ἴσος, A. 5 εὐπέδιλλος Ἶρις, S. 55 κάλιστ' εἰκάσδω [7]); nam fuisse digamma in ἰδεῖν, οἶδα, εἶδος, ἄναξ, ἴσος, Ἶρις et radice εἰκ, ex Homero et aliunde satis constat. Consentit Priscianus, digamma subinde Aeolibus pro nihilo fuisse testatus (not. 5), quanquam vix probabile est, quod e corrupto, quem adhibet versu, colligi possit, vel sic digammi signum adscriptum fuisse. Neque Lesbii, id quod Dorienses nonnullos fecisse, e tabulis Heracleensibus apparet, in aliis vocibus et stirpibus antiquum digamma tenuerunt, in aliis abjecerunt, siquidem in iisdem vocibus servati et neglecti vestigia reperiuntur. Tantummodo in pronomine tertiae personae firmius haesisse videtur, unde, aliis rationibus accedentibus, Alc. 88 scripsimus δὲ Fαύτῳ pro δ' ἑαύτῳ, vid. §. 23, 7; in reliquis suadente versu et assumi videtur et, saepius quidem, negligi. Igitur videntur Lesbii digamma ante vocales initiales ex antiqua lingua hereditate acceptum jam Alcaei et Sapphus tempore plerumque neglexisse, postea ante Alexandrum M. prorsus abjecisse.

4) Digamma ante ρ initiale positum in unico traditur Fρῆξις, quo Alcaeum semel usum esse Trypho refert (vid. not. 2). Contra Priscianus [8]) docet, digamma ante ρ

---

7) Apud Theocritum nullum fere digammi vestigium, nisi forte καὶ οἱ 28, 23, plura neglecti.

8) Prisc. I. p. 23: »In β̄ solet apud Aeoles transire digamma, quoties ab ρ̄ incipit dictio, quae solet aspirari, ut ῥήτωρ βρήτωρ dicunt.« — Id. p. 21: »Aeoles loco aspirationis digamma ponentes in dictionibus ab ρ̄ incipientibus solent loco digamma B scribere, judicantes debere praeponi digamma quasi vocali; sed rursus quasi consonanti digamma in eadem syllaba praeponere recusantes commutabant id in B, βρήτωρ, βρόδος dicentes.«

initiale ab Aeolibus mutatum esse in β, quod minus accurate reliqui [9]) grammatici pleonastice praepositum dicunt. Haec vero hujus usus exempla apud grammaticos reperiuntur: βρᾶ et βράδιος, Βραδάμανθυς, βράκος, βρήτωρ, βρίζα vel βρίσδα, βρόδον, βρύτηρ, βρύτις.

Sappho βρόδον dixisse refertur ab Orione p. 140, 18; βράκεα habet fr. 69, ut Theocr. 28, 11; denique vox a grammaticis omissa βράδινος legitur Sapph. 18 et 55. Recte a Schneidewino restituta videntur βρόδων et βροδοπάχεες Sapph. 69 et 62, quia nullo indicio unquam hoc β omissum esse significatur. — In titulis nulla vox legitur, quae huc facere possit. Non alienum autem videtur nomen Lesbiaci promontorii Βρῆσσα, quod comme-

---

9) Apoll. de adv. 567, 20. μὴ γὰρ ἄλλοτε προςτίθενται Αἰολεῖς τὸ β τῷ ρ, εἰ μὴ τὸ δ ἐπιφέροιτο κατὰ τὴν ἑξῆς συλλαβὴν ἢ τὸ συγγενὲς ζ ἢ τὸ συμπαθέστερον τ· ἅπαξ γὰρ τοῦ κ ἐπιφερομένου ἡ πρόσθεσις ἐγένετο· διὰ τοῦτο βρόδον φασὶ καὶ βρίζα καὶ βρυτῆρες· οὐ μὴν τὸ ῥέω ἔτι βρέω φασὶν οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, unde Aeolicum βρᾶ e βράδιος derivat, cf. p. 566, 32 et 573, 29; hinc hausit Et. M. 700, 30; Eust. 222, 3 in ceteris consentiens addit exemplum ab Apollonio omissum βράκος. cf. p. 1654, 23. — Manca regula (litera ζ et exemplo βρίζα omisso) legitur apud Joann. Gr. 243, b, Greg. Cor. 572, Meerm. 660, Vatic. 689. — Praeterea pleonasticus literae β ante ρ apud Aeoles usus cum vulgatis exemplis βρόδα, βράκη commemoratur a Joann. Gr. 236, a et 237, a, Leid. 638, Vatic. 689 (ubi additur ῥᾶται βρᾶται, leg. ῥᾶ βρᾶ), Mich. Psello apud Koen. ad Greg. C. 572. — Aeolicum βρόδον agnoscitur ab Orione p. 140, 17, cf. Et. Gud. 114, 17, ubi corrupte κρόδον, et Et. M. 185, 29; Hes. βρόδα· Αἰολεῖς ῥόδα, et βραΐδιον. ῥᾴδιον Αἰολεῖς; βρᾶ et βραΐδιον Eust. 163, 21; βράκια (sic) Et. M. 98, 4. — Nova exempla accedunt ex Joann. Gr. 244, b, ubi βρόδα, Βραδάμανθυς, βρυτῆρες afferuntur, et ex Etym. M. 214, 31: βρόδον κατὰ διάλεκτον παρὰ τὸ ῥόδον πλεονασμῷ τοῦ β ὥσπερ ῥυτίδες βρυτίδες καὶ ῥίζα βρίσδα, ubi Aeolicam dialectum significari, etiam ζ in σδ solutum docet. vid. §. 7, 3. — Ceterum grammatici eo progressi sunt, ut, ubicunque in vocibus minime Aeolicae dialecto propriis β pleonastice additum putabant, ab Aeolibus id repeterent, ut in βραβευταὶ Orion. Et. 33, 2, ἀλιβδύειν Et. M. 63, 15, Et. G. 35, 32.

moravit Androtio, vid. Et. M. 214, 7 (ubi *ἄκρας Λεσβιακῆς Βρήσσης*), a *ῥήγνυμι*. Nam non ubique Aeoles *ῥ* initiali *β* praefixisse, recte Apollonius monet, quanquam, quibus finibus hunc usum circumscribit, eos non veros esse, ipsum adverbium *βρᾶ* docet, quod non diversum esse a *ῥέα*, neque, ut ille vult, apocope e *βράδιον* ortum, nunc nemo negabit. Melius Priscianus intellexit, antiquum digamma in *β* transisse, quod confirmatur, si *βρήτωρ* comparamus cum *Fράτρα* in foedere Eleorum C. I. nr. 11, *βρίζα* cum nostro W u r z e l, *βρήτηρ* et *βρήτις* cum *ἐρέω*, quod apud Homerum digammi indicia habet.

Ceterum apparet, ut reliquos grammaticos, ita Apollonium, qui ante vocales ipsum digamma in poëtarum Lesbiorum libris scriptum invenit, ante *ῥ* invenisse *β* pro digamma. Certum inde videretur, ipsos poëtas jam in his *β* pro digamma pronuntiasse, nisi Tryphonis testimonio constaret, semel apud Alcaeum *Fρῆξις*, non *βρῆξις*, scriptum fuisse. Jam suspicio nascitur, mature recentiorum Aeolum pronuntiationem in libros irrepsisse, antiquum digamma casu aliquo in *Fρῆξις* servatum esse, neque tamen rem ad liquidum perducere licet.

5) In mediis quoque vocibus inter vocales apud Aeoles digamma fuisse, ut *ὄFις*, Priscianus [10]) tradit, sed is non magna fide dignus, quia Alcmanem Laconem pro Aeolico poëta testem habet.

Reliqui grammatici referunt, Aeoles in quibusdam inter vocales *υ* inseruisse, cujus usus exempla habent:

---

10) Prisc. VI. p. 261: »Aeoles quoque solent inter duas vocales ejusdem dictionis digamma ponere, quos in multis nos sequimur, *ὄFις* ovis, *ΔαFος* Davus, *ὠFον* ovum.« — Id. I. p. 22: »Hiatus quoque causa solebant illi (Aeoles) interponere digamma *F*, quod ostendunt etiam poëtae Aeolidae usi, Alcman: *καὶ χεῖμα πῦρ τε δάFιον*, et epigrammata, quae egomet legi in tripode vetustissimo, qui stat in Xerolopho Byzantii, sic scripta: *ΔημοφόFων ΛαFοκόFων*.« — Id. I. p. 21: »Inveniuntur etiam pro vocali correpta hoc digamma illi usi, ut Alcman *καὶ χεῖμα πῦρ τε δάFιον.*«

αὔηρ, *αὔως* pro Dorico *ἀὼς*, *ναῦος*, *παραύα* pro Dorico *παράα*, unde Pindaricum *χαλκοπάραος*, *φαῦος* (in Hesychii glossa *φαύφοροι*, *ἱέρειαι*, *Αἰολεῖς*), *εὐάλωκεν* [11]) pro *ἑά-*

---

11) Scholl. Pind. Pyth. II, 52. (*Αἰολεῖς*) *ἐὰν ὦσι δύο φωνήεντα μεταξὺ ἐντιθέασι τὸ υ ὡς ἀπὸ τοῦ ἀὴρ αὐὴρ καὶ ἀὼς αὔως* (sic)· *ὅταν δὲ σύμφωνόν ἐστι μεταξὺ, οὐκέτι* (unde etiam Pindari *αὐάτα* Aeolicum vocatur). Eadem fere Greg. Cor. 611 in antiquis editionibus, ubi nunc pro ultimis haec leguntur: *οὕτω καὶ χέω χεύω καὶ θέω θεύω καὶ νέω νεύω*. Non recte regula restringitur apud Tzetz. ad Hes. Opp. 661 (Et. Leid. ap. Gaisf. ad l.) ad *καυάξαις*: *οἱ Αἰολεῖς μετὰ ἄλφα ἂν ᾖ φωνῆεν προστιθέασι τὸ ῡ· οἷον ἀὴρ αὐὴρ, ἠὼς αὐὼς, ἄγιος αὔγιος* (Koen. ad Greg. 612 em. *ἀγαὸς ἀγαυὸς*. Scalig. *ἀέλιος αὐέλιος*), *ἀάτην αὐάτην*; Joann. Gr. 244, a: *προστιθέασι τῷ ᾱ τὸ ῡ, ἀὴρ αὐὴρ, ἀὼς αὐώς*. De Aeolico *αὔως* praeterea testantur Et. Gud. 251, 1 (corr. 95, 22), Ann. Ox. III, 400, 20, Eust. 161, 16, Suid. s. v. *ἠώς*. Et. M. 171, 1. *παρὰ τὸ αὖω Αἰολικῶς ὃ σημαίνει τὴν ἡμέραν*, unde corrigas ibid. 171, 36: *παρὰ τὴν αὔαν Αἰολικῶς τὴν ἡμέραν· τὴν γὰρ ἠῶ οἱ Αἰολεῖς αὖον φασὶ* (in Et. G. 95, 20 est *αὔαρ* et *αὔαν*). cf. not. 12, Hes. *αὐὼς ἡμέρα*; de *αὐὴρ* Et. Gud. 93, 55. — Praeterea *ναυὸς* Aeolicam dicitur ab Apollon. de adv. 559, 31, Et. Orion. 3, 8, Et. M. 6, 26, Ann. Ox. III, 237; de *παραύα* Ann. Ox. I. 343, 18: *οἱ Αἰολεῖς πάραυα λέγουσι τροπῇ καὶ ἐπενθέσει τοῦ ῡ τῷ ἰδίῳ ἔθει*, corruptius Choer. Ox. II, 251: *παρειαί· ει· παραυαὶ γὰρ λέγουσιν* (Et. G. 153, 20 *παρειαὶ παραυαὶ λέγεις*) *οἱ Αἰολεῖς τρέψαντες τὸ ῑ εἰς ῡ καὶ τὸ ε̄ εἰς ᾱ*, et Ann. Ox. II, 301: *παρειὰ διὰ τῆς ει διφθόγγου, ὅτι οἱ Αἰολεῖς παροιὰς λέγουσιν*, nisi hic *παρηὰς* legendum est, quod quum alibi Aeolicam vocetur, Boeotis vindicare studebimus §. 40. not. 6. — Ann. Ox. I, 174, 19. *τὸ ἐρευνῶ περισπώμενον οἱ Αἰολεῖς ἀποβάλλοντες τὸ ν̄ βαρύνουσιν ἐρεύω*, potius ex *ἐρέω*. —

Saepe grammatici suo more pleonasmum hunc Aeolicum agnoscunt in vocibus Aeolicae dialecto non propriis, ut *ἀγαυὸς* Et. Or. 3, 8, Et. M. 6, 26, Et. G. 3, 28, Ann. Ox. I, 32, 18; ficta forma *ἐλαύω* Heraclid. ap. Eust. 670 fin., Herod. H. Ad. 205, a, App. Et. G. 661, 38; *χεύαντες* J. Gr. 243, b, Gr. C. 591, Meerm. 660, Aug. 670, Vatic. 699; *εὔαδε* Meerm. 660, Eust. 990, 36 et 1792, 51, Scholl. Dion. 691, 19, Ann. Ox. IV, 177, 11, quod cautior Apollonius de adv. p. 559, 30 non vocat Aeolicum, quanquam deinceps Aeolicum *ναυὸς* commemorat; denique Pindaricum *αὐάτα* vid. supra. Ceterum negare nolumus, ea maxime, quae ultimo loco nominavimus, fortasse etiam apud Lesbios fuisse in

λωκεν, denique *χεύω, θεύω, νεύω, ἐρεύω*. Aeolicae videntur etiam Hesychii glossae *αὔελλαι, ἄελλαι* et *αὐιδετοῦ, ἀφανοῦς* i. e. *ἀϊδετοῦ* et corruptiores *αὔρος, σκιά* et *αὔητον, ἔννηον*. — Non minus *υ* interdum ante sequens *ρ* insertum est, ut *αὔρηκτος, εὔραγη* pro *ἄρρηκτος, ἐρράγη* [12]. Quae praeterea vocalis *υ* ante alias consonantes abundantis a grammaticis exempla afferuntur, non sunt vere Aeolica, sed e mala hujus pleonasmi Aeolici doctrina explicantur [13].

In titulis hujus usus haec exempla leguntur: *ναῦος* Lesb. 2166, 38, Cum. 5. 16; *ἐνδεύη* 2166, 32 et *δευομένοις* 2189. — Apud poëtas leguntur *αὔως* Sapph. 11. 45. 108; *ναύω* Alc. 3; deinde Hesychius post glossam *ἀμαρυέων, ἐμβλέπων* Alcaei fragmentum tradit corruptissimum (fr. 55), in quo vix dubium est, quin pro *πνέοισα* corrigi oporteat *πνεύοισα*; Alc. 33 antiqua lectio est *ἔγχευε* pro *ἔγχεε*; eandem originem habent *Ἄρευος, Ἄρευϊ*,

---

usu, quia non alia causa nata sunt, quam quae Lesbiaca esse certum est.

12) Ann. Ox. III, 237. *ἔθος Αἰολεῦσι τὸ ῡ πλεονάζειν φωνήεντος ἐπιφερομένου ἢ τοῦ ῤ· ναὸς ναυὸς, ἄος αὖος* (leg. *ἀὼς αὐὼς*), *ἑάλωκεν εὐάλωκεν, ἄῤῥηκτος αὔῤῥηκτος* (leg. *αὔρηκτος*), *ἐῤῥάγη εὐῤῥάγη* (leg. *εὐράγη*). — Scholl. Dion. Thr. 691, 18. *εἰώθασιν Αἰολεῖς φωνήεντος ἐπιφερομένου προστιθέναι τὸ ῡ ὡς ἐπὶ τοῦ εὔαδε· καὶ πάλιν τὸ ἠὼς ἀὼς λεγόντων τῶν Δωριέων οἱ Αἰολεῖς λέγουσιν αὐὼς τὸ ῡ προστιθέντες, καὶ πάλιν τὸ ἄτην αὐάτην λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς· τοῦ δὲ ῤ ἐπιφερομένου πολλάκις προστιθέασιν οἱ Αἰολεῖς· οἷον αὔρηκτος*. — Eust. 518, 30. *ταλαύρινος πλεονασμῷ Αἰολικῷ τοῦ ῡ ὡς ἄρηκτος αὔρηκτος*.

13) Ita *αὐτὰρ* et *εὔκηλος* pro *ἀτὰρ* et *ἕκηλος* Aeolica vocantur ab Auct. *π. ὁμ. διαλ.* p. 478, *αὐτὰρ* Eust. 72, 41, *εὔκηλος* Eust. 149, 15, Ann. Ox. III, 398, 29; *νοῦσος* et *Οὔλυμπος* Ann. Ox. IV, 177, 11; denique Eust. 1654, 28. *Αἰολεῖς παρατιθέντες τὸ ῡ, ὥς φησιν Ἀρίσταρχος παρατιθεὶς τὸ ἀτὰρ αὐτὰρ, δαλὸς δαυλὸς, ἴαχεν ἴαυχεν, λέγουσιν οὕτω καὶ φάσκω φαύσκω* (unde *πιφαύσκω* derivat); similia traduntur in App. Et. Gud. 661, 50. At cautior Apollonius de adv. 559, 30 *νοῦσος* Ionicum dicit et tacite significat, *εὔκηλος* non esse Aeolicum (cf. not. 11); *αὐτὰρ* diserto testimonio non Aeolicum, sed *κοινὸν* esse traditur Ann. Ox. I, 67, 11; denique *δαυλὸς* recentioribus Ionibus tribuitur Scholl. V. Il. *ο*, 421.

Ἄρευα, de quibus vide §. 22. — Denique non alienum esset Εὔρος Alc. 94 pro vulgato Ἕβρος, nisi librarii sphalmate natum videretur.

6) In his omnibus υ ex antiquo digamma ortum esse, satis docent αὔως et φαῦος cum Laconico ἀβὼς et Pamphylico φάβος comparata, εὐάλωκα et αὐΐδετος cum ἁλῶναι et ἰδεῖν, quae apud Homerum certa digammi indicia habent, αὔρηκτος denique et εὐράγη cum ipso Aeolico Ϝρῆξις, ut alia minus aperta omittamus.

Certissimum inter haec est digamma in υ mutatum post longum α in αὔηρ, αὔως, ναῦος, παραύα; nihilominus, digamma post eandem vocalem potius ejecto, legitur ἀέλιος S. 79. quod si Scaligeri in Tzetze emendatione confisus (vid. not. 11) in αὐέλιος corrigere velis, certiora sunt νᾶος, νᾶϊ Alc. 10. 11 et quod Aeolicum dicitur νάεσσι Et. M. 605, 25 et Ann. Ox. I. 298. 17, ubi Alcaei frustulum adhibetur (Alc. 79) [14], in quibus digamma omissum Latino n a v i s arguitur. Deinde post η haec mutatio facta est in Ἄρευος pro Ἀρηϝος: at ceterae voces in ευς in obliquis casibus non habent υ ex ipsorum grammaticorum testimoniis, accedentibus libris et titulis, ut βασίληος, vid. §. 21. 6. Cum brevi α digamma in diphthongum αυ coalescit in φαυόφοροι, αὔελλα, αὐΐδειος, quibuscum compares Homericum αὐίαχοι, Pindaricum αὐάτα P. II. 52 et III. 42: contra omissum est in ἀείδω Alc. 4. 5. 64, ἀοίδα A. 31, ἄοιδος S. 44 (cf. τραγαϜυδὸς etc. apud Boeotos C. I. nr. 1583), ἀήδων S. 19 (cf. Hes. ἀβηδόνα, ἀηδόνα), denique in ipso φάος, quod legitur in Sapphus fr. 111 ex antiquo papyro. Diphthongus ευ ex ε et digamma prodiit in εὐάλωκα, χεύω, πνεύω, δεύω etc., ut in Homerico εὔαδε: at ἐάνασσε Alc. 53, ἔαγε S. 2, 11, χέω A. 31, S. 2, 13, alia leguntur, non εὐάνασσε (quanquam ipsum augmentum syl-

14) Schneidewinus Ex. Cr. II. p. 9 in hoc loco correxit ναύεσσιν, fretus grammatici loco, quem attulimus not. 12 in.; at ibi ναῦς ναυὸς est templum, non genitivus a ναῦς.

labieum olim digamma interfuisse prodit), εὔαγε, ubi eadem valent de reduplicatione, χεύω. Postremo accedunt αὔρηκτος, εὐράγη, quibuscum conspirat Homericum ταλαύρινος. — Apparet nullam certam regulam atque normam in his regnare, sed casu quodam factum videri, ut in aliis digamma in υ mutaretur, in aliis ejiceretur.

7) Jam vero fuerunt, qui judicarent, digamma in his non esse in ῡ vere mutatum, sed pronuntiatione non mutata υ pro *F* scriptum esse. Cujus rei argumentum Boeckhius ad Pind. P. II, 28 maxime petiit e spiritus atque accentus collocatione singulari, quam in ἀὐάτα, ἀὐὴρ, ἄυως Scholia ad illum locum (not. 14), ut in ἀὐάτα multi Pindari libri, tuentur: inde enim apparere, grammaticis υ pro consonante fuisse. At quum nullum praeterea talis grammaticorum opinionis vestigium reperiatur, ita scribendo potius pleonasticum vocalis ῡ usum significare videntur [15]). Gravius est, quod, sicuti αὐάτα apud Pindarum, ita ἔγχευε Alc. 33 diphthongum corripit (nec minus ἐπαυεύοισα Alc. 55, ut corruptissimum fragmentum correximus); deinde aperta scribendi inconstantia indicare videtur, non accurate ipsum vivae orationis sonum exprimi. Vix tamen dubium videtur recentiores Aeoles, quorum inscriptiones habemus, vere digamma in talibus in ῡ mutasse; cur enim sono non mutato signum mutarent? Contra in poëtis Lesbiis fieri potuit, ut digamma in mediis vocibus, quod scripsisse Aeoles Priscianus affirmat, in recentioribus libris ut obsoletum aut ejiceretur aut e recentiorum Aeolum consuetudine in ῡ mutaretur, non minus quam αὐάτα vix ipsi Pindaro Boeoto debetur, quum Boeoti multo recentiores digammi signum inter vocales tenuerint.

8) Raro digamma inter vocales ita evanuit, ut etiam contractio concederetur, ut factum est in Ἄλιε A. 70, et

---

15) Adversatur etiam, si recte judicavimus, antiquum de vocis ναῦος accentu testimonium, quo comparatur cum Τραῦος, ψαῦος, αὖος, nullo discrimine notato. vid. §. 3. not. 9.

Ἄλιο S. 111: nam καταῤῥεῖ S. 4 etiam aliam ob causam corruptum videtur. vid. §. 28. 1. — Post vocales, quae non possunt diphthongum cum ι efficere, digamma omissum esse in libris, vix opus est monere, ut Διὸς S. 1, 2 etc., ὤϊον S. 17. 37. 85. — Aliarum literarum pro digamma in mediis vocibus usus incertissimus est; nam ἄβως, quod scribitur Et. G. 212. 43 in Sapphus fr. 45 pro vulgato αὔως, notae harum literarum apud recentiores librarios permutationi debetur: Hesychii vero glossa καραβίδες, γρᾶες· Μηθυμναῖοι non una causa singularis est.

9) Jam satis apparet, non eum fuisse digammi apud Aeoles Asianos usum, quem Aeolici nomen prodere videtur. Nam et ante vocales initiales jam apud antiquos poëtas saepe pro nihilo habitum est, et ante ρ atque in mediis vocibus, si non eorundem aetate, tamen satis mature in β et ι transiit. Multo accuratius et diutius Boeotos digamma servasse postea videbimus, multo etiam Doriensium nonnullos, tabulae Heracleenses arguunt.

§. 6.

De consonantibus simplicibus.

1) π pro vulgato τ est in πέμπε pro πέντε, quod a grammaticis [1]) Aeolicum vocatur et legitur Alc. 26, unde recte Schneidewinus Sapph. 49 pro περιεζώμα scripsisse videtur περπεζώμα; deinde in πέσσυρες pro τέσσαρες [2]),

1) Herod. Vit. Hom. c. 37, ubi Homerus ut Aeolensis πεμπώβολα dixisse refertur, καὶ γὰρ ὀνομάζουσιν οἱ Αἰολεῖς τὰ πέντε πέμπε, cf. Eust. 135, 33. Scholl. Od. δ, 412; Et. M. 660, 3; Hesych. s. v. πέμπε et πεμπάσσεται; Phot. πέμπτα: πέντε καὶ Αἰολεῖς καὶ Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ leg. πέμπε· τὰ πέντε.

2) Hesych. πέσσυρες, τέσσαρες Αἰολεῖς, cf. πέσσυρα, πίσυρα, τέσσαρα; apud Joann. Gr. 241, b: οἱ Αἰολεῖς ἀντὶ τοῦ τ̄ τὸ π̄· στολὴν σπολὴν, σταλεὶς σπαλεὶς, τέτραπται πέπραπται, ubi pro ultimis suspicor τετράτα πετράτα.

quanquam Alcaeo adscribitur *τετραβαρήων* apud Hesych. s. v.: deinde in adverbio locativo *πήλοι*, quod quum Aeolicum vocetur a grammaticis (vid. §. 29. not 6), Aeolice pro *τηλόσε* positum esse intellexit Seidlerus p. 219 et egregia emendatione apud Sapph. 1, 6 pro *πόλυ* restituit Bergkius; denique in *σπέλλω* pro *στέλλω* et derivato *σπολὰ* 3), unde futurum *κασπολέω* est Sapph. 23; *στολὰ* tamen in libris est S. 74, *ἀπέστελλαν, ἀποστέλλαντα, ἀποσταλέντα* in Lamps. 12. 18. 23. — Apparet, Aeoles π pro τ habere, ubi apud Latinos est q, cf. q u i n q u e, q u a t u o r, p r o - c u l i. e. proquul, c u l t u s (*στολή*), in Sanscrita lingua tsh, p a n t s c h a, t s c h a t u r, t s c h ē l a (vestis); manet tamen τ in *τίς* et *τε*, cf. q u i s, q u e, Sanscr. t s c h a, neque minus in adverbiis temporalibus *ὅτα, ἄλλοτα* etc., ubi Dorica dialectus κ habet. vid. §. 29, 1.

Male a nonnullis 4) κ pro π Aeolicum dicitur, quod potius est Ionum in interrogativis. Aeoles ubique π tenent, ut *ποῖ, πότα, ὅπποτα*. vid. §. 29.

2) β pro δ Aeolicum vocatur 5) in *βλῆρ* pro *δέλεαρ*, et *βελφῖνες, Βελφοὶ* pro *δελφῖνες, Δελφοί*. At illud e con-

---

3) J. Gr. 244, a (not. 2) et ultimis omissis Greg. C. 615, Meerm. 662; Lesbiacae sunt etiam Hesychii glossae *σπελλάμεναι, στειλάμεναι* propter liquidae duplicationem (§. 8, 2), *σπολεῖσα, σταλεῖσα* propter ᾱ in ō mutatum (§. 12, 2), denique *κασπέλη, στορνύει* (leg. *κασπέλλει*) et *κασπολέω, ὑποστρέφω* (fort. *ὑποστορέσω*) pro *καταστέλλει, καταστελέω* vel *καταστάλέω*, docente insuper praepositionis rara apocope. vid. §. 28, 1.

4) Scholl. Hes. Theog. 131. *Κοῖον λέγει τὴν ποιότητα κατὰ τροπὴν Αἰολικὴν τοῦ π πρὸς τὸ κ*, unde Et. M. 523, 49, Greg. C. 549; etymologiae ineptia apparet.

5) Et. M. 200, 27. *βλῆρ Αἰολικῶς τὸ δέλεαρ· οἱ Αἰολεῖς τὸ δ εἰς β τρέπουσι· τοὺς γὰρ δελφῖνας βελφῖνάς φασι καὶ τοὺς Δελφοὺς Βελφούς*, cf. Hesych. *βλῆρ, δέλεαρ· παρ' Ἀλκμαίωνι ἡ λέξις*, ubi nolo cum Schneidewino Ex. Cr. II. p. 10 *Ἀλκαίῳ* corrigere, quia non est cur nolimus Alcmaeonem (vid. Lob. Parall. p. 75) hac dictione usum credere.

suetudine grammaticorum per sequentia Aeolica explicari videtur, quum necessitate quadam e *δῆρ* fieret *βῆρ*, vid. §. 11, 1; haec vero comparanda sunt cum Latinis bis pro *δὶς* e duis, *δϜὶς*, bellum e duellum, et cognata sunt *βελφὶς* et bellua; quippe, quae incipiebant olim a *δϜ*, postea aut digamma ejecerunt aut, *δ* ejecto, in mediam mutarunt. Non aliam causam habuerit *σάμβαλα* pro vulgato *σάνδαλα*, quod legitur S. 49. — Contraria mutatio in *ὀδελὸς* pro *ὀβελὸς* levi auctoritate Aeolica vocatur 6).

3) Aeolibus tribuitur etiam aspiratarum permutatio, praecipue *φ* pro *θ* in *φὴρ*, *φήριον* 7), ut Latina lingua saepissime pro Graecorum *θ* habet f, cf. *θὴρ* et fera, *θάρσος* et fortis, *θέρος* et ferveo, *θύρα* et feres etc. Hinc verum videri possit, quod Sapph. I, 1 gravissima auctoritate confirmatur, *ποικιλόφρον'* pro *ποικιλόθρον'*, et quod ibidem v. 5 in cod. *Δ* legitur *ἔλφ'* pro *ἔλθ'*, quanquam non ausi sumus ea recipere. Etiam Alcman *Αἰολίζων* dixit *φοίναις* pro *θοίναις* fr. 6 Schn. Alia mutatione Aeolicum dicitur *αὔφην* pro *αὐχὴν* a Joann. Gr. 244, a, ut apud Latinos est fel pro *χόλος*; denique *πλήχω*

---

6) Scholl. Nic. Ther. 93. *ὀδελὸς Δωρικῶς ἤγουν Αἰολικῶς.*

7) Eust. 101, 44. *φῆρας ὀρεσκῴους τοὺς κενταύρους φησὶ, τουτέστι θῆρας ὀρειφοίτας, Αἰολικὴ δὲ λέξις κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ φῆρες ἀντὶ τοῦ θῆρες, ὡς τῶν Αἰολέων οὕτω λεγόντων. ἰστέον δὲ ὅτι ἡ τοῦ θ μετάληψις εἰς τὸ φ καὶ Ἀττικῆς ποτὲ διαλέκτου ἐστὶν, ἐκεῖνοι γὰρ τὸ θλᾶν φλᾶν λέγουσι, τὸ μέντοι φλίψεται τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ (ρ, 221) καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐν Ἀδωνιαζούσαις* (15, 76 *φλίβεται*) *Αἰολικὸν καὶ αὐτό.* — Id. 1817, 33. *φλίψεται· ἡ δὲ λέξις Αἰολικὴ ὡς τὸ φηρσὶ καὶ τὸ φλᾶν*; Scholl. Od. *ρ*, 221. *θλίψεται Αἰολικῶς*, leg. *φλίψεται.* — Scholl. L. Il. *α*, 268. *φηρσὶν θηρσὶν Αἰολικῶς.* — Hesych. *φῆρες, κένταυροι Αἰολικῶς* et *φηρία, θηρία· Αἰολικῶς.* — J. Gr. 244, a, Greg. C. 614, Meerm. 641. *ἀντὶ δὲ τοῦ θ τὸ φ, θλᾶται, φλᾶται.* Aeolica suo more vocant etiam quae extra Aeolicam dialectum similia reperiuntur *φλᾶν* et *φλίβειν.* Satis incerta sunt, quae Hesychii interpretes huc praeterea retulerunt, *φάβα, μέγας φόβος*, cf. *θάμβος, τέθηπα* etc., *φάρυμος, τολμηρὸς, θρασὺς* cf. *θάρσος* etc.

pro *πλήθω* Ann. Ox. I, 149, 6, quanquam *πλήθοισα* legitur Sapph. 3. — Neque a Thessalis aliena erat haec aspiratarum inter se permutatio. vid. §. 49, 3.

4) Tenuis pro aspirata in paucis quibusdam est, neque Aeolicae dialecto propriis, *δέκει'* Sapph. 1, 22, *ἄντον* A. 29, S. 67. Non vera enim puto, quae in marmore Cumaeo leguntur l. 40. 41 *κοραγίαν* et *ὑπαρκοίσας*, quia saepissime hae literae in titulis referendis permutantur, neque credo grammaticis, qui *ἀμπὶ* pro *ἀμφὶ* Aeolicum dicunt [8]), quia, quod docent comparati, non alia videntur exempla habere quam *ἀμπέχειν* et derivata, in quibus aspirata propter sequentem aspiratam mutata est, quo minus intellecto ab Aeolibus *ψιλωτικοῖς* *ἀμπὶ* derivarunt. Et in libris est *ἀμφὶ* Alc. 3. 27, S. 3. 4. 76. 96, unde Nevii conjecturam, ceterum satis probabilem S. 15 *ἀμπ' ἀπάλα δέρα* pro *ἀντια παλαι δεραι*, vix veram habere licet. — Denique ne *'Επιάλτης* quidem aut *'Επίαλος*, quo incubi nomine Alcaeus [9]) usus fertur

---

8) Choerob. Bekk. 705, 4. *πολλάκις αἱ διάλεκτοι ψιλουμένου φωνήεντος ἐπιφερομένου τρέπουσι τὸ δασύ, οἷον ἔχεσθαι καὶ τὸ ἀμφὶ πρόθεσις· ἐκ τούτου γίνεται ἀμφέχεσθαι καὶ Αἰολικῶς ἀμπέχεσθαι;* Et. M. 85, 48. *ἡ ἀμφὶ πρόθεσις λέγεται καὶ ἀμπὶ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν, οἷον ἀμπεχόνη, ἀμπίσχουσα;* Id. p. 94, 19. *ἀμφὶ καὶ ἀμπὶ παρὰ Αἰολεῦσιν;* Ann. Ox. I, 66, 24. *Αἰολεῖς ἀμπὶ λέγουσι διὰ τοῦ ψιλοῦ — εὕρηται δὲ καὶ ἐν συνθέσει τὸ πι ἔχουσα παρὰ Ἀττικοῖς· ἀμπεχόνη, ἀμπίσχουσα;* IV, 309, 5. *ἀμφέχεσθαι Αἰολικῶς ἀμπέχεσθαι.* cf. Herod. *π. μ. λ.* 45, 20. *λέγεται δ' ἔσθ' ὅτε καὶ ἀμπὶ ἐν συνθέσει διὰ τοῦ π καὶ ἴσως ἀναλογώτερον*, qui si Aeolicum *ἀμπὶ* novisset, vix silentio praetermitteret.

De Aeolico *ἀμφὶ* testari videntur Scholl. Dion. 779, 17. *τοῖς δασέσι συμφώνοις οἱ Αἰολεῖς κέχρηνται συνεχῶς· οἵ ν ἀμφ' ἀγαθὸν θεράποντα*, neque tamen huic multum tribuo, quia exemplum est Homericum.

9) Eust. 1687, 52. *τὸν ἐφιάλτην ἐπιάλτην κατὰ παλαιὰν παρασημείωσιν ὁ Ἀλκαῖος λέγει;* Et. M. 434, 12. *ὁ δὲ Ἀλκαῖος ἐπίαλον αὐτὸν ἔφη;* cf. Hesych. *'Επιαλῆς ὁ Ἐφιάλτης· ὃν Αἰολεῖς 'Εφέλην, ἄλλοι 'Επιάλλην καὶ 'Επωφέλην καλοῦσιν.* De aliis vocis formis, *ἠπίαλος*, *ἠπιάλης*, quo Sophron usus est, *ἠπιόλης* etc. vid. Giese p. 349

pro vulgato Ἐφιάλτης, certo huc trahitur propter incertam vocis multiformis originem.

Aspirata pro tenui in Φίττακος legitur, in recentiore nummo Lesbiaco (*Mionn. Suppl. VI. p. 61 nr. 28*); scriptura singularis et mira.

Quod Aeolicum dicitur θ pro δ [10]), et in reliquis inani etymologia niti videtur et οὐθεὶς pro οὐδεὶς potius Boeoticum et Doricum est. vid. §. 34 et Boeckh. ad C. I. I. p. 881, b. et II. p. 23, b. Neque recte Schneidewinus auctore Boeckhio Alc. 36 e parte librorum recepit μηθὲν, quum οὐδεὶς et in titulo Lesbiaco 2166, 38 scriptum sit et in Sapphus fr. 111, quod in antiquo papyro servatum est, et in multis aliis poëtarum fragmentis.

5) Cum Ionibus et Atticis Lesbii plerumque σ pro antiquo et Dorico τ commune habent, ut in conjugatione ἦσι S. 48, quod Dorice apud Alcmanem ἦτι sonabat (Ann. Ox. I, 190, 19), ἴεισι pro Dorico ἵεντι, κρύπτοισι pro Dor. κρύπτοντι etc. vid. §. 24, 4, deinde εἴκοσι nr. 2166, Dor. εἴκατι, πρὸς pro προτὶ, ποτί (§. 28). In nonnullis et σ et τ apud Lesbios in usu erat, ut Ποτίδαν et Ποσείδαν (vid. §. 22), σὺ, σοῖ, σὲ et rariora aut incertiora τὺ, τοῖ, τὲ §. 23, 2; denique ἔπετον Aeolicum est sec. Ann. Ox. I, 179, 3 et legitur Alc. 51 e diserto testimonio, contra ἐμπέσων S. 22, quod non audemus mutare.

Errat Lactantius, qui σιὸς pro θεὸς, quod est Laconicum, vocat Aeolicum (I, 6, 7) Sibyllae nomen e θεὸς et βουλὴ derivans.

---

seqq. Quod Eustathius addit κατὰ παλαιὰν παρασημείωσιν, et alios in errorem haud levem induxit et Giesium, non memores, nihil aliud haec significare, quam secundum veteris grammatici adnotationem, ut frequens est apud Eustathium verbum παρασημειοῦσθαι: p. 209, 30. οἱ δὲ παλαιοὶ παρασημειοῦνται ἐνταῦθα, ὅτι οὐ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε οὐλοὺς. cf. 188, 3; 201, 23; 735, 58 etc.

10) Eust. 1811, 23. ἀρέσκει δὲ τοῖς παλαιοῖς ἡ μετάθεσις τοῦ θ καὶ δ εἰς ἄλληλα Αἰολέων εἶναι· οἷον τὸ οὐδὲν οὐθὲν, ἐξουδενῶ ἐξουθενῶ, μήδω μήθω, δάσος θάσος. cf. Philem. s. v. οὐδὲ ἕν.

6) *μ* pro *π* Aeolicum dicitur in *ματεῖν* pro *πατεῖν* [11]) et legitur *μάτεισαι* (Aeol. pro *ματοῖσαι*) S. 76, quod plerique pro *πατοῖσαι* dictum putant; neque refragarer, si versus certo cum antecedentibus cohaereret, quibus quum conjectura additus sit, altera explicatio quaerentes commendatur eo, quod Theocritus in carmine Aeolico habet 29, 15 *ματῆς*.

Non minus Aeoles *μ* pro *β* dixisse referuntur in *κυμερνήτης* pro *κυβερνήτης* [12]), et *βάρμιτος* pro *βάρβιτος*, quae tamen vocis forma non diversa videtur a *βάρμος* vel *βάρωμος*, ut alibi audit.

7) *ν ἐφελκ.* notabilem in modum in titulis negligitur. In Lesb. 2166, 17 legitur *πρόσθε ἐόντων*, 27 *ὄσσα κε ὀμο* . . ., 29 *αἴ κε ἄγηται*, 31 *ἐλθόντεσσι ἐπὶ*, 35 *τοῖς θέοισι ἐπὶ*, in Lamps. 12 *διάκοσι ἴσως*. Conspirat quod in dativis pluralis pronominum *ἄμμι*, *ὔμμι* soli Lesbii *ν*, a ceteris omnibus constanter servatum, abjiciunt, quanquam interdum etiam retineut teste Apollonio, vid. §. 23 not. 5. 7. — Contra additur, ubi reliqui Graeci eo carent in *λεγόμεθεν* pro *λεγόμεθα*, vid. §. 24, 7. — In titulo Cumaeo et poëtarum libris vulgata ratio, exceptis pronominibus, non deseritur.

§. 7.

De consonantibus duplicibus.

1) Grammatici [1]) tradunt, Aeoles syllabam $\overline{\delta\iota}$ ante sequentem vocalem in $\overline{\zeta}$ mutasse, cujus rei exempla

---

11) J. Gr. 244, b. *Αἰολεῖς ἀντὶ τοῦ π̄· πατεῖν, ματεῖν, πατοῦσαι, ματοῦσαι.* cf. Hesych. *ματεῖ, πατεῖ.*

12) Et. M. 543, 2, Gud. 352, 9. *κυβερνήτην Αἰολεῖς κυμερνήτην λέγουσιν.* — Et. M. 188, 20, Gud. 164, 35. *βάρβιτον Αἰολεῖς βάρμιτον διὰ τοῦ μ*; teste Euphorione ap. Athen. IV, 182, F. Sappho et Anacreon mentionem fecerunt *τοῦ βαρώμου καὶ βαρβίτου*; Phillis ap. Athen. XIV, 636, C. *καὶ γὰρ βάρβιτος ἢ βάρμος.*

1) Et. M. 407, 18. *ἡ διὰ πρόθεσις ἔστιν ὅτε ἐπίτασιν σημαίνει καὶ τρεπομένη ὑπὸ Αἰολέων γίνεται ζ̄α ὡς διαφλεγὴς ζαφλεγὴς· καὶ ἁπλῶς*

praeter *ζὰ ἐπιτατικὸν*, quod neque e *διὰ* natum, neque Aeolibus proprium est (vid. Hartung *Partik. I. p. 350*) haec afferunt: *ζαβάλλειν* pro *διαβάλλειν*, *ζὰ νυκτὸς* pro *διὰ νυκτὸς*, *κάρζα* pro *καρδία*, et e Sapphone *ζάβατος* pro *διάβατος*. Hac accedunt *ζαελεξάμαν* S. 22 pro *διελεξάμην*, ubi praepositionis elisio vitata videtur, quia monosyllaba facta est, *ζάδηλος* Alc. 10 pro *διάδηλος* i. e. lacer, cf. *διαδηλέομαι*, *ζὰ τὰν σὰν ἰδέαν* Theocr. 29, 6 pro *διὰ*, ut e libris restituimus. denique *Ζόννυξος* pro *Διόνυσος* in titulo Lesbio nr. 2167 [2]).

2) Deinde $\overline{\zeta}$ ab Aeolibus in nonnullis verbis pro $\overline{\sigma\sigma}$ positum est [3]); exempla a grammaticis adhibentur *πτάζω*

τὸ $\overline{\delta\iota\alpha}$ *εἴτε πρόθεσιν σημαίνει εἴτε μόνον συλλαβὰς, τρέπεται εἰς* $\overline{\zeta\alpha}$*· καὶ γὰρ τὴν καρδίαν καρζάν φασι καὶ τὸ διαμενὴς ζαμενής*; item $\overline{\zeta\alpha}$ *ἐπιτατικὸν* Aeolice e *διὰ* derivatur Et. M. 407, 3. 28, Et. G. 228, 34. — J. Gr. 244, a. *ἀντὶ δὲ τοῦ* $\overline{\delta}$ (potius $\overline{\delta\iota}$) *τὸ* $\overline{\zeta}$*· διαβάλλειν ζαβάλλειν, διὰ νυκτὸς ζὰ νυκτός.* cf. Hes. *ζαβάλλειν ἐξαπατᾶν*, Et. M. 406, 42. *ζαβάλλω τὸ ἐξαπατῶ.* — Ann. Ox. IV, 325, 27. *παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἀντὶ τοῦ* $\overline{\delta}$ (potius $\overline{\delta\iota}$) $\overline{\zeta}$ *παραλαμβάνεται· ὡς ὅταν τὸ διάβατον ἡ Σαπφὼ ζάβατον λέγῃ.*

2) Boeckhii haec lectio jam satis certa magis etiam confirmatur, quod a Scholl. B. Il. ξ, 325 inter varias nominis *Διόνυσος* formas etiam *Διόνυξος* refertur; ceterum cf. de hac voce §. 8, 8. Vulgari forma *Διονύσια* dicuntur in decreto ad Lampsacenos, sed ea Lampsacenorum, non Aeolum.

3) Herod. π. μ. λ. 23, 8 postquam docuit, verba in $\overline{\alpha\zeta\omega}$ exeuntia ᾱ corripere: *παραστησόμεθα* (leg. *παραιτ.*) *δὲ Αἰολίδα διάλεκτον διὰ τὸ πτάζω* (sequitur Alc. 19, ubi *ἔπταζον*)*· ἐκ δὲ τοῦ κοινοῦ ἦν ἔπτησαν* (leg. *ἔπτησσον*). *τὸ δὲ αὐτὸ ἐπὶ τοῦ πλάζω· τὸν δὲ ἐπιπλάζοντες* etc. (S. 10) *ἀντὶ τοῦ ἐπιπλήσσοντες.* — Non aliter *πτάζω* et *πλάζω* Aeolica dicuntur ab Herod. Ann. Ox. III, 292, 17 et Ann. Ox. I, 47, 21; *πλάζω* Et. M. 335, 38. *τὰ δύο* $\overline{\sigma\sigma}$ *εἰς* $\overline{\zeta}$ *τρέπουσιν Αἰολεῖς· τὸ γὰρ ἐπιπλήσσω ἐπιπλάζω*, addito Sapphus fragmento. cf. p. 737, 34, Ann. Ox. I, 149, 7, Draco 21, 19 et 84, 2, Greg. Cor. 613. — Adhibetur haec mutatio Aeolica ad *ἀτύζω* Et. M. 168, 15; *ἐμπάζω* Et. M. 335, 37, Greg. Cor. 613; *διάζομαι*, *μείζων* et *ὀλίζων* Et. M. 270, 21, Gud. 143, 20; *μείζων* Et. M. 582, 13, Ann. Ox. II, 392, 18; *μείζων* et *νίζω* Ann. Ox. II, 389, 20. Cautius de *νίζω* Ann. Ox. I, 291, 24. *τὸ δὲ νίζω οὐκ ἐγένετο ἐκ τοῦ Αἰολικοῦ· οὐδέποτε γὰρ τὰ παρ' αὐτοῖς δύο* $\overline{\sigma\sigma}$ *τρέπουσιν.*

et *πλάζω* pro *πτήσσω* et *πλήσσω* ex Alcaei fr. 19, ubi *ἔπταζον* et Sapph. 10, ubi *ἐπιπλάζοντα;* neque tamen semper hanc mutationem valuisse, indicio est *σταλάσσων* S. 104. Alia, in quibus vulgo $\overline{\zeta}$ est, grammatici suo more Aeolica hac mutatione explicant, ut *ἐμπάζομαι* ex *ἐμπάσσω*, *μείζων* e *μέσσων* etc.

De ζ pro γ, quod Aeolicum vocatur in *ὄλιζον*, vid. §. 49, 3.

3) Aeoles igitur non ignorarunt $\overline{\zeta}$, quod e grammaticis [4]) colligi possit, qui eos $\overline{\sigma\delta}$ pro $\overline{\zeta}$ scripsisse referunt. Jam patet hoc non posse nisi ad ea referri, quae vulgo $\overline{\zeta}$ habent, ut grammatici Aeolica vocant *Σδεὺς*, *σδυγὸς*, *μελίσδω*, *κωμάσδω*, quo accedit *βρίσδα* pro *ῥίζα* ex Et. M. 214, 33 (vid. §. 5 not. 7), et ex Hesychio *ἀπύσδεον*, *ἀπῶδες* leg. *ἄπυσδον* i. e. *ἄποζον*, quod Lesbiacum esse, etiam $\bar{o}$ in $\bar{\upsilon}$ mutatum indicat, vid. §. 12, 7.

In poëtarum libris haec reperiuntur: Alc. 43 *παρίσδων;* idem teste Herodiano in Et. M. 181, 44 dixit *ἀχιάσδημι τροπῇ τοῦ $\overline{\zeta}$ εἰς $\overline{\sigma}$ καὶ $\overline{\delta}$;* Sapph. 4 *ὔσδων*, 44 *ὄσδῳ*, 20 *φροντίσδην*, 55 *εἰκάσδω;* deinde in Melinnus carmine *σδεύγλα*, denique in marmore Cumaeo l. 7 *προσονυμάσδεσθαι.* Saepe tamen $\overline{\zeta}$ servatum est, ut *Ζεὺς* A. 10. 27, *ἀποζεύξαισα* S. 1, 9, *Ζεφύρῳ* A. 5, *ζοφοδορπίδας* Alc. ap. Diog. L. 1, 81 et Plut. Mor. II, 426 B. (Hes. *ζοφοδορκίας*); *κωμάζοντα* A. 46, *ἰζάνει* S. 2, 3; *μείζων* S. 44. Adeo in Cumaeo saepius $\overline{\zeta}$ non mutatum est l. 5. 16. 17 *δογματίζοντος*, *ἁρμόζοισαν*, *νομίζων;* denique in Lampsaceno l. 14 *ἐδίκαζε* e meliore lectione.

4) Quibus comparatis satis dubium videtur, annon semper vulgare $\overline{\zeta}$ apud Aeoles in $\overline{\sigma\delta}$ transierit. Nam de $\overline{\zeta}$

---

4) J. Gr. 241, a. *ἀντὶ τοῦ $\overline{\zeta}$ τιθέασι τὸ $\overline{\sigma}$ καὶ $\overline{\delta}$ Ζεὺς Σδεὺς, ζυγὸς σδυγὸς, μελίζειν μελίσδειν,* cf. Meerm. 661. Aeolicae diaereseos (ζ in σ et δ) exemplum affertur *κωμάσδω* a Drac. 161, 1 et Exc. Par. post Greg. C. 678. Aeolica praeterea dicuntur *σδυγὸς* a Greg. Cor. 598 et Theod. Bekk. 815, 32, Ann. Ox. IV, 326, 8 et 332, 18, *μασδὸς* Eust. 753, 12, *μελίσδεται* Scholl. Theocr. I, 2.

initiali eo minus grammaticis et Melinnoni, recentiori poëtriae, confidendum arbitror, quod ne Alcman quidem et Theocritus, quos Aeolico, non Dorico more σδ in multis pro ζ habere alio tempore docebimus, ζ initiale mutarunt et quod ζ in *Ζεὺς* et *ζυγὸς* non minus e δι natum est, quam in *ζὰ* etc. (vid. Hartung *Partik. I. p.* 353). Deinde ζ servatum est, nisi fallor, ubicunque non e δ ortum erat, ut *μείζων* e *μεγίων* non minus quam *πλάζω* a radice *πλαγ*. Contra ubi σδ ab origine erat, ut *ὔσδος*, *ἴσδω* [5]), aut ζ e δ natum est, ut in *ὀλίσδε*, cf. radix, et plerisque verbis in ζω, apud antiquiores poëtas σδ scriptum fuisse videtur, unde non dubitavimus cum aliis *ἰσδάνει* et *κωμάσδω* corrigere, quanquam recentiores tituli ne in his quidem sibi constant.

Ceterum ζ in δ mutatum, quod interdum Aeolibus adscribitur, Boeotorum est, vid. §. 37, 1.

5) Pro duplicibus ξ et ψ Aeoles referuntur κσ et πσ scripsisse [6]). Constat antiquiores Graecos omnes eas literas ignorasse; Attici tamen tituli antiquiores pro illis χσ et φσ habent, sed columna Melia C. I. nr. 3 et antiqui tituli Theraei κσ et πσ, neque absonum videtur, Aeoles quoque antiquiores cum his conspirasse. Mirum tamen, quod res, ad antiquam orthographiam pertinens, ad dialectum refertur, quum non credibile sit, in poëtarum Aeolicorum libris eam scripturam a grammaticis, qui recensuerunt, Alexandrinis servatam esse. Quare, antiquissima in Joanne Gr. lectione *σκένος* pro *κσένος* adjuvante, suspicor, non alium morem, exemplis male additis et mutatis, ea regula significari, quam quo Aeoles

---

5) Cum *ὔσδος* compara nostrum *Ast*; ex antiqua radice *σεδ*, per reduplicationem *σισδω* et abjecto *σ* *ἴσδω* natum est, ut e *σεχ* (*ἐχ*) *σίσχω*, *ἴσχω* (cf. *ἔσχον* ex *ἔσεχον*), *μίμνω*, *πίπτω* e *μεν*, *πετ*.

6) J. Gr. 241, b, Greg. Cor. 613, Meerm. 661: *ἀντὶ τοῦ ξ τιθέασι τὸ κ καὶ σ· ξένος κσένος, ἱέραξ ἱέρακς· ἀντὶ δὲ τοῦ ψ τὸ π καὶ σ· Πέλοψ Πέλοπς, Ἄραψ Ἄραπς;* apud J. Gr. in Il. Ad. legitur *σκένος*, in edd. recc. *κσένος*.

σκίφος et σπέλιον pro ξίφος et ψέλιον dixisse traduntur [7]). Quanquam ne hujus quidem usus certa exempla reperiuntur, sed ξίφεος legitur Alc. 25; contra σκίφος Doriensium nonnulli dicebant, ut apud Epicharmum Ἥβ. γάμ. fr. 1 et 3 Crus. leguntur σκιφύδρια et σκιφίας. Et fieri potuit, ut quae exempla Scholiastes Dionysii e dialectis profert, a Theodosio et Gregorio minus recte omnia Aeolibus tribuerentur propter σδυγός.

Ipsum ψ est pro σ in nomine poëtriae Ψάπφοι S. 71 et Ψάπφ' 1, 26, quanquam vulgata forma Σάπφοι metro confirmatur Alc. 45 [8]). Simile est ξὺν pro σὺν, quod legitur S. 27 in ξυνοίκην et Theocr. 28, 25 ξὺν ὀλίγῳ, quum plerumque vulgaris forma tradita sit.

§. 8.

De duplicatione liquidarum.

1) Maxime insignis et Lesbiacae dialecto propria est duplicatio quaedam liquidarum, ubi reliquae dialecti simplices habent, plerumque longa vocali aut diphthongo, quae ante liquidam est, simul apud Aeoles correpta. Grammatici multi sunt de hac consuetudine neque tamen veram rationem perspexerunt. Quare nunc quidem non

---

7) Scholl. Dion. 815, 2. ὅτι δὲ καὶ διὰ δύο στοιχείων τὸ παλαιὸν ἐγράφοντο (duplices), διδάσκουσιν αἱ διάλεκτοι· τὸ γὰρ ξίφος σκίφος ἐκάλουν καὶ τὸ ψέλιον σπέλιον καὶ τὸν ζυγὸν σδυγόν. — Theod. Bekk. 815, 32. οἱ Αἰολεῖς κατὰ τὴν προφορὰν τοῦ ζυγὸς σδυγὸς γράφουσι καὶ κατὰ τὴν προφορὰν τοῦ ξίφος κσίφος (leg. σκίφος) καὶ κατὰ τὴν προφορὰν τοῦ ψέλλιον σπέλλιον; item Ann. Ox. IV, 326, 8 et Greg. Cor. 598, nisi quod recte σκίφος legitur et additur in hujus antiquis editionibus καὶ τὴν ψαλίδα σπαλίδα.

8) Psapphae nomen restituit C. O. Muellerus apud Varronem de L. L. IX, 90, 51, ubi de duplicibus nominum formis agit: »Sappho (et Psappha), et Alcaeus et Alcaeo, Geryon, Geryoneus, Geryones.« — Ceterum ψ et σ permutantur in nonnullis vocibus peregrinis, ψίττακος et σίττακος, ψάγδας et σάγδας.

utemur nisi exemplis, quae plurima tradunt [1]); postea eorum opiniones atque errores et commemorabimus et refutabimus. — Accuratius vero quaerentibus, unde haec duplicatio orta sit, in multis apparet, ab origine duas consonantes fuisse conjunctas, quarum rudior sonus quum tolerari non posse videretur, reliqui Graeci altera ejecta vocalem antecedentem, ne syllabae quantitas mutaretur, producebant, Lesbii altera ejecta manentem liquidam duplicabant. Quae vera hujus proprietatis ratio quo lucidius appareat, primum ea videbimus, de quarum antiquiore forma magis constat, postea ad reliqua pergemus, quae inde illustranda sunt.

2) In Aoristis I. verborum *λ, μ, ν, ϱ* antiquitus *σ* fuisse eoque propter euphoniam pleramque ejecto brevem vocalem antecedentem, ne syllabae quantitas turbaretur, productam esse, reliquorum verborum et eorum maxime, quae post liquidas *σ* tuita sunt, analogia satis evincit (cf. Pott *Etym. Forsch. I. p. 19*); igitur *ἔστειλα* ex *ἔστελσα* natum est etc. Jam vero Aeoles in his brevem vocalem intactam reliquerunt, liquidam duplicarunt. Exempla afferuntur a grammaticis [2]) *στελλάμεναι, ἐνέμματο, ἐγέννατο, κτένναι* pro *στειλάμεναι*, *ὄῤῥάτω* etc. — In marmore Lampsaceno leguntur l. 10. 18 *ἐπέστελλαν, ἀποστέλλαντα*. — Apud poëtas duplex liquida in libris est S.

---

1) Grammatici enim hac Lesbiacae dialecti ratione utuntur ad orthographiam vocum certis constituendam, ut *εἶμα* scribendum esse, non *ἶμα*, recte ex Aeolico *ἔμμα* colligunt, contra *χρῖμα*, non *χρεῖμα*, ex Aeolico *χρίμμα*. Omnia fere ejus generis ex Herodiano manare videntur, unde haud dubie hausit, qui plenus est talibus, Choeroboscus de orthographia in Anecdotorum Oxoniensium Volumine altero.

2) Ann. Ox. I, 325, 27. *ἐγέννατο, στελλάμεναι*, quocum conferas Hes. *σπελλάμεναι, στειλάμεναι* (vid. §. 6, 1); J. Gr. 244, a. Greg. C. 587. *ἐγέννατο*, Meerm. 660. *ἐνέμματο*, Vatic. 690. *ἐγέννατο, ἐνέμματο*, J. Gr. 244, b. *κτεῖναι κτάννει* leg. *κτένναι*; de *ὄῤῥάτω* ab *εἴρω* vid. §. 15. not. 7.

67 *συνέῤῥαισα* (leg. *συνόῤῥαισα*. cf. §. 15 not. 7), e conjectura restituitur Alc. 24 *ἐγέννατο*, 28 *κτέννας*. —

Non minus $\overline{\nu\nu}$ e $\overline{\nu\sigma}$ natum est in *μῆννος*, Lesb. 2166, 34, ut patet e Latino m e n s i s; minus recte in Cumaeo I. 55 *μῆνος* scriptum est. De longa vocali servata vid. nr. 10.

3) Duplex $\bar{\mu}$ ubi praeterea reperitur, semper est pro $\overline{\sigma\mu}$. Ejusmodi sunt *ἔμμι* [3]) pro *εἰμὶ*, quod legitur S. 2, 15 et (ex *ἔμμεν* emendatum) fr. 80, et infinitivus *ἔμμεναι*, qui et Aeolicus vocatur ab Heraclide ap. Eust. 1407 extr. et reperitur Lesb. 2166, 41, Cum. 51, S. 2 v. 2, 16, Alc. 66, Theocr. 29, 2. Constat enim nunc inter omnes, verbi substantivi radicem esse *ἐς* (quod servatur in *ἐστὶ*, *ἐστὲ* etc.), cujus $\bar{\sigma}$ apud Aeoles ante sequens $\bar{\mu}$ in $\bar{\mu}$ mutatum est. — Non aliter a radice *Fες* (cf. *Fέστο*, vestis) descendunt Aeolica *ἔμμενος* [4]) pro *εἵμενος* et *ἔμμα* [5]) pro *εἷμα*: illud legitur Sapph. 74 *ἐπεμμένα*. — Deinde Aeolicum est *χρίμμα* [6]) pro *χρίσμα* sive *χρῖμα*, ubi antiquum $\bar{\sigma}$ in altera vulgari forma ser-

---

3) Choer. Ox. II, 210, 32, Eust. 110, 39. cf. Et. Gud. 169, 51, ubi *ἔμμι* dialecto non nominata comparatur cum *κέῤῥω* et *φθέῤῥω*. Male *ἠμὶ* Aeolicum vocatur ab Heraclide ap. Eust. 1613, 21.

4) Choerob. 203, 27. *εἱμένος — διὰ τῆς* $\overline{\varepsilon\iota}$ *διφθόγγου· — οἱ γὰρ Αἰολεῖς εἵμενοι* (leg. *ἔμμενοι*) *καὶ ἀφιεμένοι* (leg. *ἀμφιέμμενοι*) *φασίν· ὥσπερ κείρω κέῤῥω, φθείρω φθέρω.* — Id. 176, 21. *ἀφιείμενοι* (leg. *ἀμφ.*) *σημαίνει τὸ ἐνδεδυμένοις διὰ τῆς* $\overline{\varepsilon\iota}$ *διφθόγγου· εὕρηται γὰρ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν καὶ χωρὶς τοῦ* $\bar{\iota}$*· οἷον ἀφιεμένοι* (leg. *ἀμφιέμμενοι*); cf. Et. Gud. 167, 15, ubi *ἀμφιέμενοι* scriptum est.

5) Choer. 209, 12, Et. M. 300, 18, Et. G. 167, 12, Ann. Ox. I, 325, 27, J. Gr. 244, b et 245, b, Greg. C. 597, 622, Meerm. 662. 664. Corrupte *ἔμβα* scribitur Ann. Ox. I, 153, 22. Pertinent huc etiam glossae Hesychianae *ἔμμα*, *ἱμάτιον* et *γέμματα* (i. e. *Fέμματα*), *ἱμάτια*, dialecto non nominata.

6) Choer., 276, 20. *χρῖμα· σημαίνει δὲ τὸ χρίσμα, διὰ τοῦ* $\bar{\iota}$ *γράφεται· ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς χρίμμα λέγουσι καὶ οὐχὶ χρέμμα· ἰστέον δὲ ὅτι ὥσπερ λέγουσι κροίμμα* (leg. *κροῖμα*) *καὶ κροῖσμα, οὕτως λέγεται χρῖμα καὶ χρίσμα.*

vatum est. — Denique Lesbiaca *ἄμμες* et *ὔμμες* (vid. §. 23) pro *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς* eandem originem habere, Sanscrita lingua docet, in qua inter alias formas accusativi horum pronominum a s m a n et j u s h m a n sonant.

4) Aeolica vocantur adjectiva in *εννος* pro *εινος* [7]), ut *ἄργεννος, ἐρέβεννος, κελάδεννος, ὄρεννος, πόθεννος, φάεννος, φώτεννος.* Inde genuinum nomen insularum Arginusarum prope Lesbum sitarum erat *Ἀργεννοῦσσαι* (potius *Ἀργεννόεσσαι*), ut scribitur apud Steph. Byz. et Thucyd. VIII, 101. vid. Poppo Proll. II. p. 448, a quibus haud procul aberat promontorium *Ἀργεννὸν* teste Stephano. Apud Sapph. 3 recte *φάεννον* sine libris restitutum est. — Jam vero in his adjectivis *νν* e *σν* ortum esse, maxime apparet in iis, quae a substantivis neutr. gen. in *ος* derivata sunt, ut *φάεννος, ὄρεννος* a *φάος, ὄρος.* Horum enim stirpes esse *φαες, ὀρες,* docent composita *φαεσφόρος, ὀρεσκῷος* (cf. Bopp *Vergl. Gr.* §. *128*); unde terminatione *νος* addita *ὄρεσνος, φάεσνος,* deinde vulgaria *ὀρεινὸς, φαεινὸς,* Aeolica *ὄρεννος, φάεννος* orta sunt. Cetera ad horum similitudinem formata esse videntur.

Non minus *ἔννυμι,* quod Aeolicum dicitur (Et. M. 90, 11, Et. G. 48, 36), quanquam est vulgare, ex *ἕσνυμι* ortum est a radice *ἑς.*

5) Verba, quorum stirps in liquidam exit, valgo *λ* in praesenti duplicant, ante *ν* et *ρ* brevem vocalem producunt; Aeoles etiam in his duplicationem malebant. Exempla traduntur haec: *κτέννω* [8]) pro *κτείνω; δέννω* pro

7) De *ἀργεννὸς* Phav. Ecl. 124, 21, *ἐρεβεννὸς* Tzetz. ad Hes. Opp. 17, *κελαδεννὸς* Choer. 232, 29, *φαεννὸς* et *φωτεννὸς* Choer. 273, 30. Inde corrigenda in Et. Gud. 518, 10. *φάενος,* quum praeterea de duplici liquida moneatur, 20, 53. *ὀρενὸς* et *φαενὸς,* 471, 57. *ποθενὸς,* 560, 5. *φώτενος.*

8) Choer. 233, 9, Eust. 1601, 11, Greg. 587. 597. Contra *κταίνω Δωρικώτερον παρ' Ἀλκαίῳ* fuisse tradit Eustath. 1618, 5; at vereor, ne per errorem Eustathio antiquiorem hoc scriptum fuerit pro *κτέννω.*

δίννω Choer. 199, 24; *κλίννω* Id. 227, 19; *κρίννω* [9]), unde legitur *ἐπεκρίννετο* Lesb. 2166, 23 et *κρίννεο* nr. 2170; *ὀρίννω* [10]); *σίννονται* Choer. 259, 7, quod vix dubito quin e Sapph. fr. 72 petitum sit, ubi correximus, quod legebatur *σίνονται*. — Deinde verba in *ειρω* exeuntia omnia apud Aeoles *ερρω* habuisse referuntur [11]); singula afferuntur haec: *δέῤῥω*, *κέῤῥω*, *φθέῤῥω*, *σπέῤῥω* [12]), *ἀγέῤῥω* [13]), *ἀέῤῥω* [14]), unde recte *ἀέῤῥει* legitur Alc. 90, emendatione restituta sunt *ἄεῤῥε* A. 33 et *ἀέῤῥειε* S. 44; *ἐγέῤῥω* [15]), *ἰμέῤῥω* [16]), unde *ἰμέῤῥει* S. 1 v. 27, *τέῤῥω* [17]). Accedit *οἰκτίῤῥω*, quae scribendi ratio certiore testimonio nititur [18]), quam *οἰκτέῤῥω* apud Herod. π. μ. λ. 43, 16, quanquam vulgo *οἰκτείρω* scribitur; denique *ὀλοφύῤῥω* pro *ὀλοφύρω* apud Herod. l. l. — Non minus Homericum *ὀφέλλω* pro vulgato *ὀφείλω* Aeolicum

9) Choer. 227, 7; in Et. G. 317, 52 male *ἐπικρίνω* Aeolicum vocatur, leg. *ἐπικρίννω*.

10) Choer. 244, 8; male in Et. G. 33, 39 *ὀρίνω* legitur.

11) Heraclid. ap. Eust. 756, 32, *ἔῤῥω* a *φθείρω* derivans: *οἱ Αἰολεῖς τὰ εἰς ρ̄ω βαρύτονα, ἔχοντα τὴν ε̄ῑ δίφθογγον παρατέλευτον, μετατιθέντες τὸ ῑ εἰς ἕτερον ρ̄ προφέρονται, τὸ κείρω κέῤῥω λέγοντες καὶ τὸ δείρω δέῤῥω· οὕτως οὖν καὶ φθείρω φθέῤῥω.* Eadem fere Herod. H. Ad. 205, a et App. Et. Gud. 661, 34, ubi additur *σπέῤῥω*, cf. Eust. 1648, 1, Et. M. 90, 11, Et. G. 157, 48. Recte Herod. π. μ. λ. 43, 17 de Aeolico *ἔῤῥω* dubitat.

12) Haec quatuor saepissime afferuntur, ut Choer. 194, 11 et 209, 13, Et. M. 658, 55, Et. G. 566, 27, Ann. Ox. I, 303, 8, Scholl. Dion. 665, 22, Greg. C. 597. 692 etc.

13) Choer. 175, 21, Ann. Ox. I, 325, 27, Et. M. 8, 13, J. Gr. 244, a etc.

14) Choer. 175, 25, Et. G. 11, 29.

15) Choer. 201, 22, Et. G. 157, 48, Greg. C. 587.

16) Herod. π. μ. λ. 43, 16, J. Gr. 244, b, Meerm. 662.

17) *τέῤῥεται* Choer. 269, 7; corrupte *τέρεται* 266, 13, ubi comparatur cum *φθέῤῥω*.

18) Choer. 243, 26 *οἰκτίρω — διὰ τοῦ ῑ — οἱ Αἰολεῖς οἰκτίῤῥω λέγουσι καὶ οὐχὶ οἰκτέῤῥω.*

vocatur in Scholl. Il. α, 353; de ἀπέλλω pro ἀπείλω et βόλλομαι pro βούλομαι vid. nr. 8.

Non aliter feminina substantiva et adjectiva in ά vulgo ante terminationem λ duplicant, ante ν et ϱ breves vocales producunt, ut ἄελλα, μέλαινα, τέρεινα, μοῖρα. Apud Aeoles etiam ν et ϱ duplicari, consentaneum est, ut exemplum traditur πέῤῥα pro πεῖρα [19]). — Denique eadem analogia apparet in comparativis μᾶλλον, ἀμείνων, χείρων, unde non mirum, hoc apud Aeoles χέῤῥων sonare [20]). —

Conjunximus haec, quo melius vera duplicationis ratio appareret. Apertissima enim analogia cohaerent verborum genus quoddam, feminina in ά et comparativi in ων, quippe quae omnia λ ante terminationem duplicent, breves vocales ante ϱ et ν producant (et ᾰ quidem in αι, ε in ει), denique mutas ante terminationem in σσ vel ζ mutare soleant, ut φρίσσω, Κίλισσα, γλύσσων derivantur a stirpibus φρικ, Κιλικ, γλυκ. Jam vero in comparativis haud dubie antiqua terminatio est ιων, ut γλύσσων e γλυκίων nascitur; in femininis saepe integra terminatio ια patet, ut ποιήτρια, γλυκεῖα; denique etiam praesentia illa ab origine ιω habuisse, cognatarum linguarum praeterea comparatio docet, in quibus late patet verborum per ι formatio, ut ἅλλομαι, s a l i o. Hoc igitur ι consonans cum antecedente muta in σσ vel ζ mutatum est, cum λ in λλ, contra antecedens ν vel ϱ vulgo quasi transsiliens cum vocali in diphthongum jungitur, ut τείνω, τέρεινα, χείρων e τενιω, τερενια, χεριων. Apparet igitur, in his omnibus Aeolum duplicem liquidam e simplici et sequente ι, aut potius j natam esse [21]). — Neque tamen in his Aeoles

---

19) Choer. 252, 7; male πέρα scribitur 178, 5.

20) Choer. 277, 20, J. Gr. 245, b, Greg. C. 622, Meerm. 664; in Et. G. 564, 7 corrupte legitur Αἰολεῖς χήρων καὶ χέῤῥων.

21) Jamdudum hanc praesentium, femininorum, comparativorum originem esse intellexeramus atque (*Conj. auf* μι p. 31) innueramus.

ubique duplicationem liquidae vulgatae rationi praetulisse videntur. Quippe saepissime reperitur post ε, rarius post ι, semel post υ in ὀλοφύῤῥω, nunquam post ᾱ. Contra leguntur φαίνω S. 1 v. 16, 16, 25, χαίρω S. 54. 56, μαρμαίρω A. 7, μέλαινα S. 1, 10, μάκαιρα S. 1, 13 et 67. cf. Seidl. p. 181. Tanta igitur in his est constantia, ut Lesbios post ᾱ duplicem liquidam pro simplici et j ponere noluisse fere certum videatur.

6) His addimus alia, in quibus duplex Aeolum liquida ejecto j originem debet. Primum κέννος [22]) ex antiquo κενιος natum esse, et duplex Homerica forma indicat κεινὸς et κενεὸς et Sanscritum çunja, vid. Pott *E. F. II. p.* 53. Huic autem simillima sunt ξέννος et στέννος [23]) pro Ionicis ξεῖνος et στεινὸς, ut de eadem origine vix dubitare liceat.

Deinde huc pertinent Aeolica [24]) Πέῤῥαμος, κόπεῤῥα, ἀλλότεῤῥος, μέτεῤῥος pro vulgatis Πρίαμος, κόπρια, ἀλλό-

quum Boppium (§. 360. 590. 591) et Pottium (II. p. 30. 38 etc.) similia judicare vidimus.

22) Greg. Cor. 609, quanquam Herodianus Aeolibus κέννος abjudicat. vid. nr. 11.

23) De ξέννος Herodian. Et. M. 592, 46, Choer. 212, 19. (ubi male ξένος scribitur), Et. G. 413, 43 et 414, 27. vid. not. 48; Scholl. Tzetz. Chil. in Ann. Ox. III, 356, 16. στενώτατος, ξενώτατος, κενώτατος καὶ τὰ ὅμοια μεγάλα γράφε, Αἰολικῶς δὲ μικρὰ, ὅτι διὰ δύο νν γράφεται στεννότατος, ξεννότατος, κεννότατος· οἱ δὲ μικρὰ ταῦτα γράφοντες ἄλλως φλυαροῦσιν; similiter Tzetz. ad Hes. Opp. 412. Vulgatae linguae adscribuntur κένοτερος, στενότερος a Choerob. Bekk. 12 8. στενότατος et κενότατος in Et. M. 275, 50, ejusque rei causa ex antiquis formis κεινὸς et στεινὸς repetitur. Jure de his testimoniis dubitatum est (vid. Buttm. *A. G.* §. 65. *Anm.* 4), quia vocalis quantitas pendet a rhythmo neque ea est, quae ex antiquiore lingua retineri possit. Quare Tzetzem ejusque Scholiastem veriora tradere, Choeroboscum, unde fluxerunt, quae sunt in Et. M., aut antiquiorem Grammaticum male ad vulgarem dialectum adhibuisse credo, quae de Aeolica tradita erant.

24) Et. M. 665, 40. Πέῤῥαμος, Πρίαμος Αἰολικῶς· πότε δύο ρρ καὶ πότε ἕν; καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐὰν σύμφωνον ἐπιφέρηται, ἓν· οἷον

τριος, μέτριος. Nam facile apparet, utrasque formas originem trahere e Πέριαμος, κοπερια, ἀλλοτεριος, μετεριος, ut duplex forma εὐνήτρια et εὐνήτειρα ex antiquo εὐνήτερια derivanda est: μέτεῤῥα ex Aeolico poëta affertur (S. 118). Ceterum dubitari potest, an ἀλλότερος rectius simplici ῥ scribatur, quum de duplicata nullum disertum testimonium adsit et optimo jure possessiva ἡμέτερος etc. comparari videantur.

Denique non aliam rationem habet πέῤῥοχος S. 44 pro περίοχος (quod intellexit etiam Pott II. p. 53) et quae Aeolicae esse videntur glossae Hesychii, πεῤῥέχειν. ὑπερέχειν et πεῤῥεθήκατο, περιεθήκατο, unde etiam apud Theocr. 29, 25 e codicum lectione περὶ ἁπαλῶ metro jubente rescripsimus πέῤῥ' ἀπάλω, quod non magis a consueta scribendi ratione alienum putamus quam καὰ κεφαλᾶς. Non minus recte apud Theocr. 29, 36 pro ἐνοχλεῖς propter metrum Hermannus ἐννοχλεῖς scribi jussit; sed etiam v. 12 pro εἰν ἔτι Aeolicum fuerit ἐν ἔτι, quod ex

---

τρίτος τέταρτος (leg. τέρτος cum Seidl. p. 185), οὐκέτι δύο ρρ — ἐὰν μὲν ᾖ καθαρὸν, δύο, — κόπρια κόπεῤῥα, ὑπερθέσει· Πρίαμος Πέῤῥαμος· περὶ παθῶν i. e. Herodianus. — Choer. 275, 24. οἱ Αἰολεῖς τὸ ῐ τὸ συνεσταλμένον πεφύκασι τρέπειν εἰς τὸ ε̄· οἷον Πρίαμος Πέῤῥαμος, τρίτος τέρτος, κόπρια, κόπεῤῥα, unde emendetur Et. G. 566, 27. ubi Πρέαμος, κόπρεα, τρέτος leguntur. — Et. M. 529, 22. κόπεῤῥα τὰ κόπρια Αἰολικῇ διαλέκτῳ ὡς ὁ Πρίαμος Πέῤῥαμος, ἀλλότριος ἀλλότερος (Ms. Par. ap. Bast. ad Greg. 967 recte κόπεῤῥα etc.); item in Et. G. 337, 43; Ann. Ox. I, 45, 13: ἀλλότερος ὡς ἡμέτερος — ὑπέρθεσις Αἰολίδος διαλέκτου, ἣ τὸν Πρίαμον Πέραμον λέγει καὶ τὴν κοπρίαν κόπερραν (sic)· ἀλλύτερος (leg. ἀλλότριος) οὖν ἦν· καθ' ὑπέρθεσιν γέγονεν ἀλλότερος. — Et. M. 587, 12, μέτεῤῥα· τοῦτο τὸ πάθος τῆς Αἰολικῆς ἐστι διαλέκτου· οἷον αἰτιάο τὰ μέτεῤῥα· ὁ γὰρ μέτριος μέτεῤῥος παρ' αὐτοῖς καλεῖται. — De Πέῤῥαμος Aeolico praeterea J. Gr. 236, a, Leid. 639 (ubi Πέραμος), Vatic. 689, Tzetz. ad Hes. Opp. 666, Epex. Il. 103, 24, Hesych. Πέῤῥαμος, βασιλεύς. — Ceterum ex hac Aeolica nominis forma apparet, Priamum non minus arcis Περγάμων eponymum esse quam Ilum urbis, Troem populi; Πέργαμα enim e Περιαμα natum est, ῐ in γ̄ mutato.

ἐνὶ nascitur, ut πέῤῥ e περί [25]). — Quibus comparandum videtur, quod etiam praepositio σὺν interdum apud Aeoles producitur, quod quum in ξύνοικην S. 27, σύνοιδα S. 102 e digamma vocum οἶκος et οἶδα explicari possit, non eadem ratio valet in ἀσῡνέτημι Alc. 10, ξῦν ὀλίγῳ Theocr. 28, 15; igitur etiam in his σὺνν restituendum videtur ex antiqua forma συνὶ natum.

Raro duplex liquida omisso post liquidam digamma orta est. Certior res est in γόννα, quod Aeolicum vocatur pro γόνα [26]). Nam a nominativo γόνυ genitivus derivabatur γόνυος, unde transposito υ γουνὸς factum est, aut vocali ῠ in consonans digamma mutata γονϝὸς, deinde per Aeolicam assimilationem γόννος.

8) Aliarum vocum, in quibus Aeoles duplicationem liquidarum propriam habent, antiqua forma minus certa est; neque tamen possumus similem atque in reliquis originem non suspicari. Sunt vero hae: ἆλλος pro ἠλεὸς [27]), ut Sapph. 86. 87 ἀλλᾶν; Ϝάλλος pro ἧλος,

---

25) Non minus Homericum εἰν ex ἐνὶ originem traxit, iota transposito (vid. nr. 5); cum Aeolico πέῤῥ autem Homericum ὑπεὶρ comparandum est; nam ὑπὲρ, ὑπεὶρ et περὶ, πὲρρ, ab origine non diversa et ex antiquo ὑπερὶ (cf. Sanscr. uparî) derivanda esse, etiam utriusque praepositionis cognata significatio docebit §. 28.

26) Steph. Byz. s. v. Γόννος: γόννα (sic codd.) γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ γόνατα, ubi quanquam de Aeolibus Thessaliae sermo est (cf. §. 13, 3), non dubitavimus tamen, idem ad Aeoles Asianos, hujus duplicationis amantissimos, referre.

27) Methodius Et. M. 68, 37 (corr. Et. G. 38, 35) ἄλλως pro ματαίως apud Aristophanem, Euripidem, Homerum, Thucydidem reperiri docet, deinde ab ἠλὸς derivat: ἤλως ἐπίῤῥημα τὸ ματαίως καὶ διπλασιασμῷ τοῦ λ̄ καὶ συστολῇ τοῦ η̄ ἄλλως· εἰώθασι γὰρ οἱ Αἰολεῖς διπλασιάζειν τὸ ἀμετάβολον καὶ συστέλλειν τὰς ὑπερκειμένας συλλαβὰς, εἴτε φωνῆεν ᾖ εἴτε δίφθογγος. Non credimus de adverbio ἄλλως, quod a vulgari ἄλλος bene derivatur; sed fuisse apud Lesbios ἆλλος pro ἠλεὸς docet Herodian. π. μ. λ. 26, 13, qui vocem μᾶλλον singularem dicit, quod ᾱ ante duplex λλ̄ corripiatur, χωρὶς εἰ μὴ τροπή τις εἴη τοῦ η εἰς ᾱ παρὰ διαλέκτῳ, deinde exempla affert e dialectis, quae metro Aeolica videntur et (duo prima S.

quod latet in Hesychii glossa *γάλλοι, ἧλοι*, quae non potest alius dialecti esse; *ἀπέλλω* pro *ἀπείλω* et *ἀπέλλη* (potius *ἀπέλλα*) pro *ἀπείλη* [28]); *ἐλλαπίνα* pro *εἰλαπίνη* [29]); *μέλλιχος* pro *μείλιχος*, Et. M. 582, 42, Ann. Ox. IV, 315, 6 et 332, 5, ubi *μέλιχος*, unde A. 45 recte *μελλιχόμειδε* scriptum est; *χέλλος* pro *χεῖλος* Choer. 278, 10; *χέλλιοι* [30]) pro antiquo *χείλιοι*, vulgo *χίλιοι*; *ὠτέλλα* pro *ὠτειλὴ* [31]); *ἴλλαος* et *ἴλλαθι* pro *ἵλαος* et *ἵλαθι* [32]); *Μίλλατος* pro *Μίλητος* Choer. 239, 30, quod e libris etiam Theocrito 28, 21 (Seidlero p. 186 monente) restituimus; *ὅμιλλος* pro *ὅμιλος*; *πέδιλλον* pro *πέδιλον* [33]), unde scripsimus *εὐπέδιλλος* Alc. 5, *χρυσοπέδιλλος* S. 11;

---

86. 87) *ἄλλαν* habent, quod pro *ἠλεὸς* esse recte vidit Bergkius. Si comparare licet Sanscr. alasas (ignavus, iners), *ἄλλος* ex *ἄλσος* natum est.

28) Choer. 175, 32, Et. M. 120, 51, cf. Hes. *ἀπέλλειν, ἀπείργειν*, fortasse etiam *γελλίξαι* (i. e. *Ϝελλίξαι*) *συνειλῆσαι*. Ceterum *ἀπέλλω* huc traximus, quia longa syllaba est stirpis, non praesentis, ut docet longior forma *εἰλέω*.

29) *ἐλλαπίνη* Aeolicum dicitur Et. G. 165, 43 et Reg. Ms. ap. Koen. ad Greg. 588, *ἐλαπίνα* Choer. 208, 10.

30) Choer. 275, 19, Et. M. 817, 1, Et. G. 566, 27, cod. Ottob. Bekk. 1163 (item Ann. Ox. IV, 315, 9), ubi *χάνοι* recte a Bekkero in *χέλλιοι* corrigitur. Grammatici intellexerunt, hac Aeolica vocis forma postulari *χείλιοι*, quanquam usu scriptura *χίλιοι* sancita esset; et reperitur antiquius *χείλιοι* in antiquiore titulo Dorico C. I. nr. 1511, et in Boeotico 1569, a. cf. §. 39, 2.

31) Theogn. Ox. II, 111, 16, ubi *ὠτέλλη*; Choer. 280, 30. *ὠτέλλοι* (leg. *ὠτέλλας*) *οἱ Αἰολεῖς τὰ τραύματα*; Et. G. 584, 4, J. Gr. 241, b, Meerm. 662.

32) Choer. 225, 6. *Αἰολεῖς ἴλλαος καὶ οὐχὶ ἔλλαος* (Et. Gud. 276, 7 corr. *ἵλαος*); inde corrigendus est Choer. 224, 16. *εἴλαθι· οἱ Αἰολεῖς γὰρ ἔλλαθι λέγουσι*, leg. *ἵλαθι* et *ἴλλαθι*, etiam serie literarum postulante, quanquam etiam in Et. G. 566, 33 *ἔλλαθι* invasit.

33) *ὅμιλλος* Choer. 244, 22, *ὅμιλλος* Et. Reg. ap. Koen. ad Greg. 588, corr. *ὅμιλος*, non *ὅμελλος* Ann. Ox. I, 303, 8; *πέδιλλα* et *ὅμιλλος* Choer. 247, 16 — 239, 30, Et. M. 658, 55, Et. G. 561, 4, ubi corrupte *ἐπόμιλλος*.

denique *βόλλα* pro *βουλὴ* [31]), quod legitur in titulis Lesbiis 2166, 23, 2184, 2186—2190, Lamps. 39, Cum. 25, nec minus *βολλευέτω* nr. 2166, 29, *βολλεύταν* 2190, *ἐβολλόμαν* pro *ἐβουλόμην* Theocr. 28, 15.

Duplex $\overline{\nu\nu}$ reperitur in *κράννα* Lesb. 2172, pro *κρήνη*, quocum recte Welckerus comparavit Thessalicae urbis nomen *Κραννών*; *ἔννεκα* pro *εἵνεκα* Lesb. 2183 et Theocr. 28, 13; *δίννα* pro *δίνη* [35]); *Διννομένης* Alc. 43. 73 [36]); *σέλιννον* pro *σέλινον* Choer. 258, 6; *χάλιννος* pro *χαλινὸς* [37]); *Ζόννυξος* pro *Διόνυσος* aut potius *Διώνυσος*, quod est apud Homerum et in Boeotica dialecto (§. 41), Lesb. 2167. cf. §. 7, 1.

Duplex $\overline{\varrho\varrho}$ in hisce reperitur: *ἄπεῤῥος* pro *ἤπειρος* [38]); *δέῤῥα* pro *δειρὴ* [39]), unde restitutum est *ποικι-*

---

31) Plut. Q. Rom. p. 288, B, ubi de bulla agit: *ὃ μὲν γὰρ οἱ περὶ τὸν Βάῤῥωνα λέγουσιν, οὐ πιθανόν ἐστι, τῆς βούλλης* (leg. *βουλῆς*) *ὑπὸ Αἰολέων βόλλας προσαγορευομένης, τοῦτο σύμβολον εὐβουλίας περιτίθεσθαι τοὺς παῖδας.* Eodem spectare videtur Lactant. I, 6, 7, qui, Sibyllam *θεοβουλὴν* explicans, *βουλὴν* Aeolico genere sermonis *βυλὴν* sonare scribit, corr. fortasse *βόλλαν.*

35) Choer. 171, 4 et 190, 22; in Et. G. 9, 9 vulgato errore *δίνα* scribitur.

36) Hoc nomen ab Alcaeo ludibrii causa e *Δεινομένης* factum esse, quasi a *δίννα* descenderet (*Drehmuth* pro *Starkmuth*), docuimus in Mus. Rhen. a. 1838. Nam pro *δεινὸς* Lesbii non poterant habere *δεννὸς*, quia diphthongus in hac voce antiquissima est (cf. *Δεινομένεος* in galea Hieronis C. I. nr. 16), neque origo e radice *δι*, *δει* et terminatione *νος* duplicationem patitur. Nec magis Lesbiacum esse *Δεννομένης*, quod nonnulli voluerunt, eadem origo docet.

37) Choer. 276, 15. *χαλινὸς διὰ τοῦ ῑ· οἱ γὰρ Αἰολεῖς χαλλινὸν λέγουσι* (leg. *χάλιννον*)· *εἰ δὲ ἐγράφετο διὰ τῆς ει διφθόγγου, χαλλενὸν* (leg. *χάλεννον*) *εἶχε λέγεσθαι.* Eadem aperta corruptela invasit in Et. G. 561, 4 et Reg. Ms. ap. Koen. ad Greg. C. 588, in quibus comparatur cum *ὅμιλλος* et *πέδιλλον*, unde duplex $\overline{\lambda}$ irrepsisse videtur.

38) J. Gr. 244, b; Et. Par. ap. Koen. ad Greg. 279. *ἤπειρος διὰ τῆς ει διφθόγγου· ἄπερος γὰρ λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς· ὥσπερ κείρω κερῶ, σπείρω σπερῶ*, ubi rectissime Bastius corrigit *ἄπεῤῥος, κέῤῥω, σπέῤῥω*; eadem corruptela est in Et. G. 246, 55 et 247, 20.

λόδεῤῥοι Alc. 64; *μάγεῤῥος* pro *μάγειρος*[40]); *πέῤῥατα* pro *πείρατα*, si recte Seidlerus Alc. 64 *πεῤῥάτων* e *περάτων* emendavit; *τέῤῥεων* apud Alcaeum[41]); *χέῤῥες*[42]), unde *χέῤῥας* legitur Theocr. 28, 10 et *χεῤῥόμακτρα* correximus S. 141, quanquam in Lampsaceno vulgata forma legitur *χειροτονῆσαι, χειροτονηθὲν* l. 37. 39.

9) His Aeolicae duplicationis exemplis comparatis apparet, nunquam, ubi quidem de origine vocum satis constat, duplicem liquidam non ortam esse assimilatione quadam alius cujusdam, quae vicina erat, consonantis. Et primum quidem $\overline{\lambda\lambda}$ etc. nata sunt e $\overline{\lambda\sigma}$ etc. (nr. 2), deinde $\overline{\mu\mu}$ et $\overline{\nu\nu}$ e $\overline{\sigma\mu}$ et $\overline{\sigma\nu}$ (3. 4), saepissime $\overline{\nu\nu}$ et $\overline{\varrho\varrho}$ e $\overline{\nu\iota}$ et $\overline{\varrho\iota}$ (5. 6), raro $\lambda\lambda$ et $\overline{\nu\nu}$ e $\overline{\lambda F}$ et $\overline{\nu F}$ (7). — Non potest duplicatio esse, ubi nulla consonans excidit. Igitur recte leguntur *περικείμεναι* Alc. 7 a radice *κει*, *χείμων* A. 10, *ἀχείμαντοι* A. 8. cf. hiems etc. Contra male Aeolica vocantur ab Heraclide *πόθεμμι* et *φίλεμμι*[43]) (unde

39) Choer. 194, 10; minus recte *δέῤῥη* scribitur in Et. M. 262 extr., 663, 46, Et. G. 136, 58, *δέρῃ* Ann. Ox. I, 114.

40) Ann. Villois. II. p. 167; contra Et. G. 376, 45. *Φιλόξενος δὲ λέγει, ὅτι παρ' Αἰολεῦσιν ἡ γραφὴ διὰ τοῦ ī ἐστὶ μάγιρος* (item in Et. Sorb. ap. Bast. ad Greg. 606, nisi quod aperta corruptela *μάγοιρος* scriptum est), et Theogn. Ann. Ox. II, 71, 20. *μάγειρος· Αἰολεῖς δὲ διὰ τοῦ ī*, quae fortasse mature corrupta sunt e *δίχα τοῦ ī* et *μάγεῤῥος*, quum grammatici constanter de diphthongo in hac voce praecipiant. vid. Theogn. l. l., Et. M. 28, 42 et 488, 15 etc.

41) Georgius ap. Eust. 1155, 40 de *τείρεα: ἐφανέρωσε δὲ τὸ ī Ἀλκαῖος εἰπὼν τερέων δίχα τοῦ ī*, ubi Seidlerus recte *τεῤῥέων* emendare videtur. cf. not. 4, 40.

42) Choer. 278, 7; Heracl. ap. Eust. 119, 34, Scholl. A. Il. α, 353; in Et. G. 566, 40 male scribitur *χέρες*, apud J. Gr. 244, b. *χεῖρες, χέρεσσιν* leg. *χέῤῥες*.

43) Heraclid. ap. Eust. 1407 extr. *οὕτω καὶ φιλῶ, φιλεῖν, φιλήμεναι καὶ νοήμεναι καὶ φρονήμεναι — δῆλον οὖν ὡς καὶ τὸ ἔμμεναι* (leg. *ἤμεναι*) *ἀπὸ τοῦ ὦ περισπωμένου τῆς πρώτης συζυγίας Αἰολεῖς φαμὲν ἔμμεναι. Καθότι Αἰολεῖς καὶ ἐν θέμασι τὸ προηγούμενον η̄ τοῦ μ̄ εἰς ε μετατιθέντες διπλοῦσι τὸ μ οἷον πόθημι πόθεμμι, φίλημι φίλεμμι.*

calidius Schneidewinus *κάλημμι* S. 1, 16 et *φίλημμι* S. 79 scripsit), qui et reliquis grammaticis (vid. §. 26, 4) adversatur de harum formarum terminatione ημι testantibus, et sibi ipsi, et verbi *ἔμμι* analogia haud dubie inductus est. Neque minus errant, qui *πάμματα* pro *κτήματα* Aeolicum habent[44]; radix enim est *πᾱ*, quae apparet in *πέπαται*, *ἔμπασις*, *παμωχέω*, unde nec *πάμμα* nec *πολυπάμμων*, quamquam haec lectio apud Hom. Il. *δ*, 434 satis antiqua est, in ulla dialecto fieri poterat.

10) Reperitur deinde duplicatio liquidae post omnes breves vocales, saepissime post ε̄ [45]), nec raro post ῑ, rarius post ᾰ in *ἄμμες*, *Fάλλος*, *κράννα* (nec videntur post ᾰ νι et ρι in νν et ρρ transisse), post ο̄ in *γόννα*, *Ζόννυξος*, *ὀῤῥάτω* (nr. 2), post ῡ in *ὔμμες* et *ὀλοφύῤῥω*. — Longa vocalis vel diphthongus ante liquidam Aeolice duplicatam, si fides est grammaticis [46]), nunquam manebat. At ipso Herodiano teste *ἆλλος*, quod Lesbiacum esse pro *ἠλεὸς* supra (nr. 8) vidimus, ᾱ productum habet. Adversatur etiam *μῆννος*, quod in Lesb. 2166, 34 scriptum est; multo enim minorem fidem habet recentius marmor Cumaeum, in quo l. 55 *μῆνος* legitur. Et recte duplicem

---

— Contra Id. ap. Eust. 1613, 16. *ἔνιοι τῶν Αἰολικῶν μετατιθέντες ἐν πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ συζυγίᾳ τὸ* (ω̄, quod inserit Giese p. 210) *εἰς η ποιοῦσι ῥήματα εἰς μι, πλεονασμῷ τῆς μι συλλαβῆς ἐπὶ τέλους.*

44) Scholl. L. Il. *δ*, 433 et Eust. 493, 44. *πάμματα ἴσως Αἰολικὸν διὰ τὰ δύο μμ.*

45) Inde grammatici saepe tradunt, ῑ apud Aeoles in liquidam mutari, ut Heraclid. ap. Eust. 1648, 1, Et. M. 90, 11, Et. G. 48, 35, Greg. C. 597 etc. — Alii accuratius ejecto ῑ liquidam duplicari docent, Choer. 209, 12 — 233, 9 — 252, 7 — 266, 13, Et. G. 548, 11, Ann. Ox. I, 363, 8, Herod. H. Ad. 205, a. Haec vero non valent, nisi ubi vulgo est ει diphthongus, apud Aeoles ε̄ ante duplicem liquidam.

46) Heraclid. ap. Eust. 110, 34. *οὐ πρότερον διπλασιάζουσιν, εἰ μὴ βραχεῖα εἴη προηγουμένη· εἰμὶ ἐμμὶ, ἡμεῖς ἄμμες*, cf. Method. Et. M. 68, 19. vid. not. 27.

liquidam e $\overline{\nu\varsigma}$ natam esse, supra (nr. 2) Latino m e n s i s collato vidimus. Longa vero vocalis necessaria est, si, quod suspicari licet, etiam in Latina voce ē producitur. Non minus, si quid videmus, ζώμματα scribendum est pro ζώματα Alc. 7 a radice ζως[47]) pro ζώσματα. cf. nr. 3. Contra male duplici $\overline{\mu\mu}$ scriptum reperitur in Cum. 6 προαγρημμένω et in libris Sapph. 1, 16 κάλημμι, 79 φίλημμι, 114 νόημμα, quia nulla in his consonans excidit. Et recte leguntur in antiquiore titulo Lesbio 2166 ἀμφισβατημένων, ὁμολογήμενα, deinde ipsum νόημα S. 110 (ex antiquo papyro) et saepius.

11) Alio errore Herodianus[48]) docet non duplicari liquidas iota ejecto, ubi hoc sit pleonasticum (in Ionica dialecto). Nam etiamsi nolimus credere Gregorio Corinthio (vid. nr. 6), qui Aeolicum dicit ipsum κέννος pro κεινὸς, quod Herodianus Aeolibus abjudicat, tamen ipse Aeolicum ξέννος affert, quanquam hoc e ξένος ortum esse sophistice contendit, deinde Aeolica vidimus στέννος (nr. 6), ἔννεκα et δέῤῥα (8), quanquam in ξεῖνος, στεινὸς, εἵνεκα, δειρὴ pleonasticum est iota e doctrina grammaticorum, correptam vocalem in ξένος etc. perperam antiquiorem judicantium. Nos facile intelligimus in his omnibus

---

47) Hanc radicem esse, non ζω, ipsa Graeca indicant ζωσ-τήρ, ζώννυμι e ζώσ-νυμι, ut ἕννυμι ex ἕσνυμι, cf. nr. 4, confirmant Littavicum jōs-ti, cinctum esse, Letticum jōst cingere, quae comparat Pott I. p. 213, in ceteris falsus.

48) Choerob. 242, 19. (cf. Et. M. 582, 43 ex Herodiano, Et. G. 413, 43, Et. Sorb. ap. Bast. ad Greg. 619) ξεῖνος διὰ διφθόγγου· — οἱ Αἰολεῖς ξένος (leg. ξέννος ex Etymm.) λέγουσι· μηδεὶς δὲ οἰέσθω, ὅτι τὸ ξένος (leg. ξέννος) ἀπὸ τοῦ ξεῖνος γέγονεν· οὐδέποτε γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὸ ῑ τὸ ἀπὸ πλεονασμοῦ ἀποβάλλουσι καὶ διπλασιάζουσι τὸ σύμφωνον· οἷον τὸ κενὸς γίνεται κεινὸς καὶ οὐ λέγουσι κέννος· ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ξένος γέγονε ξέννος· καὶ γὰρ πολλάκις καὶ ἐπὶ βραχεία συστολῇ (leg. βραχείας συλλαβῆς ex Et. Gud., vel βραχειῶν συλλαβῶν ex Et. Sorb.) ποιοῦνται τοῦ συμφώνου διπλασιασμόν· οἷον (insere ἔνη ex Ett.) Ἔννη· ἔστι δὲ (add. καὶ ex Ett.) ὄνομα πόλεως, θεράπων θεράποντος (leg. θεῤῥάποντος, Ett. θεῤῥάπων).

antiquitus liquidam cum alia consonante junctam fuisse, qua ejecta Iones vocalem brevem producebant, Aeoles liquidam duplicabant, Atticis neutrum facientibus. Neque aliter se habent *ἐνν* pro *εἰν*, *ἐν* et *πέῤῥατα* pro *πείρατα*, *πέρατα*, quae conjecturis probabilibus Aeolica habentur (vid. nr. 6 et 8), denique *γόννα* pro *γοῦνα*, *γόνα* (nr. 9) et *Ζόννυξος* pro *Διώνυσος*, *Διόνυσος* (nr. 10).

At ipsi quoque Aeoles interdum alteram liquidam omittebant, maxime in quibus etiam Attici correptam syllabam habent. Ita praeter *κέννος* et *κενὸς*, de quo ex Herodiano colligere licet, *δέῤῥα* dicebant et *δέρα*, quod metro certum est S. 15, probabilius A. 29; deinde quum *γόννα* Aeolicum vocetur, *κεγγένων* legitur S. 14 et *γόνα* verior emendatio videtur Alc. 31. Non minus ex emendatione Seidleri faciliore *πεῤῥάτων* (e *περάτων*) est Alc. 64, quanquam *περάτων* A. 25 metro certum est, neque aliena erunt *ἐνν*, *σύνν* (nr. 6) et vulgares formae *ἐν*, *σύν*. Aliorum correpta tantum forma servata est, ut Alcaeus fr. 52 *τερένας* pro *τερείνας* dixit [49]), quod Aeolice vulgo *τερέννας* sonare debebat. vid. nr. 5. Adeo ubi reliqui Graeci duplex $\overline{\lambda\lambda}$ habebant, *κάλλιον* apud Alcaeum [50]) syllaba correpta sonabat *κάλιον*, unde egregia conjectura Berghius Sapphoni fr. 55 restituit *κάλιστα* pro *μάλιστα* (quanquam nolumus inde *κάλλιστος* A. 94 tentare). Quocum cohaeret, quod in *κάλος* vocalem corripiebant, quae apud Homerum constanter producitur et apud Dorienses

---

49) Ann. Ox. I, 413, 23. *Ζητεῖται παρὰ τῷ Ἀλκαίῳ θηλυκόν· τερένας ἄνθος ὀπώρας· πῶς ἡ τέρενα εἶπεν· καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ τοῦ τέρην ἡ γενικὴ εἰς εὐθεῖαν ὁ τέρενος· ἀπὸ τούτου θηλυκὸν τερένη καὶ Αἰολικῶς· τερένας ἄνθος ὀπώρας.* Origo formae non recte explicatur.

50) Tryph. *παθ. λεξ.* §. 26. inter exempla parelleipseos i. e. *ὅταν τῶν διπλασιαζομένων συμφώνων ἓν παραλείπηται*, affert ex Alcaeo *κάλιον* pro *κάλλιον*, item cod. Amstel. ap. Wassenbergh II. I et II. ad *β*, 129.

teste Apollonio[51]) duplex $\overline{\lambda\lambda}$ habebat, vid. Sapph. 26. 51. 55. 79 etc. Nec dissimiles sunt aliae longarum vocalium et diphthongorum ante liquidas correptiones (vid. §. 16, 3) et simplex $\bar{\sigma}$ pro duplici positum (vid. §. 9, 1).

Jam vero simplex liquida pro duplici, in quibus satis de origine duplicationis constat, non reperitur, nisi antiquitus $\bar{\iota}$ vel *F* infuerit, ut *κένος*, *τέρενα*, *ἶν* e *κενιος*, *τερενια*, *ἶνι* et *γόνα* e *γονFα* nata vidimus. Inde de reliquis conjecturam facere licet. Non licebat liquidam e $\bar{\sigma}$ natam omittere, quare jure Seidlerus reprobavit, quod olim S. 13 e Bentleji conjectura legebatur *πεῤῥέμενον* pro *πεῤῥέμμενον* a radice *ἐς*, *Fες*.

12) Grammatici praeeunte Herodiano liquidas etiam post breves vocales duplicari docent[52]). At inter exempla Herodiani *θεῤῥάπων*, si qua fides est Choerobosco, in genitivo *θεῤῥάποντος* (vid. §. 22, 9) legebatur, ut prima syllaba in dactyli arsi producta fuisse videatur; deinde *ἔννη*, quod praeter Hesiodeum *ἔννηφιν* Opp. 410 in versu legitur, quem non sine causa Sapphoni nonnulli tribuerunt (fr. 117), si recte a Goettlingio ad Hes. l. l. ab *ἐν*

51) Apoll. de adv. 565, 13. *καλά, ὃ δι' ἑνὸς μὲν $\bar{\lambda}$ γράφεται κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος, παρὰ Δωριεῦσι δὲ δι' ἑτέρου $\bar{\lambda}$, καὶ οὐχ ὡς ἔνιοι ὑπέλαβον, κατ' Αἰολίδα διάλεκτον· ἐβάρυνον γὰρ ἄν, πρὸς οἷς οὐδὲ τὸ καλὸς Αἰολεῖς ἐν διπλασιασμῷ τοῦ $\bar{\lambda}$ προφέρονται.*

52) Praeter Herodianum (vid. not. 48) Tzetzes ad Hes. Opp. 664, Moschop. ad Hes. Opp. 404 et 767 *ἔννη* pro *ἔνη* Aeolicum vocant; Greg. Cor. 609. *οὗτοι πάντα τὰ σύμφωνα διπλασιάζουσιν ἐπὶ τῶν βραχέων· ὡς τὸ ἔννεπε, ἔννη, κέννος*; J. Gr. 244, b. inter duplicationis exempla *σελήννη σελλάνα* habet; *ἔλλαβε* Aeolicum dicitur ab Auct. π. *Ὁμ. διαλ.* p. 478, *ἐννοσίγαιος* a Diac. ad Hes. Sc. 102, *ἔμμορον* Ann. Ox. III, 264, 1 et App. Et. G. 615, 21. Omnino grammatici minus accurati meram liquidarum duplicationem Aeolicam vocare solent, ut Ann. Ox. I, 325, 26, Greg. Cor. 587, J. Gr. 244, a, Meerm. 660 etc., adeo diplasiasmus in universum Aeolibus tribuitur in Exc. Par. 686. — Nihil dandum librariorum mendis, ut Hes. *ἐξ ὑμάλλων, ἐξ ὁμοίων*, leg. *ἐξ ὑμάλων*, vel *ἄμμυδις* Lex. de spir. p. 210 etc.

derivatur, duplicis liquidae causam in iis habet, quae supra nr. 6 de Aeolico *ἐνν* disputavimus. De *κέννος* supra vidimus; Joannis *σελλάνα* corruptum est, quam constanter *σελάνα* primam corripiat, ut Sapph. 3, 24. 25. Fortasse voluit *σελάννα*, ut *κράννα* est pro *κρήνη*. — Reliqua sunt Homerica, a grammaticis propter duplicationem Aeolica vocata, quae nihil ponderis habent, quanquam nonnulla et ipsa ejecta consonante duplicem liquidam accepisse videntur. — Ceterum non mirum est, Aeoles in arsi dactylica sibi interdum brevis syllabae ante liquidam productionem concessisse, ut *μελιχρόος* S. 58, *πέρυσιν* Theocr. 29, 16, quo etiam *θερράπονος* supra retulimus, quia grammatici in talibus saepe liquidam duplicabant.

§. 9.

De aliarum consonantium duplicatione.

1) Duplex $\overline{\sigma\sigma}$, ubi vulgo est simplex, apud Aeoles interdum poni et grammatici testantur [1], et exempla reperiuntur haec: *ἔσσονται* Lesb. 2166, *ἔσσετ'* S. 69, *ἔσσεσθαι* S. 111, unde *ἔσσομαι* et *ἔσσεται* S. 47. 51 propter metrum recte emendata sunt, et fortasse *ἔσσῃ* Alc. 89, *ἔσσαν* Alc. 71, *ἔσσο* S. 1, 28; deinde in Aorist. I. *ἐπιτελέσσαντα* Lesb. 2184, *ἐτείμασσεν* Lesb. 2190 a recentiore *τιμάζω*, *ἐδίκασσε*, *δικάσσαντα* Lamps. 12. 24, *ἐπαίνεσσαι* 15, 21, *ὀνεκρέμασσαν* A. 24, *κάλεσσαι* Alc. 49, *τέλεσσαι* S. 1, 22, *ἐπύκασσε* S. 96, *κτίσσε* Theocr. 28, 17, in quibus duplex $\bar{\sigma}$ partim sine libris metro postulante repositum est; denique in *ὅσσος*, *τόσσος*, *τοσσοῦτος* [1]), ut

---

1) Ann. Ox. I, 325, 26, J. Gr. 244, a, Greg. Cor. 589, Meerm. 656. 660, Vatic. 690. 692, qui exempla addunt *ὅσσον*, *τοσσοῦτον*, *τόσσον*, praeterea gramm. de dial. corruptum *πενθήσσης* (Vatic. *πενθήσσεις*, Exc. Birnb. p. 670 *πενθέσσης*). Saepe recentiores grammatici futura et Aoristos, in quibus duplex $\overline{\sigma\sigma}$, Aeolica vocant, ut Tzetz. Epex. Il. 103, 21. *καλέσσατο*, 115, 15. *ἐσσόμενα*, 118, 12. *ὄμοσσον*; Phavor. Ecl. 83, 26. *αἰδέσσεται*, 286, 25. *λοεσσάμεναι* etc. —

ὅσσος nr. 2166, 27, Sapph. 1, 26 et 51; μέσσος Alc. 10, Sapph. 1, 12, unde derivatum adverbium μέσσοι Alcaeo adscribitur ab Apoll. de adv. 588, 27: ἰσσόθεος Cum. I. 15, unde apud Sapph. 44 ἴσσος pro ἶσος scribendum videtur.

Reperitur tamen in his omnibus etiam simplex consonans; eam semper in aoristis tenet marmor Cumaeum, l. 6. πασσυδιάσαντες, 12 ἐπισκεάσαντα, 42 ἐπιτελέσαντα; deinde Lamps. 12 ἴσως; in poëtis metro certa sunt τελέσῃ A. 60, τέλεσον S. 1, 27, ἀμπέτασον S. 28, ἐσκέδασ' S. 45; deinde ὅσος S. 45, μέσος S. 24, μέσοι A. 9, ἴσος S. 2, 1. —

Jam vero si quaerimus, unde haec duplicatio, antiquiori Graecorum linguae omnino propria, orta sit, in radice ἐς apparet ab origine, accedente altero ς in terminatione, duplex sigma fuisse. In futuro et aoristo I. σσ e σι natum esse Sanscrita lingua docet, cujus futurum I. et conditionalis, quae tempora Graecorum futuro et aoristo I. respondent, sj habent, ut a rad. tud fut. II. tōtsjāmi, Cond. atōtsjam. Deinde μέσσος e μεδιος aut potius μεθιος ortum esse, docent Sanscr. madhja, Lat. medius; neque aliter Aeoles teste Hesychio pro πέδιον dicebant πέσσον, ut recte pro πέσον serie literarum jubente correctum est. Non aliter ἴσσος, quod olim digamma habebat, e Ϝίδιος natum videtur a rad. Ϝιδ (cf. ἐειδόμενος), τόσσος etc. e τοτιος, si comparamus Latina tot, tantus.

2) Ubi vulgo duplex σ est, tenetur apud Lesbios, ut θάλασσα, nec ferri potest κυπάττιδες, quod Alc. 7 ex Attica dialecto irrepsit.

Non recte ἔσσεται Aeolicum esse negat antiquus technicus ap. Eust. 655, 13. — Contra non magis recte Eust. 20, 2, Tzetz. ad Hes. Opp. 238, duplicationem Aeolicam agnoscunt in dativis κύνεσσιν etc., quia simplex σ in his omnino rarum et dubium est.

In verbis, ut grammatici affirmant 2), Aeoles σσ habebant, ubi vulgo est πτ. Exempla tamen plerumque afferunt Homerica et vulgata, ut *πέσσω*, *ὄσσομαι*, *ἐνίσσω*, *κορύσσω*; alia etymologiarum suarum causa finxisse videntur, ut *βλέσσω*, *ἄσσω*, *νίσσω*. Certius fuerit *κόσσω* pro *κόπτω*, nisi id forte propter *κόσσος* fictum est. Neque tamen absonum est, Aeoles in verbis, quorum radix in π, β, φ exit, saepius σσ habuisse, quam in aliis dialectis factum est. Valde autem dubitamus de *πίσσω*, *ἐμπίσσω*, quia *πίπτω* a radice *πετ* reduplicatione natum est ut *μίμνω*, *γίγνομαι* a *μεν*, *γεν*. — Ceterum nullum hujus mutationis exemplum nunc legitur; contra πτ retinetur in *ἐκάλυπτε* S. 34 et in Hesychii glossa *ὀσκάπτω*, *ἀνασκάπτω*, quae Aeolica videtur, vid. §. 12, 2.

---

2) Heracl. ap. Eust. 51, 19: *Αἰολεῖς τὰ εἰς πτω λήγοντα βαρυτονοῦντες μετατιθέασιν εἰς δύο σσ· οἷον πέπτω, πέσσω, ὄπτω ὄσσω*; item Herod. H. Ad. 205, a. — Eust. 824, 30. *τὸ νίπτω παρ' Αἰολεῦσι νίσσω γενόμενον, ὡς πέπτω πέσσω, οἱ Ταραντῖνοι μεταθέσει τῶν δύο σσ εἰς ζ νίζω λέγουσι*, quae ex Heraclide fluxisse apparet p. 1654, 1; eadem leguntur Ann. Ox. I, 62, 17, ubi additur *πίσσω* pro *πίπτω*. cf. Et. M. 605, 43. — A *βλέπω*, *βλέπτω*, Aeolice *βλέσσω*, ut *ὄπτω ὄσσω*, derivatur *λεύσσω* Et. M. 562, 4, Ann. Ox. I, 262, 28, Orion. 95, 26; *ὄσσω* ut *κόσσω* et *πέσσω* Et. M. 635, 54, Et. G. 438. 3; de *πίσσω* cum aliis Et. M. 673, 11, Gud. 467, 53, Ann. Ox. I, 274, 20, Ael. Dion. *περὶ ἀκλ. ῥημ.* in H. Ad.; praeterea vulgata exempla haec leguntur Et. G. 110, 14 — 438, 9 — 463, 29; Ann. Ox. I, 353, 25 etc. — Minus vulgata exempla haec sunt: *ἄσσω* pro *ἄπτω*, unde *ἆσσον* derivatur, Et. M. 157, 43, Ann. Ox. I, 42, 28; *κορύσσω* Scholl. L. Il. β, 273; *ἐνίσσω* Scholl. V. Il. ω, 238. — J. Gr. 244, b. *οἱ Αἰολεῖς ἀντὶ τοῦ πτ δύο σσ*, *ἐμπίπτειν ἐμπίσσειν*, unde corrupte Greg. Cor. 615 et Meerm. 661: *ἀντὶ δὲ τῶν δύο ππ δύο σσ*, *ἐμπίππειν ἐμπίσσειν*. Eadem corruptela est in Et. Gud. 384, 1 et Ms. Reg. s. v. *μείζων* ap. Koen. ad Greg. 615. *Αἰολεῖς τὸν ἵππον ἴσσον λέγουσι καὶ τὸ βλέπω βλέσσω*, ubi Giese p. 119 recte corrigit *τὸ νίπτω νίσσω*, quod confirmatur ex Ann. Ox. I, 274, 20, s. v. *μείζων*, ubi eadem emendate leguntur. Aliae apertae corruptelae sunt in Et. G. 110, 12 et 291, 10.

3) Mutae non reperiuntur duplices pro simplicibus, nisi in relativis, quae ex interrogativis praefixo ō nascuntur [3]). Ita ὄττι S. 1, 15 et 110, Alc. 37, Lamps. 17, 22, ὄττινας S. 72, unde recte S. 1, 15. 17 a Schneidewino κὤττι pro κὤ,τι scriptum est; ὄπποτα S. 3, A. 31, ὄππα et ὄππως Theocr. 28, 4 et 29, 13. 33. Antiquitus duplices in his fuisse, docent Latina ecquis, ecquando, quae nobis videmur recte comparasse (§. 4, 5), quanquam significatio paullulum declinavit.

Praeterea mutae, quae vulgo simplices sunt, non duplicantur ab Aeolibus, quanquam grammatici minus accurati [4]) quamque duplicationem Aeolicam vocant; recte jam ejecerunt alterum π in κυππάσσιδες Alc. 7, nec minus in ὀππάσαι Theocr. 28, 16; utroque enim loco metrum brevem syllabam permittit.

4) Notabili Aeolismo $\overline{\pi\pi}$ est pro vulgato $\overline{\mu\mu}$, ubi hoc natum est e $\overline{\pi\mu}$, $\overline{\beta\mu}$, $\overline{\varphi\mu}$. Grammatici [5]) exempla afferunt

---

3) Meerm. 660. τὰ ἀμετάβολα διπλασιάζει καὶ τὸ π καὶ σ καὶ τ, ubi inter exempla est ὄππη, ὄττι, cf. p. 656. Aug. 671, Vatic. 692, J. Gr. 237, a, Greg. C. 290; ὄττινες, ὄπποθι, ὄττι Aeolica afferuntur a J. Gr. 244, b; ὀππότερος Aeolicum vocatur Scholl. D. Il. γ, 71 et Auct. π. Ὁμ. διαλ. p. 478, ὄττι et ὄππως Eust. 20, 2. — Duplicationem hanc in relativis reperiri, neque tamen esse Aeolicam sed ipsis relativis propriam vel κοινὴν, accurate monent Ann. Ox. I, 325, 17, J. Gr. 244, a, Greg. Cor. 588. (Vatic. 690. corr. ἡ γὰρ κοινὴ τὰ ἀναφορικὰ δασύνει, leg. διπλασιάζει e reliquis).

4) Tzetz. ad Hes. Opp. 664. (Et. Leid. ap. Gaisf. ad h. l.) Αἰολεῖς — ἐπὶ τῶν μετὰ φωνῆεν τιθεμένων συμφώνων διπλασιάζουσιν αὐτά, ἢ τοῖς αὐτοῖς συμφώνοις ἢ ἁπλῶς συμφώνοις· τοῖς αὐτοῖς μὲν ὡς τὸ ἔννη, ἄμμες, ὔμμες, Πέῤῥαμος ὁ Πρίαμος· ἁπλῶς δὲ συμφώνοις· οἷον νώννυμος, ὄκχος. — Cod. Par. 680, Tzetz. Epex. 87, 15. Aeolici diplasiasmi exemplum habent ἴδδειος; idem agnoscitur in μικκὸς ab Eust. 610, 26 etc. — Cautius agunt, qui Aeolicam duplicationem nullam nisi liquidarum et literae σ agnoscunt Ann. Ox. I, 325, 25, J. Gr. 244, a, Greg. Cor. 588.

5) De ὄππατα Orion 117, 14, Et. Leid. ap. Koen. ad Greg. 581, Et. M. 621, 19 (ubi corrupte ὄπτα), J. Gr. 236, a et 244, a,

ὄππατα, ἄλιππα pro ὄμματα, ἄλειμμα a radicibus ὀπ, ἀλιφ. Illud in libris est S. 2, 11, e conjectura restituitur S. 26. Contraria in his est assimilationis ratio ac vulgo.

§. 10.

De ῡ ante σ̄ in Iota mutato.

1) Aeoles saepe αι̅ pro vulgari ᾱ et οι̅ pro οῡ habere referuntur, quod accuratius inquirentibus ibi tantum factum esse apparet, ubi antiquissima lingua post brevem vocalem νς̅ habuerit. Ex omnibus enim Graecis, si paucissima quaedam excipiamus, soli Argivi et Cretes antiquum νς̅ integrum servabant [1]), reliqui, ν̅ ejecto, brevem vocalem antecedentem producebant et ita quidem ut vulgo ᾰ, ε, ο in ᾱ, ει, ου mutarentur, a parte Doriensium in ᾱ, η, ω, denique ab Aeolibus Lesbiis in αι, ει, οι. Apud hos igitur ν̄ ante σ in ι mutatum est, quod cum vocali antecedente in diphthongum jungitur. Quod quum antecedentibus ῑ et ῡ fieri non posset, in his vulgatam productionis rationem apud Aeoles quoque valuisse, ut φῦσα pro φύνσα, suspicari licet, quanquam exempla casu desunt [2]).

Greg. C. 580, Leid. 638, Meerm. 660, Aug. 670, Vat. 689; de ἄλιππα Et. M. 61, 40. Ceterum modo ππ̅ pro μμ̅, modo π̅ pro μ̅ positum dicunt.

1) Apoll. de synt. 313, 20, Heraclid. ap. Eust. 722, 58, H. Ad. 204, b., ubi exempla afferuntur ἔνς et τιθένς pro εἰς et τιθείς. Alia Cretica exempla in decretis Vaxiorum et Latiorum C. I. 3050 et 3058 in melioribus apographis servata Boeckhius perperam neglexit. A Sherardo enim traduntur nr. 3050 l. 7. πάνσας pro πάσας et l. 14. τὸνς pro τοὺς, l. 16. ὑπαρχόντας pro ὑπαρχούσας, unde ὑπαρχόνσας scribendum est. Item nr. 3058 l. 4. Hesselius habet πρειγευτὰνς pro πρειγευτὰς, l. 7. ὑπαρχονσ . . . (Sher. ὑπαρχοντ . .), unde Boeckhius fecit ὑπαρχούσας, quod debebat esse ὑπαρχόνσας. Accusativum πρειγευτὰνς jam Giesius agnovit p. 103. Alia minus aperta nunc omittimus.

2) Interdum Graeci, ne Aeolibus quidem exceptis, σ̄ potius omittebant, ut ἔκτεινα, Aeol. ἔκτεννα, est pro ἐκτενσα. vid. §. 8, 2.

2) Huc pertinet primum Nom. sg. in Decl. III, ubi $\bar{\sigma}$ additur stirpi in $\bar{\nu}$ vel $\overline{\nu\tau}$ exeunti. Grammatici [3]) testantur de *τάλαις*, *μέλαις*, *Θόαις*, *παῖς* pro *τάλας*, *μέλας*, *Θόας*, *πᾶς*, quae e *τάλανς*, *μέλανς*, *Θόανς*, *πάνς* (et haec quidem e *Θοαντς*, *παντς*) nata sunt. Recte ita leguntur in Lesb. 2166, 29 (*ἀκούσαις* pro *ἀκούσας*, in poëtis *κίρναις* pro *κίρνας* Alc. 27. 33, *παῖς* S. 120. Inde emendavimus *μέλαις* Sapph. 97, *κινήσαις* Alc. 61 pro vulgatis. Quod grammatici ab Aeolibus non esse *Αἴαις* pro *Αἴας* dictum tradunt, vix verum est (cf. Lobeck Parall. p. 21), sed fortasse ex accusativo Aeolico *Αἴαν* (vid. §. 21, 1) male conclusum, in quo quia nullum σ inerat, non poterat diphthongus nominativi teneri.

Nominativi in $\overline{εις}$ non differunt a vulgata ratione, ut *εἷς* ex *ἕνς*, quod Aeolicum dicitur in Ann. Ox. I, 171, 19, *τίθεις* etc. vid. §. 26, 6. Nominativorum in $\overline{οις}$ pro $\overline{ονς}$ nullum exemplum reliquum est praeter participia *ἔφοις*, *ὄρθοις*, quae a grammaticis pro infinitivis venditantur. vid. §. 26, 10.

Ceterum non minus in dativo pluralis Aeoles haud dubie *παῖσιν*, *λέοισιν* pro *πᾶσιν*, *λέουσιν* dicebant, si quando breviore forma pro *πάντεσσι*, *λεόντεσσι* usi sunt; exempla desunt.

3) Eadem ratio est in femininis participiorum in $\overline{σα}$ exeuntibus, quarum analogiam sequitur etiam *πᾶς*. Non differt a vulgata lingua diphthongus *ει*, ut *μάνεισαι* S. 76. Contra *παῖσα* legitur Lesb. 2183. 2188, Cum. 24 pro

---

3) Choerob. Bekk. 1183. *Αἰολεῖς τὸ τάλας τάλαις λέγουσι καὶ τὸ μέλας μέλαις καὶ τὸ Θόας Θόαις, προστιθέντες τὸ ῑ· τὸ δὲ Αἴας Αἴαις οὐ λέγουσι διὰ τὴν ἐπαλληλίαν τῆς αῑ διφθόγγου.* Eadem habent Et. M. 575, 54 et Greg. Cor. 599, qui ineptissima de suis addit. — De *τάλαις*, *μέλαις* praeterea Choerob. ex Herodiano ap. Bekk. ad Apoll. de synt. 350, de *τάλαις*, *τίαις* Choer. Bekk. 1193, de *μέλαις*, *Θόαις* Ann. Ox. III, 238, 23, ubi male additur *Ὀρέσταις*. — Ann. Ox. III. p. 240. *οἱ Αἰολεῖς λέγουσι πᾶς παῖς ὁ χῶρος* (S. 120). Addenda sunt etiam participia *γέλαις*, *νίκαις*, qui grammaticorum errore infinitivi vocantur. vid. §. 26. not. 18.

πᾶσα, quod natum est ex antiquo πάνσα (vid. not. 1); συνόῤῥαισ' S. 66, et γέλαισας e corrupto γέλαις emendatum S. 2, 5. Recte etiam S. 1, 9. 14 ὑποζεύξαισα et μειδιάσαισ' pro vulgaribus formis restituerunt, quod ipsi praeterea fecimus in παῖσα S. 2, 14 et 77, Alc. 7. 50. In Lampsaceno l. 9 non Aeolice πᾶσαν legitur.

Non minus $\overline{οισα}$ pro vulgato $\overline{ουσα}$, antiquo $\overline{ονσα}$ reperitur in his: Cum. 16. 19. 41 ἁρμόζοισαν, πρεποίσαις, ὑπαρχοίσαις; Alc. 29 παθοίσας, 50 πεδέχοισαν, 55 πνέοισαν; Sapph. 1 ἀΐοισα, ἐθέλοισαν (e corrupto ἐθέλοις emendatum), 3 πλήθοισα, 31 λίποισαι, 66 ἔχοισα, 69 κατθάνοισα, 70 δοῖσαι, 77 ἔχοισα, 111 προσίδοισαν. Inde recte vulgatae formae sine libris emendatae sunt S. 35 ἀμέργοισαν, 59 λίποισα etc.

Ejusdem generis est Μοῦσα, quod antiquum participium videtur radicis μω, ut γνοῦσαι a γνω. Igitur Aeoles Μοῖσα dicebant [4]), quod nunc legitur in libris Sapph. 31. 61, restitutum est Alc. 48, ut Μοισοπόλῳ S. 78.

4) Accusativos pluralis in decl. I et II. olim in $\overline{ανς}$, $\overline{ονς}$ exisse, docent Cretica πρειγευτάνς, τόνς (not. 1), cum quibus convenit Gothorum acc. plur. masculinorum, ut fiskans, sununs. cf. Bopp *Vergl. Gr* §. 236. Ea vulgo in $\overline{ας}$ et $\overline{ους}$, apud Lesbios in $\overline{αις}$ et $\overline{οις}$ transierunt.

De decl. I. acc. plur. in $\overline{αις}$ et grammatici testantur [5]), qui exempla κάλαις, σόφαις, νύμφαις afferunt, et reperiuntur haec: Lesb. 2166, 23 ταὶς, 38 ταὶς ἰρέιαις, nr. 2188 παίσαις, Cum. 7 ταὶς, 8 χρυσίαις, 41 ταὶς ὑπαρχοίσαις, tantum l. 20 ἂς μενίζοις ἁ χώρα συνεπένευσε τείμαις pro αἷς; Lamps. 12. 24 δίκαις; Alc. 3 παρ' ὄχθαις, 33

---

4) Eust. 413, 9, Ann. Ox. I, 278, 14, ubi Sappho μοισάων dixisse refertur. — Alii grammatici μῶσα, λιπῶσα Aeolica dicunt, quae sunt Boeotica. vid. §. 42.

5) J. Gr. 236, a. τισὶ δὲ ὀνόμασι θηλυκοῖς τὸ ῑ προστιθέασιν Αἰολεῖς, ὅταν λέγωσιν ἀντὶ τοῦ καλὰς καλαὶς, καὶ ἀντὶ τοῦ σοφὰς σοφαὶς; item Leid. 637 et corr. Vatic. 688. — Prisc. I. p. 30: »Aeoles νύμφαις pro νύμφας dicunt.«

κυλίχναις μεγάλαις et *πλέαις*, 65 *νύμφαις*, *ταὶς Διὸς ἔξ αἰγιόχω φαῖσι τετυγμέναις*, 67 *ὀνίαις*; Sapph. 15 *κάπάλαις — πλέκταις*, unde recte *πλέκτας* Alc. 29 corrigitur. Apud Theocritum in libris sunt 28, 20 *λύγραις*, 29, 39 *αὐλείαις θύραις*.

In decl. II. acc. plur. in $\overline{\text{οις}}$ exit grammaticis testantibus [6]) et legitur in his: Lesb. 2166, 12. 21 *πρὸς τοὶς — ἔοντας*, 25. 30 *πρὸς ἀλλάλοις*; Cum. 20 *μενίξοις — τείμαις*; Lamps. 13. 25 *καττοὶς νόμοις*, 18 *ποιήσασθαι τοὶς στρατάγοις*, 32 *πρὸς Λαμψακάνοις*; Alc. 7 *πασσάλοις*, 28 *ἐνεικαμένοις μεθύσθην*; Sapph. 67 *στεφάνοις*, unde correximus *ἀπολλυμένους* A. 92. Apud Theocritum in libris sunt 28, 10 *ἀνδρεΐοις πέπλοις*, 12 *μαλάκοις πόκοις*, 16 *δόμοις*, 20 *νόσοις*.

5) Denique in conjugatione tertia persona pluralis, quae olim (quod Dores servarunt) in $\overline{\text{ντι}}$ exibat, deinde *ι* in *σ* mutato in $\overline{\text{νσι}}$, eandem apud Lesbios rationem sequitur. Et terminatio vulgata $\overline{\text{εισι}}$ non mutatur ut *ἴεισι*, contra pro $\overline{\text{ασι}}$ est $\overline{\text{αισι}}$, ut *φαισὶ* Aeolicum dicitur a Prisciano I. p. 47, unde idem Sapph. 35 e corrupto *φαίσει* et e vulgato *φασὶ* sine libris restitutum est Alc. 41. 65, Sapph. 17; deinde Alc. 10 *χόλαισι*, 31 *δίναισι* a verbis contractis, qui verborum in $\overline{\text{μι}}$ rationem sequuntur; nec minus *πεπάγαισιν* A. 27 et *κεκρίκαισιν* S. 85 pro vulgatis formis reponenda erant. Aeque pro $\overline{\text{ουσι}}$ legitur $\overline{\text{οισι}}$ Lesb. 2166, 24 *ἐμμενέοισι*, *οἰκήσοισι*, Alc. 7 *κρέκοισιν*, Theocr. 28, 11 *φορέοισιν*, unde jure vulgatae formae *νεύουσιν* Alc. 7, *ἀποκρύπτουσι* S. 3 expulsae sunt.

---

6) J. Gr. 245, a, Greg. C. 617, Meerm. 662. *ἀντὶ αἰτιατικῆς τὴν δοτικὴν παραλαμβάνουσιν ἐν τοῖς πληθυντικοῖς* (male J. Gr. *παθητικοῖς*)· *τοῖς ἀνθρώποις ἀντὶ τοῦ τοὺς ἀνθρώπους· τοῦτο δὲ ποιοῦσιν διὰ τὸ χρῆσθαι αὐτοὺς τῷ ῑ ἀντὶ τοῦ ῡ.* Male rem describunt, unde falsus accentus in *τοῖς* originem traxit. Accusativus *τὼς ἀνθρώπως*, qui Aeolicus vocatur, est Boeoticus. vid. §. 42.

§. 11.

De aliis consonantium conjunctionibus.

1) Grammatici ab Aeolibus γ̄ pleonastice additum esse referunt [1]) in *γέντο*, *γνοῶ*, *γνόφος*. At *γέντο* Doricae et Aeolicae dialecti ope ex *ἕλετο* (*ἕλτο*, *ἕντο*, *γέντο*) derivatum, nimis prodit futilem grammaticorum etymologiam; non minus *γνοῶ* pro *νοῶ* fictum videtur, unde *ἄγνοια*, *γνώμη* etc. derivarentur. Manet *γνόφος*, quod γ̄ non pleonasticum habet, sed pro rudiore *δνόφος* (quod ipsum ab Hesychio s. v. *δνοφερὸς* Aeolicum vocatur, Doricum a Scholl. Aesch. Prom. 570), euphoniae causa positum esse, ut *γλυκὺς* e *δλυκὺς* natum esse docent *δεῦκος* et Latinum d u l c i s. Non aliter *βλὴρ*, quod Aeolicum vocatur pro *δέλεαρ*, e *δλὴρ* ortum supra significavimus §. 6, 2.

Initiale σ̄ ante sequens μ̄ omissum est in *μύῤῥα*, quod Athen. XV, 688, C. Aeolicum dicit, pro *σμύρνα*, retinetur in *σμίκρα* Sapph. 16. — Nullo, quantum videre licet, jure arsis vel unius vel duarum consonantium in fronte vocum, ut *εἴβω*, *εὐρὰξ* pro *λείβω*, *πλευρὰξ* Aeolibus adscribitur [2]).

2) In mediis vocibus, ut grammatici indicant [3]),

---

1) Heraclid. ap. Eust. 1722, 40 a *νοῶ* derivat *νώσκω καὶ Αἰολικῶς γνώσκω. Αἰολεῖς γάρ, φησι, τὸ νοῶ γνοῶ φασίν· ὅθεν καὶ τὸ ἀμφιγνοεῖν ἤγουν διχονοεῖν, καὶ ἡ ξύγγνοια καὶ τὸ ἀγνοεῖν, καὶ ἡ ἄγνοια· — ἀπὸ τοῦ νέφος νόφος καὶ γνόφος Αἰολικὸν ὃ ἄλλως δνόφος καὶ ὅτι καὶ τὸ ἐν Ἰλιάδι γέντο ἤγουν εἵλετο ἔξωθεν ἔχει τὸ γ̄, καὶ ὡς ἡ γνώμη αὐτὴ πλεονάζει τῷ γάμμα, γενομένη δηλαδὴ ἐκ τοῦ νοῶ νοήσω, Δωρικῶς μὲν νώμη, Αἰολικῶς δὲ γνώμη.* Item p. 1064, 6, Herod. H. Ad. 205, b; de *γνοῶ* praeterea Et. Or. 25, 29, Gud. 5, 45 et App. Et. G. 661, 48, de *γέντο* Scholl. L. Il. *ν*, 25, Herod. l. l., App. Et. G. 661, 69.

2) Eust. 1647, 63. *ἴδιον Ἰώνων καὶ Αἰολέων τὰ τῶν λέξεων πρῶτα σύμφωνα αἴρειν, εἴτε ἓν τύχοι ὄν, οἷον λαιψηρὸς αἰψηρὸς, εἴτε δύο, πλευρὰξ, εὐράξ;* id. 1471, 29 addit *εἴβειν* pro *λείβειν*.

3) De *ἴδμεν*, *ὀδμὴ* Greg. Cor. 589, Auct. *π. Ὁμ. διαλ.* 475, Et.

Aeoles tolerabant *δμ*, *θμ*, *χμ*, neque in *σμ*, *γμ* mutabant, ut *ἴδμεν*, *ὀδμὴ*, *κευθμὸς*, *διωχμὸς*. Nunc ejusmodi legitur *πεπυκάδμενος* Sapph. 17.

Non minus *σλ* in mediis vocibus, *θ* non inserto, servatum est in *ἐσλὸς*, quod in libris est Alc. 41, Sapph. 26. 46, unde idem Alc. 77 a Schneidewino restitutum est pro *ἐσθλὸς*, et a nobis S. 34 *μάσλης* pro *μάσθλης*, quia teste Hephaestione p. 15 etiam *μάσλης* dicebatur *κατὰ πάθος τι*.

Aeolicum est *ἀγρέω* pro *αἱρέω* [4]), quanquam non plane alienum a reliquis Graecis. cf. Buttm. Lexil. I. p. 130 et supr. §. 4, 5. Leguntur *κατάγρεντον* (i. e. *καθαιρούντων* vid. §. 26, 7) Lesb. 2166, 10, quam vocem non intellexit Boeckhius, *ἀγρέθεντες* ibid. 28, quod idem perperam in *αἱρεθέντες* correxit, *προαγρημμένω* Cum. 6, *ἄγρει* S. 2, 14, *κατάγρει* S. 98, quo spectare videtur Hesychii glossa *καταγρεῖ*, *καθαιρεῖ*, *παλινάγρετον* Theocr. 29, 28.

3) Ecthlipsis in *σκᾶπτον*, *ὄπιθεν* pro *σκῆπτρον*, *ὄπισθεν* Aeolica vocatur a grammaticis [5]) vix ullo jure.

§. 12.

De vocalibus brevibus.

1) Aeoles *ᾰ* pro vulgari *ε* habent in adverbiis temporis in *οτα* ut *ὄτα*, *ἄλλοτα*, deinde in parte locativorum,

---

G. 271, 8, Herod. Vit. Hom. p. 288; de *κευθμὸς* Et. G. 317, 38; Et. M. 371, 20. *ἐρεχμὸς — δοκεῖ δὲ ταῦτα παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἐκφέρεσθαι διὰ τοῦ χ· διωχμὸν γὰρ λέγουσι καὶ ληχμὸν, ὡς Ἀντίμαχος*; Homeri *ἀκάχμενος* Aeolicum dicitur a Methodio Et. M. 56, 53. (vid. tamen §. 26. not. 20).

4) Ann. Ox. I, 117, 27. *ἄγε, ὅπερ οἱ Αἰολεῖς ἄγει φασὶ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ ἄγρει*, unde intelligitur Homericum *ἄγρει* ab Aeolibus repetitum esse.

5) Ecthlipsis Aeolica vocatur a Tryph. *παθ. λεξ.* §. 27. et Drac. Strat. 161, 5. cum exemplo *σκᾶπτον*; frequenter ea utitur ineptus Tzetzes in Epex. Il., ut *ὄπιθε* pro *ὄπισθε*, *ὁ* pro *ὃς* 87, 15. cf. 71, 28 etc.

quae vulgo in $\overline{\vartheta\varepsilon(\nu)}$ exeunt, Aeolice in $\overline{\vartheta\alpha}$, ut ἔνερθα, vid. §. 29. Minus certum est ἄτερος pro ἕτερος, e corrupta librorum lectione δ' ἀτέρα pro ἄ δ' ἑτέρα Alc. 33, et ἀτέρῳ apud Theogn. Ox. II, 167, 7 (κἀτέρωτα Sapph. 1, 5 nihil certi prodit. vid. §. 17, 2); nam ἕτερος in libris est A. 33, S. 57, ἑτέρωτα Apoll. de adv. 606, 16 et 607, 17. — Verbi πιέζω duplici forma Alcaeus usus perhibetur i. e. πιάζω Dorico et vulgari πιέζω, quod diserto testimonio Aeolibus vindicatur [1]). Contra manet ε, ubi Dores ᾱ habent, in κε(ν) et in Ἄρτεμις, si qua fides est recentioribus titulis Lesbiis nr. 2172. 2173.

ε̄ pro ᾰ vulgari in paucis positum videtur [2]). Certiora exempla sunt κρέτος pro κράτος, quod recte restituere videntur Alc. 17 et inde ἐπικρέτει Alc. 61 e Bergkii conjectura pro ἐπικρέκει; deinde θέρσος pro θάρσος, denique λεγόμεθεν, φερόμεθεν, pro λεγόμεθα, φερόμεθα, quae grammatici Aeolica esse tradunt, quanquam nunc nusquam leguntur, sed φορήμεθα Alc. 10. vid. §. 24, 8.

2) ᾰ pro ο̄ apud Aeoles erat in praepositione ὑπὰ pro ὑπὸ [3]), quod duo libri Sapph. 2, 14 in ὑπαδεδρόμακεν

---

1) Herod. π. μ λ. 41, 10 de πιέζω: παρ' Ἀλκαίῳ διχῶς λέγεται, παρὰ δὲ Ἀλκμᾶνι διὰ τοῦ ᾱ. Ann. Ox. I, 291. πιέζω Aeolicum, Atticum et Ionicum vocatur, πιάζω Doricum.

2) Joann. Gr. 241, a. postquam de ο̄ pro ᾱ Aeolice posito dixit: ποτὲ δὲ τὸ ε̄ ἢ η̄ (sc. ἀντὶ τοῦ ᾱ)· κράτος κρέτος, Πρίαμος Πρίεμος, γαλήνη γελήνη, ἀὴρ ἠὴρ, quae turpiter corrupta esse inde patet, quod Πέῤῥαμος et αὔηρ Aeolica sunt. vid. §. 8, 6 et §. 5, 5. — Et. M. 537, 18. κρείσσων derivat a κράσσω κατὰ τροπὴν Αἰολικὴν τοῦ ᾱ εἰς ε̄ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ῑ. cf. App. Et. G. 648, 20. — Schol. Arist. Vesp. 1227, qui servavit Alc. fr. 7, in quo τὸ μέγα κράτος, addit ἀντὶ τοῦ μέγα κράτος, οὕτως Αἰολεῖς, unde Buttmann. *Ausf. Gr.* §. 27. *Anm.* 20. not. intellexit olim κρέτος scriptum fuisse. — De Aeolico θέρσος pro θάρσος Choer. Bekk. 1190 (corr. Ann. Ox. II, 217, 33), Et. M. 447, 24, Et. G. 259, 47, Scholl. Il. β, 212, Eust. 213, 12, qui omnes inde nomina propria Θερσίτης vel Ἀλιθέρσης explicant.

3) Ann. Ox. I, 47, 28. Αἰολεῖς τὴν ὑπὸ ὑπὰ λέγουσι καὶ τὴν ἀπὸ ἀπὺ, ἴσως ἵνα καὶ τὸ (ῡ) ληκτικὸν γένηται τῶν προθέσεων, ὡς τὸ ᾱ

servarunt. Inde idem ubique pro vulgata forma restituendum duximus Alc. 7 etc.

Saepius vulgatum ᾰ apud Aeoles in ō transiit. Grammatici [4]) testantur de praepositione ὀν pro ἀνὰ in ὀνέληται, ὀνεχώρησεν, etiam ὄνω pro ἄνω, deinde θροσέως, στρότος, στόλεις, πτόρμος, βροχέως, ὅμολος pro ὁμαλὸς, ἔφθορθαι, μέμορθαι pro εἱμάρθαι, nomine mensis Πορνοπίων a πάρνοψ. vid. Strab. XIII. p. 613.

In titulis haec exempla leguntur: Cum. 8. 34 ὀντέθην, 39 ὀνθέντα, 53 ὀνθέμεναι, Lesb. 2186. 2191 στροτάγω, 2189 στροταγήσαντα. In poëtis sunt haec: Alc. 24 ὀνεκρέμασσαν (e librorum lectione ὂν ἐκρ.), Theocr. 29, 26 ὀμνάσθην pro ἀμνάσθην i. e. ἀναμνησθῆναι. vid. §. 28, ὀνία pro ἀνία Alc. 67 (S. 1, 3 ὀνίαισι recte scribitur e v. l. ὀκίαισι), ὀνιαρὸν pro ἀνιαρὸν Alc. 78: ὄρπετον pro ἄρπετον *) S. 20, Th. 29, 13; βροχέως S. 2, 7.

καὶ ῑ. Ibid. 422, 1. οἱ δὲ Αἰολεῖς τὴν ὑπὸ ὑπὲρ (leg. ὑπὲρ ὑπὲρ) λέγουσι καὶ τὴν ὑπὸ ὑπά· ἢ γὰρ τὴν ἀρχὴν τρέπουσιν Αἰολεῖς καὶ τὸ τέλος φυλάσσουσιν, ἢ τὸ τέλος τρέπουσι φυλάσσοντες τὴν ἀρχήν· ψιλοῦσι δὲ τὸ ῑ. — J. Gr. 215, b, Meerm. 661. male Aeoles ᾱ pro ō ponere dicunt in ἄσσα pro ὅσσα, falsam vocis ἄσσα pro ἄττα explicationem sequuti. cf. Scholl. Il. α, 554. Corruptiora haec in antiquis Gregorii editionibus p. 585 leguntur.

4) J. Gr. 241, a. οἱ Αἰολεῖς ἔθος ἔχουσιν ἀντὶ τοῦ ᾱ τὸ ō τιθέναι· θρασέως θροσέως, στρατὸς στροτὸς, ἄνω ὄνω, ἀνέληται ὀνέληται, ἀνεχώρησεν ὀνεχώρησεν, σταλεὶς στολεὶς. Id. 245, b. πταρμὸς πτορμός. — De στρατὸς Et. M. 728, 44, Ann. Ox. I, 391, 13. — Hes. βροχέως ἢ βροιχέως (leg. βραχέως) σαφῶς, συντόμως Αἰολεῖς. — De ἔφθορθαι, μέμορθαι vid. §. 3. not. 25. — Suid. et Phot. s. v. Ὁμολώιος Ζεὺς inter varias vocis explicationes: Ἴστρος δὲ ἐν τῇ ιβ' τῆς Συναγωγῆς, διὰ τὸ παρ' Αἰολεῦσι τὸ ὁμονοητικὸν καὶ εἰρηνικὸν ὅμολον λέγεσθαι, quod pro ὁμαλὸς esse patet, nec Boeoticum habendum est, ideo quod Ζεὺς Ὁμολώιος in Boeotia et Thessalia colebatur, quum ipsa etymologia incertissima sit. Ceterum hac mutatione Aeolica etiam ὀγμὸς ab ἄγω derivatur Et. M. 613, 38.

*) Vulgo pro ἕρπετον esse putatur, quod ipsum in plerisque Theocriti libris legitur; at in Sapphus certe loco Eros ineptissime ἕρπετον vocaretur. Veriora docet Hesychii glossa ἀρπετὸν ἀκόμιστον

γνόφαλλον pro *γνάφαλλον* A. 27, *τομίας* A. 89, *χόλαισι* i. e. *χαλῶσι* Alc. 10. — Pertinet huc etiam *κασπολέω* Sapph. 23 (cf. Hes. *κασπολέω*, *ἐπιστρέφω*), quod est pro *στελῶ*, *καταστελῶ*. vid. §. 6, 1 et §. 28; nam uti apud Homerum duplex futurum est *κτενέω* et *κτανέω*, ita pro *στελέω* etiam *σταλέω* esse poterat, unde Aeolice *σπολέω* fieret.

Denique his addi possunt glossae nonnullae Hesychianae, quarum dialectus non significatur, sed satis certa fide Lesbiaca habetur et propter alias proprietates, quae in plerisque simul apparent, et quia ipsa vocalis *ᾰ* in *ō* mutatio, excepta Thessalica dialecto raro memorata, Aeolibus Asianis propria est. Sunt vero hae: *ὀσκάπτω*, *ἀνασκάπτω* ex *ὀνσκάπτω*. cf. §. 28, 1, item *ὄστασαν*, *ἀνέστησαν* et *ὀσταθεὶς*, *ἐξαγκωνισθεὶς* i. e. *ἀνασταθεὶς*; deinde *δόμορτις*, *γυνὴ* pro *δάμαρ*, *σπολεῖσα*, *σταλεῖσα*. cf. §. 6, 1.

His comparatis apparet, *ᾰ* apud Aeoles haud raro mutari ante liquidas: *σπόλεις*, *σπολέω*, *ὄμολος*, *χόλαισι*, *τομίας*, (*δόμορτις*), *ὀν* pro *ἀνὰ*, *ὄνω*, *ὀνία*, *πτόρμος*, *ἔφθορθαι*, *μέμορθαι*, *Πορνοπίων*; deinde post liquidas cum muta conjunctas: *θροσέως*, *στρότος*, *βροχέως*, *γνόφαλλον*; neque tamen haec mutatio nisi certas voces tangebat. Maxime notabile est, etiam *ᾰ* in Aoristo II, Perfecto Pass. et Futuro, quod ex *ε̄* natum dicere solent, hanc mutationem pati in *σπόλεις* pro *σταλεὶς*, *σπολέω* pro *σταλέω* (*στελέω*), *ἔφθορθαι* pro *ἐφθάρθαι*.

Ceterum in titulis haec mutatio interdum neglecta est. In Lesb. 2166, 47 legitur *ἀναγράψαντας*, Cum. 52 *ἀναγράψαι* et 22 *ἀνηκόντων*, Lamps. 35. 36 *ἀναγραφῆ*,

---

ἢ ἴκτινον· Κρῆτες, unde hoc saltem apparet, *ἰκτῖνον*, milvum, a Cretibus *ἄρπετον* appellatum esse, ut *ἅρπη* est *ὀρνέον τι ἀετῶδες* (vid. Eust. 1188, 3, Et. M. 148, 20, Hes. s. v.) et *Ἅρπυιαι* similem formam habuisse traduntur. Sappho vero Cupidinem *ὄρπετον* i. e. *ἄρπετον* vocasse, imagine omnino aptissima, eo libentius credimus, quod teste Hesychio eundem Aeoles *Ἄρπυν* vocabant. cf. Et. M. 148, 33; neque minus apta est avis rapacis mentio apud Theocritum.

ἀνατεθῇ, 23 *ἀποσταλέντα*, 28 *στρατάγοις*; sed plura ex his exemplis simul alia ratione minus sunt Aeolica, ut propter neglectam apocopen praepositionis *ἀνὰ*, deinde *ἀπὸ* pro *ἀπύ*. vid. nr. 7.

In poëtarum reliquiis adversantur *ἀμπέτασον* S. 28, *ἀν τὸ μέσσον* Alc. 10, *ἀμμένομεν* A. 33. Quae non dubitanter corrigenda puto, quia Aeolica praepositionis forma, quae servata est, ubi corruptela invasit Alc. 24, aut forma non intelligebatur, ut *ὀμνάσθην* Theocr. 29, 26, facile in vulgatam abiit, ubi sensus patebat. Accedit, quod A. 33 librorum lectio *τί τὸν λέχνον ἀμμένομεν*, quam metrum damnat, facilius e *τί τὰ λέχν' ὀμμένομεν* nasci poterat. Non minus apud Alc. 63 e codicis lectione *ἄφιτον θήσει* restituimus *ἄφθιτον ὀνθήσει* (*ἀνθήσει* alii), quia id facilius corrumpi poterat et *ἄνθος* cum *ἀνὰ* cohaeret. Denique *στρόατος* A. 55 non magis ferendum est.

Addimus, quod Aeoles in *εἴκοσι* (Lesb. 2166) vulgare $\bar{o}$ habent pro antiquo $\breve{\alpha}$, quod Dores in *Fίκατι*, *εἴκατι* servarunt.

3) Saepe $\breve{\alpha}$ apud Aeoles in $\breve{v}$ mutari grammatici affirmant [5]; sed unica certiora exempla sunt *σύρκες* et *πέσσυρες* pro *σάρκες* et *τέσσαρες*; nam *ἄμυδις* et *βύθος* si Aeolica sunt, non aliena sunt ab aliis dialectis, et propter hanc ipsam mutationem Aeolica vocantur; *Βύκχις* N. P. cognatum est cum *Βάκχος*, ut *Ἴακχος*, *ἰάχω* cum *ὕζω*, *ἔμακον* et *ἔμυκον*, *βράχω* et *βρυχάομαι* etc.

---

5) Et. Orion. 11, 18. *ἄμυδις Αἰολικῶς· παρὰ γὰρ τὸ ἅμαδις καὶ ἄμυδις τροπῇ τοῦ ᾱ εἰς ῡ κατ' Αἰολεῖς ὡς σάρκες σύρκες*; item Orus Et. M. 87. 13 (cf. Gud. 46, 27) et Scholl. Dion. Thrac. 949, 25, Scholl. Il. ι, 6. — De Aeolico *σύρκες* praeterea Et. M. 486, 9. *Αἰολεῖς τὸ ῡ εἰς ᾱ τρέποντες τὰς σάρκας σύρκας λέγουσι*; Ibid. 708, 31, Et. G. 294, 23, Or. 147, 12, Ann. Ox. II, 379, 28, Tzetz. ad Hes. Opp. 195, Hes. *σύρκεσι, σαρξὶ Αἰολεῖς*. — Saepe praeterea *ἄμυδις* Aeolicum dicitur, Orion. 31, 11 etc. vid. §. 4. not. 3. — Hes. *πέσσυρες, τέσσαρες Αἰολεῖς*. cf. *πίσυρα, πίσυρα, τέσσαρα*. — Et. M. 216, 47. *Βύκχις ὄνομα Αἰολικὸν παρὰ τὸ Βάκχος — τροπῇ τοῦ ᾱ εἰς ῡ ὡς βάθος βύθις* (leg. *βύθος*).

Jam vero *πέσσυρες* pro *τέσσαρες*, si comparamus Sanscr. tschatur, Lat. quatuor, Goth. fidvor, natum intelligitur ex antiquo *πετFαρες*, ita ut *ῡ* e *Fα* natum sit, quum vulgata lingua *τF* in *σσ* mutaret. Colligitur hinc, non recte vocem duplici *σ* scribi, qui error apud Hesychium corrigi potest, serie literarum non turbata; accedit Homericum *πίσυρες*, quod primam brevem habet. In Dorica forma *τέτορες* antiquum *Fα* in *ο* coaluit, unde liceret Aeolicum *ῡ* pro Dorico *ο̄* positum dicere. Alio tempore docebimus, etiam *σύρκες* ex antiquo *σFάρκες* natum esse, cf. de *γυνὴ* e *γFανα* nato §. 36, 1.

Pessime grammatici inversam quoque mutationem Aeolicam finxerunt, ut *ῡ* transiret in *ᾱ* [6]).

4) *ε̄* pro *ῑ* apud Aeoles positum dicitur in *τέρτος* pro *τρίτος*, *Πέρραμος* pro *Πρίαμος* etc. vid. §. 8. not. 24. Ibidem docuimus, non recte in reliquis hanc mutationem agnosci; in *τέρτος* sequens *ρ* mutationem efficere videtur, ut in Latino tertius, Belgico derde, et Anglici third pronuntiatione. Grammatici [7]) solito more hanc mutationem ad alia non Aeolica adhibent.

Contra *ῑ* pro vulgato *ε̄* Aeoles Asiani habent in nominibus derivatis, quae in *ε̄ος*, *ε̄ον*, *ε̄η* vulgo exeunt [8]).

---

6) Et. M. 486, 9. *καλινδοῦμαι τὸ κυλίομαι· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ ῡ εἰς ᾱ* (leg. *ᾱ εἰς ῡ*) *τρέπουσι τὰς σάρκας σύρκας λέγοντες· ἐπεὶ οὖν τρέπεται τὸ ᾱ εἰς ῡ, δηλονότι τρέπεται καὶ τὸ ῡ εἰς ᾱ· καὶ οὕτως ἐκ τοῦ κυλίω γίνεται καλίω καὶ πλεονασμῷ τῶν συμφώνων καλίνδω.* cf. Et. G. 291, 23, Ann. Ox. II, 379, 28; corrupte Et. G. 175, 51. *Αἰολικῇ τροπῇ τοῦ ῡ εἰς η κηλινδῶ.*

7) Theogn. Ox. II, 17, 21. *ἡ ῑ* (leg. *β'*) *συλλαβὴ ἐν τῇ συνθέσει ἐνίοτε τρέπει τὸ ῑ εἰς ε̄· σπάνιοι δὲ αἱ λέξεις, ὡς ἔχει τὸ ἄγχι ἀγχέμαχος καὶ δικαστὸς ἀδέκαστος· Αἰολέων δὲ τὸ πάθος.* cf. ibid. 53, 25 et Et. M. 193, 11, ubi adeo praeter illa *βέβαιος* hac mutatione e *βιβάζω* derivatur. Pessime etiam *ἀδέκαυτος* a *δικάζω* repetitur.

8) Sequentia docent corruptelam esse in Ann. Ox. I, 436, 25. *τὰ διὰ τοῦ ι̅ο̅ς̅* (leg. *ε̅ι̅ο̅ς̅*) *κτητικὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς οἱ Αἰολεῖς διὰ τοῦ ε̅ο̅ς̅ προφέρουσιν· οἷον φλόγειος φλόγε·· σιδήρειος σιδήρεος· χάλκειος χάλκεος· οὕτως καὶ χρύσειος χρύσεος* leg. *φλόγιος* etc.; excipiuntur bisyllaba *ἔος*, *τέος*. Terminatio *ε̅ο̅ς̅* est Ionum.

In marmore Cumaeo talia leguntur *χρύσιος*, *χάλκιος*, *μαρμάριος* l. 8. 33. 35. 36. 76, quanquam in Lamps. 20. 26 est *χρυσέω*. In poëtarum libris servata sunt *φλόγιον* Alc. 31, *πορφυρίαν* S. 13, *χάλκιαι* et *κυνίαισι* A. 7, *σιδάριος* Th. 29, 24, *δενδρίῳ* Th. 29, 12. Inde vel ab aliis vel a nobis e conjectura *χρύσιος* pro *χρύσεος* et *χρύσειος* restitutum est Sapph. 1. v, 8 et S. 29. 31: deinde *δένδριον* scripsimus Alc. 36, ubi libri *δένδρον* habent, vulgo *δένδρεον* legitur. Nam quod a Greg. Cor. p. 589 *δένδρεον* Aeolicum dicitur pro *δένδρον*, ibi quoque *δένδριον* emendandum est. Non minus *ἀδελφίᾳ* pro *ἀδελφέᾳ* corrigendum duximus Alc. 72: de *πεμπεβόηα* vid. §. 15, 2. Similis mutatio magis esse videtur, quam est in Aeolicis *τίῳ*, *τίοισιν* pro *τέῳ*, *τέοισιν* i. e. *τινὶ*, *τισὶ*, quippe quae *ι* in stirpe *τι* habeant. cf. §. 23, 10. In reliquis omnibus *ε̄* ante vocales manet ut *θέος*, *τέος*, *ξίφεος* etc.

Praeter haec *ὄψι* pro *ὀψὲ* Aeolicum dicitur ab Apoll. de adv. 573, 10 et Herod. *π. μ. λ.* 26, 9, qui afferunt Aeolicum fragmentum (Alc. 107).

5) *ε̄* pro *ο̄* apud Aeoles fuisse refertur in *ἔδοντες* et *ἐδύνα* 9) pro *ὀδόντες* et *ὀδύνη*. Illud haud dubie antiquiorem formam servavit, quum *ὀδοὺς* jam antiquis (Ann. Bekk. 740, 25) ab *ἔδειν* descendat. cf. Pott I. p. 242; *ἐδύνα* autem, si comparas Sanscr. v ê d a n ā (dolor), digamma habuisse videtur, quod vulgo cum sequente vocali in *ο̄* abiit.

Contra *ε̄* Aeolice in *ο̄* mutari, grammatici haud raro tradunt, ubi potius de diphthongo *ει* in *οι* mutata dicendum erat. vid. §. 15, 8. Unicum verius hujus mutatio-

---

9) Greg. Cor. 597. *τὸ ο̄ εἰς ε̄ τρέπουσι ἐπαγομένου τοῦ δ̄· τοὺς γὰρ ὀδόντας ἔδοντας λέγουσι καὶ τὰς ὀδύνας ἐδύνας.* De Aeolico *ἔδοντες* testantur praeterea Priscian. I. p. 33 et Procl. ad Cratyl. in Bekk. Ann. 1163. Corruptissima videntur, quae leguntur apud Joann. Gr. 241, b. et in antiquis Gregorii editionibus p. 585: *ποτὲ δὲ καὶ τὸ ε̄* (sc. *ἀντὶ τοῦ ο̄*)· *πρός σε πρές σε*; nam ubique in titulis et poetarum reliquiis *πρὸς* legitur.

nis exemplum videtur *ὀῤῥάτω* pro *ἐῤῥάτω*, *εἰράτω* ab *εἴρω*, necto. vid. ibid. not. 7.

6) Interdum ῐ pro ῠ initiali positum est[10]; exempla a grammaticis afferuntur *ἴψος*, *ἴψηλος*, *ἴψοθεν* pro *ὕψος* etc., deinde *ἴπαρ* pro *ὕπαρ* et *ἰπὲρ* pro *ὑπὲρ*; ex Aeolico poëta (S. 119) *κατ᾽ ἰψήλων ὀρέων* traditur, unde *ἴψοι* pro *ὕψοι* a Schneidewino S. 44, *καθίπερθεν* a nobis Alc. 7 scriptum est pro *καθύπερθεν*, quanquam *ἴπερθα* etiam apud Apoll. de adv. 606, 16 inter Aeolica legitur.

7) Haud raro Aeoles ῠ habebant, ubi reliqui Graeci ŏ[11]. Exempla hujus mutationis vel apud grammaticos, vel in

---

10) J. Gr. 244, b. *ἀντὶ δὲ τοῦ ῡ τὸ ῑ· ὑψηλὸν ἰψηλὸν, ὕψοθεν ἴψοθεν, ὕπαρ ἴπαρ*, nisi forte hoc ex *ὑπὲρ ἰπὲρ* corruptum est. — Ann. Ox. I, 69, 29. *Αἰολεῖς ἀναλογώτεροί εἰσιν ἴψος λέγοντες καὶ· κατ᾽ ἰψηλῶν ὀρέων· ἀποσώζοντες καὶ τὸ ἴδιον τοῦ πνεύματος.* Ibid. I, 418, 32. *καὶ τὸ κατ᾽ ἀρχὴν τρέπουσιν ῡ εἰς ῑ· καιτ᾽ ἰψηλῶν ὀρέων* (leg. *κατ᾽*). — Herod. π. μ. λ. 22, 5 de *ὕψος*: *Αἰολεῖς διψος* (leg. *δ᾽ ἴψος*) *λέγουσιν.* — De *ἰπὲρ* pro *ὑπὲρ* testantur Ann. Oxon. I, p. 422. vid. not. 3. — De spiritu harum vocum vid. §. 3, 4. 5, ubi apparet, cur contra grammatici testimonium noluerimus *ἰπὲρ* scribere. — Male haec mutatio Aeolica ab Eust. 1913, 32. etiam in aliis agnoscitur: *δύφρος δίφρος, μῦσος μῖσος, μοῦσα μοῖσα, τύπτουσα τύπτοισα καὶ ὅσα τοιαῦτα Δωρικὰ καὶ Αἰολικά.* Ultima Aeolica sunt, neque tamen huc pertinent. vid. §. 8, 2; similis confusio est apud Joann. Gr. 245, a. et Greg. Cor. 619, qui *ἀνθρώποις* ab Aeolibus pro *ἀνθρώποις* dictum referunt *διὰ τὸ χρῆσθαι αὐτοὺς τῷ ῑ ἀντὶ τοῦ ῡ.* vid. §. 8, 3.

11) J. Gr. 243, b, Meerm. 660, Vatic. 690. *τὸ ῡ ἀντὶ τοῦ ō πολλάκις ἐκφέρει· οἷον ὕμοιον ἀντὶ τοῦ ὅμοιον*; plenius J. Gr. 244, b, cum exemplis *ὕμφαλος* leg. *ὕμφαλος, μύγις, ὕμοιος*, Greg. Cor. 584, ubi *ὕμοιος, ὄνυμα, στύμα*, Leid. 637 *ὕμοιος* et *στύμα*. Corruptiora leguntur apud J. Gr. 236, a. *ἀντὶ δὲ τοῦ ō τῷ ω̄ χρῶνται, ὅταν λέγωσιν ὤμοιον ἀντὶ τοῦ ὅμοιον*, et item Vatic. 688, ubi additur *Ὄλυμπος, Ὤλυμπος* leg. *Ὕλυμπος*. De *ὕμοιος* praeterea Theogn. Ox. II, 88, 20 (ubi *ὕμμιος*), Et. M. 213, 18, Et. G. 130, 52; de *ὄνυμα* Apoll. de pron. p. 3, Herod. π. μ. λ. 29, 19, Et. Or. 27, 32, Et. M. 696, 3, Ann. Ox. I, 327, 28, Scholl. Il. β, 353, Eust. 631, 41 etc. — Ann. Ox. I, 64, 4. *καὶ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν εὑρίσκομεν τὸ μόγις μύγις· τότε τύτε* (cod. *τότε*).

titulis librisque servata haec sunt: primum, quae ab υ pro ο incipiunt Ὑδυσσεὺς pro Ὀδυσσεὺς [12]), ὕσδος pro ὄζος, quod in libris est S. 4 et confirmatur Hesychii glossa ὕσδοι ὄζοι, unde non minus S. 44 ὕσδῳ correximus pro ὄσδῳ; ὔσδω pro ὄζω, quod colligitur e glossa Hesychii aperte Aeolica ἐπέσδεον ἀπῶδες leg. ἄπυσδον pro ἄποζον; Ὕλυμπος pro Ὄλυμπος [11]); ὔμοιος [11]), quod legitur Theocr. 29, 20, ut ὐμοίως Lesb. 2167, 17, ὐμάρτη pro ὁμάρτει Theocr. 28, 3, quo referendum videtur etiam Hes. ἔξ ὑμάλλον, ἔξ ὁμοίον, leg. ὑμάλον, quanquam pro ὁμαλὸς alias ὄμολος Aeolicum dicitur (vid. not. 3), et ὁμο(λογήσωσι) legitur in Lesb. 2166, 27; ὔμφαλος [11]); ὔπισθα pro ὄπισθεν Apoll. de adv. 606, 26, ut in Aeolici poëtae fragmento (A. 102) apud eundem legitur ἐξύπισθα; ὔρνις Tzetz. ad Hes. Opp. 664 leg. ὔρνις, unde non ausi sumus ὄρνιθες Alc. 19, 64 corrigere. —

In mediis vocabulis mutati ο haec sunt exempla: δύνει pro δονεῖ Sapph. 20, quod ex uno libro restituendum duximus, μύγις [11]), ξύανον Tzetz. Exeg. Il. 122, 12, ὄνυμα e plurimis testimoniis [10]), et legitur Lesb. 2167 ὀνυ(μάσθεντα), Cum. 7, 17 ὀνυμάσθεσθαι, προσονυμασίας, neque tamen a ceteris Graecis plane alienum erat, ut docent composita ἀνώνυμος etc., et ipsius ὄνυμα vestigia nonnulla apud Dorienses: πύταμος pro ποταμὸς e conj. in corruptissimo Varronis loco [13]), unde non licebat ποτάμω Alc. 3 mutare; στύμα [11]), quod legitur Theocr. 29, 25; τύτε Ann. Ox. I, 64, 4 [11]), quod vix

---

12) Quinctil. Instit. I, 4, 16. »Ὀδυσσεὺς, quem Ὑδυσσέα fecerunt Aeoles, ad Ulyssem deductus est (olim Οὐδυσσέα).«

13) Varro de L. L. V, 25 Müll.: »Unde sumi pote, puteus, nisi potius quod Aeolis dicebant ut πύταμον τὸν ποταμόν, sic πύτεον a potu, non ut nunc φρέαρ.« Ita e conj. Buttmanni, quum libri habeant ut potamon sic potura potu. Fortasse verius est: »ut ποταμὸν sic πότεον a potu«, si censeamus levem vocalium differentiam a Varrone neglectam esse, cf. VI, 81: »puteus, quod sic Graecum antiquum, non ut nunc φρέαρ dictum.«

verum videtur, quia satis certa sunt *ὄτα*, *πότα*, *ἄλλοτα*. vid. §. 29.

Denique ō in fine mutatur in *ἀπὺ* Ann. Ox. I, 47, 28 (vid. not. 3), unde in titulis leguntur Lesb. 2166, 40 *ἀπυδόμεναι*, 2186 *ἀπύγονον*, 2189 *ἀπὺ βασιλέων*, Cum. 24. 28 *ἀπυδέδοσθαι*, *ἀπυδόχα*; contra Lesb. 2172 *ἀπὸ Κεγχρεᾶν*, Cum. 12 *ἀποδεξάμενος*, Lamps. 23. 33. *ἀποσταλέντα*, *ἀποδώσει*. In poëtarum libris servata sunt *ἀπὺ Φωκάας* S. 14, *ἀπυστρέφονται* S. 67, quia in majore corruptela librarii praepositionem non agnoverant, unde non dubitavimus, vulgarem formam ubique expellere, ut Alc. 26. 35. 64. Huc pertinet etiam Hesychii glossa *ἄπυθεν*, *ἄποθεν*, et alia fortasse mendosiora, *ἀπυθέσσομεν*, *ἐξιλασκόμεθα*, *ἀπύσπισιν* (leg. *ἀπύστασιν*) *ἀπότισιν*; *ἀπυστρόπεον ἀπέστρεφον*. — Non minus ō finale mutatum est in *δεῦρυ* pro *δεῦρο*, quod Aeolicum dicit Herod. *π. μ. λ.* 26, 35. vid. §. 29, 3.

Omisimus, quod a grammaticis Aeolicum dicitur, quanquam etiam reliquis dialectis commune est, *ἄγυρις* 14). Nolumus tamen Aeolibus abjudicare, apud quos etiam ulterius progressa est vocalis in hac stirpe mutatio, siquidem recte Lesbii nomen *Μεγαλάγυρος* e codd. Strabonis XIII. p. 617 pro vulgato *Μεγαλάγορος* restitui jubet Welckerus (Jahn 1830 p. 41); *ἀγορὰ* tamen est Cum. 45. — Saepe grammatici hac mutatione Aeolica ad ineptissimas etymologias utuntur 15).

Jam si exempla collata comparamus, Aeoles Asiani o

14) Et. Or. 27, 6, Et. M. 776, 47, Et. G. 7, 9; Ann. Ox. II, 399, 6, Eust. 1430, 36 etc.

15) Eust. 631, 41. *Σίσυφος* derivans a Laconico *σιός*, Aeolico *σύφος* pro *θεόσοφος*, cum hoc comparat *ὄνυμα*, *ἀσσύτερος*, *ἄγυρις*, *ταναΰποδα*, *ὕπτιος* pro *ὄπτιος*; eadem nominis *Σίσυφος* ridicula etymologia legitur p. 1702, 2, Choerob. Ox. II, 230, 15, Et. M. 714. 30, Et. G. 501, 9. Alia ejusmodi sunt *ὕψος* ex *ὄπτω* apud Theogn. Bekk. 1428 ex Herodiano, *ὑμέναιος* ex *ὁμονοέω* Theogn. Ox. II. 52, 7 etc., *γυνὴ* e *γονὴ* id. 88, 20 etc. etc.

non videntur mutasse in ῡ nisi in syllabarum initio et exitu, neque tamen id semper. In plurimis integrum manet, ut ubicunque ex ε natum est, δόμος, λόγος (nam ἄγρεις ab ἀγρέω, ξέανον a ξέω, cf. ξέω, diversam rationem habent), in terminationibus conjugationis, εὔξαο, etc. etc.

Inversa mutatio vocalis υ in ο reperitur in προτάνιος Lesb. 2166, 33, de quo valde licet dubitare, quum πρύτανις in Cumaeo, πρυτανήϊα in Lesb. 2189 legatur.

§. 13.

De ᾱ pro η̄.

1) Aeoles Asiani pro η̄, quod Iones et Attici habent, antiquius longum α non minus servarunt, quam genuina [1]) Dorica dialectus et Boeotica. In eo tantum differunt, quod in paucis, sequente liquida duplicata, correptam ᾰ praebent, ut ἡμεῖς, ἁμὲς Dor., ἄμμες, vid. §. 8. in aliis, quae olim digamma interjectum habebant, $\overline{αυ}$ pro Dorico ᾱ proferunt, ut ἠὼς, ἀὼς, αὔως, vid. §. 5, 5, denique interdum $\overline{αι}$ pro vulgari η̄, Dorico ᾱ, ut θνήσκω, θνάσκω, θναίσκω. vid. §. 15. 3. Plerumque tantus inter has dialectos est consensus, ut ex altera ad alteram conjecturam facere liceat. Accuratius de gravissimae mutationis hujus legibus quaerendum est, quum de Dorica dialecto disputabimus. Nunc satis erit ea afferre, unde Aeolicae dialecto cum Dorica convenire appareat.

2) In universum Aeolica dialectus cum Dorica eam legem sequitur, ut ᾱ teneat, ubi Ionicum η ex ᾱ natum est. Ea regula valet in declinatione I. et adjectivis inde derivatis, ut φωνάεις, ἀσάρος Sapph. 63. 66, deinde in augmento syllabico, ut ἆγον S. 1, 9, tum in omnibus

1) Geminam Doricam dialectum eam vocamus, quae in titulis non nimis recentibus et in scriptoribus antiquioribus vere Doricis, maxime Epicharmo et Sophrone conspicitur; Theocritus et Pythagorei fictitia quadam dialecto utuntur et praecipue ᾱ pro η̄ saepe ponunt contra certissimum genuini Dorismi usum.

formis et derivatis verborum, quorum stirps in ᾰ exit, ut σπᾶθι, S. 28, ἀμφιςβατήμενα (a βα) 2166, φοιτάσεις S. 69, ἐπαδεδρόμακεν S. 2, 11 (cf. δρομάασκε Hes. fr. 156 Goettl.), ἀγαπάτα S. 77 etc., denique ubicunque in radice α esse ex aliis inclinamentis et derivatis apparet, qualia sunt ἆδυς pro ἡδὺς, cf. ἁδεῖν, λάθα, cf. ἔλαθον, πλάζω pro πλήσσω (§. 7, 2), cf. ἐπλάγην.

Contra η̄ manet, ubi ex ε̄ natum est. In eam rationem certa sunt talia: ἀφάνης gen. ἀφάνεος, μάτηρ gen. μάτερος, ἠράμαν ab ἔραμαι, Aoristi et Futura Passivi, ut ἐστάθησαν, διαλυθήσονται, cf. σταθεὶς, Conjunctivus, ut τελέσῃ; maxime omnia, quorum stirps in fine ε habet, ut οἰκήσοισι, φίλημι, φιλήσει, quo pertinere etiam βεβλήμεναι Alc. 7, ex Homerico βλεῖο, Epicharmeo βλέῃς intelligitur.

3) Pauca sunt, quae contra has regulas pugnare videantur. Ita a κτάομαι, χράομαι derivantur κτῆμα 2166, 20, κτῆσις Cum. 41, χρῆμα 2166, 15, χρηματισμὸς Lamps. 30; at in his stirpibus etiam apud Dores η regnat et inde apud Boeotos ει, vid. Boeckh. C. I. p. 721 et infra §. 39, 2, et antiquitus in radicibus ε fuisse, docent χρέος, χρεία, κτέαρ, unde etiam χρὴ Alc. 49 etc. — Deinde recte se habent πλήρης S. 6, πλήθω S. 3, si conferamus πλέος et Latina plenus, implere; nec minus in Doricis titulis plerumque πλῆθος legitur, in Boeotico 1569, a. III. πλεῖθος. Contra πλᾶθος est in Cum. 41, ut in Cretico C. I. nr. 3048, quod excusationem habet comparato πίμπλαμαι. Eadem vocalis ambiguitas in nonnullis verbis derivatis reperitur. Ut pro vulgari ὁράω Iones habent ὁρέω et inde Aeoles ὄρημι, ita e duplici forma ποθέω et ποθάω Aeoles hanc praetulerunt, unde ἐπόθασεν S. 2, deinde a ποτάομαι est ἐκπεποταμένα S. 69, a ποτέομαι autem ποτέονται Alc. 35, πότῃ pro πότησαι S. 20, ποτήμενα Theocr. 29, 30.; denique non audemus tentare ἐξεπόνασαν S. 49, ἐξεπόνασε Theocr. 29, 24 (quanquam hic sex Gaisfordi codices ἐξεπόνησε vel ἐξεποίησε habent), ut idem in Doricis Theocriti, 7, 51 et 15, 80

legitur, a *πονάω* pro *πονέω* 2). Contra errorem grammaticorum agnoscimus, qui *νόαμα* Aeolicum vocant 3), quum ubique *νόημα* a *νοέω* scriptum legatur, Sapph. 110 ex antiquo papyro, Alc. 60. 69, S. 114.

Interdum Aeoles et Dores ᾱ pro Attico ε̄ habent, quod ex Ionico η̄ natum est. Ita *νᾶος* (vid. §. 23, 4) Aeolicum est pro Attico *νεὼς*, Ionico *νηὸς*, ubi ᾱ antiquitus fuisse et Latinum navis et ipsa Graeca *ναύτης*, *ναῦφι* etc. docent. Non aliter pro Ionico *κληΐς*, Attico *κλεῒς* vel *κλεὶς* Aeolicum erat *κλᾶϊς*. vid. Et. Sorb. ap. Koen. ad Greg. p. 584 et Hesych. *κλᾶδες ζυγὰ· Αἰολεῖς*, leg. *κλᾷδες* vel *κλάϊδες*, cf. Lat. clavis. Inde, metro quoque suadente, apud Sapph. 77 N. P. *Κλεῒς* in *Κλᾶϊς* mutatum est. —

Aperta librariorum peccata, dudum ab aliis correcta, enumerare piget.

4) Saepe tamen in ipsis dialectis Ionica et Attica non apparet, η̄ ex ᾱ natum esse, quanquam reliquae dialecti et Latina quoque lingua magno consensu α tuentur. Eo pertinent feminina abstracta in $\overline{\tau\alpha\varsigma}$ pro $\overline{\tau\eta\varsigma}$ ut *σεμνότας* Cum. 26, cf. Lat. venustas, substantiva in $\overline{\alpha\xi}$ pro $\overline{\eta\xi}$ gen. $\overline{\eta\kappa o\varsigma}$, ut *ὄρπαξ* Sapph. 55. 67 4), Feminina in $\overline{\alpha\nu\alpha}$ pro $\overline{\eta\nu\eta}$, ut *σελάνα*, *Κυλλάνα* A. 2, *Ἀθᾶναι* Et. G. 12, 47 et inde *Ἀθανάα* A. 3. Th. 28. 1, adverbia in $\overline{\delta\alpha\nu}$ pro $\overline{\delta\eta\nu}$, ut *κλέβδαν*, *σύδαν* Apoll. de adv. 570, 17. Accedunt sin-

2) Ita pro vulgari *ἐλεέω* Aeoles et Iones *ἐλεάω* habuisse referuntur in Ann. Ox. IV, 420, 5. *κατὰ Αἰολεῖς καὶ Ἴωνας ἐλεῶ ἐλεᾶς ἐστὶν, ὥσπερ βοῶ βοᾶς, ἀλλ' οὐ κατὰ κοινοὺς Ἀττικοὺς, ἐλεῶ ἐλεεῖς ἐστίν.*

3) J. Gr. 244, a, Greg. C. 613, Meerm. 661. *ἀντὶ δὲ τοῦ η̄ — τὸ ᾱ κοινῶς τοῖς Δωριεῦσιν — Ἑκάβην Ἑκάβαν — νόημα νόαμα, ἠὼς ἀὼς*, ubi ultimum exemplum aeque ineptum, quum Lesbiacum sit *αὔως*.

4) Huc facit Herodianus ap. Eust. 287, 19, qui nomina declinationis tertiae apud Dores et Aeoles η̄ non mutare in ᾱ docet, nisi barytona sint, de qua regula accuratius videbimus, quum de Dorica dialecto disputabimus.

gula nonnulla, quorum quae in Aeolicae dialecti fontibus reperiuntur, ita enumerabimus, ut locos, ubi in poëtarum reliquiis vel titulis leguntur, iis tantum adjiciamus, quae e Dorica dialecto nondum sunt certissima et notissima. Sunt vero haec:

ἀέλιος et *ἄλιος*, *ἀλακάτα* pro *ἠλακάτη* Theocr. 28, *ἀΐων* S. 29, *ἀμέρα*, *Ἄφαιστος* S. 35, cf. Et. G. 252, 16 et Reg. Ms. ap. Larch. ad Et. Or. 69, 5, unde et hoc et Et. M. 440, 27 emendanda sunt, *ἄχει* pro *ἠχεῖ* A. 31, *δᾶμος*, *ἐξαπίνας* A. 19, *κᾶδος*, *κάρυξ*, *κνᾶμις* A. 7, *Λαμψάκανοι* Lamps., *Λάτω*, *Μαθίμνα* in nummis ap. *Mionn. Suppl. VI. p. 55*, *μᾶλον* (cf. Varro de L. L. V. §. 102 »malum, quod Graeci Aeolis dicunt *μᾶλον*«), *μὰν* adv., *μάτηρ*, *μαχάνα*, *Μίλλατος* pro *Μίλητος* Greg. Cor. 597, Choer. Ox. II, 239, 30, Theocr. 28, 21, *μνάσασθαι* et derivv., *νᾶσος*, *τὸ πᾶρος* pro *πῆρος* Alc. 78 ex Herodiani testimonio π. μ. λ. 35, 32, *πᾶχυς*, *σίδαρος* Et. M. 712, 27, *Τᾶμνος*, oppidum Aeolicum Temnus in nummis ap. *Mionn. Suppl. VI. p. 41*, *ψάφισμα* et *φᾶφαξ* J. Gr. 245, b, Greg. C. 623, Meerm. 664.

Contra η̄ manet in nominibus tertiae declinationis in $\overline{\eta\varrho}$ et $\overline{\eta\varsigma}$ exeuntibus, quae η̄ in genitivo servant, eorumque derivatis, ut *κράτηρ*, *σωτηρία*, *μάσλης* S. 34, *Κρῆσσαι* S. 76; deinde in compositis, ubi η̄ est pro ο̄, ut *βαλανηφάγοι* A. 71; tum in verborum flexione, si η̄ stirpi additur, ut *γεγένησθαι* A. 49, *γενήθην* Cum. 11, quo pertinent etiam, syncope accedente, *βέβλημαι* (vid. nr. 3), *κέκλημαι*, *ἐκκλησία*; denique in his singulis:

ἀήδων, *ἄνητον* A. 29, S. 67, *βλῆχρος* A. 8, *δὴ*, η̄ in *ἦρα* A. 73, S. 52, quod Apoll. de conj. 490 et Scholl. Dion. 968 male pro vulgato *ἆρα* esse dicunt, et *ἤδη*; *ἥκω* in *ἀνηκόντων* Cum. 22, *θρῆνος*, *καρχήσια* S. 46, *Λήδα*, *μὴ*, *στῆθος* S. 2 v. 6, 53, A. 29, 68.

5) In paucis quibusdam aliqua dubitatio est, utrum ᾱ an η̄ antiquorum Aeolum fuerit. Primum teste grammatico in Ann. Ox. III, 237, 26. *μεταγενέστεροι Αἰολεῖς ἔτρε-*

ψαν *Ζανὸς καὶ Ζὰν*, unde antiquiores *Ζῆνος* dixisse colligitur, quod ubique apud Pindarum scribitur; at *Ζανὸς* legitur etiam in Doricis titulis, ut in Cretico nr. 2555, *Δὰν* Boeoticum erat, vid. §. 37, 1, et ᾱ omnino antiquum esse videtur, si Latina Deorum nomina Janus et Diana recte cum *Ζη̄ν-ὸς* comparantur (vid. M. Schmidt in Jahn. Ann. Phill. 1831 T. XII. p. 533). — Deinde vulgaris Dorismus η̄ servat in *Ἥβα* (ut *Ἥβας γάμος* Epicharmi), *ἔφηβος*, ut in testamento Epictetae C. I. nr. 2448; reconditioris Dorismi est *Ἄβα*, vid. Boeckh. ad C. I. nr. 2138; cum hoc faciunt Aeoles, quum *Ἄβα* legatur Alc. 90, *ἐφάβων* Cum. 46, 50. — Aeolicum et Doricum dicitur *μὰν* pro *μὴν*, mensis ab Herodiano ap. Eust. 287, 24, nisi forte hoc est additamentum Eustathii: errare enim grammaticum, quicunque is est, et Aeolici tituli docent, in quibus η̄ servatum est, Lesb. 2166, 34 et Cum. 54. et Dorici, ut tabulae Heracleenses, accedente etiam Boeotico *μεινὸς* nr. 1569, a. III. et Latino mensis. — In poëtarum reliquiis praeter apertissima nonnulla peccata ab aliis correcta, nos *πλάσιον* pro *πλήσιον* Sapph. 2, 30 restituimus, quia et Dores *πλάτιον* dicebant (Epich. *Ὀδ. Αὐτ.* fr. 2 Crus., Theocr. V, 28, Greg. C. 267), et cognata *πέλας, πελάζω* antiquum ᾱ prae se ferunt. Contra pro *ζάδηλος* Alc. 10, quod est pro *διάδηλος*, lacer, non ausi sumus *ζάδαλος*, a Schneidewino propositum, recipere, quanquam *δαλέομαι* et in foedere Eleorum C. I. nr. 11 et apud Theocritum (15, 48 et 22, 127) legitur: nam et apud Eleos (vid. §. 52) et apud Theocritum α pro η̄ in multis reperitur, quae apud Aeoles η̄ servarunt non minus quam in vulgari Dorismo; accedit, quod ipse Theocritus *δηλέομαι* habet 24, 83 et Latinum delere, nisi male cognatum habetur, η̄ antiquum esse indicat. — Theocrito *ἄμισυ* 29, 5 et *ἐπάβολος* 28, 2 non ausi sumus contra bonorum librorum auctoritatem abjudicare, quanquam α in his non credimus antiquorum Aeolum fuisse. cf. §. 15, 2. 3. Hoc confirmatur etiam Hesychii glossa *ἐπάβολος, ἐπιτυχών*.

§. 14.

De η et ω pro ει et ου.

1) Saepe antiqui grammatici ει apud Aeoles in η mutari tradunt. Et certissima quidem haec mutatio est in infinitivis verborum, quae conjugationem in ω sequuntur. Praeter grammaticorum [1]) enim testimonia tituli haec exempla habent: Lesb. 2166, 20 συμφέρην, 38 fortasse δείχην vid. §. 20. not. 8. 39 (συνέλ)θην, Cum. 17. 28 ἀρχέην, συνέχην, tantum Lamps. 28 ἐπάρχειν; in libris servata sunt Alc. 45 et Sapph. 26 εἴπην, S. 1, 19 ἄγην, 2, 15 ἐπιδεύσην, 18 κρέκην, 20 φροντίσδην, unde vulgares formae, quae passim leguntur, haud cunctanter propellendae sunt.

Non minus verum habemus χὴρ, quod a Choerobosco [2]) Aeolicum dicitur pro χεὶρ, quanquam genitivum χέῤῥος sonasse supra vidimus (§. 8, 8). Quum enim duplicatio liquidae, quae ejecta aliqua consonante nata videtur, in fine vocis locum habere non posset, Aeoles eam brevis vocalis productionem adhibebant, quae apud Doriensium partem in usu est, χὴρ dicentium. Neque multum diversa est infinitivorum ratio. Nam uti θεῖναι e θέμεναι (θέμναι) natum est ejecto μ et vocali inde producta (vid. diss. nostr. de conj. in μι p. 11), ita e λεγέμεναι facta sunt λεγεμναι, λεγειναι, quae non reperiuntur, denique λέγειν, ultimo αι abjecto. Jam vero Doriensium pars et Aeoles etiam hic ε productione illa

---

1) J. Gr. 244, a., Meerm. 660, Greg. C. 587, Aeoles η pro ει habuisse docentes exempla adhibent infinitivos Aorist. II. ἐλθῆν, λαβῆν etc.; item J. Gr. 236, a, Leid. 637 (corr. Aug. 670, Vatic. 679), qui Κυθέρηα pro Κυθέρεια addunt. — Tzetz. ad Hesiod. Opp. 664 et Et. Leid. ap. Gaisf. ad h. l. πᾶν ἀπαρέμφατον διὰ τοῦ η Aeolice scribi tradunt. — Et. M. 342, 22. τὸ δὲ λέγειν καὶ φέρειν οἱ Αἰολεῖς λέγην καὶ φέρην διὰ τοῦ η.

2) Choer. Ox. II. 274, 3. χεὶρ, ἐπεὶ οἱ Αἰολεῖς ἦρ (leg. χὴρ) φασὶν τρέποντες τὴν ει εἰς τὸ η.

suppletoria potius in η mutabant, nec poterant Aeoles duplicationem suam in syllaba finali adhibere.

2) Apud eosdem Doriensium praeterea η pro vulgari ει saepe ex εε contractione natum est, ut ἁγῆται pro ἡγεῖται. Apud Aeoles paucissima talis contractionis exempla, quia diversam verborum vulgo contractorum rationem habent, quare omnes contractorum verborum formas, in quibus η pro ει positum videtur, hic omittimus. Non aliena tamen sunt ἦπον pro εἶπον, quod Priscianus [3]) Aeolicum dicit, et ἦχες pro εἶχες, quod ex uno libro restituimus Sapph. 26 (e conjectura ibidem ἦχεν scribentes), quum etiam Dores ἦχον et ἦλκον dicerent (Et. M. 419, 40); quippe haec contractione ex ἔειπον, ἔεχον nata sunt. — Etiam τρῆς, quod Aeolicum dicitur pro τρεῖς [4]), e τρέες contractum videtur, si comparamus Sanscritum *trajas*.

Denique κῆνος Aeolicum est pro κεῖνος testibus grammaticis (Apoll. de pron. 73. 75, Ann. Ox. I, 223, 30) et libris apud Sapph. 2. 46, Alc. 66, nec minus κῆ pro ἐκεῖ [5]); latet tamen antiquior forma.

3) Minus recte in aliis Aeolicis η pro ει esse dicitur, quum potius ῃ pro ει positum sit, inde ioia subscripto omisso η nascatur. Eo pertinent dativi Δημοσθένη apud Priscianum [3]), Διννομένη Alc. 43. 73, Ἄρη Alc. 7, qui η, quod in nominativo est, servarunt, cf. §. 21, 5; neque minus η interdum servatum est in nominum, quae in ης exeunt, derivatis. Nam ut pro ἐπιμέλεια ab ἐπιμελής in Lesb. 2189 legitur ἐπιμέληϊα, quod rectius

3) Prisc. I. p. 50. »Illi enim (Aeoles) Δημοσθένη pro Δημοσθένει et ἦπον pro εἶπον.«

4) Choer. Ox. II, 267, 10. οἱ Αἰολεῖς διὰ τοῦ η γράφουσιν αὐτὸ τρῆς, ἔθος ἔχοντες τὴν ει δίφθογγον εἰς η τρέπειν.

5) Theogn. Ox. II, 155, 17. τὰ εἰς η λήγοντα ἐπιῤῥήματα διὰ τοῦ η γράφονται· οἷον μὴ, νὴ, ἢ ἀντὶ τοῦ ὡς, ὃ καὶ δασύνεται· κὴ ἀντὶ τοῦ ἐκεῖ τροπῇ τῆς ει διφθόγγου εἰς ην (leg. η) Αἰολικῶς.

fortasse ἐπιμέληα scribitur (vid. §. 18), ita Κυπρογένηα pro Κυπρογένεια a Κυπρογενὴς legitur Alc. 51 et probabili conjectura e Κυπρογεννα restitutum est Sapph. 22. Denique apertissime haec ratio valet in βαλανῆον Cum. 40 pro βαλανεῖον, βαλανήϊον a βαλανεὺς, cum quo comparanda sunt σμαραγῆον ibidem dubiae significationis, βασιλῆον et κοιρανῆον in Melinnus carmine v. 7, neque abhorreret πρυτανήα pro πρυτανηΐα, quod Boeckhius scripsit Lesb. 2189. — De iota subscripto interdum omisso vid. §. 15, 9.

Interdum η̄, quod pro ει̅ positum videtur, potius in antiquioris ῑ locum successit, ut in Κυθέρηα [1]), vid. §. 15, 2.

4) Grammatici [6]) tradunt, etiam in 2 pers. sing. Aeoles, ει̅ in η̄ mutato, λέγῃς dixisse pro λέγεις et similia, et reperitur haec forma interdum in libris. Alc. 43 πόνῃς, Theocr. 29, 4 ἐθέλῃσθα, Melinn. 3 ναίῃς. Similem mutationem in tertia persona, quae ex arctissima utriusque formae cognatione colligitur, non minus libri raro offerunt, ἀδικήῃ S. 1 v. 20, φεύγῃ v. 21 apud Vossium, καταχέῃ A. 31 in Demetrii ed. Ald. At contra grammaticorum, adeo ipsius Apollonii auctoritatem, Aeoles in his formis non discrepasse a vulgari usu, contendere audemus. Non multum quidem fidei habere licet libris, qui praeter pauca illa semper ει̅ servant, neque titulo Lampsaceno, ubi l. 33 legitur ἀποδώσει et ἀξιώσει, quia in eodem vulgare ὑπάρχειν pro Aeolico ὑπάρχην scriptum est. At quum λέγῃς etiam Doribus a Choerobosco adscribatur, in purioribus Doricae dialecti fontibus nullum

---

6) Choerob. Bekk. 1282 de 2 sing. praes.: οἱ Δωριεῖς καὶ οἱ Αἰολεῖς τρέπουσι τὴν ει̅ δίφθογγον εἰς η̄, οἷον λέγῃς. (Ann. Ox. IV, 171, 19 idem brevius). Idem indicat Apoll. de synt. p. 92, ubi contra Apionem docet, Alcaei μέδεις esse participium, οὐκ ἐν ῥημάτων συντάξει positum (vid. §. 26. not. 1): κἀκ τῆς γραφῆς συνηλέγχοντο, οὐκ οὔσης ποτὲ διὰ τοῦ ε̄ (leg. ει̅) κατὰ πᾶν δεύτερον πρόσωπον παρὰ Αἰολεῦσι.

hujus mutationis exemplum reperitur, et tabulae Heracleenses, ceterum η̄ in multis pro vulgari ει praebentes, *δώσει* et similia multa habent. Deinde Boeotica dialectus, quae η̄ in ει et ει in ι mutat, sed servat vulgare ει, ubi severior Dorismus η̄ habet ut *εἶμεν*, *Λειρίας* propter Dorica *ἦμεν*, *χὴρ* (vid. §. 39. 2), in his formis ι offert, ut *λέγις*, *ἔχι* pro *λέγεις*, *ἔχει* (§. 40. 3). Colligitur inde, etiam severiorem Dorismum ει in his servasse, nec minus Aeoles, quorum η̄ apud Boeotos nunquam non transit in ει. — Denique *λέγεις* et *λέγει* e *λέγεσι* et *λέγετι* orta sunt iota transposito (vid. diss. nostr. de conj. in μι §. 6, Bopp *Vergl. Gr.* p. 645 seqq., Pott *Et. Forsch.* I. p. 21), unde ι vix in ulla dialecto omitti posse videtur. Jam vero, unde hic grammaticorum error manaverit, indicium quoddam ipse Choeroboscus praebet, de tertia persona tacens, secundae praeterea Doricam formam *λέγες* commemorans. Quum enim in antiquissimis libris ε pro η̄ et ει scriptum esset, grammatici, qui Aeolicorum poëtarum carmina recensebant, non minus saepe dubii haerebant, quam qui Homerum et Pindarum, dubia judicabant ex analogiis. Erant autem sat multae analogiae, unde Aeoles et Dores *λέγῃς* pro *λέγεις* dixisse colligi posse videretur. Num pro *λέγειν* Doricum et Aeolicum est *λέγην*, Doricum praeterea *λέγεν*, pro *χαρίεις* Doricum et *χαρίης* et *χαρίες*, unde quum pro *λέγεις* Dores etiam *λέγες* dicerent, non minus *λέγῃς* Doricum et Aeolicum videri poterat. Tertiam personam illae analogiae non tangebant.

Minore etiam jure grammatici hanc mutationem Aeolicam agnoscunt in *παρῃὰ* pro *παρειὰ*, quum Lesbiacum potius sit *παραύα* (§. 5, 5), et *ὄνηαρ* pro *ὄνειαρ*, quae Boeotica videntur e *παραιὰ*, *ὄναιαρ* nata, vid. §. 40. not. 5, deinde in *πλήων* pro *πλείων* (quocum *παρηὰ* comparatur in Et. M. 653, 33 et Gud. 453. 13), quod, quum vulgatissimum apud grammaticos sit exemplum ει Dorice in η mutati, tamen non videtur vere Doricum esse neque Aeolicum, quum *πλέονος* legatur in Lesb. 2166 (cf.

Boeot. *πλίοια* C. I. nr. 1569, a); denique *ἀηδὼν* ab *ἀείδω* Aeolica hac mutatione derivatur Et. M. 23, 38, Gud. 11, 25 et 12, 10, Theogn. Ox. II, 32, 18.

5) Quum igitur $\bar{\eta}$ pro vulgari *ει* non videatur apud Aeoles fuisse, nisi productione suppletoria quadam vel contractione natum, easdem leges sequitur $\bar{\omega}$ pro vulgari $\overline{o\upsilon}$ positum. Et primum quidem $\bar{\omega}$ ex $\overline{oo}$ contractum est in genitivo sing. decl. 1. *ἀνθρώπω* pro *ἀνθρώπου* (§. 20), quum antiquissima forma esset *ἀνθρώποο* (vid. Buttm. *Ausf. Gr.* §. 35. *Anm.* 6), nec minus in *αἴδως* pro *αἰδοῦς* ex *αἴδοος* et similibus (§. 21, 7), et traditur Alcaeus $\overline{oo}$ in ω contrahere. vid. §. 17. Deinde $\bar{\omega}$ pro vulgari $\overline{o\upsilon}$ ex $\overline{o\varepsilon}$ contractum est in craseos exemplis nonnullis, *τῶμον*, *τῶπος*, *ὦξ* pro *τὸ ἐμὸν*, *τὸ ἔπος*, *ὁ ἐξ*. vid. §. 17. Contracta conjugatio ubi ω pro $\overline{o\upsilon}$ habere videtur, aliam rationem sequitur.

Deinde $\bar{\omega}$ pro $\overline{o\upsilon}$ suppletoria quadam productione ex o natum est in *δίδων* Theocr. 29, 9 pro *διδοῦναι*, quod apud Homerum est, e *διδόμεναι*, *διδοναι*, cf. nr. 1. — In aliis antiquiore forma latente similem originem suspicari licet, ut *ὦν* pro *οὖν* Aeolicum dicitur ab Apollonio de conj. 495, 7; deinde *ὤρανος* pro *οὐρανὸς* apud Alcaeum erat [7]) et legitur etiamnunc Alc. 9, Sapph. 1, 11; non minus *κῶρος* pro *κοῦρος* Aeolicum dicitur ab Eustath. 1539, 49, quanquam nunc non legitur nisi *κόρα* correpta vocali; flumen prope Coroneam *Κουράλιος* ab Alcaeo fr. 3 *Κωράλιος* vocabatur teste Strabone IX, 411, quanquam ne ipsis quidem Boeotis, aeque $\overline{o\upsilon}$ in $\bar{\omega}$ mutantibus, aliter audiebat; denique apud Alcaeum fr. 74 non male fortasse corruptum *ὤας* in *ὤρεος* corrigitur, nec ferri posse videtur Ionicum *οὔρεσι* S. 44, 7, si recte illi versus Sapphoni tribuuntur. — Jam vero longam voca-

---

7) Herod. *π. μ. λ.* 7, 25. *Ἀλκαῖος δὲ εἰς ω̄ ἀποφαίνεται τὸ ὄνομα καὶ ὠρανὸς λέγων κατὰ τροπὴν τῆς ο̄ῡ διφθόγγου εἰς τὴν ω̄ καὶ ἄνευ τοῦ ῡ ὀρανὸς, ὥστε τὸ ἐπιζητούμενον λελύσθαι καὶ Σαπφώ· ψαύειν δὲ οὐ δοκεῖ μοι ὠρανῶ δυσπάχεα*, leg. *ὀρανῶ*.

lem vel diphthongum productione suppletoria ortas esse, indicant etiam formae, quae correptas vocales habent, ipsis Aeolibus usitatae, *ὄρανος*, *κόρα*, *ὄρος*. cf. §. 16. — Quaesiverit aliquis, cur noluerint Aeoles liquida duplicata *ὄῤῥανος* etc. proferre, cui quid respondeamus, certi nihil habemus, quum duplicatio post *ŏ* admittatur in nonnullis (§. 8, 10); comparandum tamen est, quod non minus diphthongum *ᾱι* interdum maluerunt, quam duplicatam liquidam (§. 8, 5).

Alia, in quibus *ω̄* pro *ου̅* Aeolicum dicitur a grammaticis, ut *βωλὰ*, *Μῶσα*, *ἀνθρώπως*, certissime sunt Boeotica, vid. §. 42; nec Lesbiacum credimus esse, quod Priscianus V. p. 264 Doricum et Aeolicum appellat, *βῶς* pro *βοῦς*.

§. 15.

De aliis longarum vocalium et diphthongorum mutationibus.

1) Longum *ᾱ* pro *ω̄* apud Aeoles Asianos non minus quam apud Dores reperitur, ubi contractio facta est ex *αο* vel *αω*. vid. §. 17. Non recte eodem retuleris verborum in *ά̄ω* formas nonnullas, ut *ἀσάμενοι* pro *ἀσώμενοι*. vid. §. 26. — Quae praeterea in Dorica dialecto *ᾱ* pro vulgari *ω̄* habent, *πρᾶτος* et *θεαρὸς*, apud Aeoles *ω* servare videntur, quum *πρῶτος* legatur in titulis Lesbiis 2186. 2189 et Alc. 54, *πρώτιστα* Alc. 7, *θεωρία* Lesb. 2167, *ἐπεθεωρήκην* Cum. 18, contra *πρᾶτος* tantum Theocr. 29, 18. Singulare est *ἀξιάσει* pro *ἀξιώσει* in Lamps. 33; num forte alia verbi forma *ἀξιάω* a substantivo *ἀξία* derivata est?

2) Grammatici [1]) referunt, Aeoles *ι* mutasse in *η*,

---

1) Choerob. Bekk. 1193. *πόλησς κατ' Αἰολικὴν τροπὴν τοῦ ῑ εἰς τὸ η̄ ὡς ἐπὶ τοῦ ψιμύθιον ψημύθιον καὶ ἀκτῖνες ἀκτῆνες.* Scholl. Il. φ, 516. *πόλησς Αἰολικῶς ὡς ἀκτίνας καὶ ψιμύθιον.* Iisdem exemplis

certiora, ut videtur, exempla afferunt. ἀκτῆνες et ψημύθιον pro ἀκτῖνες, ψιμύθιον, unde solito more alia, non vere Aeolica explicantur. His addere licet Κυθέρηα pro Κυθέρεια, quod S. 43 e bono libro legitur et a grammaticis (§. 14. not. 1) ει Aeolice in η mutati exemplum affertur; nam si comparamus duplices formas Κυθέρεια et Κύθειρα, εὐπατέρεια et ἀντιάνειρα, χερείων et χείρων, additis, quae de femininorum et comparativorum horum origine monuimus (§. 8, 5), antiquiores formas fuisse apparet Κυθέρια, εὐπατέρια, χερίων. Deinde eandem mutationem agnoscere oportet in Ὑῤῥάδηῳ, quod e conjectura repositum est Alc. 73, quum plurimi testes Aeolicum patronymicum Ὑῤῥάδιος tradant, vid. §. 30; nec minus η est pro ῐ in πεμπεβόηα, quod e libris pro -βοεια legitur Sapph. 49, quia apud Aeoles adjectiva, materiem significantia, in ῐος exeunt, ut χρύσιος, vid. §. 10, 4. — Aeolibus non proprium est ἥκω e radice ἱκ in ἀνηκόντων Cum. 22, unde vera videtur antiqua lectio ἦκει Sapph. 2 v. 8 et ἥξω S. 59, quod sine libris mutarunt; neque magis ἐπήβολος pro ἐπίβολος, quod pars librorum praebet apud Theocr. 28, 2, reliquis ἐπάβολος vix Aeolicum tuentibus.

Jam vero in his omnibus, si unum excipias ἀκτῆνες, cujus obscurior ratio, η positum est pro correpto iota, neque minus in Homericis formis, quae Aeolica hac mutatione explicantur. Videtur autem in omnibus, praeter ἥκω, brevis vocalis metri causa produci, quanquam in iis vocibus, quae multas breves syllabas ab origine habebant, productio etiam in prosam orationem et quotidianum sermonem transire poterat. Rem non una de causa miram nunc non licet accuratius tractare.

---

utuntur Choer. Ox. II, 241, 7 et Et. M. 603, 51. (cf. Scholl. Od. π, 317) ad νηλητεῖς explicandum; deinde de ψημύθιον Aeolico Am. Ox. I, 319, 21. Inde corrigere oportet Et. M. 123, 25, ubi κηκίω e κικίω natum dicitur, ut ψιμύθιον ψημύθιον τροπῇ Ἰωνικῇ, leg. Αἰολικῇ. Similiter κοίμησον pro κοίμισον Aeolicum audit Scholl. A. Il. π, 521.

De η Aeolice, ut dicunt, in ι mutato vid. §. 39, 2.

3) Pro vulgari η, Dorico ᾱ, Aeoles interdum diphthongum ᾱῐ habuisse referuntur. Certiora exempla [2]) *θναίσκω* et *μιμναίσκω* conspirant cum antiqua scriptura *θνήσκω*, quae a grammaticorum parte [2]) defendebatur et etiamnunc in codicibus reperitur. vid. Bast. ad Greg. p. 719. Inde verum vidisse videntur antiqui grammatici, qui haec e *θνηΐσκω*, *μιμνηΐσκω* orta putabant. Neque aliam rationem habet *μαχαίτας* pro *μαχήτης* Alc. 9, quod e *μαχαΐτας* ortum esse intelligitur comparatis *ὁπλίτης*, *ὁδίτης* vel *ὁδοίτης*. Contra quod *Αἰσίοδος* et *αἰμίονος* auctoritate, ut videtur, non contemnenda [2]) Aeolica dicuntur pro *Ἡσίοδος*, *ἡμίονος*, satis mirum est, praesertim si cum hoc compares Latinum semis, neque tamen nunc audemus grammatici commentum agnoscere. Neque omnem fidem Tzetzae [3]) denegare audemus, *μαῖνις* Aeolicum esse tradenti pro *μῆνις*, et *παίτρα* pro *πάτρα*, quum diphthongus explicationem admittat, si comparantur Sanscr. manjus, et Lat. patria, unde illa simili ratione nasci poterant atque *μάκαιρα* e *μακαρια* (§. 8, 5); levissimam tamen omnino Tzetzae auctoritatem in Epexegesi de Aeolica dialecto disserentis multa arguunt et in hac ipsa re tertium, quod affert similis mutationis exemplum, *αΐ* pro

---

2) Et. M. 272, 15. *Αἰολεῖς θναίσκω καὶ μιμναίσκω διὰ τῆς ᾱῐ διφθόγγου λέγουσιν*, cf. Scholl. A. Il. λ, 799, Ann. Ox. I, 197. — Et. M. 452, 35. *οἱ δὲ λέγουσι σὺν τῷ ῑ* (*θνήσκω* et *μνήσκω*) *ὅτι οἱ Αἰολεῖς θναίσκω καὶ μναίσκω λέγουσι διὰ τῆς αῑ διφθόγγου, ἀλλ' ἰδοὺ τὸ Ἡσίοδος καὶ ἡμίονος Αἰσίοδος καὶ αἰμίονος λέγουσιν, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔχει τὸ ῑ, ἡ μέντοι παράδοσις ἔχει τὸ ῑ, ἴσως ἐκ τοῦ λέγειν τοὺς Αἰολεῖς θναίσκω καὶ μναίσκω, ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι διὰ τοῦ ισκω γίνεται ἡ παραγωγὴ θνηΐσκω καὶ μνηΐσκω* etc. — De *Αἰσίοδος* cf. Et. Gud. 249, 49. *Ἡσίοδος Αἰολικῶς ὁ τὴν αἰσίαν ὁδὸν πορευόμενος.*

3) Tzetz. Epex. Il. 50, 1. *μῆνιν Ἀττικῆς ἐστι διαλέκτου, μίνια* (leg. *μήνια*) *Ἰωνικῆς, μήνιδα κοινῆς, μᾶνιν Δωρικῆς, μαῖνιν Αἰολικῆς.* — Id. 85, 4. *πόλις κοινὸν, πατρὶς Ἀττικὸν, πάτρα Δωρικὸν, πάτρη Ἰωνικὸν, ὡς φασὶν ἄλλοι, παίτρα δὲ Αἰολικόν.* Id. p. 63. *ἦτε* Atticum dicit, *ᾶ* Doricum, *αΐ* Aeolicum.

ῆ. Errorem grammatici alius, Ὀρέσταις Aeolicum dicentis, supra significavimus §. 10 not. 3, neque minus γέλαιμι et similia, in quibus diphthongus aeque pro ῆ posita esset, non esse Aeolica demonstrare studebimus §. 26, 4. Interdum ᾱι pro ῆ, ᾱ etiam in libros male irrepsit, ut Alc. 33 κακκεφαλαῖς, Sapph. II, 3 φωνοίσαις; neque in Lampsaceno l. 27 diphthongus in genitivo tolerari potest in τᾶς δὲ ἀναγγελίαις, pro quo alia apographa habent ἀναγγελιλίαις, leg. ἀναγγελίας, quum λι repetitum lapicidae sphalmati debeatur. Male non minus apud Alc. 89 e codicis lectione τόμαις vulgo emendatur τομίαις, quum facilius justa forma τομίας pro ταμίας restituatur. Ceterum errores grammaticorum et librariorum inde orti sunt, quod, quum saepe apud Aeoles ᾱι pro vulgari ῆ vel ᾱ (vid. §. 10.) viderent, leges hujus mutationis ignorabant.

De ει pro ῆ in recentiore Aeolismo vid. §. 22, 6; de eadem mutatione Aeolibus pro Boeotis tributa §. 39. not. 3.

4) Longum ῑ et ει in nonnullis vocibus jam apud antiquiores Graecos permutantur, quo pertinet εἴκοσι, quod legitur etiam in Lesb. 2166 pro antiquiore Ϝίκατι; et duplex forma Ποσείδαν et Ποτίδαν (vid. §. 23). — In recentioribus titulis saepe, ut aetas fert, ει pro ῑ scribitur, τείμα, κατείρωσις, πολείταις etc.

5) Interdum, si qua fides est grammaticis, apud Aeoles ῡ erat pro ω̄ [4]). Exempla afferuntur χελύνη pro χελώνη e Sapphone, deinde τέκτυν pro τέκτων et alia for-

4) Et. Or. 28, 16. ἄμωμος — ἀμώμων καὶ τροπῇ Αἰολικῇ τοῦ ω̄ εἰς ῡ ἀμύμων — ὡς παρὰ Σαπφοῖ χελώνη χελύνη; eadem Sapphus nomine omisso Et. M. 87, 33, cf. 808, 26. χελύνη — λέγεται δὲ καὶ ἡ χελώνη· δηλοῖ δὲ καὶ τὴν κιθάραν παρ᾽ Αἰολεῦσι. — Arcad. de acc. p. 10. (cf. p. 93.) τὰ εἰς ῡν λήγοντα βαρύνεται ἐξαιρέτως παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν, Φόρκυν, Πόλτυν, Γόρτυν, τέκτυν pro τέκτων; Choer. Bekk. 1198. πάντα τὰ εἰς ῡν βαρύτονα, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν εὑρίσκεται.

tasse in $\overline{ων}$ vulgo excuntia, quia saepe apud Aeoles terminatio $\overline{υν}$ reperiri dicitur. In prima voce $\bar{υ}$ antiquum esse docet alia forma *χέλυς* Sapph. 63; in *τέκτυν* haec mutatio e frequentiore correpti *ο* in *ῡ* orta videtur, quum consentaneum sit, genitivum sonare *τέκτύνος*, unde *τέκτυνες* rescripsimus Sapph. 44.

6) Pro $\bar{υ}$ Aeoles $\overline{οι}$ habere traduntur in *χροισὸς* pro *χρυσὸς* [5]; cujus mutationis quum nullum praeterea vestigium reperiatur, sed ubique in libris et titulis $\bar{υ}$ in hac voce legatur (cf. §. 12, 4), levi auctoritati vix quidquam dandum est.

7) Verius videtur, quod Aeoles *φυίω* et *ἀλυίω* pro *φύω* et *ἀλύω* habuisse referuntur in Et. M. 254, 14: nam apud Alc. 68 metrum in *φύει* primam longam postulat, unde recte Seidlerus p. 218 *φυίει* restitui jubet; neque obest *ἐφύοντο* Sapph. 29, quia facile $\bar{ι}$ ante vocalem ejici poterat, vid. §. 16.

8) Diphthongus $\overline{αι}$ pro $\overline{ει}$ semper est in particula *αἰ*, ut Lesb. 2166, 22. 29. 32 et saepe apud poëtas, item *αἴθε* S. 8. Inde corrigenda Alc. 49. 62. De *κταίνω* pro *κτείνω*, quo Alcaeus usus dicitur, vid. §. 8. not. 8. — Saepissime grammatici [6]) tradunt, diphthongum *ει* apud

---

5) Tzetz. ad Hes. Opp. 661 et Et. Leid. ap. Gaisf. *Αἰολεῖς χροισὸν διὰ διφθόγγου γράφουσιν.*

6) Et. Gud. 33, 26, Et. Par. ap. Bast. ad Greg. 605, Ann. Ox. I, 29, 1. *κατὰ διάλεκτον Αἰολικὴν τὴν $\overline{ει}$ δίφθογγον εἰς $\overline{οι}$ τρέπουσιν· τὸ γὰρ ὄνειρον ὄνοιρον λέγουσι καὶ τὸ ἐπείγω ἐποίγω.* — At hoc grammaticis deberi, *οἴγω* ab *ἐπείγω* temere derivantibus, docet Choerob. Ox. II, 203, 16, ubi legas *ὁ γὰρ οἴγων* (pro *κατεπείγων*) *ὥς τι ἀνύσαι βουλόμενος κατεπείγει.* De *ὄνοιρος* praeterea J. Gr. 244, b et Greg. C. 605, Et. M. 660, 53, Choer. Ox. II, 245, 9, Ann. Ox. I, 335, 9 et II, 327, corr. III, 229, 3. Item Choerob. Bekk. 1291 (cf. eund. ap. Bekk. ad Apoll. de synt. p. 350) *οἶδα* explicat $\overline{ει}$ Aeolice in $\overline{οι}$ mutato, ut *ὄνοιρος*, neque aliter haec mutatio Aeolica ($\overline{ει}$ in $\overline{οι}$, vel minus accurate $\bar{ε}$ in $\bar{ο}$) adhibetur ad perfecta *οἶδα*, *πέποιθα* etc. apud Orion. 106, 6 et 121, 20, Et. G. 421, 2 et 423, 17, Ann. Ox. I, 68, 27 et 331, 32, IV, 173, 26 — 186, 27 — 191, 9 etc.

Aeoles in ῡῑ mutari, eamque mutationem suo more ad multa non Aeolica adhibent; exempla, quae vere Aeolica haberi possint, nulla habent praeter *ὄνοιρος*. Nam quae praeterea afferuntur, aut corrupta sunt [7]), aut propter futiles grammaticorum etymologias ficta.

Mero errore ο̅υ̅ in ῡ transire refertur apud Aeoles in *Μῦσα*, *βυλή* [8]); Boeotorum est, quod a Prisciano Aeolibus datur, ο̅υ̅ pro ῡ. vid §. 38, 5.

9) Iota subscriptum in dativis singularis ab Aeolibus omissum esse, grammatici [9]) tradunt, nec reperitur in titulis Lampsaceno et Cumaeo, ut Lamps. 31 *ἐν ἐκκλησία*, 29. 26 *ὁ δᾶμος στεφάνοι — χρυσέω στεφάνω τῶ ἐννόμω*, Cum. *τύχα ἀγάθα*, *ἐν τῶ γυμνασίω*, nisi quod in illo l. 16. 22 legitur *ἐν τῷ ἄγωνι*, quod lapicidae Lampsaceno deberi videtur. Contra in antiquiore Lesbiaco 2166 iota constanter servatur, ut l. 15 *τᾷ ἐν τούτω τῷ ψαφίσματι*; nam quod in conjunctivo non solum tituli Lamps. 35. 36 in *ἀναγραφῆ* et *ἀνατεθῆ* atque Cumaeus l. 30 in *συντελέη* iota omittunt, sed etiam Lesbius 2166, 31 in *ἐνδεύη*, alienum est, quia conjunctivus etiam in multis Doricis titulis iota

---

7) Choer. Ox. II, 209, 32. *εἴρω· σημαίνει δὲ τὸ συμπλέκω, διὰ τῆς ει διφθόγγου — ὅτι οἱ Αἰολεῖς οἴρατο λέγουσιν· ἐστὶ δὲ ἔῤῥω, ἐρῶ, εἶρα, ἔῤῥον τὸ προστακτικόν· ἔθος γὰρ ἔχουσι τὸ ε τρέπειν· οἷον ὄνειρος ὄνοιρος.* Si quid video, corrigendum est *ὀῤῥάτω*, haud dubie ex Aeolico poëta; imperativi enim formam esse satis patet, quam ita grammaticus derivat, ut ab Aeolico praesenti *ἔῤῥω* pro *εἴρω* imperativum Aor. I. *ἔῤῥον* pro *εἶρον*, et inde nova mutatione *ὄῤῥον*, *ὀῤῥάτω* fieri dicat. cf. §. 12, 5. Hinc *συνόῤῥαισ᾽* pro *συνέῤῥαισ᾽* scribere ausi sumus apud Sapph. 67.

8) Clem. Alex. Protr. p. 19. D. *μούσας καλεῖ μύσας κατὰ τὴν διάλεκτον τῶν Αἰολέων.* — Lactant. I, 6, 7. »consilium non *βουλὴν* sed *βυλὴν* appellabant Aeolico genere sermonis.«

9) Choer. Bekk. 1187. (Greg. Cor. 606.) *οἱ Αἰολεῖς ταῖς εἰς ω ληγούσαις δοτικαῖς οὐ προσγράφουσι τὸ ι· τῶ Ὁμήρω γάρ φασιν καὶ τῶ σοφῶ χωρὶς τοῦ ι.* Drac. Strat. 109, 13. *πᾶσα γὰρ δοτικὴ ἐπὶ παντὸς ἀριθμοῦ τὸ ι ἔχει· Αἰολεῖς δὲ καὶ Βοιωτοὶ οὐχ ὑπέγραφον.* cf. Porphyr. in Ann. Villois. II. p. 116.

caret. vid. Boeckh. ad C. I. nr. 1841. Contra constat sibi Cumaei dialectus, iota etiam in mediis vocibus omisso, ut l. 40 *βαλανῆον* pro *βαλανῆον*, *βαλανήϊον* et *σμαραγῆον* pro *σμαραγήϊον*. Libri in hac re nullam auctoritatem habent. Jam vero ex inscriptionibus certum videtur, grammaticos e recentiore Aeolismo hausisse, quae de iota omisso tradunt, paullo antiquiorem tenuisse iota. Unde poëtis ubique iota aut relinquendum aut restituendum non solum in dativis decl. I et II, sed etiam in dativo decl. III, ut *Ἄρῃ*, *Διννομένῃ* Alc. 7, 43, in *Κυπρογένηα* Alc. 51, Sapph. 22 etc. vid. §. 14, 3.

§. 16.

De diphthongorum et longarum vocalium correptione.

1) Grammatici [1]) docent, diphthongum *ᾱῑ* saepe ante sequentem vocalem apud Aeoles *ι* abjicere: exempla afferunt *Ἄλκαος*, *ἄκμαος*, *ἄρχαος*, *Θήβαος*, *Ῥώμαος*, *πάλαος*, *βεβαώτερος*. Nunc haec in poëtis leguntur: *Ἀθανάα* Alc. 3, Theocr. 28, 1, *Φωκάας* S. 14, *Ὑμήναον* S. 44, *Νικιάας*, quod e libris restituimus Theocr. 28, 9, *μάομαι* S. 115; neque alienum est *ἄϊ* pro *αἰεί*. vid. §. 29, 4.

2) Neque minus aliae diphthongi *ι* abjiciunt, ut *ἀλάθεα* pro *ἀλήθεια* est Theocr. 29, 1, unde idem recte apud Alc. 47 scripserunt, deinde *Fάδεα* certa, ut videtur, conjectura Alcaeo fr. 31 restitutum est, et *πλέας* e libris

1) J. Gr. 244, a, Greg. C. 596, Meerm. 661, Aug. 671, Vatic. 691. *τὸ ῑ τῆς ᾱῑ διφθόγγου ἀποβάλλει, ὅταν αὐτῷ μὴ* (male in J. Gr. et Meerm. *μὴ* omittitur) *ἐπιφέρηται σύμφωνον*, cujus regulae exempla alii alia, haec adjiciunt: *Ἀλκάος*, *ἀρχάος*, *Ῥωμάος*, *ἀκμάος*. — In Et. M. 66, 27 haec sunt exempla: *Θηβάος*, *ἀρχάος*, *Ἀλκάος*, apud Eust. 28, 32. *πάλαος*, *Ἄχαος*; Ann. Ox. I, 318, 10. *πάλαος*; ibid. I, 279, 28. *οἱ Αἰολεῖς βεβαώτερος λέγουσι διὰ τοῦ ω καὶ βιβαώτερος τὸ βεβαιότερος, ὥσπερ ἀφνειὸς ἀφνειότερος· ἀφνεὸς δὲ ἀφνεώτερος.* — Etiam *ἀλαὸς* ab *ἀλαιὸς* hac Aeolica mutatione derivatur Schol. Il. *ν*, 10.

retinendum est A. 33 pro *πλείαις*. Hinc etiam *ἔωθα* Aeolicum dicitur pro *εἴωθα* [2]).

Aeque in optativo *λαχόην* iota ejecto Aeolicum traditur [3]), unde recte haec forma restituta est Sapph. 8; *εὐνόα* legitur Cum. 18. 43. 49; minus propria Aeolibus sunt *ποῆς* Theocr. 29, 21, *πόας* S. 76 (*ποίας* II, 14), *ἐπτόασεν* Sapph. 2, 6. Igitur pro *ἐποίησαν* S. 70, *τοΐαύτα* S. 57, quae diphthongam corripiunt, melius *ἐπόησαν*, *τοαύτα* scribuntur. — Ceterum non semper has diphthongos corripi et ratio evincit et docent exempla *δικαίως* Lamps. et Sapph. 26, *μαιόμενος* A. 17, *αἴετος* A. 19, *φιλοκυμαῖος* Cum. etc.

2) Simili ratione *ῦ* est abjectum in *ἐπισκεάσαντα* Cum. 42. Deinde etiam longae vocales interdum ante sequentem vocalem correptae reperiuntur; Alcaeus *δέω* pro *δήω* habebat fr. 95 e diserto testimonio ap. Et. M. 264, 14; deinde *ζόης* et *ζοΐας* leguntur apud Theocr. 29, 5. 20; denique non aliena sunt *Ἀχίλλεα* et similia (vid. §. 21, 6), *Ἀχιλλεΐοι* Theocr. 29, 34 pro antiquioribus formis *Ἀχίλληα* etc.

3) Interdum diphthongi et longae vocales etiam ante sequentem liquidam corripiuntur. Aeolibus proprium est *ὄρανος* pro *οὐρανὸς* vel Aeolico *ὤρανος* (§. 14, 5), quae correpta forma et Alcaeo tribuitur ab Herodiano (vid. l. l.) et metro certa est Alc. 27, Sapph. 13. Cum aliis dialectis commune habent *κόρα* A. 57, S. 43. 62 pro *κούρα*, quanquam *κῶρος* Aeolicum dicitur ab Eust. 1539, 49; deinde *ἔταρος*, quod Aeolicum dicitur ab Eust. 28, 32 et Greg. C. 609, quanquam *ἑταίρα* legitur Sapph. 64.

---

2) Et. M. 306, 49 (Gud. 174, 50) *εἴωθα· καὶ συναρχομένως ἔωθα· αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν* etc. — *οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ εἴωθα ἔωθα λέγουσιν.* Et. G. 174, 48. *εἴωθα — διὰ τῆς ει διφθόγγου· ἀνεφάνη δὲ τὸ ε ἐν τῷ ἔθος καὶ ἔωθα, οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ εἴωθα ἔωθα λέγουσι*, unde corrigendus est Choerob. Ox. II, 210, 27, qui bis *εὔωθα* habet.

3) Et. M. 558, 30. *ἀποβολῇ Αἰολικῇ τοῦ ι λαχόην*, corrupte Anu. Ox. IV, 204, 6.

82, *ἐτάρα* metro incerto minus certum est S. 53. Huc pertinent praeterea alia, quae, quum in antiquiore lingua longam vocalem vel diphthongum habeant, apud Aeoles ut vulgo syllabam corripiunt, ut *κάλος*, *μόνος* Sapph. 24, cf. *μοῦνος*; simillima est ea syllabarum correptio, quae alterius liquidae vel *σ* omissione efficitur, vid. §. 8, 11 et 9, 1.

Grammatici de dialectis Aeoles *ο̄* pro *ω̄* habuisse testantur [4]) in *ὄρα* et *ὀτειλὴ* pro *ὤρα* et *ὠτειλή*. Illud vix verum est, quum *ὤρα* metro confirmetur Alc. 31, Sapph. 24; fortasse *ὄρανος* restituendum est. Hoc, si quid veri inest, singulare est. Corruptiora aperte, quae iidem de *ε̄* pro *η̄* produnt. — De aliis correptionibus infra videbimus §. 20, 1; §. 21, 2. 8; §. 24, 7.

§. 17.

De contractione.

1) Contractionis exempla rara sunt, quia conjugatio vulgo contracta apud Aeoles aliam rationem sequitur contractionis expertem et tertia quoque declinatio eam fere ignorat, ut alia omittamus. Digna, quae notentur, sunt haec:

ᾱο et *ᾱω* semper in *ᾱ* coalescunt, ut apud Dores. Inde genitivi decl. I. sonant *Κρονίδα*, *τᾶν σπονδᾶν* ex antiquis *Κρονίδαο*, *τάων σπονδάων*, vid. §. 20, 3; deinde *Ποσείδαν* vel *Ποτίδαν* e *Ποσειδάων*, §. 23, 4; denique pertinet huc *ἆς* pro *ἕως*, quod legitur Theocr. 29, 20 et a nobis Sapph. 95 pro *ἆς* scriptum est, si comparamus Creticum *τάως* pro *τέως* apud Hesychium.

---

4) J. Gr. 244, b, Meerm. 662, Greg. C. 615. *ἀντὶ δὲ τοῦ ω̄ μεγάλου τὸ ο̄ μικρόν· ὤρα ὄρα, ὠτειλὴ ὀτειλή.* — J. Gr. 244, b, Greg. Cor. 613, Meerm. 661. *ἀντὶ δὲ τοῦ η̄ τὸ ε̄ — ὡς τὸ Ἄρης Ἄρες* (add. J. Gr. *Ἀρήϊος Ἀρέϊος*) — *ἀδικῆσαι, ἀδικέσαι.* Pro *Ἄρης* Aeolicum est *Ἄρευς*, vid. §. 22.

$\overline{εα}$ vulgata ratione in *η* conjungitur, ut *ἦρ* pro *ἔαρ* Alc. 37, S. 19, *ἔσῃ* pro *ἔσεαι* Alc. 89 etc.

$\overline{εε}$ in *η̄* contrahitur Dorico more. vid. §. 14, 2.

$\overline{εο}$ a grammaticis apud Aeoles in $\overline{ευ}$ coalescere dicitur [1]; nunc (si excipias Theocritea *σεῦ*, *ἐγένευ* 29, 16. 17) nulla exempla leguntur praeter *βέλευς* Alc. 7, *Θεύδαμος* in nummo Cumaeo *Mionn. Suppl. VI. p.* 7 et contractorum verborum participia *μοχθεῦντες* Alc. 10, *μαρτυρεῦντας* A. 95, *φιλεῦντα*, *καλεῦντος* Theocr. 29, 18. 39, aliis de causis suspecta. vid. §. 26, 10.

$\overline{ιε}$ contrahitur in *ῑ* longum in *ἶρος* pro *ἱερὸς* [2], unde leguntur in Lesb. 2166, 39 *ἶρα*, 23 *ἴρηες*, 38 *ἰρείας*, Lamps. 31 *ἴρων*, Alc. 61 e certa emendatione *ἴρας*, Theocr. 28, 4 *ἰρόν*. In recentioribus $\overline{ει}$ pro *ι* scriptum est, Cum. 6. 16 *καιείρων*, *καιείρωσις*, Lesb. 2184. 2187 sqq. *εἴρευς*, *ἀρχείρευς*. Soluta forma e vulgari lingua invasit in Cum. 55. 56 *ἱερίως*, *ἀρχιέρεος*, Theocr. 28, 7 *ἱερόν*.

$\overline{ιι}$ in antiquiore titulo 2166 in *ῑ* jungitur, ut in dativis *πόλι*, *διαλύσι* e *πόλιϊ*, *διαλύσιϊ* etc. vid. §. 21, 4; in recentioribus $\overline{ει}$ scriptum est, ut *πόλει*, *διαλάμψει* in Lamps. et Cum.

$\overline{οο}$ in *ω̄* contrahebatur apud Lesbios [3], quo pertinet genitivus sing. decl. II. *ἀνθρώπω* ex antiqua forma *ἀνθρώποο* (vid. Buttm. *Ausf. Gr.* §. 35. *A.* 6), *αἴδως* ex *αἴδοος*. vid. §. 21, 7.

---

1) Et. M. 189, 30. *βασιλέος καὶ κράσει τοῦ ε̄ καὶ ō εἰς τὴν δίφθογγον βασιλεῦς παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἢ Δωριεῦσιν ὥσπερ Ὀδυσεῦς τε λαβών* (Od. ω, 397). cf. Eust. 1965, 22; Tzetz. Epex. Il. 93, 23. *Ἀχιλεῦς* et *ἐμεῦ* Dorica et Aeolica dicit; Et. M. 38, 15. *αἰρούμενον καὶ τροπῇ Αἰολικῇ αἰρεύμενον* ex Hes. Opp. 474; Scholl. Theocr. 3, 11 de *ἐκέλευ*.

2) Et. Sorb. ap. Bast. ad Greg. 590. *Αἰολικῶς ἶρος* (leg. *ἶρος*), Greg. C. 589. *τὸ ἱερὸν ἰρὸν*; de *ἰρεὺς* Tzetz. Epex. 88, 26.

3) Scholl. V. Il. χ, 332. *σῶς τινὲς ἐκ τοῦ σόος, ἀλλ' ἔδει σοῦς, τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σαοῦς. Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὰ δύο ōō εἰς ω̄ συναλείφει.*

2) Crasis primum tangit articulum ita, ut vocales secundum contractionis leges conjungantur. Igitur ὁ et τὸ cum sequenti ᾱ vel ε̄ efficiunt ω̄ et τω̄ in ὤνηρ S. 2, 2 et A. 17, τῶμον pro τὸ ἔμον S. 114, ὢξ pro ὁ ἐξ Theocr. 28, 17, τῶπος pro τὸ ἔπος, quod restituimus Theocr. 28, 27; neque enim aliter Dorica dialectus οε in ω contrahit.

Conjunctio καὶ cum sequenti ε modo Dorico more κη̄ efficit, S. 69 κἤν, Theocr. 29, 3. 24. 33 κἠγὼ, κἠμὲ, κἠπὶ, modo secundum Atticae dialecti usum κᾱ, κἀπέρωτα S. 1, 5 (nisi Aeoles ἄπερος dixerunt), κἀπιλείψω S. 91 ex Apoll. de pron. (nisi forte Vossii excerpta verius κἀπολείψω praebent), κἀπιπλέεισ A. 79. Scripturae ambiguitas ex antiquorum librorum usu, καὶ integrum servantium, explicanda videtur; Doricum contractionis genus Aeolibus melius convenit. — Cum sequenti ο καὶ transit in κω̄ contra Lesbiacae contractionis legem, κὤττι S. 1, 15. 17, κωὐκ 1, 24, quae fortasse ex eadem antiquiore scriptura explicare oportet.

Particula δηῦτε, quam Hartungius e δὴ αὖτε natam judicavit (*Partik. I. p. 322*), sine mendo non legitur in libris nisi S. 31; contra restituta est e δὲ εὖγε A. 11, e δ' ἦν το S. 1, 15, δήν τε 1, 17, δ' ηὖτε vel δ' εὖτε 1, 18, δ' αὖτε S. 20. Coronidem appingere noluimus, quia vocis origo mature obliterata esse videtur.

§. 18.

De diphthongorum diaeresi.

1) Grammatici, qui saepe de Aeolica diaeresi testantur, non satis discernunt inter duo diaereseos genera, non levi discrimine diversa. Nam aut vocales antiquitus separatae, quas recentior lingua in diphthongum conjunxit, apud Aeoles antiquae rationis tenaces diaeresin potius videntur pati, quam patiuntur; aut quae ab origine diphthongi erant, singulari Lesbiorum more in singulas vocales dissolutae sunt.

2) Prioris generis sunt *Ἀργέϊος*, *Ἀτρεΐδας*, *πλόϊον*, quae grammatici [1]) Aeolibus tribuunt, quippe terminationibus *ῑος*, *ῑον*, *ῑδας* stirpi adjectis. In poëtis ejusmodi reperiuntur haec: *Ἀρήϊος* A. 15, *βασιλήϊος* A. 26, S. 107, *Ἀχιλλέϊοι* Th. 29, 34, *ἀνδρέϊος* 28, 10 et 29, 33, *αὐλέϊαις* Th. 29, 39, *χροΐαισιν* S. 105, ut metri causa scripsimus; neque diversa sunt *ἀγροΐωτιν* S. 74, in quo diaeresin metri causa assumpsimus, *Πληΐαδες* S. 24, *ζοΐα* Th. 29, 5. In inscriptionibus diaeresin Boeckhius significavit in *ἐπιμελήϊα* et *πρυτανήϊα* nr. 2189: possunt tamen aequo jure *ἐπιμέληα* et *πρυτανήα* proferri (§. 14, 2).

Proxime ad illa diaeresis exempla accedit *κλαΐω*, quod ex Aeolici poëtae frustulo (S. 121) a grammatico [2]) Aeolicum dicitur, quia *ῑ* ad terminationem, non ad stirpem pertinet.

2) Vera diaeresis primum in monosyllabis *πάϊς* et *δάϊς* agnoscitur [3]), quanquam illud etiam extra Aeolicam dialectum reperitur, ut apud Homerum. Nunc *πάϊς* legitur S. 30. 77, minus certo metro S. 57; contra *παῖ* est Alc. 1, Sapph. 1, 2, *παῖδος* S. 18, *παῖδα* S. 68, 103; vix verum est *πάϊδ'*, quod scripserunt S. 36, pro quo maluimus *πάϊν*, quod Boeckhius scripsit Lesb. 2186.

---

1) Eust. 28, 33. *οἱ Αἰολεῖς πολλάκις ἐν ταῖς διφθόγγοις οὐκ ἀποβάλλουσιν ῑ, ἀλλ' ἀρκοῦνται μόνῃ διαστάσει ὡς ἐν τῷ Ἀτρεΐδης, Αἰγεΐδης, Ἀργέϊος*; de *Ἀργέϊος* praeterea testantur Choer. Ox. II, 173, 26, Greg. C. 605 (corr. Et. G. 73, 33); Arcadii Gloss. Ms. ap. Koen. ad Greg. 583. *πλοῖον περισπᾶται ὡς πάσχον διαίρεσιν· Αἰολικῶς γὰρ πλοῖον πλόϊον.*

2) Et. Leid. ap. Koen. ad Greg. 583. *μαίειν Αἰολικῶς μαΐειν καὶ ὥσπερ τὸ κλαίειν Αἰολικῶς διῄρηται καὶ γράφεται κλαΐειν δάκρυσι, οὕτως μαΐειν καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν̄ μανίειν*, ubi *μαΐειν* etymologiae causa fictum videtur.

3) J. G. 213, b, Greg. C. 582, Meerm. 660, Aug. 670. *τὰ εἰς ̄αις μονοσύλλαβα ὀνόματα διαιροῦσι, οἷον παῖς πάϊς, δαῖς δάϊς*; de *πάϊς* praeterea J. Gr. 245, b, Et. G. 221, 16, ubi comparatur *ἐΰς* et corr. 216, 50. cf. Tryph. in not. 4.

Certior etiam vera diaeresis, quae tangit antiquas et genuinas diphthongos, est in aliis, quae grammatici [4]) afferunt, exemplis, *ὄϊδα*, *κόϊλος*, *Πρόϊτος*, *ὀΐωνος*, fortasse *Νέϊλος* [5]). Apud Alcaeum legebatur *ὄϊδα* [6]), et Sapphoni nos *σύνοϊδα* restituimus fr. 100; *Μήδεϊα* erat apud Sappho teste Joann. Alex. p. 4; metro diaeresis postulatur in *κώϊλαι* Alc. 7, *ἐΐκάσδω* S. 55, *συνοΐκην* S. 27.

Herodiani regulam [4]), diphthongos non dividi Aeolicas, i. e. mutatione aliqua Aeolibus propria ortas, casu exempla servata confirmant. — Idem Herodianus monuit in *ὄϊδα* post diaeresin Aeolicam *ι* produci [7]), quod e nostra emendatione fit in *σύνοῖδα* S. 100 et *ποϊκίλαις* Alc. 33. Contra primam vocalem producendam duximus in *κώϊλαι* A. 7, ubi alii *κόϊλαι* scripserant, quum hoc metrum apud

---

4) Trypho *παθ. λεξ.* §. 15. de diaeresi: *τὸ πάθος ἐστὶ παρά τε Ἴωσι καὶ Θετταλοῖς, τὸ δὲ πλέον Αἰολικόν· οἷον κοῖλον κόϊλον, οἰωνῶν ὀϊωνῶν, παῖς πάϊς.* — Herodian. in Ann. Ox. IV, 416, 13. (Choer. ap. Bekk. ad Apoll. de synt. p. 350) *αἱ γὰρ δίφθογγοι Αἰολικαὶ οὐδέποτε τοῖς Αἰολεῦσι διαλύονται· οἷον τὸ τάλας καὶ μέλας καὶ ὄνειρος οἱ Αἰολεῖς τάλαις καὶ μέλαις καὶ ὄνοιρος λέγουσι· καὶ οὐ διαλύουσι τὴν δίφθογγον ἐπὶ τούτων, ἐπεὶ Αἰολικαί εἰσιν αἱ δίφθογγοι· κατὰ γὰρ τὴν τῶν Αἰολέων διάλεκτον γεγόνασι· τὸ δὲ Προίτου καὶ κοίλου διαλύουσι καὶ λέγουσι Προΐτου καὶ κοΐλου, ἐπειδὴ αἱ δίφθογγοι αὗται οὐκ εἰσιν Αἰολικαὶ ἀλλὰ κοιναί. εἰ οὖν τὸ σύνοιδα διαλύουσι, σύνοϊδα λέγοντες, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ οῖ δίφθογγος Αἰολική.* Eadem, *Προίτου* et *κοίλου*, dialecto non nominata, afferunt Herod. *π. μ. λ.* p. 21 et Joann. Al. 6, 22. De Aeolico *κόϊλον* Prisc. I. p. 49 et Vol. II. p. 219; de *ὄϊδα* cf. not. 6. 7.

5) Herod. *π. μ. λ.* 14, 10 de *Νεῖλος*: — *νόϊλός τε γὰρ λέγεται κατὰ διάλεκτον*, leg. *Νέϊλος*. — Ann. Ox. II, 291, 5. *σεσημείωται τὸ χεῖλος, χέλος γὰρ* (leg. *χέλλος*)*· καὶ τὸ Νεῖλος, νέϊλος γάρ*, ubi Aeolicum *χέλλος* alterius dialectum prodit.

6) Herod. *π. μ. λ.* p. 24. *οἱ περὶ τὸν Ἀλκαῖον λέγουσι ὄϊδα τρισυλλάβως.*

7) Steph. de urb. s. v. *Κάρία* ex Herodiano: *ἔστι γὰρ ὅτε μετὰ τὴν διαίρεσιν ἔκτασις γίγνεται· ὀΐομαι, ὄϊον* (sic), *ὄϊδα παρ' Αἰολεῦσιν ἀντὶ τοῦ οἶδα.* — Ann. Ox. I, 219, 3. *εὑρέθη κατὰ διάστασιν κόϊλος καὶ ἐν συναιρέσει κοῖλος, ὡς Ζώϊλος*, unde *κώϊλος* legendum videtur.

Alcaeum semper spondeum aut trochaeum in basi habeat, accedente grammatico, qui *κοῖλος* diaeresin passum cum *Ζωΐλος* comparat [7]).

Addimus hic vocem *μάϊος*, quae apud Aeoles pro *μάγος* erat [8]), antiquiore forma servata, ut docet Sanscrita vox māja, i. e. praestigiae, magia.

§. 19.

De syncope, apocope etc.

1) Saepissime antiqui grammatici syncopen Aeolicam dicunt, neque eam tantum, qua breves vocales e mediis vocibus ejiciuntur, sed etiam, qua totae syllabae [1]). Exempla tamen, quae habent, pessime syncopen passa dicuntur, ut *ἄρσαι* ex *ἁρμόσαι*, *ὦρσεν* ex *ὥρμησεν* [2]), *ἄλλος* ex *ἄλαλος* etc., aut Aeolibus non sunt propria, ut Homericum *κάμμορος* pro *κακόμορος*. Neque recte in Home-

---

8) Et. Gud. 377, 31. *Φιλόξενος δὲ λέγει, ὅτι παρ' Αἰολεῦσιν ἡ γραφὴ διὰ τοῦ ἰῶτα· ἐστὶ δὲ μαίος ἐπεξουσιαστὴς — μάϊον κατὰ διάλυσιν τοῦ ῑ.*

1) Drac. 161, 1, Tryph. §. 23. cum exemplis *κάμμορος* et *δάσκιος* pro *δασύσκιος*. — J. Gr. 243, b. Meerm. 660, Aug. 670, Vatic. 690. exemplum afferunt *ὦρσεν* pro *ὥρμησεν*, cui Greg. Cor. 578 addit *ἄρσαι* pro *ἁρμόσαι* et *ἄλλος* pro *ἄλαλος* (cf. de hac ineptissima etymologia Et. M. 66, 4 et Et. Sorb. ap. Bast. ad Greg.). — In Exc. Par. 677 syncopae Aeolicae exempla afferuntur *εὐῤῥεῖος* ex *εὐῤῥέοντος*, *θέραπα* e *θεράποντα*. Heraclid. ap. Eust. 28. extr. *δάκνω* e *δαγκάνω* derivat, cf. Pseudo-Herod. H. Ad. f. 205. Plenus est talibus Tzetzes in Epex. Il., qui p. 63, 18. *ἴφθιμος* ita ex *ἰφίθυμος* derivat, 98, 13. *κραίνω* e *καραίνω*, 81, 18. *Ὄλυμπος* ex *Ὁλόλαμπος* etc.

2) Optime Lex. de spir. 229, ubi agitur de *ἱρὸς*, *ἱρεῖον*, *ἴρηξ*: *τινὲς δὲ παραλόγως ψιλοῦσι τὰ τοιαῦτα, λέγοντες ὅτι τὰ συγκοπτόμενα κατ' Αἰολεῖς ψιλοῦται· οἷον ὥρμησεν ὦρσεν, ἁρμόσας ἄρσας. πρὸς οὓς ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι οὔτε τὸ ὥρμησεν ἐγένετο κατὰ συγκοπὴν ὦρσεν, οὔτε τὸ ἁρμόσας ἄρσας, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὄρω τὸ διεγείρω ὁ μέλλων Αἰολικῶς ὄρσω καὶ ἄρω τὸ ἁρμόζω, ἀρῶ καὶ Αἰολικῶς ἄρσω τὰ τοιαῦτα ψιλοῦνται γενόμενα.*

ricis *ἆλτο, ἄλμενος, δέχθαι* [3]) syncope Aeolica, aut omnino syncope agnoscitur, quum potius antiquitus ad conjugationis in $\overline{\mu\iota}$ rationem vocalis defuerit. Simile est *χύτο* S. 97; contra *ἔγεντο*, quod S. 9 metri causa pro *ἐγένετο* scriptum est, et ipsi syncope ortum putamus, vid. Diss. nostr. de conjug. in $\overline{\mu\iota}$ §. 22.

Grammaticorum haec de syncope Aeolica doctrina e praepositionum apocope, Aeolibus consueta, quam syncopen dicere solent, manasse videtur. vid. §. 20.

2) Non majore jure Aeolica vocatur [4]) apocope in *δῶ* pro *δῶμα*, *ῥᾷ* pro *ῥᾴδιον* et similibus. Quanquam enim *βρᾶ* est Aeolicum, vid. §. 5, 4, tamen non est syncope e *βρᾴδιον* ortum, cf. Lobeck. Parall. p. 119.

3) Pleonasmus vocalis agnoscitur ab Herodiano [5]) in Aeolico *φερένα* pro *φερνή*.

§. 20.

De declinatione I et II.

1) Praemonendum est, Aeoles, grammaticis [1]) testibus, dualem numerum ignorasse, neque ullum ejus in

---

3) De *ἄλμενος* Tzetz. ad Hes. Opp. 195. 405, Epex. 81, 18; *ἆλτο* Eust. 145, 40, Philem. Lex. 17. p. 139, *δέχθαι* Eust. 73, 12.

4) Eust. 187, 28. *Αἰολέων ἡ τοῦ μὰψ βραχυλογία ἐκ τοῦ μάτην, ὡς καὶ τὸ ἂψ ἐκ τοῦ ὀπίσω, καὶ αἱ ἀποκοπαὶ τοῦ δῶμα δῶ καὶ ῥᾴδιον ῥᾷ καὶ κρῖμνον κρῖ καὶ τῶν ὁμοίων, ἔτι δὲ καὶ αἱ συγκοπαί.*

5) (Herodianus) *περὶ παθῶν* Et. M. 790, 42. *φέρενα* (leg. *φερένα*)· *τοῦτο κατὰ διάλεκτον· οἱ γὰρ Αἰολεῖς λέγουσι φέρενα — ἐὰν δὲ δώσῃ τις τὸν πλεονασμὸν Αἰολικὸν εἶναι καὶ εἴπῃ φέρενα καὶ μιμήσηται τὸ Ἑλένη* (leg. *Ἑλένα*), *ἀπολέλυται τὸ ἠλογημένον* (de accentu). — Herod. *π. μ. λ.* 33, 28. *φερνή· Αἰολεῖς δὲ φερνὰν* (leg. *φερέναν*) *αὐτὴν λέγουσιν ὁμοίως τῇ ἀλέναν* (leg. *Ἑλέναν*).

1) Choer. Bekk. 1184. *ὅτι ὑστερογενῆ εἰσὶ τὰ δυϊκὰ δῆλον ἀφ' ὧν οὐ πᾶσαι αἱ διάλεκτοι ἔχουσι δυϊκά· ἰδοὺ γὰρ οἱ Αἰολεῖς οὐκ ἔχουσι δυϊκά, ὅθεν οὐδὲ οἱ Ῥωμαῖοι ἄποικοι ὄντες τῶν Αἰολέων κέχρηνται τῷ δυϊκῷ ἀριθμῷ*; hinc hauserunt Greg. C. 606 et Ann. Ox. IV, 174, 6, consentit Herod. H. Ad. 191, a. *τὰ δυϊκὰ ὑστερογενῆ* vocans et Aeolibus abjudicans.

declinatione et conjugatione nunc exemplum reperiri, nisi quod Homericum *ἄητον* cum *ποίητον* collatum Aeolicum vocatur in Et. M. 23, 12, cui testimonio non multam fidei habemus. — Terminatio $\overline{\varphi\iota}$, quae apud Homerum pro genitivo et dativo est in omnibus declinationibus, levi quadam auctoritate ab Aeolibus repetitur, alia a Boeotis. vid. §. 43, 1.

2) In declinatione prima pro η̄ ubique esse ᾱ, supra monuimus. Sed ᾱ etiam corripi testantur grammatici [2]), ut in *Ἀφρόδιτα*, Latinam linguam comparantes et Homericum *νύμφᾰ φίλη*. Hinc proclive est suspicari, vocativi correptionem male ad alios casus tractam esse; nam eo casu *νύμφᾰ* apud Homerum legitur Il. γ, 130, Od. δ, 743. Et reperitur correpta haec vocativi forma in *ὦ Δίκᾰ* S. 67 et *ὦ Ἔραννᾰ* S. 66, 99, neque aliena est vocativi in delinatione III. correptio. Tamen etiam nominativum interdum apud Aeoles correptum esse, nolumus negare, cujus rei exemplum habet Melinno v. 5. *σοὶ μόνα πρέσβιστα δέδωκε Μοῖρα*, quae est optimi codicis lectio, pro qua editores e Gesneri margine receperunt *πρέσβειρα*. —

Nominativi masculinorum brevior forma in ᾰ pro $\overline{\eta\varsigma}$ saepe a grammaticis Aeolicae dialecto tribuitur [3]).

---

2) Choer. Bekk. 1200 de *Θέκλα: λέγουσιν ὅτι Ἰταλικῶς ἔτρεψε τὸ η̄ εἰς ᾱ· οἱ δὲ Ἰταλοὶ ἄποικοί εἰσι τῶν Αἰολέων· οἱ δὲ Αἰολεῖς τὸ η̄ εἰς ᾰ βραχὺ τρέπουσιν· οἷον Ἀφροδίτη Ἀφροδῖτα* (leg. *Ἀφρόδιτα*), *νύμφη νύμφα· οἷον παρὰ τῷ ποιητῇ νύμφα φίλη.* Accuratius de accentu tradit Joann. Al. 3, 17. *τὸ ἀφρόδιτα παρὰ μὲν Αἰολεῦσι πρὸ δύο ἔχει τὸν τόνον, παρὰ δὲ Δωριεῦσι πρὸ μιᾶς.*

3) Eust. 75, 30. *τὸ ἱππότης ἱππότα καὶ τὰ ὅμοια ἀπὸ τῶν εἰς* $\overline{\eta\varsigma}$ *εὐθειῶν εἰς ᾰ μεταπεσόντα μεταπλασμὸν παράδοξον ἔπαθον — ἐστὶ δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς Βοιωτῶν καὶ Αἰολέων ὁ τοιοῦτος τύπος τοῦ σχηματισμοῦ, διὸ καί τινα ἐκ τούτων προπαροξύνονται, ὡς ἐνταῦθα τὸ μητίετα Ζεύς.* — Aeolibus et Boeotis praeterea hac formae adscribuntur in Scholl. Il. α, 175, Et. Gud. 393, 39, Et. Leid. ap. Koen. ad Greg. 96, quibus Dryopes addit Diacon. ad Hes. Sc. 33. 216, male vocativum pro nominativo positum dicens. Solis Aeoli-

Nullum tamen exemplum nunc legitur, quanquam non licet eam Aeolibus Asianis abjudicare.

3) Gen. sing. masculinorum Decl. I. grammaticis [4]) testibus in $\overline{\alpha o}$ apud Aeoles exit; nunc cum aliqua veri specie conjectura restituta est haec forma in *Πολυανακτίδαο* Sapph. 68; vulgo in titulis et poëtarum libris terminatio $\bar{\alpha}$ reperitur, Cum. 16. 59. 69 *κτίστα, εὐεργέτα, Ἡρακλείδα*, Alc. 39 *Κρονίδα*, Sapph. 69 *Ἀΐδα*. — Saepissime [5]) genitivus plur. in $\overline{\alpha\omega\nu}$ Aeolicus dicitur; adeo ipsi Sapphoni *Μοισάων* tribuitur [6]), nisi forte *μοισᾶν* corrigendum est. Vulgo Dorica genitivi forma legitur, Cum. 30. 31 *τᾶν κατευχᾶν, τᾶν σπουδᾶν*, Lamps. 15 *ἀμφοτερᾶν τᾶν πολίων*, Lesb. 2172 *ἀπὸ Κεγχρεᾶν*, in nummo Temni Aeolicae ap. *Mionn. Suppl. VI. p. 41*

---

bus tribuuntur ab Eust. 1457, 26 et Scholl. Pal. Od. γ, 68. Omnes illi Homericis tantum exemplis utuntur; aliis Scholl. Dion. Thr. 818, 30 et Greg. C. 603, *οἱ Αἰολεῖς πολλάκις εἰς $\bar{\alpha}$ ποιοῦσι τὰς εὐθείας· ὁ Ἀρχύτα γάρ φασιν ἀντὶ τοῦ Ἀρχίτης καὶ Ὑβραγόρα ἀντὶ τοῦ Ὑβραγόρης.*

4) *ἑκατηβελέταο* genitivus Aeolicus vocatur Et. M. 320, 1, Et. G. 176, 4, Ann. Ox. I, 155, 10; *ἀγκυλομήταο* Boeoticum et Aeolicum Et. M. 11, 11, cf. Et. G. 465, 24, Ann. Ox. I, 347, 20. Corruptissimus est Gregorius Cor. 611. *τὰς εἰς $\overline{ου}$ λη(γ)ούσας γενικὰς διὰ τοῦ $\overline{ευ}$ ἐκφέρουσιν· Αἰακίδαο γὰρ Ἰωνικῶς καὶ Αἰακίδεω Ἀττικῶς. Αἰακίδευ γράφουσιν οὗτοι*, nisi veram lectionem servavit cod. Aug., qui $\bar{\alpha}$ et *Αἰακίδα* habet.

5) Et. M. 40, 56 — 507, 14 — 577, 44; Et. G. 23, 52 — 398, 55 — 493, 33; Ann. Ox. I, 24, 4 — 239, 1 — 382, 11; Eust. 178, 21; Drac. 76, 19 — 110, 8 — 160, 27; J. Gr. 243, b, Greg. C. 577, Meerm. 660, Aug. 670, Vatic. 689. 696 etc. Plerumque Homerica exempla offerunt. Corrupte Et. Gud. 318, 1. *οἱ δὲ Αἰολεῖς διὰ τοῦ $\overline{\varepsilon\omega\nu}$.*

6) Ann. Ox. I, 278, 18. *καὶ ἡ γενικὴ τῶν πληθυντικῶν μωσάων παρὰ Λάκωσιν, παρὰ δὲ Σαπφοῖ μοισάων, τὸ Ἰωνικὸν μουσέων, τὸ Βοιωτικὸν μουσάων, τὸ Ῥηγινὸν μοισᾶν.* Corrupta ex his sunt Laconicum *μωσάων* pro *μωσᾶν*, Boeoticum *μουσάων* pro *μωσάων*, denique Rheginum, de quo alio tempore disputandum est.

Γαμριτᾶν, Alc. 7 *καττᾶν*, 38 *κυλιχνᾶν ἀπὺ Τηΐαν*, 50 *παισᾶν*, Sapph. 1, 26 *χαλεπᾶν μερίμνᾶν*.

Genitivi sing. declinationis secundae longior forma in $\overline{οιο}$ semel Aeolica vocatur (*ἑστοῖο* Et. Gud. 539, 11. 44), semel in libris legitur *ἐρχομένοιο* Alc. 37. Praeterea apud Sapph. 67 emendatio *ἀνήτοιο* pro *ἀνήτω* nobis probabilior videtur ceteris. Vulgo, ut in severiore Dorismo, genitivus in $\bar{ω}$ exit (Apoll. de pron. 138 *Αἰολεῖς ἔμω, σῶ, ὦ*), cujus formae, interdum iota subscripto in dativum corruptae, tot sunt exempla, ut ea enumerare pigeat. Vulgata forma in $\overline{ου}$ ubique expellenda est.

Composuimus haec, quo melius appareat, in his genitivis contractas formas in $\bar{α}$, $\overline{αν}$, $\bar{ω}$, vulgares fuisse apud Aeoles Asianos, quanquam grammaticis tacentibus, qui eas magis e Dorica dialecto cognitas habebant, temere autem acturum, qui ea de causa grammaticorum testimonia de solutis formis in *αο*, $\overline{αων}$, $\overline{οιο}$ ad Aeoles Boeotos, aut, quum saepius simul nominentur Aeoles et Boeoti, ad Thessalos referre velit. Ut enim apud Boeotos utraeque formae reperiuntur, ita apud Lesbios, maxime antiquiores poëtas, solutam formam interdum adhibitam esse, satis probabile videtur, confirmatur certissima forma *ἐρχομένοιο*, si Sapphus *Μοισάων* dubium forte videatur. Unde non dubitavimus conjecturas illas, quibus solutae formae restituuntur, probare. Quae de metri vel nominum propriorum vi in solutarum formarum usu Seidlerus p. 274 et Hermannus Opp. VI. p. 138 disputant, in tanta exemplorum paucitate incertissima sunt.

4) In dativo pluralis utriusque declinationis Aeolica dicitur longior forma [7]), quae $\bar{ι}$ adjectum habet. Et in titulis quidem, Lesbiaco 2166 et Cumaeo, unico excepto articulo, semper longior forma legitur, ut 2166,

---

7) J. Gr. 245, a. *τὴν δὲ δοτικὴν τῶν πληθυντικῶν σὺν τῷ ī λέγουσι· τοῖσι θεοῖσι, τοῖσι σοφοῖσιν;* item Meerm. 663, ubi *τοῖς ἀνθρώποισι.*

35 *θέοισι*, Cum. *νέοισι*, *θέοισι*, *τούτοισι*, *προϋπαργμένοισι* etc., contra 2166, 23 *ταῖς*, 35. 36 etc. *τοῖς*, idem saepe in Cumaeo [8]). Quod in Lamps. 34 *ἐν τοῖς Διονυσίοις* legitur, facile lapicidae culpa factum est. Apud poëtas quoque longior forma regnat, ut Sapph. 1 *ἄσαισι*, *ὀνίαισι*, 77 *χρυσίοισιν ἀνθέμοισιν* etc. Brevior forma praeter articulum non reperitur fere, nisi sequente vocali, ubi elisione explicari potest, ut *πλείστοις ἐάνασσε*, aut in adjectivis cum substantivo plenioris formae junctis, ut *ἀμερίοις βρότοισι* Alc. 59, *ἐράταις φόβαισι* Sapph. 67, *παντοδάπαις — χροΐαισιν* S. 105, aut in fine versuum S. 5 *ἄβροις*, 28 *ὄσσοις*, 69 *δόμοις*, A. 53 *λάοις*. Adversari videntur Alc. 44 *οὗτος γὰρ ἀνθρώποις δίοπτρον* et Sapph. 97 *ὀφθάλμοις δὲ μέλαις χύτ᾽ ἄωρος*, quae fortasse corrupta habenda sunt, quum levi auctoritate nitantur. — Articulus nunquam pleniorem formam assumere videtur; nam *ταῖσι δὲ* Sapph. 9 est demonstrativum. Ubi duplex emendatio in promptu est Sapph. 64 *ταῖς ἔμαισιν* aut *ταῖσιν ἔμαις*, Alc. 29 *ταῖς δέξαισι* aut *ταῖσι δέῤῥαις*, breviorem formam praeferre certius videtur.[1]

5) De iota dativi singularis subscripto in utraque declinatione omisso monuimus §. 15, 9; de accusativis pluralis in $\overline{αις}$ et $\overline{οις}$ exeuntibus §. 10, 4. — Male correpta forma *διδυματόκος* pro *διδυματόκοις*, quae est Dorica, Aeolica audit apud Scholl. Theocr. V, 84.

8) *μενίζοις* Cum. 20. *ἂς μενίζοις ἁ χάρα συνεπένευσε τείμαις*, quod Giesius p. 361 pro dativo habet, potius accusativus esse videtur. — In Lesb. 2166, 38. Boeckhius legit *ταὶς ἰρείαις ταὶς ἐν τοῖς ναύοις*, vix recte. Apographa haec habent pro *ταὶς ἐν*: Dodw. *ὀειγηι*, Richt. *ὀειγεν*, Did. *ὀειγνι*, unde fere suspicor *ταὶς ἰρείαις ὀείγην τοὶς ναίοις*, cf. Il. ζ, 89 (*Θεανὼ*) *οἴξασα κληῖδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο*.

§. 21.

De declinatione III.

1) Accusativus singularis apud Lesbios in ν̄ exire amat, ubi vulgo terminatio ᾱ est. Primum voces in η̄ς̄ teste Choerobosco (vid. §. 3. not. 18) in accusativo η̄ν̄ habent apud Aeoles, ut δυσμένην, κεκλοτέρην, εὐρυνέφην [1]). Nunc ejusmodi superest ἀβάκην Sapph. 80, Hesychii glossa confirmatum; deinde hiatus causa pro ἐμφερῆ ἔχοισα S. 77 recte scriptum est ἐμφέρην. Vulgata forma οἶνον λαθικάδεα legitur A. 33.

Aeque feminina in ω̄ accusativum in ω̄ν̄ habent teste Choerobosco [2]), qui ex Aeolico poëta affert Ἥρων, (Sapph. 75), unde Πείθων scripsimus S. 1, 26 et χρῶν S. 2, 10.

Non minus δ̄ ante hanc terminationem excidit. Grammatici [3]) testantur de Aeolicis κνᾶμιν, σφρᾶγιν, κλᾶϊν pro κνημῖδα, σφραγῖδα, κλῆϊδα; legitur χλάμυν S. 13, πάϊν in

---

1) Huc spectaverint etiam Scholl. Tzetz. Chil. in Ann. Ox. III, 372, 20. Στρεψιάδην· οἱ Αἰολεῖς καὶ συμφώνων ἐπιφερομένων τὰ τοιαῦτα μετὰ τοῦ ν̄ γράφουσιν, quanquam Στρεψιάδης recte antiquitus declinationem primam sequitur.

2) Choerob. H. Ad. 268, b. τὴν αἰτιατικὴν οἱ Αἰολεῖς καὶ μόνοι (leg. μόνῃ) προςθέσει τοῦ ν̄ ἐποίουν τὴν Λήτων, ὡς καὶ ἡ χρῆσις δηλοῖ· Ἡρὼν ἐξεδίδαξε γυάρων τὴν ἀνυύδρομον· αἰτιατικῶς γάρ ἐστι ἀπ' εὐθείας τῆς Ἡρώ. Inde emendandus est idem Choerob. ap. Bekk. 1203. Αἰολεῖς καὶ διὰ τοῦ ω̄ (leg. ω̄ν̄) λέγουσι τὴν αἰτιατικὴν τῶν εἰς ω̄ θηλυκῶν καὶ βαρύνουσιν· οἷον τὴν Λήτω καὶ Σάπφω (leg. Λήτων, Σάπφων).

3) Eust. 265, 9. κνημῖδα καὶ σφραγῖδα οἱ Αἰολεῖς κνᾶμιν καὶ σφρᾶγιν συνεσταλμένως γράφουσι. Inde emendandi sunt Herodian. ap. Eust. 8, 44. τὴν κνημῖδα καὶ σφραγῖδα οἱ Αἰολεῖς κναμὶν καὶ σφραγὶν λέγοντες μετὰ ὀλιγότητος συλλαβῶν συστέλλουσι, et Choerob. Bekk. 1207. παρὰ δὲ τοῖς Αἰολεῦσι γίνονται εἰς ν̄ κατὰ τὴν αἰτιατικὴν μετὰ βαρείας τάσεως· κνῆμιν γὰρ λέγουσι καὶ σφράγιν καὶ ἄψιν ὡς παρ' Ἡσιόδῳ (Opp. 421.) — De κλάϊν (leg. κλᾶϊν) Aeolico Et. Sorb. ap. Bast. ad Greg. 584.

titulo Lesbio 2186, unde idem scripsimus S. 36, et Aeolicam esse suspicamur Hesychii glossam *πάϊν*, *παῖδα*, quae vix ex Apollonio Rhodio aliisve poëtis recentioribus, qui eadem forma usi sunt, manasse videtur (*παῖδα* tamen est S. 36. 68. 106): *πώλυπον* Aeolicum vocatur [4]), et Pittacum Alcaeus *σαράποδα* et *σάραπον* vocasse refertur a Diog. Laert. I, 81 et Suid. s. v.

Denique Alc. 39 etiam *Αἴαν* dixit pro *Αἴαντα*, quod Choerob. Bekk. 1183 cum Hesiodeo *Θόαν* (fr. 79. Göttl.) comparans a genitivo *τοῦ Αἴα* non recte repetit. Conspirat *λυκάβαν*, quod legitur in Lesbiaco titulo metrico nr. 2169, qui praeterea nihil fere Aeolici offert, et quod Hesychius dialecti nomine omisso habet *ἄπαν*, *ὅλον*, *ἅπαντα*.

Ultima docent, accusativi hanc formam non posse ita a nominativo derivari, ut hujus *ς* in *ν* mutetur, quia nominativus sonabat *λυκάβας* et, si recte judicavimus contra grammaticorum opinionem, *Αἴας*. vid. §. 10, 2. — Ceterum non ignorasse Aeoles accusativum in *α*, praeter ea, quae jam adnotavimus, doceat *κακοπάτριδα* A. 30, *βασίληα* n. 2166, *Ἀχίλλεα* A. 39.

2) In vocativo singularis Aeoles brevem vocalem amabant. Grammatici [5]) Aeolica vocant *χελιδὸν* et similia, quae vulgo longam tenent (Buttm. *Ausf. G.* §. 45. *Anm.* 2); deinde *Ἄπολλον*, *Πόσειδον*, *σῶτερ*, quae etiam vulgo vocalem corripiunt (Buttm. *Anm.* 3), nisi quod

---

4) Athen. VII, 316, A, unde hausit Eust. 1541, 23 et Phavor. Ecl. 379, 15, qui *πούλυπον*.

5) J. Gr. 243, b, Greg. Cor. 595, Meerm. 661, Aug. 671, Vatic. 691, *τὰς κλητικὰς τῶν εἰς ων ληγόντων συστέλλει*; exempla alius alia addunt *χελιδὸν*, *Μακεδὸν*, *ἀηδὸν*, *Σαρπηδὸν*, *τρυγὸν*, *Ἄπολλον*. — Ann. Ox. III, 394, 8. *Ἄπολλον Αἰολικῶς συνέστειλε τὸ ω εἰς τὸ ο κατὰ τὴν κλητικήν*; deinde *Ποσειδᾶον* *ψευδαιολικὸν* vocatur, quod Aeolicum sit *Ποτιδάν*. — Choer. Bekk. 1239. *σῶτερ* *ψευδαιολικὸν* vocat: *οἱ γὰρ Αἰολεῖς ἔθος ἔχουσι πολλάκις συστέλλειν τὸ η εἰς τὸ ε ἐν τῇ κλητικῇ καὶ ἀναβιβάζειν τὸν τόνον· οἷον ὁ τριβολετὴρ, ὦ τριβόλετερ — τότε συστέλλουσι τὸ η εἰς τὸ ε, ἡνίκα μὴ μακρᾷ παραλήγεται*, quare *σῶτερ* non est vere Aeolicum.

Πόσειδον et *σῶτερ* ab accuratioribus Pseudaeolica dicuntur, quia sunt cur vere Aeolica haberi nequeant. E Sapphone 100 correptionis exemplum a Choerobosco affertur *τριβόλετερ*, simul traditur, *η* in vocativo non corripi ab Aeolibus, nisi brevis syllaba antecedat, quod quam verum sit, non licet judicare. — Reperitur deinde *Ἄπολλον* Alc. 1; at *χελιδὼν* in libris est S. 57, metro tamen non certum.

Non aliter *Ψάπφ'* S. 1. v. 10 (i. e. *Ψάπφο*) corripiendo ortum videtur e *Ψάπφοι* vel *Σάπφοι*, quae pleniores formae leguntur S. 71, A. 45, ut non opus sit nominativum *Ψάπφα* fingere, vid. Seidl. p. 159. Denique, si quid fidei habent grammatici, vocativi *Σώκρατε*, *Ἀριστόφανε* huc trahendi videntur, utpote e *Σωκράτη*, *Ἀριστοφάνη* orti, vid. nr. 5.

Pleniorem contra formam Alcaeus teste Choerobosco ap. Bekk. 1183 habebat *Εὐρύδαμαν* ab *Εὐρυδάμας* (errore Const. Lascaris de nom. et verbo f. 116, b *Πολύδαμαν*), quum simile nomen *Πολυδάμας* apud Homerum *Πουλυδάμα* vocativum habeat.

3) Dativi pluralis longior forma in *εσσι* Aeolibus tribuitur [6]). Et leguntur in Lesb. 2166 *ἐλθόντεσσι*, *ἐόντεσσι*, *διαλυσίεσσι*, 2167 *ἀρχόντεσσι*, Cum. *ἀγώνεσσι*, *πάντεσσι*, *εὐεργετησάντεσσι*, Sapph. 2. v. 11 *ὀππάτεσσι*, 5 *κυλίκεσσιν*, 76 *πόδεσσιν*, 100 *Ἀρκάδεσσι*, Alc. 79 *νάεσσι*, cf. *σύρκεσι*, *σαρξίν· Αἰολεῖς* Hesych., leg. *σύρκεσσι*.

Poëtae tamen breviore forma haud raro utuntur. *στήθεσιν* Sapph. 2 v. 6 et 53. 84, A. 68, *χέρσιν* S. 67, *δρύσιν* S. 21, *πόσσι* et *οὔρεσιν* S. 44, 7. 8, si ii versus recte Sapphoni tribuuntur.

6) Greg. C. 610. *τὸ Τρωσὶ καὶ γυναιξὶ κοινὸν Τρώεσσι καὶ γυναίκεσσι γράφουσι. — οὕτως καὶ Αἰάντεσσι καὶ Λαχήτεσσι καὶ ἐπὶ τῶν παραπλησίων.* Ita *κύνεσσι* Aeolicum vocatur Scholl. Il. *α*, 4, Et. G. 354, 10, Ann. Ox. I, 241, 12, Tzetz. Epex. 66, 27 et ad Hesiod Opp. 238. — Eust. 802, 28. *δυσὶν, ἀφ' ἧς τὴν δύεσιν Αἰολεῖς ἐπεξέτειναν*, leg. *δύεσσιν*.

4) Voces in ις, quae apud Atticos in genitivo εως habent, apud Aeoles ubique ι servant. Leguntur haec exempla: gen. *πόλιος* Lesb. 2176. 2180 et Cum., unde recte librorum lectio *πόλεως* Alc. 15. 30 emendata est, *κατειρώσιος* Cum., *παναγύριος* 2187, *πρυτάνιος* 2166. Cum.; dat. *πόλι*, *διαλύσι* 2166, contra recentiore orthographia *πόλει* Lamps., *διαλάμψει* Cum. cf. §. 15, 4 et §. 17: gen. *πολίων* Lamps., dat. *διαλυσίεσσι* Lesb. 2166, acc. *κτήσιας* Cum.

Nomina in υς gen. εος nunquam contrahuntur, ut *ὤκεες* S. 1, 10, *βροδοπάχεες* S. 62.

5) Nomina in ης, ες, ος, quorum genitivus in εος exit, vulgo non contrahunt, ut *πλάθεος* Cum., *στήθεος* A. 29, *ξίφεος* A. 25, *μελιάδεος* A. 37. 38, acc. sing. *λαθικάδεα* A. 33, *εὐάνθεα* S. 67, *ἀόλλεες* A. 30, *παντέλεα* Cum. etc. Unicum contractionis exemplum est *βέλευς* Alc. 7.

Praeterea voces in ης interdum η extra nominativum servant. Quod quum maxime fiat in acc. sing., ut *ἀλάκην* (vid. nr. 1), reperitur etiam in dat. sing. *Δημοσθένη*, quem Priscianus I. p. 30 Aeolicum dicit, et *Διογένη* A. 43. 73 (vid. §. 14, 3), denique in glossa Hesychii *τετραβαρήων, πλίνθων καὶ τάγματα· Ἀλκαῖος*. Adeo ad neutra in ος, metro cogente, hoc translatum est, ut scriberetur *τεμένηος παρὰ Ἀλκαίῳ ἅπαξ χρησαμένῳ* Ann. Ox. I, 342, 1. Eodem tendunt grammatici de dialectis [7], qui Aeolibus tribuunt vocativum *Σώκρατε*, genitivum *Σωκράτου*; illud enim e *Σωκράτη* aut corruptum aut correptione ortum est, hoc a grammaticis fictum videtur, unde alii casus *Σωκράτης*, *Σωκράτην*, *Σωκράτη* explicarentur.

Levi auctoritate neutra in ας apud Aeoles in ος trans-

---

7) J. Gr. 245, a, Greg. C. 617, Meerm. 662. *τὴν δὲ εἰς ες κλητικὴν τῶν εἰς ης ὀνομάτων δίχα τοῦ σ προφέρουσι· Σώκρατες Σώκρατε, Ἀριστόφανες Ἀριστόφανε, Δημόσθενες Δημόσθενε, καὶ τῶν γενικῶν δὲ πτώσεων τὸ ς ἀφαιροῦσι, Σωκράτου, Διομήδου, Σοφοκλέου λέγοντες.*

ire dicuntur [8]), ut κῶας κῶος, unde κώεα; opinio fortasse nata est propter ᾱ ab Aeolibus in ō mutatum.

(6) **Masculina** in $\overline{\varepsilon\upsilon\varsigma}$ apud antiquiores Aeoles testibus grammaticis [9]) in genitivo $\overline{\eta o\varsigma}$ habebant, apud recentiores $\overline{\varepsilon\omega\varsigma}$. Secundam illam rationem leguntur in Lesb. 2166, 41. 42 βασίληα, 37 ἴρηας, Alc. 39 βασίληος, S. 44 μαλοδρόπηες, in Pittaci epistola βασιλήων. Hujus unicum exemplum est in Lamps. 31 πρέσβεια pro πρέσβηα a nominativo non usitato πρεσβεύς, unde reperiuntur alias πρέσβηες, πρεσβεῦσι, πρέσβεως, vid. Buttm. *Ausf. G.* §. 58. s. v. — Forma haec satis mira, quia $\overline{\varepsilon\iota}$ ex η̄ orti, quae mutatio apud Boeotos et Thessalos regnat, in Aeolum Asianorum dialecto hoc unicum est exemplum.

Neque Aeoles vulgare ε̄ in his formis ignorarunt. Antiquius exemplum est Ἀχίλλεα A. 39: regnat praeterea haec ratio in titulis Romano tempore scriptis, ut in Cum. ἀρχείρεος, Λαοδίκεος, in Lesb. 2184 seqq. ἴρεα, ἀρχι-

---

8) Tzetz. ad Hesiod. Opp. 61. τὸ κῶας καὶ τὸ ὕδας καὶ τὰ ὅμοια τὰ εἰς $\overline{\alpha\varsigma}$ Αἰολικῶς μετατρέποντα εἰς $\overline{o\varsigma}$.

9) Et. M. 189, 29. βασιλῆος Ἰωνικῶς καὶ Αἰολικῶς· ἀλλ' οἱ Αἰολεῖς προπαροξύνουσιν Ἀχίλληος καὶ βασίληος. — Choerob. Bekk. 1194. διὰ τοῦ η̄ καὶ ō παρὰ τοῖς ἀρχαίοις Ἴωσιν· οἷον Ἀχιλλῆος, βασιλῆος· ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις Αἰολεῦσιν· ἀλλ' οἱ Αἰολεῖς προπαροξύνουσιν, Ἀχίλληος καὶ βασίληος· παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις Ἴωσι διὰ τῆς $\overline{\varepsilon\iota}$ διφθόγγου καὶ ō· οἷον Ἀχιλλεῖος καὶ βασιλεῖος· ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τοῖς νεωτέροις Αἰολεῦσιν· ἀλλὰ πάλιν οἱ Αἰολεῖς προπαροξύνουσιν Ἀχίλλειος καὶ βασίλειος λέγοντες· παρὰ δὲ τοῖς Βοιωτοῖς διὰ τοῦ ῑ καὶ ō Ἀχιλλίος βασιλίος. Mutilata et corrupta in Ann. Ox. III, 236, 25 ex Herodiano leguntur: διὰ τοῦ η̄ καὶ ō παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς (leg. ἀρχαίοις) Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσιν· οἷον Ἀχιλλῆος· ἀλλὰ καὶ Αἰολεῖς προπαροξύνουσι; corruptius Et. G. 99, 42. Ἀχιλεὺς κοινῶς κατὰ τοὺς Αἰγαίους καὶ Ἴωνας, Αἰολεῖς καὶ Δωριεῖς· Ἀχιλεῖος κατὰ τοὺς νεοὺς Ἴωνας, Αἰολεῖς καὶ Δωριεῖς. — Scholl. Nicand. Ther. 764. Περσεῖος δὲ τὴν γενικὴν εἶπεν ὡς ἀπὸ τῆς Περσεὺς εὐθείας, Περσέος καὶ Περσεῖος αἰολικῶς, ἀρσενικῶς κλίνας, ὡς βασιλεὺς, βασιλέος καὶ βασιλεῖος; quae, si accentum tenes, Boeotica sunt; ceterum in Nicandri loco nunc Περσῆος legitur, olim Περσεῖος.

ρεος; Gregorio Cor. p. 605 βασιλεϊ inter Aeolicae diaereseos exempla afferenti nihil fere dandum.

Ceterum Atticum duplici ratione est ἱερέως in Cum. 55 pro antiquo ἴρηος, recentiore ἵρεος; contractae formae βασιλεῦς, Ὀδυσσεῦς vix recte Aeolicae dicuntur. vid. §. 17.

7) **Feminina** in $\bar{\omega}$ et $\overline{\omega\varsigma}$ in genitivo $\overline{\omega\varsigma}$ habent e grammaticorum testimoniis [10]; nunc non sine libris leguntur Γυρίννως S. 66, Γόργως S. 73, Σάπφως S. 122, Γέλλως S. 41 e duplici lectione Γελλὼ et Γελλοῦς relictum, αὔδως a nova voce αὔδω pro αὐδὴ (cf. ἠχὴ et ἠχὼ) Sapph. 1 v. 6; deinde αἴδως A. 13 pro αἰδοῦς et ἴδρως (S. 116) pro ἱδροῦς ab ἱδρὼς, quod apud Aeoles femininum erat [11]. — Accusativus harum vocum $\overline{\omega\nu}$ habebat, ut Ἤρων, vid. nr. 1; vocativi reperiuntur Σάπφοι vel Ψάπφοι et correpta syllaba Ψάπφ', vid. nr. 2. Ceterum Mitylenaei etiam ἀήδω dicebant pro ἀηδών [12].

8) **Feminina** in $\overline{\iota\varsigma}$, quae vulgo in declinatione $\bar{\delta}$ assumunt, apud Aeoles eo carere dicuntur [13]. Inter ex-

---

10) Choerob. Il. Ad. 268, b. οἱ Αἰολεῖς καὶ Λάκωνες προσθέσει τοῦ σ̄ ποιοῦσι τὴν γενικήν· οἷον ἡ Σαπφὼ τῆς Σαπφῶς, ἡ Λητὼ τῆς Λητῶς καὶ δηλοῦσιν αἱ χρήσεις οὕτως ἔχουσαι; sequuntur corrupta fragmenta S. 122. 73 et 66. v. 1. — Male ἠόα Aeolicum dicitur in Et. Gud. 196, 14, Ann. Ox. I, 137, 2, idem Ionicum Et. G. 195, 13, Ann. Ox. I, 158, 5.

11) Ann. Ox. I, 208, 13. ἱδρώς· τοῦτο παρ' Αἰολεῦσι θηλυκῶς λέγεται· ἀναδέχεται κλίσιν ἀκόλουθον θηλυκῷ γένει· ἀδεμ' ἱδρώς· κακὸς χέεται (leg. ἀ δέ μ' ἴδρως κακχέεται S. 2. v. 13), ὅμοιον τῷ ἠώς· εἶτα ἡ γενικὴ ἱδρῶς ἀμφότερα (leg. ἴδρως ἀμφέρα aut potius ὀμφόρα) ἀντὶ τοῦ ἱδροῦς ὡς μελάγχρως ἀντὶ μελάγχροος καὶ αιδῶς ἄξιος (leg. Μέλαγχρος αἴδως ἄξιος A, 13) vid. Mus. Rhen. — De genere testantur etiam Ann. Ox. I, 209, 33. ἱδρὼς παρ' Αἰολεῦσι θηλυκῶς λέγεται καὶ κλίνεται (ὡς) τὸ ἠώς, et Scholl. Il. χ, 2 (ἱδρῶς) Αἰολεῖς θηλυκῶς λέγοντες.

12) Scholl. Soph. Aj. 623. ἡ ἀηδὼ κατὰ Μιτυληναίους, Suid. s. v. ἀηδὼν καὶ (ἀηδὼ) ἀηδοῦς ὡς Σαπφὼ (Σαπφοῦς) κατὰ Μιτυληναίους.

13) J. Gr. 215, a, Meerm. 662. ὅσα δὲ ἡμεῖς εἰς $\overline{\iota\varsigma}$ θηλυκὰ διὰ τοῦ $\bar{\delta}$ κλίνομεν, αὐτοὶ χωρὶς τοῦ $\bar{\delta}$ λέγουσι, Ἀρτέμιος, Θέτιος, μήνιος.

empla, quae afferuntur, recte se habere possunt *Θέτιος*, *μάντιος*, quae etiam apud Dores et Iones $\overline{\delta}$ ignorant; vix verum est *Ἀρτέμιος*, quum Doricum sit *Ἀρτάμιτος* et in recentioribus titulis Lesbiis 2172. 73 vulgatum *Ἀρτέμιδι* legatur. Neque enim semper $\overline{\delta}$ ejectum esse, docent *λάκιδες*, *κυπάσσιδες* Alc. 7. 11 etc. — Adeo $\overline{\delta}$ inseritur, ubi aliae dialecti eo carent, ut Sappho dixit *πολυΐδριδι*, vid. Scholl. Il. γ, 219, neque aliter *ἀραμάξυδες* vel *ἀμάξυδες*, vid. Choer. Bekk. 1317, Et. M. 77, 3.

Voces in $\overline{ις}$, quae vulgo ῑ producunt, apud Aeoles semper fere corripere videntur, quum *κνάμῐδες* legatur Alc. 7, *κλᾶῐς* ultima brevi S. 77 et *κνᾶμιν*, *σφρᾶγιν* grammaticorum testimoniis vocalem corripere dicantur. vid. not. 3.

9) Voces in $\overline{ιγξ}$ et $\overline{υγξ}$ apud Aeoles $\overline{γ}$ ejicere dicuntur, ut *φόρμιξ*, *φάρυξ* [14]).

Nomen proprium *Δράκων* [15]) apud Aeoles in genitivo *Δράκωνος* aut e varia lectione *Δράκονος*, contra appellativum vulgari ratione *δράκοντος* habere traditur. Altera lectio *Δράκονος* confirmatur fortasse forma *θεῤῥάπονος* pro *θεράποντος*, quam Choeroboscus ex Aeolico poëta tradere videtur. vid. §. 8. not. 48 et nr. 12.

Neutrum *πᾶν* apud Aeoles corripi docent Herod. Ox. III, 290, 5, Choer. Bekk. 1362, Drac. 29, 20 et 85, 11, unde ubique *πὰν* scribendum est.

---

14) Tzetz. ad Hes. Opp. 664. (Et. Leid. ap. Gaisf. ad h. l., Phavor. Ecl. 262, a) *ἀποβάλλουσιν οἱ Αἰολεῖς τὸ γ̄ τῶν εἰς* $\overline{ιγξ}$ (cett. $\overline{ιξ}$) *ληγόντων, φάρυξ καὶ φόρμιξ λέγοντες*, quibus Phavor. *ἴυγξ* addit.

15) Choer. Ox. III, 387, 8. (Bekk. 1199) *οἱ Αἰολεῖς Δράκωνος* (Bekk. *Δράκονος*) *εἰρήκασι τὴν γενικὴν ἐπὶ τοῦ κυρίου ὀνόματος· ἐπὶ τοῦ θηρίου καὶ αὐτοὶ δράκοντος λέγουσι.* Eodem spectare videntur corruptissima apud J. Gr. 245, b. *ὁ ἀνὴρ δρέκων, ὁ δὲ θὴρ δράκων*

§. 22.

De declinatione anomala.

1) Metaplasmus haud raro in Aeolica declinatione apparere videtur. Et nonnulla quidem, quae eo trahuntur, ut accusativos Αἶαν, πόλυπον, σάραπον, alia ratione supra (§. 21, 1) explicuimus. Certius in declinationem II. transire videntur, quae Aeolica a grammaticis perhibentur [1]), ἄγωνος, quo Alcaeus usus est, φύλακος, unde φύλακον Theocr. 29, 38, μάρτυρος, ἑκατόγχειρος. At praeter ἄγωνος reliqua sunt Homerica; illud vero apud Alcaeum in accusativo ἄγωνον repertum esse, Hesychii glossa prodit. Jam suspicio oritur, etiam hanc esse accusativi declinationis III. formam Aeolicam, ante terminationem ν vocali interjecto, ut vulgo fit apud Latinos, cf. ἀγῶνα, ἄγωνον, agonem. Similis accusativi forma in infima Graecitate revixit ἄνδραν etc. dicente, vid. Lobeck Parall. p. 142.

Non minus metaplasticam, quae videtur, dativi pluralis formam ὄσσοις S. 28 ab ὄσσε (cf. ὄσσοισι Hes. Sc. 426) cum aliis infra (§. 54) comparabimus, unde peculiaris potius tertiae declinationis terminatio quam verus metaplasmus agnosci possit.

2) Alia ratione in declinationem secundam e tertia transire videntur ἔρως et γέλως, quae apud Aeoles testibus grammaticis [2]) ἔρος et γέλος sonabant, declinationem

---

1) Phot. Lex. p. 12. ἄγωνος κατὰ σχηματισμὸν ἀντὶ τοῦ ὁ ἀγών· ἀπὸ δὲ γενικῆς ἐσχηματίσθη· οὕτως Ἀλκαῖος ὁ λυρικὸς πολλάκις ἐχρήσατο. — Hes. ἄγωνον, ἀγῶνα Αἰολεῖς. — J. Gr. 236, a, Leid. 639, Vatic. 689. τὸν ἀγῶνα ἄγωνον λέγουσιν. — Greg. C. 591. τὰ ὀνοματικὰ ὁ μάρτυρος καὶ ὁ φύλακος κλίνουσι. — Scholl. Il. α, 402. ἑκατόγχειρον, ἑκατόγχειρα Αἰολικῶς.

2) Meerm. 661. λέγεται δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ ἔρως ἔρος, καὶ ὁ γέλως γέλος, καὶ κλίνουσιν αὐτὰ ὁμοίως τοῖς εἰς ος λήγουσι κυρίοις ὀνόμασι, cf. Greg. C. 698 et J. Gr. 245, b, ubi male τὸν ἔρωτα ἔρον καὶ τὸν

secundam sequuta. Nune *ἔρος* in libris est S. 20. 79, apud Theocr. 29, 22 metro necessarium. inde etiam S. 33 restituendum. Ceterum ne in his quidem verum metaplasmum inesse persuasum habemus, quanquam nunc non licet rationes nostras probare.

3) Aeolibus non minus tribuitur metaplasmus e decl. I. et II. in tertiam. Sed Homerica et Hesiodea *ἰῶκα*, *ἀλκὶ*, *κρόκα*, quae huc trahuntur [3]), potius antiquiores breviores formae sunt, quarum singuli tantum casus servati erant. Et videntur sane Aeoles plura ejusmodi habuisse, ut *κίνδυν* pro *κίνδυνος*, quo Aeolici poëtae usi dicuntur [4]), *ἀκλάδας*, *ἀκλαδεύτους Αἰολεῖς*, Hesych. Quod e Sapphone inter metaplasmi exempla affertur *αὔα* ab Apollon. de adv. p. 596, quid sit nescitur, nisi forte cum Nevio ad fr. 114 alia vocis *αὔως* forma agnoscenda est, quo praeter *αὔαν*, quod Etymologica in corruptioribus locis (vid. §. 5) Aeolicum dicunt pro *ἠῶ*, Boeoticum quoque facit *ἄας* pro *ἠοῦς*. vid. §. 44.

4) Singula vocabula irregularia praeterea haec notamus:

Ἄρης apud Aeoles hanc declinationem habuisse refertur [5]): *Ἄρευς*, *Ἄρευος*, *Ἄρευϊ*, *Ἄρευα*, *Ἄρευ*. Et

---

γέλωτα γέλων. Et. M. 379, 38. *ἔρον τὸν ἔρωτα οἱ Αἰολεῖς, ὁ ἔρος, τοῦ ἔρου, τῷ ἔρῳ, τὸν ἔρον Αἰολικῶς;* Aeolica vocantur *ἔρον* et *γέλον* a Tzetz. ad Hes. Opp. 412, *ἔρον* Scholl. Il. *α*, 469, Eust. 136, 33. 40, Hesych. s. v.

3) Scholl. Il. *ε*, 299. *Ἀρίσταρχος λέγει, ὅτι ἔθος τοῖς Αἰολεῦσίν ἐστι λέγειν τὴν ἰωκὴν ἰῶκα καὶ τὴν κρόκην κρόκα καὶ τὴν ἀλκὴν ἄλκα.*

4) Choer. Bekk. 1389. *κίνδυν, κίνδυνος· οὕτω δὲ ἔφη Σαπφὼ τὸν κίνδυνον· ὁ γοῦν Ἀλκαῖος τὴν δοτικὴν ἔφη τῷ κινδύνῳ* (leg. *κίνδυνι*), cf. Et. M. 514, 44 et Gud. 322, 25, ubi commemoratur *κίνδυν*.

5) Choer. Bekk. 1340. *τὰ εἰς ευς ἀποβάλλουσι τὸ υ κατὰ τὴν γενικὴν χωρὶς τοῦ Ἄρευς Ἄρευος· τοῦτο γὰρ ἐφύλαξε τὸ υ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν οἷον Ἄρευος στρατιωτέροις· καὶ πάλιν Ἄρευι κατθανεῖν καλόν· καὶ πάλιν μίξαντες ἀλλήλοισιν Ἄρευα.* — Ann. Ox. III, 237, 1 sine dialecti nomine: *Ἄρευος, Ἄρευϊ· μίξαν δὲ ἀλλήλοισιν Ἄρευα· ἡ κλητικὴ Ἄρευ δι᾽ ὃ φόβος διάκτηρ.*

nominativo quidem Ἄρευς Alcaeus usus traditur ab Herodiano ap. Eust. 518, 36 cf. 187, 2 et Ann. Ox. IV, 336, 6; idem Sapphoni fr. 88 e corrupto Λάρευς restitutus est; reliqui casus leguntur in versibus, quos grammatici e poetis Aeolicis afferunt (Alc. 20—23). Minore auctoritate Ἄρηϊ Aeolicum vocatur [6]) et legitur S. 44; bisyllaba forma opus est Alc. 7, ubi libri Ἄρη et Ἄρει habent, unde Ἄρη verum videtur, quod restituimus etiam A. 24 e librorum ἄρει et ἄροι. Maxime dubia sunt Ἄρεος etc. [7]).

γόνυ in plurali habebat γόννα vel γόνα. vid. §. 8, 7. 11.

γυνὴ apud Alcaeum in vocativo ὦ γυνὴ (γύνη) sonabat, teste grammatico in Ann. Ox. I, 102, 12, quod cur nolimus in γύνα mutare, docebimus, ubi de Dorica dialecto disputabimus. — Ceterum γύναικες, ut vulgo, est Alc. 31.

Θέμις gen. Θέμιστος Aeolicum vocatur in Scholl. vulg. Od. β, 70.

μεὶς pro μὴν Aeolicum audit in Scholl. Il. τ, 117, Eust. 1179, 19, Suid.; de genitivo μῆννος vid. §. 8, 2. 10.

ναῦς ubique ᾱ servat, gen. νᾶος A. 11, dat. νᾶϊ A. 10, dat. pl. νάεσσι A. 79 ex Ann. Ox. I, 298, 17 (Αἰο-

---

Inde corrigendus est Choer. Bekk. 1237. τὸ Ἄρης τὸ γενόμενον εἰς ευς Αἰολικῶς ἐγένετο καὶ διὰ τοῦτο βαρύνεται· οἷον Ἄρευς· καὶ ἐφύλαξε τὸν αὐτὸν τόνον καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς πτώσεσιν· οἷον Ἄρεος, Ἄρεϊ, Ἄρεα, leg. Ἄρευος etc., cf. Diacon. ad Hes. Sc. 88. ἑτέρα εὐθεῖα ἡ Ἄρευς καὶ κλίνεται τοῦ Ἄρεος καὶ Ἄριος Αἰολικῶς καὶ Βοιωτικῶς. — De nom. Ἄρευς praeterea Ann. Ox. II, 286, 17 et corrupte Et. M. 189, 17. Ἀχίλλευς, Πήλευς· τοιοῦτον δὲ τὸ Ἄρες Αἰολικόν, leg. Ἄρευς, cui similem corruptelam vid. §. 16. not. 4. De gen. Ἄρευος Ann. Ox. III, 233, 19.

6) Et. M. 139, 54, Ann. Ox. I, 28, 21. Ἄρηϊ κατὰ τοὺς ἀρχαίους Ἰωνικῶς, Αἰολικῶς καὶ Δωρικῶς.

7) Greg. C. 607. Ἄρεος διὰ τοῦ ο μικροῦ κλίνουσιν ὡς παρ' Ὁμήρῳ εὕρηται καὶ Σοφοκλεῖ. cf. not. 5.

λεῖς νέασσι· κἀπιπλεύσειν νάεσσιν· Ἀλκαῖος), cf. Et. M. 605, 25, ubi νάεσσι Aeolicum dicitur.

Ποσειδῶν apud Aeoles duplicem formam habebat: Ποσείδαν, quod legitur A. 18, et Ποτίδαν 8).

§. 23.

De pronominibus et numeralibus.

1) Ἔγων βαρέως Apollon. de pron. p. 64 1), qui adhibet Sapph. 102; in eodem tamen fragmento apud eundem p. 103 codex ἐγὼ habet, teste Bastio ad Greg. 249, quanquam Bekkerus iterum ἔγων edidit. Item legitur in Ann. Ox. I, 162, 5 οἱ Αἰολεῖς ἔγω, nec minus ἔγω sine ν in libris est A. 48. 95, S. 7. 12. 23. 27. 77. 101, metro certum est S. 77, quia ἔγω οὐδὲ synizesin patitur.

Gen. ἔμεθεν Apoll. 83 cum exemplis apud S. 89, quibus addas S. 20. Male ἐμεῦ Aeolicum dici videtur a Tzetz. Epex. 93, 20. cf. §. 17.

Dat. ἔμοι βαρέως Apoll. 104, enclitice μοι S. 16 etc.

---

8) Choer. Bekk. 1413. οἱ μὲν Δωριεῖς Ποτιδὰν λέγουσιν ὀξυτόνως, οἱ δὲ Αἰολεῖς Ποτίδαν καὶ Ποσείδαν βαρυτόνως. — Et. G. 476, 59. καὶ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι καὶ Δωριεῦσίν ἐστι διὰ τοῦ ι γραφόμενον· ἀλλ' οἱ μὲν Αἰολεῖς βαρύνουσι, τρέποντες τὸ σ εἰς τ καὶ τὴν τελευταίαν εἰς αν· οἷον Ποτιδὰν (leg. Ποτίδαν); cf. item Ποτιδὰν Ann. Ox. III, 394, 8. cf. Choer. Ox. II, 253, 23 (διὰ τοῦ ι). — Herod. π. μ. λ. 1913. οὐδὲν περισπώμενον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τρέπει τὸ ῶ εἰς ᾱ παρ' Αἰολεῦσιν ἢ Δωριεῦσιν· τὸ δέ γε Ποσειδάων ἐτράπη· Ποτειδὰν γὰρ λέγεται, ubi in addito fragmento (A. 18) rectius Ποσειδᾶν scribitur. Corrupte in Ann. Ox. III, 211, 16. Aeolicum dicitur Ποτιδὰν ὀξυτόνως, Doricum Ποσείδαν βαρυτόνως, quum ibidem l. 10 verius Ποσειδὰν ὀξυτόνως Doricum audiat. Quod Ποσειδάων Aeolicum vocatur a Drac. 76, 19 et cum μουσάων comparatur, Boeotos spectat. vid. §. 41.

1) Minus recte ἐγὼν scribitur J. Gr. 245, b, Greg. C. 248, Meerm. 664. Corruptissima sunt apud J. Gr. 241, b, ὅταν δὲ ἀντωνυμιῶν ἐκφέρωσι, περισπῶσιν· ἐγῶν, ἐμῶ. cf. Greg. C. 621, Meerm. 662.

Acc. ἐμὲ ab Apoll. 106 omnibus dialectis communis dicitur, sed apud Lesbios haud dubie accentum retrahebat; encl. με.

2) Τὶ, Apollonio tacente, a grammaticis de dialectis Aeolicum vocatur 2) et in libris est S. 1 v. 13, Theocr. 29, 7. 8; contra σὺ S. 1 v. 27. fr. 67. 101. — Gen. σέθεν S. 12. 66. 69. — Dat. σοὶ (rectius fortasse σοῖ) Apoll. 104, qui affert S. 7, cf. 20, deinde encliticum τοι teste Apollonio ibidem (κατὰ τὸ ἀνάλογον διὰ τοῦ ι), qui adhibet S. 91. — Acc. σὲ omnibus dialectis communis audit Apoll. 106, et legitur S. 1 v. 2. 9, 2 v. 7, fr. 6. 36. 55, A. 2. 46. Grammatici de dialectis εἰς τὲ Aeolicum afferunt (J. Gr. 244, a. Greg. C. 618), eaque forma eo confirmari videtur, quod Herod. π. μ. λ. 39, 27 corrupto Sapphus fragmento 23, in quo est τε, addit οὐ γὰρ ὁ τε συνδεσμὸς, unde Hermannus pronomen esse colligit. Quanquam igitur Apollonius non memorat τὲ nisi e Dorica dialecto, probabile tamen videtur, encliticam Lesbiorum formam τε sonasse ut τοι. Inde etiam nominativi duplex forma aliquam excusationem habet, quanquam neutra enclitica haberi potest.

3) Gen. Ϝέθεν Apoll. 98 cum Alc. 6: Dat. Ϝοῖ Apoll. 106 cum S. 2 v. 1; Acc. Ϝὲ Apoll. 107, unde idem restituimus Alc. 56. De digamma vid. §. 5, 2.

4) Nom. ἄμμες 3) Apoll. 119 cum Alc. 10; Gen. ἀμμέων Apoll. 121 ex Alc. 67 4), praeterea A. 77, S.

---

2) J. Gr. 244, a et 245, b, Greg. C. 615, 622, Meerm. 661. 664. Male quod in Et. M. 732, 30 per errorem Doricum audit σύγα (pro τύγα) in Ms. Leid. teste Koenio ad Greg. 268. Aeolicum vocatur, quum γα pro γε vix Lesbiorum fuerit.

3) Theodos. Bekk. 1127, Choer. Ox. II, 217, 14 etc. etc.

4) Apoll. 121, postquam de Dorico ἁμέων dixit, diaeresi a possessivo ἁμῶν diverso, pergit: ὁμοίως Αἰολεῖς· Ἀλκαῖος· μηδ᾽ ὀνίαις τοι σπλεας ὑμέων παρέχειν, ἐπὶ δὲ τῆς συνάρθρου· πατέρων ἄμμων; apparet pro ὑμέων corrigendum esse ἀμμέων, praesertim, quum de ὑμμέων postea disserat.

81; Dat. ἄμμι et ἄμμιν [5]), quorum illud legitur A. 4. 11. 29. 60, S. 78. 113. Lamps. 5. 8, hoc in Pittaci epistola et recte emendatur pro ἀμῖν S. 27 nec minus A. 86 pro ὔμμιν; longiorem formam ἄμμεσιν ex Alc. 91 affert Apoll. 123. — Acc. ἄμμε [6]) Apoll. 127 cum S. 93; male apud Theocr. 29, 2 in libris est ἄμμες, a Brunckio correctum.

5) Nom. ὔμμες Apoll. 119 cum Sapph. 95 [7]). Gen. ὐμμέων Apoll. 122 ex Alc. 77 (ubi cod. ἰμέων): Dat. ὔμμι et ὔμμιν [8]), hoc S. 111; Acc. ὔμμε Apoll. 127 ex Alc. 63, cf. Hes. ὔμμε, ὑμᾶς, ὑμεῖς Αἰολικῶς.

6) Nom. σφεῖς Apoll. 120 [9]), Gen. σφείων Ap. 122, Dat. ἄσφι Ap. 126 cum Sapph. 98, Acc. ἄσφε Ap. 128 cum Alc. 92.

---

5) Et. M. 84, 15. οἱ Αἰολεῖς συστέλλουσι τὸ ῑ καὶ βαρύνουσι καὶ πλεονάζουσι ἕτερον σύμφωνον καὶ συστέλλουσι τὴν ἀρχὴν καὶ ψιλοῦσιν αὐτήν; similiter Et. G. 59, 23 (ubi errore Ἴωνες nominantur) et 243, 18. 35; cf. Ann. Ox. I, 5 et 188, 21, Choer. Ox. II, 216, 12, Eust. 1112, 34, Apoll. 123 cum S. 110; deinde Id. 124 (ὔμμιν) παρ' Αἰολεῦσιν ἕνεκα τῆς συντάξεως πολλάκις ἀποβάλλει τὸ ν̄ δι' εὐφωνίαν (addit A. 4. 60)· μένει τε ἐπὶ τοῦ ὔμμιν etc. (A. 86), ubi aperte ἄμμιν legendum est, quia de Aeolico ὔμμιν deinceps agitur. Praeterea ἄμμιν Aeolicum dicitur J. Gr. 244, b et 245, b, Greg. C. 662, Meerm. 664.

6) Eust. 47, 30. Αἰολικὸν τὸ ἄμμε ὡς δῆλον ἐκ τῆς βαρυτονήσεως καὶ τῆς ψιλώσεως καὶ τῆς τῶν ἀμεταβόλων διπλώσεως. Male ἄμμες πτώσει αἰτιατικῇ Et. G 45, 18. Homericum ἄμμε nonnulli dualem habebant. vid. Et. M. 84, 8, Gud. 45, 20 et mirum locum in Scholl. A. Il. ϑ, 352.

7) J. Gr. 244, b, Meerm. 662, Porphyr. de pros. 114.

8) Apoll. 124. de ὔμμι cum S. 111, deinde: ὁμοίως καὶ Αἰολικαὶ ἀποβάλλουσαι τὸ ν̄ καὶ φυλάσσουσαι τὴν ἐν ὀνόμασι δοτικῆς πληθυντικῆς σύνταξιν ἀναδέχονται (cf. Scholl. Il. δ, 249). — Eust. 951, 8. ἡ τοῦ ὔμμι ψίλωσις καὶ ὀξυτόνησις (leg. βαρυτ.) καὶ ἡ ἐν αὐτῷ διπλόη τοῦ μῦ καὶ ἡ ἐκκοπὴ τοῦ ν̄ Αἰολέων εἰσίν.

9) Apoll. 120. ἡ σφεῖς οὔτε παρ' Αἰολεῦσιν οὔτε παρὰ Δωριεῦσιν ἀκολουθίαν ἔσχε πρὸς τὰ τούτων πρῶτα καὶ δεύτερα.

7) Reflexivorum compositorum Apollonius duplex genus in Aeolicis poëtis agnoscit [10]), alterum *ἐν παραθέσει* sive *ἐν διαλύσει*, ubi non vera est compositio, sed pronomen *αὐτὸς* pronomini personali apponitur, cujus generis affert *ἐμ' αὔτᾳ* S. 102 et *ἐμ' αὔτῳ* A. 87; alterum *ἐν συνθέσει*, qualia dicit *δ' ἑαύτω* A. 88, *σαύτω* A. 89. 90, in quibus veram compositionem eo prodi dicit, quod ῑ desit, quum in simplicibus id omitti non possit. Igitur in prioribus elisionem agnovit pro *ἔμοι αὔτᾳ*, *ἔμοι αὔτῳ*, quanquam non patet, cur noluerit ea quoque conjunctim proferre. De altero genere patet Apollonii sententia in *σαύτω*, quod, nisi vere compositum esset debebat cum ε̄ i. e. *σε' αὔτω* pro *σέο αὐτοῦ* scribi; inde etiam pro *δ' ἑαύτω* scribendum est *δὲ Ϝαύτω*, quum praeterea pronomen tertiae personae nunquam apud antiquiores Aeoles digamma abjecisse videatur. vid. §. 5, 3. In Lampsaceno quidem l. 33 legitur *παρ' ἑαυτοῖς*.

8) Possessiva haec sunt: *ἔμος* Apoll. 138; *τέος* Ap. 135 ex Alc. 57 et *σὸς* ex Alc. 93. cf. p. 138; *Ϝὸς* Ap. 136, vid. §. 5. not. 4; *ἄμμος* et *ἀμμέτερος* Ap. 144 cum A. 103. 104. hoc etiam Theocr. 28, 16: *ὔμμος* Ap. 144; *σφὸς* Ap. 144 e Sapph. 70.

9) Articulus et demonstrativum in nominativo pluralis spiritum asperum in fronte habent, non τ, ut apud Dorienses: *οἱ* Lesb. 2166, 28. S. 85. *αἱ* S. 25. *οἴδε* A. 64. — Ab *ὄδε* Alcaeus habebat *τῶνδεων* [11]) genitivum pluralis ad imitationem dativi *τοῖςδεσσι* factum.

---

10) Apoll. 103. *καὶ παρὰ τοῖς Αἰολικοῖς ὡς ἐν παραθέσει ἀνεγνώσθη* (seqq. S. 102, A. 87, ubi *ἐμ' αὔτᾳ* et *ἐμ' αὔτῳ*)· *ἀλλ' ἐμάχετο τὸ νόον δ' ἑαύτω πάμπαν ἀέῤῥει, ὅπερ ἀσύνηθες ἐν ἁπλότητι μὴ οὐχὶ τὸ ε̄ προσλαμβάνειν, καὶ ἔτι ὁμοίως* (addit Alc. 89. 90, ubi *σαύτω*), *πῶς γὰρ τὰ τοιαῦτα σύνθετα τῶν πρώτων ἐν διαλύσει ὄντων; δῆλον οὖν ὅτι ἀνώμαλος ἡ ἀνάγνωσις τῶν πρώτων πρὸς τὰ ἑξῆς.*

11) Ann. Ox. I, 253, 19. *Ζητοῦμεν καὶ τὸ τοῖσδεσσι πῶς εἴρηται. Καὶ ἄμεινον λέγειν ἐπέκτασιν· τοῦτο μιμούμενος Ἀλκαῖός φησι τῶν δεῶν* (leg. *τῶνδεων*), *ὅπερ τινὲς ἀγνοίᾳ τοῦ ἀκριβοῦς ἀνέγνωσαν τῶν δεῶν, ἵν' ᾖ τῶν δεῖν* (i. e. *τῶν δείνων* ab *ὁ δεῖνα*).

10) Relativum apud poëtas plerumque τ in fronte habet, τὸ S. 1 v. 16, τᾶς S. 77. 81, τᾶν A. 7, τὰ A. 62, et e nostra emendatione τοὶ A. 63; vulgarem formam habet ἂν ut ὡς S. 50. Non minus in antiquiore Lesbiaco titulo 2166, 23. 40 ταὶς et τὰ leguntur. Contra in Lampsaceno et Cumaeo non sunt nisi vulgatae formae. Eodem spectat, quod Aeoles articulo praepositivo pro postpositivo usi dicuntur [12]).

11) Pronominum τίς et τις vulgatae formae sunt apud Aeoles in nominativis et accusativis, τιν' S. 89, τίνες A. 64 etc. Contra τίῳ est S. 55, τίοισιν S. 109; adeo grammatici [13]) Aeolibus nominativum τίος, genitivum τίου adscribunt, vix recte. Nam si comparamus Homerica τέῳ et τέοισιν, soli dativi declinationem secundam secuti esse videntur.

Ὄστις legitur in Lamps. 32, S. 2 v. 2, ὄττι S. 1 v. 15 et 110, A. 37, unde recte κὤττι pro κὤτι scribitur S. 1 v. 15. 17; οἵτινες A. 77, ὄττινας S. 53. Accedunt, quae grammatici de ὄττι, ὄττινες testantur (§. 9. not. 3). Quibus comparatis non dubitamus, quin apud Aeoles antiquiores ὄττις et ὄττινες vera sint; non esse enim hanc vocem antiquitus ex ὅς et τις compositum, sed e τις non aliter natam quam ὅπως, ὁπότε etc. e πῶς, πότε, jam supra innuimus §. 4, 5 et §. 9, ubi simul lenem apud Aeoles habere et semper τ duplicare docuimus.

12) Inter numeralia Aeoles ἴα pro μία dixisse traduntur a J. Gr. 245, b, Greg. C. 622, Meerm. 622; et

---

12) Ann. Ox. I, 406, 11. τῴ μοι· ἄρθρον ὑποτακτικὸν ἀντὶ τοῦ προςτακτικοῦ (leg. προτ.)· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τοῖς προτακτικοῖς ἀντὶ ὑποτακτικῶν χρῶνται· τὸ γὰρ οἵμοι λέγουσιν οὕτως (τοί μοι) καὶ ὤμοι τῴμοι ἀντὶ τοῦ οὕςτινας· τώ μοι γὰρ μία ἐγείνατο μήτηρ. (Il. γ, 238). Hinc corruptiores in Etym. Gud. loci p. 532, 4. 13—538, 42 emendandi sunt.

13) Apoll. de synt. 106, 15. τὸ τίοις παρ' Αἰολεῦσι τῆς εἰς ος εὐθείας ἔτυχε. — Et. M. 752, 12, Gud. 526, 3, Ann. Ox. I, 403, 4. τὶς τινὸς καὶ Αἰολικῶς ἐκβολῇ τοῦ ν τίος· καὶ μετάγεται ἡ γενικὴ εἰς εὐθεῖαν καὶ γίνεται τίος, τίου, τίῳ· οἱ γὰρ Αἰολεῖς βαρυντικοί εἰσιν.

legitur *οὐδ' ἴαν* Sapph. 111, *μηδὲ ἴα* Lesb. 2166, 7: tamen etiam *μίαν* A. 26 e certissima emendatione.

Alcaeus *δένος* dixit pro *τινὸς* [14]) in fr. 76 *καί κ' οὐδὲν ἐκ δένος γένοιτο*, quasi *οὐδεὶς* ex *οὐ* et *δεὶς*, non ex *οὐδὲ εἷς* compositum esset. Fortasse hinc manaverant, quae grammatici de *δεὶς* et *δὲν* pro *τὶς* et *τὶ* tradunt [15]), cf. Lobeck Parall. p. 79.

Numeralium ordinalium declinationem Aeoles ultra solitos fines extendebant. Ita apud Alc. 96 est *εἷς τῶν δυοκαιδέκων* e verissima O. Mülleri emendatione, deinde A. 26 ex ejusdem certissima conjectura *παχέων ἀπὸ πέμπων* (de *πέσυρες* et *πέμπε* pro *τέσσαρες* et *πέντε* vid. §. 6, 1). — Minus insoliti habet *δύεσσι* pro *δυσί*. vid. §. 21. not. 6.

De Aeolico *τέρτος* pro *τρίτος* vidimus §. 8 not. 24 et §. 12, 4, quibus adde Hesych. *τέρτα, ἡ τρίτη*.

§. 24.

De conjugationis ratione communi.

1) Ad repetitionem evitandam hoc ordine de conjugatione Aeolica agendum duximus. Primum eas flexiones spectabimus, quae, quum omnibus conjugationis generibus aut pluribus communes sint, in Lesbiaca dialecto aliquid peculiare habent: deinde agemus de conjugatione in *ω*, quae secundum nostram rationem complectitur conjugationis in *ῶ*, quae vulgo vocatur, praesentia, imperfecta et aoristos II. a. m., nec minus omnium verborum omnia futura: tum accedemus ad conjugationem in *μι*, qua praeter praesentia, imperfecta, aoristos II. a. m.

---

14) Zenobius in Et. M. 639, 31. *τοῦ οὐδεὶς τὸ οὐδέτερον δὲν χωρὶς τῆς οὐ παραθέσεως ἔχομεν παρὰ Ἀλκαίῳ ἐν τῷ ἐνάτῳ· κοὐδὲν ἐκ δενὸς γένοιτο.*

15) Choer. Bekk. 1362. *δὲν ὅπερ ἰσοδυναμεῖ τῷ τι*; de *δεὶς* pro *τις* Et. M. 305, 1 — 639, 17 — 640, 25, ubi additur neutrum *δέν*, Et. G. 172, 6, Ann. Ox. I, 133, 29 etc.

verborum in $\overline{\mu\iota}$, quae vulgo dicunt, etiam omnes aoristi I. et II. passivi, nec minus multi aoristi II. a. m. utuntur; denique monebimus de aoristis I. a. m. et perfectis. Eodem brevitatis studio omnes activi formas, additis aoristis I. II. pass., Objectivi nomine significabimus, Subjectivi contra reliquas medii et passivi formas. Cur haec novaverimus, videsis dissertationem nostram de conjug. in $\overline{\mu\iota}$ §. 1.

2) Augmentum apud poëtas haud raro omittitur: Alc. 12 *κάτθανε*, 92 *σάως*, Sapph. 16 *φαίνεο*, 26 e nostra emendatione *δικαίως*, 32 ex emendatione *ἔλεν*, 46 *ἔχον* et e nostra emendatione *ἄρανο* prima brevi, ut 50 *ἄραο* etc.

3) 2 pers. sing. objectivi quod in conjunctivo apud Homerum saepe syllabam $\overline{\vartheta\alpha}$ additam habet, grammatici ex Aeolica dialecto repetunt [1]), raro alios modos commemorant. Et reperitur hujus terminationis rarior usus apud Aeoles: *ἔχεισθα* et *φίλεισθα* S. 89, *ἐθέλησθα* (potius *ἐθέλεισθα*) Theocr. 29, 4, *χαίροισθα* S. 54 e probabili conjectura pro *χαίρουσα*. Plerumque tamen abest.

4) 1 pers. plur. object., si qua fides est libris, $\overline{\mu\epsilon\nu}$ terminationem habebat, ut apud Iones et Atticos, non $\overline{\mu\epsilon\varsigma}$, ut apud Dores. Leguntur enim Alc. 7 *ἔσταμεν*, 28 *προκόψομεν*, 32. 33 *πίνωμεν* et *μένομεν*, S. 43 *θεῖμεν*. Dorica dialectus male Aeolicae intermixta videtur in *πέλομες* Theocr. 29, 16; nimis ab omni parte corrupta est Hesychii glossa *ἀγνήκαμες*, *ἠγνοήκαμεν Αἰολεῖς*.

5) 3 pers. plur. temporum primariorum ind. obj. exit in $\overline{\iota\sigma\iota}$, ita ut prius ῑ cum antecedente vocali in diphthongum coalescat, ut *φαῖσι*, *ἴεισι*, *κρίπτοισι*, *οἰκή-*

---

1) J. Gr. 243, b. *αἱ προσθέσεις τῆς* $\overline{\vartheta\alpha}$ *συλλαβῆς ἐπὶ τῶν ὑποτακτικῶν ῥημάτων Αἰολέων εἰσὶν, οἷον εἴπῃς εἴπῃσθα, εὔδῃς εὔδῃσθα*, cf. Greg. C. 581, Meerm. 660, Aug. 670, Vatic. 690. — Auct. *περ. Ὁμ. διαλ.* 478. Aeolicum dicit *τὸ προστιθέναι τῷ δευτέρῳ προσώπῳ τῶν ῥημάτων τὸ* $\overline{\vartheta\alpha}$, *ὡς τὸ ἔφησθα καὶ εὔδησθα*.

σοισι, κεκρίκαισι, vid. §. 10, 5 [2]). Conjunctivi nulla exempla extant; vix tamen differebat a forma vulgari.

6) 3 sing. conj. obj. iota subscripto caret etiam in antiquiore titulo Lesbiaco 2166 (l. 31 ἐνδείη), ubi iota in dativis tenetur, quare simili in Doricis titulis more comparato, ubique et in hac persona et in secunda iota subscriptum delendum judicavimus, levi interdum codicum auctoritate accedente, ut ἔλθη legitur A. 66, vid. §. 15, 9.

7) 3 plur. imperat. in Lesb. 2166 sonat l. 18 φέροντον, 28 φυλάσσοιτον, 10 κατάγρεντον (quod propter vicinorum cladem minus certum est), 18 ἐπιμέλεσθον. Singularis in his est brevis ultimae vocalis, quam non tulit Boeckhius; omnium tamen apographorum consensu, nisi quod Didotius minoris ceteris fidei φερόντων habet, confirmatur.

8) 1 plur. subject. pro terminatione $\overline{μεθα}$ testibus grammaticis [3]) apud Aeoles $\overline{μεθεν}$ habebat: nunc tamen nullum exemplum legitur, sed φορήμεθα Alc. 10, αἰτήμεθα Theocr. 28, 5 metro certa sunt.

9) In 3 plur. optat. subj. $\bar{ν}$ apud Aeoles in $\bar{α}$ mutatum esse, grammatici [4]) docent, quod satis est credi-

---

2) Quae Heraclides apud Eustathium 1557, 41. Aeolica dicit τίθεντι, οἴκεντι etc., fortasse sunt antiquioris Boeotismi. vid. §. 46.

3) Apoll. de adv. 604, 23. πάλιν εἰ τὸ $\bar{α}$ εἰς $\bar{ε}$ μεταπέσοι, τὸ τηνικαῦτα πρόσεισι τὸ $\bar{ν}$ παρ' Αἰολεῦσι· τὸ λεγόμεθα λεγόμεθεν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. — Et. M. 559, 30. οἱ Αἰολεῖς τὸ λεγόμεθα καὶ φερόμεθα εἰς $\bar{ε}$ ποιοῦσι λεγόμεθεν καὶ φερόμεθεν μετὰ τοῦ $\bar{ν}$· τὸ γὰρ $\bar{ν}$ ἐφελκυστικόν; item cum iisdem exemplis Macrob. II. p. 310 ed. Bip. et Scholl. Theodos. ap. Bekk. ad Apoll. de synt. p. 353. — Temere in Exc. Paris. p. 681. τυπτόμεσθα exemplum παρεμπτώσεως Αἰολικῆς datur.

4) Et. M. 258, 50. ἐπὶ τοῦ εὐκτικοῦ τρίτου προσώπου τῶν πληθυντικῶν — οἱ Αἰολεῖς τρέπουσι τὸ ἀμετάβολον εἰς $\bar{α}$ — φρασαίατο καὶ γενοίατο; sic Et. G. 557, 21 de πειθοίατο et φρασαίατο, Ann. Ox. I, 148, 32 de πλώιατο (sic), πυθοίατο, κεχαροίατο, μαχοίατο. Et. M. 611, 51. ἐδεδίατο ἀντὶ τοῦ ἐδέδεντο Αἰολικῇ τροπῇ τοῦ $\bar{ν}$ εἰς $\bar{α}$.

bile, quanquam exempla, quae afferunt, fere omnia sunt Homerica, ut πειθοίατο, neque nunc ulla hujus formae exempla leguntur praeter πέξαιντ' Theocr. 28, 23. Minus fortasse recte etiam Ionicum ἐδεδέατο hac Aeolica mutatione explicatur, quanquam simile est κέατ' Alc. 73, Theocr. 29, 3.

§. 25.

De conjugatione in ῶ.

1) Praesentium formatio non differt a ceteris dialectis. Unum memorabile est πώνω pro πίνω, unde πώνεις legitur Alc. 43, πώνην (e librorum lectione πονεῖν a nobis restitutum) A. 12. Quum enim hoc verbum duplicem radicem habeat ΠΟ et ΠΙ, ab hac vulgo praesens πίνω et aoristus II. ἔπιον derivetur, Aeoles ab illa et aoristum ducebant (vid. §. 26 not. 15) et praesens.

2) In futuris verborum λ, μ, ν, ρ Aeoles σ addidisse, grammatici ingenti consensu testantur [1]). Nullum tamen hujus generis exemplum nunc legitur, sed ἐμμενέω est in Lesb. 2166, 24, σπολέω pro σταλέω, στελέω (ut κτανέω, κτενέω) Sapph. 23 (cf. §. 12, 2) neque in aoristo I. horum verborum σ tenetur. vid. §. 8, 2. — Exempla grammaticorum fere omnia aut vulgata sunt vel Homerica, ut ὄρσω, κέρσω [2]), aut etymologiarum causa saepe ineptissimarum ficta [3]), ut paucis reliquis φθέρσω, σπέρσω,

1) Eust. 23, 13. Αἰολεῖς δὲ καὶ τοὺς τῆς πέμπτης (verborum λ, μ, ν, ρ) περισπωμένους μέλλοντας βαρύνουσι καὶ διὰ τοῦ σ ἐκφέρουσι· σπέρσω γάρ φασι καὶ κέρσω καὶ φθέρσω. Saepe haec regula ad singula exempla repetitur.

2) ὄρσω Scholl. Il. α, 10, Lex. de spir. 229, Ann. Ox. I, 360, 28; ἄρσω Scholl. Il. β, 55, κέρσω, κύρσω, κέλσω, de quibus omnibus ingens testimoniorum cumulus vel ex Etymologicorum indicibus colligi potest.

3) ἀέρσω, unde ἀερσίπους, Et. M. 20, 46, Gud. 11, 28, Ann. Ox. I, 36; δέρσω, unde βύρσα, Et. M. 217, 11, Gud. 102, 22;

quo accedunt levissima Phavorini (Lex. s. v. *ἀμειάβολα*) auctoritate etiam *κλίνσω*, *νέμσω*, vix fidem habere liceat. Et ipsi grammatici satis indicant [4]), propter accentum gravem, quo differunt *κέρσω* et *κερῶ*, se illa futura ex Aeolica dialecto repetere.

Post breves vocales σ in futuro duplicatum putaveris, ut in aoristo I. vid. §. 9, 1: neque tamen exemplum aliquod reperitur praeter *ἔσσομαι*, cujus alia est ratio, vid. ibid.; contra σ̄ omissum est in *ἀρκέην* in titulo Cumaeo l. 17, si recte infinitivus futuri habetur.

Mero sphalmate futurum contractum, ut *πεσεῖται*, Aeolicum pro Dorico vocatur apud Eust. 129, 23.

3) Reduplicatio, quam aoristi II. saepius in Homerica dialecto habent, ab Aeolibus repetitur [5]), et reperitur sane *ἐκλελάθοντο* Sapph. 44. Vix tamen ea ratio latius patebat, quam apud Homerum.

4) De 2. 3 personis indicativi praesentis et futuri, ut vulgo in $\overline{εις}$ et $\overline{ει}$ exeuntibus, supra disputavimus. §. 14, 4.

In optativo aoristi II. longior forma *ἀγαγοίην* Sapphoni tribuitur [6]), neque minus *λαχοίην*, quod Aeolicum

---

θέρσω, unde *Θερσίτης* et *θάρσος*, Et. Or. 71, 12. Et. M. 442, 3. Gud. 12, 36 etc.; *μέρσω*, unde *ἄμερσε*, Et. M. 82, 9; *τιτάνσω*, unde *τινάσσω*, Et. M. 759, 9, Gud. 530, 25; *τέλσω*, unde *τέλσον*, Et. M. 751, 30 etc.

4) Et. M. 548, 19. *Αἰολικῶς κέρσω ὥσπερ ὄρω ὀρῶ ὄρσω· οἱ γὰρ Αἰολεῖς βαρυντικοὶ ὄντες οὐκ ἄλλο πλεονάζουσιν ἀλλ' ἢ τὸ σ̄*; item Ann. Ox. I, 356, 26. cf. not. 1.

5) Tryph. *παθ. λεξ.* §. 12. (*ἡ ἀναδίπλωσις*) *πλεονάζει παρά τε Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσιν· οἷον κάμωσι κεκάμωσι, λάχωσι λελάχωσι* etc. Ita Scholl. V. Il. *θ*, 352 et *ν*, 332 etiam *κεκαδήσομαι* et *κεκλόμενος* anadiplasiasmo Aeolico explicant, adeo *ἐνένιπε* Et. M. 335, 52 et *νεκορεσσάμενος* (e corrupta lectione in Hesiodi loco) Tzetz. ad Hes. Opp. 33.

6) Scholl. A. Il. *ξ*, 241. *ὅμοιον τῷ ἰοίην καὶ ἀγαγοίην παρὰ Σαπφοῖ καὶ πεπαγοίην παρ' Εὐπόλιδι — εἰκότως ἐβαρυτονήθη τὸ ἐπισχοίης ὡς Αἰολικὸν* ex Alexandro Cotiaeo.

vocatur in Et. M. 558, 28, legitur S. 8 e *λαχοίην* certa emendatione restitutum. vid. §. 16, 2. In praesenti brevior forma legitur, *δαίοις*, *χαίροισθα* S. 53. 54. — In 3 plur. non differunt a vulgata ratione *ἐμμένοιεν* Lesb. 2166, 14, *φέροιεν* Sapph. 10, unde *εἴπαισαν*, quod Aeolicum vocatur a Phavor. Ecl. 172, 24, ad Boeotos referendum videtur.

Infinitivum objectivi in ην̄ exire supra docuimus §. 14, 1, ut *φέρην*, *ἐπιδεύσην*, *εἴπην*. Male a nonnullis Homerici infinitivi in εμεναι̅ ab Aeolibus derivantur [7]); grammatici inducti videntur verborum in μι̅ infinitivis Aeolicis, ut *θέμεναι*. Neque magis Aeolicum fuerit *ἀπαλαλκέμεν* apud Theocr. 28, 20.

Subjectivi persona secunda plerumque non contrahitur: *γίγνεο* S. 63, *ἦρε'* S. 1 v. 15, *φαίνεο* S. 16, *μεγαλύνεο* S. 86. Contractionis exempla *οἴχῃ* S. 59, *ἔσῃ* A. 89 propter metrum incertum non valde certa sunt, certior synizesis *κείσεαι* S. 69; certum *ἐγένευ* apud Theocr. 29, 17.

5) Verba vulgo contracta apud Aeoles plerumque conjugationem in μι̅ sequuntur (vid. §. 26); formae non contractae ad Ionicae dialecti rationem, praeter *ποιέονται* Alc. 35, non leguntur nisi apud Theocritum 28, 11. 14 *φορέοισι*, *φιλέει*, 29, 3. 9. 19. 31 *φιλέειν*, *φιλέοντα*, *δοκέεις*, *νοέοντα*. Nam conjunctivi *συντελέῃ* Cum. 30 alia ratio esse videtur (vid. §. 26, 7), et *ἀρκέην* Cum. 17 infinitivum futuri putamus. — Peculiare est Lesbiis, quod interdum verborum in εω̄ brevem vocalem producunt. Grammatici [8]) hujus generis *ἀδικήω* afferunt e Sapph. 1 v. 20, *ποθήω* ex Aeolico poëta (S. 115).

---

7) *χολωσέμεναι* Scholl. A. Il. α, 78 et Tzetz. Epex. 119, 6; *ἐλθέμεναι* Ann. Ox. II, 368, 15. cf. Et. G. 568, 32.

8) Et. M. 485, 41. (Gud. 291, 38.) *οἱ Αἰολεῖς τὰ τῆς πρώτης συζυγίας διὰ τοῦ η̄ προφέρουσιν· ἀδικήω· Ὦψα τ' ἀδικήῃ* (cod. Dorv. *Ὤψαφ'*): — *ποθέω ποθήω· καὶ ποθήω καὶ μάχομαι* (Gud. *μάομαι*)· *οὕτως οὖν καλῶ, παρὰ μὲν Ἴωσι καλέω, παρὰ δὲ Αἰολεῦσι καλήω*, unde *καλήζω* derivant; *καλήω* etymologiae causa fictum videtur. —

Paucas formas contractas, quae in poëtarum Aeolicorum libris leguntur, vitium traxisse, postea demonstrare studebimus (§. 26, 13).

§. 26.

De conjugatione in μι.

1) Conjugatio in μι apud Aeoles Asianos multo latius patet, quam in notioribus dialectis, unde factum est, ut antiqui nonnulli grammatici omnia verba in μι ex hac dialecto repetere vellent [1]). Nam hanc flexionis rationem non solum paucorum verborum praesentia, imperfecta et aoristi II. sequuntur, deinde aliorum verborum nonnulli aoristi II., denique omnes aoristi passivi, sed etiam verba contracta [2]) fere semper, vocali stirpis finali producta, ut *φίλημι*, *δοκίμωμι* pro *φιλέω*, *δοκιμόω*.

Herod. π. μ. λ. 43, 28. de verbis in ηω· *καὶ παρ' Αἰολεῦσι ἐπὶ τῶν ὑπὲρ δύο συλλαβὰς· ἀδικήω, ποθήω.*

1) Theodos. Bekk. 1045. *τινὲς ἐνόμισαν τὰ εἰς μι πάντα τῆς Αἰολίδος εἶναι διαλέκτου· πολλὴ γάρ ἐστιν παρ' αὐτοῖς ἡ εἰς μι κατάληξις· γέλαιμι γάρ φασι καὶ ἀσυνέτημι.* — Ann. Ox. IV, 310, 6. *τὰ εἰς μι ὑπέλαβόν τινες Αἰολικὰ εἶναι, ἐπειδὴ πολλὰ παρ' αὐτοῖς εὑρίσκονται εἰς μι· τὸ γὰρ γελῶ γέλαιμι λέγουσι καὶ τὸ δοκιμῶ δοκιμῶμι*, ubi multis deinde haec sententia oppugnatur. (similiter apud Herod. in Il. Ad. 206, b, brevius a Theodosio). — Eust. 1613, 18. *οὕτω φασὶ καὶ ἀπὸ τοῦ φῶ τὸ Αἰολικὸν φημί· διὸ βαρύνων ὁ Τυραννίων φῆμι γράφει βαρυτόνως Αἰολικώτερον· οἷον φῆμι γὰρ οὐν κατανεῦσαι*, neque aliter *εἰμὶ* deinde ex Aeolica dialecto derivatur.

2) Heraclid. ap. Eust. 1613, 16. *ἔνιοι τῶν Αἰολικῶν μετατιθέντες ἐν πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ συζυγίᾳ τῶν περισπωμένων* (verbis in αω et εω) *τὸ (ῶ) εἰς η ποιοῦσι ῥήματα εἰς μι πλεονασμῷ τῆς μι συλλαβῆς ἐπὶ τέλους*, qui in eo errat, quod etiam verba in αω transire in ημι dicit. — Ann. Ox. IV, 310. *οἱ Αἰολεῖς τὴν εἰς ῶ περισπωμένην μεταποιοῦσιν εἰς μι*; ibid. 311, 19. *οὐδέποτε παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἀπὸ βαρυτόνων γίνονται τὰ εἰς μι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν περισπωμένων· οἷον ἐλευθερῶ ἐλευθερῶμι, δοκιμῶ δοκιμῶμι, γελῶ γέλαιμι.* — Apoll.

2) Verba barytona similem mutationem apud Aeoles pati posse, negant grammatici insigniores [2]). Quibus confisi dum haud cunctanter φέρεις, quod legebatur S. 45, pro participio haberi posse negamus, dubitationem tamen aliquam movet ἀχνάσδημι, quo Alcaeus usus dicitur [3]); nam pro ἀχνάζω id positum esse, docet Hesychii glossa ἀχνάζει, ἄχθεται, μισεῖ, ψέγει, nec verbum ἀχναζέω fingere licet. Accedit ἀρυτήμενοι, quod apud Alc. 38 conjectura, si sensum spectes, egregia reposuit Bergkius, quanquam etiam inde dubitatio nascitur, quod ἀρύτω pro ἀρύω Atticum dicitur ab Heraclide ap. Eust. 32, 26. cf. 1216, 63. Si tamen verum est, simillimum videtur Homericum ἀλιτήμενος (Od. δ, 807), quod metri causa pro ἀλιτόμενος positum est ut τιθήμενος pro τιθέμενος et ἐλαφηβόλος pro ἐλαφοβόλος; igitur ἀρυτήμενος quoque metrica productione pro ἀρυτόμενος esset. Jam vero suspicari licet, e simili forma ἀχνασδήμενος Herodianum male

---

de synt. p. 92. καὶ παρὰ Ἀλκαίῳ, οἱ περὶ Ἀτίωνα τὸν μόχθον τὸ Κυλλάνας ὁ μέδεις ἐν ῥήματος συντάξει ἤκουον, οὐ παραδεχόμενοι μετοχὴν τοιαύτην ἐκ βαρυτόνου ῥήματος, εἴγε τῆς τοιαύτης λήξεως οὐκ ἔχονται (αἱ) κατὰ τὸ κοινὸν ἐκ βαρυτόνων οὖσαι ῥημάτων. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον ἐδείκνυντο, ὡς καὶ περισπώμενον εἴη ῥῆμα τὸ μεδῶ, ἔνθεν καὶ τὸ Δωδώνης μεδέων, ἀφ' οὗ τὸ μέδημι ὡς οἴκημι, καὶ ἔτι ἡ μεδέουσα (leg. μέδεις) συνοῦσα μετοχὴ κατὰ τὸ ἀκόλουθον. κἀκ τῆς γραφῆς συνηλέγχοντο, οὐκ οὔσης ποτὲ διὰ τοῦ ε (leg. ει) κατὰ πᾶν δεύτερον πρόσωπον παρ' Αἰολεῦσιν.

Minus accurate alii regulam tradunt, sed genuina exempla addunt: Greg. Cor. 619. τὰ εἰς ω καταλήγοντα παρ' ἡμῖν εἰς μι ποιοῦσιν, οἷον νοῶ νόημι, φιλῶ φίλημι; pejus J. Gr. 245, a et Meerm. 661. τὰ εἰς ω καταλήγοντα ῥήματα παρ' ἡμῖν ἔνια ἀντὶ ὁριστικῶν εὐκτικὰ ποιοῦσιν· οἷον νοῶ νόημι, φιλῶ φίλημι (J. Gr. νόημι, φίλημι). Alia exempla vide in not. 1 et in sequentibus.

3) Et. M. 181, 44. ἀχνάσδημι κακῶς παρὰ Ἀλκαίῳ· ἐστὶν ἄχω, παράγωγον ἀχάζω, ἀχάζημι, καὶ τροπῇ τοῦ ζ εἰς σ καὶ δ, πλεονασμῷ τοῦ ν ἀχνάσδημι· οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Etymologia pessima; ἀχνάζω ab ἄχνα descendit, ut αἰθερίζω, ejusdem fere significationis, ab αἰθήρ.

praesens ἀγνάσδημι finxisse (cf. not. 17 de ἐῤῥέντι ab ἔῤῥω).

3) Perfectum οἶδα conjugationis in $\overline{\mu\iota}$ terminationes assumpsisse refertur ut οἴδημι [4]), neque hoc a grammaticis ad οἶσθα explicandam fictum esse, quanquam nunc non legitur nisi vulgaris forma οἶδα, Hesychii glossa indicat γοίδημι (i. e. Ϝοίδημι) ἐπίσταμαι. Accedit quod optativus εἰδείην, praeteritum ᾔδεα, ᾔδησθα, ᾔδη a praesenti εἴδημι descendere videntur, ἐοίκεσαν ab ἐοίκημι etc., unde $\bar{\varepsilon}$ stirpi adjectam in indicativum transmigrasse non mirum videtur.

4) **Objectivi praes. ind. 1 pers. sing.** ut vulgo in $\overline{\mu\iota}$ exit, φᾶμι §. 81, ἔμμι (nr. 14). Maxime quaeritur de vocali, quae est ante hanc terminationem. Nulla dubitatio est de verbis in $\overline{\eta\mu\iota}$, quorum pleraque a vulgatis in $\overline{\varepsilon\omega}$ descendunt. Grammatici talia afferunt φίλημι, νόημι, μέδημι, οἴκημι, ἀσυνέτημι, quanquam his formis conjugationis tantum rationem significant (vid. not. 1. 2). Accedit praeterea αἴνημι [5]). Apud poëtas leguntur κάλημι Sapph. 1 v. 16, φίλημι 79, ὄρημι 2 v. 11 (quo spectat Hesychii corrupta glossa ὄρημαι, ὁρῶ) cf. Ion. ὁρέω. vid. §. 13. 3. Male Heraclidem scribi jubere φίλεμμι, πόθεμμι, supra docuimus §. 8, 9. — Quorum stirps in ο exit, e plerisque testimoniis [6]) $\overline{\omega\mu\iota}$ habent, ut δοκίμωμι,

---

4) Et. M. 618, 55. οἶδα Αἰολικῶς οἴδημι λέγεται· τὸ δεύτερον οἴδης· καὶ κατ' ἐπέκτασιν οἴδησθα, καὶ συγκοπῇ οἶσθα; item Ann. Ox. I, 331, 31 (corr. 68, 21) et IV, 365, 4.

5) J. Gr. 245, b, Meerm. 661, Greg. C. 622. τὸ ἐπαινῶ αἴνημι; Tzetz. ad Hes. Opp. 681 (ubi ipsum αἴνημι legitur) αἰνῶ καὶ κατὰ παραγωγὴν Ἀττικὴν (leg. Αἰολικὴν) αἴνημι, cf. Addend.

6) Ann. Ox. I, 377, 21, IV, 341, 15, Herod. H. Ad. 206, a. παρὰ τοῖς Αἰολεῖσι πολλὰ εὑρίσκονται ὑπερβαίνοντα τὰς τρεῖς συλλαβάς, οἷον ἐλευθέρωμι δοκίμωμι, ut recte primo loco scribitur, in ceteris ἐλευθερῶμι δοκιμῶμι; corrupte in H. Ad. 206, a. scriptum est δοκίμᾶμι, ὅ ἐστιν Αἰολικόν, τὸ σημαῖνον τὸ δοκιμάζω. cf. not. 1. et Hesych. δοκιμῶμαι, δοκῶ καὶ οἴομαι leg. δοκίμωμι. Ad eadem verba spectat Herod. π. μ. λ. 23, 15, ubi praeter δίδωμι nullum

ἐλευθέρωμι pro δοκιμόω, ἐλευθερόω. Tamen etiam δίδοιμι Aeolicum vocatur [7]), et in Sapphus fr. 111, quod in antiquo papyro servatum est, δοκίμοιμι liber praebet. Quomodo satis antiquo tempore haec dubitatio oriri potuerit, ipse ille grammaticus indicat, 2 sing. δίδοις a δίδοιμι derivans. In Aeolica enim dialecto multae horum verborum formae diphthongum offerebant, ut 2. 3 sing. praes. δίδοις, δίδοι, 3 plur. δίδοισι, part. δίδοις, δίδοισα, unde proclivi errore eadem in prima persona inesse credebatur, cui certiora testimonia et verborum in $\overline{ημι}$ analogia ω̄ vindicant. — Quae ᾱ in fine stirpis habent, a grammaticis magno consensu in $\overline{αιμι}$ exire traduntur [8]), ut ἵσταιμι, κίχραιμι, γέλαιμι, πλάναιμι pro γελάω, πλανάω. Nunc unicum φᾶμι legitur Sapph. 81, et hanc terminationem $\overline{αμι}$ analogia verborum in $\overline{ημι}$ et $\overline{ωμι}$ postulat, neque alia comparare licet, in quibus $\overline{αι}$ apud Lesbios est pro vulgari η̄, Dorico ᾱ, ut ἵσταιμι esset pro ἵστημι, ἵσταμι. vid. §. 15, 3. Igitur, quanquam iidem grammatici, qui recte de verbis in $\overline{ημι}$ et $\overline{ωμι}$ praescribunt, de $\overline{αι}$ diphthongo affirmant, eundem tamen errorem agnoscimus, unde alii δίδοιμι, δοκίμοιμι finxerunt. Nam diphthongus etiam hic in iisdem formis erat, ἵσταις, ἵσται, ἵσταισι part. ἵσταις, ἵσταισα, unde facile grammatici de prima persona colligere poterant, ut apud eos juncta leguntur γέλαιμι, γέλαις, γέλαι. Errorem fortasse adjuvabat πάλαιμι, cujus

---

verbum in $\overline{ωμι}$ exire docens addit: νῦν γὰρ τοὺς Αἰολεῖς παραιτούμεθα, i. e. Aeolica verba in $\overline{ωμι}$ nunc omittimus.

7) Scholl. A. Il. τ, 270. διδοῖσθα· οἱ μὲν βαρυτονοῦσιν ὡς Αἰολικὸν ἀπὸ τοῦ δίδοιμι, δίδοις, δίδοισθα ὡς τίθησθα.

8) Ann. Ox. IV, 311, 5. παρὰ δὲ τοῖς Αἰολεῦσιν εὑρίσκονται διφθόγγῳ παραληγόμενα· οἷον ἵσταιμι, κίχραιμι, γέλαιμι διὰ τῆς $\overline{αι}$ διφθόγγου, cf. Herod. H. Ad. 206, b. — Heraclid. ap. Eust. 1613, 22. ὅσα τῶν εἰς $\overline{μι}$ τῇ $\overline{αι}$ διφθόγγῳ παραλήγονται, οἷον τὸ γέλαιμι καὶ τὰ λοιπὰ, τῆς Λεσβίων ἔχονται διαλέκτου. — Herod. π. μ. λ. 23, 26. Αἰολεῖς πάλαιμι καὶ γέλαιμί φασι καὶ πλάναιμι. — De γέλαιμι cf. not. 1. 9.

meminit Herodianus (not. 8), in quo, quia pro *παλαίω* positum est, diphthongus locum tuetur. Neque tamen nihil potest pro diphthongo disputari. Verba enim derivata in *εω*, *αω*, *οω* antiquitus iota consonans intermedium habuisse, ut Sanscrita denominativa exeunt in ajami, alio tempore probare studebimus; inde *ι* in *γέλαιμι*, *πάναιμι*, *δοκίμοιμι* haesisse suspicari possis; neque tamen haec ratio cadit in *ἴσταιμι*, *δίδοιμι*, et adversatur verborum in *ημι* diphthongum certius respuentium analogia. Quare nolumus huic suspicioni aliquid tribuere.

5) In secunda persona plerumque vulgata terminatio *ς* reperitur, raro *σθα* additur. vid. §. 24. 2. Tertiam personam apud Aeoles non in *σι* exisse, sed secundae *ς* abjecto formatam esse, grammatici [9]) docent. Non plane tamen Aeoles pleniorem formam ignorasse, docet *ἦσι* apud Sapph. 48 pro Alcmanico *ἦτι*. Male autem Heraclid. ap. Eust. 1613, 28 *φάιι* Aeolicum dicit pro *φησί*.

Difficilior est quaestio de vocalium mutatione. Res maxime patet in iis verbis, quorum stirps in *ᾱ* exit; grammatici enim non solum Aeolica *γέλαις* et *γέλαι* tradunt, sed etiam diserte monent, in his iota non esse subscriptum, sed genuinam diphthongum efficere [10]).

---

9) Ann. Ox. IV, 352, 11. *οἱ Αἰολεῖς ἀποβολῇ τοῦ σ ἐπὶ τούτων τὰ τρίτα ποιοῦσιν· οἷον τίθης τίθη, ἵστης ἵστη, δίδως δίδω, ζεύγνυς ζεύγνυ.* quae repetuntur fere p. 353, 26; exempla ceterum non sunt vere Aeolica. — Ibid. 340, 28. *τὰ Αἰολικὰ ἀποβολῇ τοῦ σ ποιοῦσι τὰ τρίτα, οἷον γέλαιμι, γέλαις, γέλαι.* — Herod. II. Ad. 206, b. *οἱ Αἰολεῖς τῶν δευτέρων προσώπων τὸ σ ἀποβάλλοντες ποιοῦσι τὰ τρίτα· οἷον γέλαις, γέλαι.* — Theodos. Bekk. 1045. *Αἰολεῖς ὁμοίως τοῖς εἰς ω καὶ τὰ εἰς μι κλίνουσι, γέλαιμι, γέλαις, γέλαι λέγοντες.*

10) J. Gr. 244, a. *τῆς δευτέρας συζυγίας τῶν περισπωμένων τὸ ι ἐπὶ δευτέρου καὶ τρίτου προσώπου ἀνεκφώνητον ὂν παρὰ τοῖς ἄλλοις διαλέκτοις ἐκφωνεῖται· οἷον βοᾶϊς, βοᾶϊ;* similiter Greg. C. 590, Meerm. 661, Aug. 671, Vat. 690, ubi leguntur *γελάϊς*, *γελάϊ* et *νικάϊς*, *νικάϊ*. At *ἐκφωνεῖσθαι* et *ἀνεκφώνητον* eum, quem diximus, sensum habere et male in exemplis diaereseos signa appingi docent Nevius ad Sapph. p. 31 et Giesius p. 212.

Inde apud Sapph. 1, 19 *λαῖς* e Seidleri conjectura dedimus pro *μαις*, i. e. Dorice *λῇς*, deinde fr. 93 *ὄπταις* pro *ὀπτῇς* et pro *δάμνησι* Alc. 72, quod alii metri causa in *δάμνῃ* correxerant, *δάμναι*. — Nam grammatici (not. 9) exempla *ἴστης*, *ἴστη* nullam auctoritatem habent.

Non minus a verbis in $\overline{\omega\mu\iota}$ Aeolicum traditur *δίδοις*[7]), leguntur *χαίροις* Alc. 42, *στεφάνοι* in Cum. 32. 47, Lamps. 18. 23. — Male se habent grammatici *δίδως*, *δίδω* [9]).

Verborum in $\overline{\eta\mu\iota}$, si eandem analogiam servant, secunda et tertia persona in $\overline{\epsilon\iota\varsigma}$ et $\overline{\epsilon\iota}$ exeunt, neque aliter tertia legi solet, ut *φίλει* S. 1, 22, *ἄγρει* S. 2, 14 etc., nisi quod libri circumflexum praebent. Adversatur tamen Apollonius, secundam personam unquam apud Aeoles $\overline{\epsilon\iota}$ habere negans, et in libris sunt *φίλησθα* S. 89, *μαιῇς* Theocr. 29, 15 et *φορῇ* ibid. v. 29 in uno codice pro *φορεῖ*; nam grammaticorum *τίθης*. *τίθη* [9]) et *οἶδης* ab *οἴδημι* [4]) non multum auctoritatis habent [11]). At Apollonium non recte de secunda verborum in $\bar{\omega}$ persona judicasse, supra demonstrare studuimus (§. 14, 4), neque hic $\bar{\eta}$ pro $\overline{\epsilon\iota}$ verius Aeolicum judicari, analogia docet. Nam *τίθεις*, *ἴσταις*, *δίδοις* ex antiquissimis formis *τίθησι*, *ἴστασι*, *δίδωσι* iota transposito nata sunt, neque minus *τίθει*, *ἴσται*, *δίδοι* ex antiquissimis *τίθητι*, *ἴστατι*, *δίδωτι*, nisi quod haec $\bar{\tau}$ finale abjecerunt. vid. quae advocavimus §. 14, 4. Quare non dubitavimus *φίλεισθα* restituere.

6) In duali Aeolicum dicitur *ποίητον* [12]), justa forma, quanquam Aeolibus dualis abjudicatur. — Tertiae pluralis terminationem $\overline{\iota\sigma\iota}$ ex $\overline{\iota\sigma\iota}$ natam esse supra docuimus (§. 10, 5), cujus exempla sunt *ἴεισι* S. 9, *ἐπιῤῥόμβεισι* S. 2 v. 11 (a *ῥόμβημι* pro *ῥομβέω*), *φαῖσι*, *δίψαι*-

11) *χρὴ*, quod legitur Alc. 4. 29, S. 33, non esse ab origine verbum, sed nomen, docuimus in diss. de conj. in $\overline{\mu\iota}$ p. 17.

12) Et. M. 23, 12. *παρὰ Αἰολεῦσιν ἄητον* (Hom. Il. ι, 5) *ὡς ποίητον*.

σι, A. 26 a *δίψαμι* pro *διψάω*, *χόλαισι* A. 10 a *χόλαμι* pro *χολάω*. Neque dubium est, quin a *δίδωμι* descenderit *δίδοισι*.

7) Conjunctivi pauca exempla servata sunt. Legitur *θέω* Sapph. 72 et 110 [13]), cum quo conspirat *συντελέη* in Cum. 30. Contracta forma est in Lamps. 35. 36 *ἀναγραφῆ* et *ἀνατεθῆ*. Restituimus *φῆ* Alc. 56 pro *φοι* (ubi, quod alii voluerunt *φῇ*, debebat *φαῖ* esse): nam ne *φᾷ* exspectes, conferas Doricum *ἐπιβῆ* in tabulis Heracleensibus.

Optativi ab Heraclide hae formae traduntur: *φιλείην*, *νοείην* (Eust. 1756, 10) et *φιλείη*, *φρονείη* (ibid. 1787, 42); legitur *θεῖμεν* Sapph. 43.

8) Imperativi 2 pers. sing. pleniorem formam servavit in *στᾶθι* S. 28 et fortasse *σύμπωθι* [15]): plerumque *θι* omittebatur testibus grammaticis [14]), qui Aeolica vocant *κέντη*, *ἴστα*, *πῶ*, hoc e poëta (Alc. 105) afferentes, ut fortasse *μύρω* et *δίδω* [15]). Praeterea leguntur *κάλη* S.

13) Et. M. 419, 32. *θείομεν* derivat a *θῶ*, *θέω καὶ παρὰ Σαπφοῖ· ὄττινας γὰρ εὖ θέω* etc. (S. 72); minus accurate Scholl. L. Il. *π*, 437. *θείω*, *θήσω Αἰολικῶς.*

14) Tzetz. ad Hes. Opp. 661 de Aeolica dialecto: *καὶ ἡ γράφεται τὸ κέντη καὶ τὰ ὅμοια προστακτικά;* item Et. Leid. ap. Gaisf. ad h. l., nisi quod *κέντη* (supra scriptum *τρη*) scriptum est. — Et. G. 283, 40. *οἱ Αἰολεῖς μιμοῦνται τὰ εἰς ῶ καὶ ποιοῦσιν ἀπὸ τοῦ ἱστῶ τὸ προστακτικὸν ἵστα καὶ ἵστη;* Et. M. 348, 9 de *ἔξει* pro *ἔξιθι*: *οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ εἰς μι σχήματος Αἰολικὸν καὶ Ἀττικόν· οἷον ἵστη ἀπὸ τοῦ ἵσταθι καὶ ἐμπίπλη ἀντὶ τοῦ ἐμπίπλαθι*, in quibus *η* pro *α* non est Aeolicum.

15) Et. M. 698, 51 de *πῶ* — *ἐστὶ δὲ καὶ ῥῆμα παρὰ Αἰολεῦσιν· οἷον χαῖρε καὶ πῶ: — ὅπερ λέγεται ἐν ἑτέρῳ σύμπωθι, τρίτης συζυγίας ἐστὶν, ὡς μυρῶ, διδῶ, πῶ· ὅταν γένηται πῶθι, ἐπαύξησίς ἐστιν ὡς ζῆθι καὶ ζῶθι.* In his *σύμπωθι* ex alio ejusdem poëtae (Alcaei) carmine petitum videtur; deinde *μύρω* et *δίδω* scribendum est, ut sint imperativi, quos in eodem carmine lectos fuisse suspicamur, in quo erat *χαῖρε καὶ πῶ.* Nam si grammaticus hoc voluisset, imperativum *πῶ* descendere a verbo *πῶ* (pro *πόω*), ut *μυρῶ*, *διδῶ*, elegisset exempla tertiae contractorum conjugationis vulgo

42, quod e duplici lectione κίνε et κενὴ composuimus, ὑμάρτη Theocr. 28, 4, φίλη Th. 29, 20, δάμνα S. 1, 7.

Deinde ὠθήτω e libro restituimus Alc. 33; denique κατάγρεντον in Lesb. 2166, 10 est tertia pluralis. vid. §. 24, 7.

9) **Infinitivus** stirpium unius syllabae in μεναι exit, ut ὀνθέμεναι Cum. 53, ἀπυδόμεν(α)ι Lesb. 2166, 40 (ubi pro ᾱ est lacuna). cf. ἔμμεναι nr. 14.

Stirpes plurium syllabarum in ν exeunt. Leguntur ab aoristis passivi in Cum. 8. 34 ὀντέθην, 19 γενήθην, 46 στεφανώθην, 48 εἰσενέχθην, 51 ἐντάφην, Alc. 28 μεθύσθην, quod etiam fr. 12 e conjectura pro μεθύσκειν repositum est, ὀμνάσθην Theocr. 29, 26 pro ἀναμνησθῆναι. Non minus verborum, vulgo contractorum, in ημι infinitivus testibus grammaticis in ην exit βαρυτόνως [16]) et leguntur in Cum. 25. 29 ἐπαίνην, κάλην, Alc. 10. 11 ἀσυνέτην, ἄντλην, Sapph. 14 προτέρην, unde ξυνοΐκην pro ξυνοικεῖν S. 27 correctum est. — Non aliter a verbis in αμι descendunt νίκαν Alc. 86, συνεράν Theocr. 29. 32 (rectius συνέραν), a verbis in ωμι κατείρων (pro καθιεροῦν) et στεφάνων Cum. 6. 29, denique διδῶν (potius δίδων) Theocr. 29, 9. — Male grammatici de dialectis participia γέλαις, ὕψοις pro infinitivis venditant [17]).

---

adhibita, ut χρυσῶ, ὀρθῶ; desideraretur praeterea Aeolicae formae πῶ pro ποῦ explicatio.

16) J. Gr. 245, a, Greg. C. 619, Meerm. 663. τὰ εἰς ειν καταλήγοντα ἀπαρέμφατα αὐτοὶ διὰ τοῦ ην ἐκφέρουσι βαρυτονοῦντες, οἷον φιλεῖν φίλην, καλεῖν κάλην (J. Gr. φίλην, κάλην).

17) Heraclid. ap. Eust. 1756, 12. (Αἰολεῖς) τὰς μετοχὰς αὐτῶν εἰς εις προφέρουσι, φίλεις καὶ νόεις λέγοντες ἀντὶ τοῦ φιλῶν καὶ νοῶν. Id. ibid. 1787, 40 de φίλεις et φρόνεις. Et. M. 20, 25. οἱ Αἰολεῖς τὴν αῶν μετοχὴν καθὰ ποιῶν καὶ φιλῶν αεὶς λέγουσιν ὡς φιλεὶς καὶ ποιεὶς· καὶ ἡ εὐθεῖα τῶν πληθυντικῶν αέντες, ἡ γενικὴ αέντων ὡς ποιέντων· οὕτω Φίλων εἰς τὰ ῥηματικὰ αὐτοῦ. — Ann. Ox. I, 327, 4. τὸ ὁρῶ δευτέρας μὲν ὡς πρόδηλον ἀλλὰ καὶ πρώτης ὡς δῆλον ἐκ τῆς Αἰολίδος διαλέκτου, ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ οἰκῶ ἡ μετοχὴ· καί τις ἐπ' ἐσχατιαῖσιν οἰκεὶς· οὕτω ἀπὸ τοῦ ὁρῶ· ἀλλ' ὦ πάντ' ἐφορεῖς Ἅλιε. — De

10) Participium verborum in ημι a vulgata forma (accentu excepto) non discedit, ut *τίθεις* Alc. 27. Eam rationem etiam verba vulgo contracta sequuntur testibus grammaticis [17]), qui Aeolica dicunt *φίλεις, νόεις, φρόνεις, ποίεις*, e poëtis Aeolicis afferunt *οἴκεις* A. 58, *ἐφόρεις* A. 70, *μέδεις* A. 2; idem legitur e conj. pro *μεδέεις* A. 40, neque minus *ὀρεὶς* in Pittaci epistola, *φόρεις* a S. 45 e duplici lectione *φέρων* et *φέρεις* excussimus; deinde sunt in Cum. 13 *στοίχεις* et *προςαέτρεις*. — In genitivo *φίλεις* sonasse *φίλεντος*, consentaneum est, et testatur Philo de Aeolico *ποιέντων* [17]); Aeolica praeterea videtur Hesychii glossa *ἀπαλέντες, ἀμελοῦντες* (cf. *ἀπαλεῖν, ἀμελεῖν*) ab *ἀπά-λημι* pro *ἀπαλέω* ab Aeolico *ἄπαλος*. Nunc tamen in poëtarum reliquiis libri nusquam genuinam formam servarunt. Apud Sapph. 1, 11 plurimi libri *δινῆντες* tenent, alii *δινεῦντες, δινῦντες*. Illud satis antiquum videtur et iis, nisi fallor, grammaticis debetur, qui η non correptum in his verbis Aeolibus proprium putabant. vid. nr. 12. At non minus apud Aeoles quam apud reliquos Graecos longas vocales in his formis corripi (cf. diss. de conj. in μι p. 10) et exempla supra allata indicant et imperativus *καταγρέντον* a *κατάγρημι* (§. 24, 7) in Lesb. 2166, 10; unde haud cunctanter *δίνεντες* restituimus. Deinde contracta forma *μοχθεῦντες* apud Alcaeum 10 in Heraclidis libris est, ubi Cocondrius *μοχθέοντες* habet: deinde *μαρτυρεῦντας* Alc. 95 ex Et. M.; denique Alc. 5 *ἐπαινέοντες* (quatuor syllabarum) et in Aristotelis et in Plutarchi libris legitur. At reputantibus nobis, quam facile obscuriores formae *μόχθεντες, ἐπαίνεντες* in notiores *μοχθεῦντες, ἐπαινέοντες* abire potuerint, dum nunquam, quia hoc aegre

μέδεις vid. Apoll. de synt. p. 92 (not. 1). — Addimus hic Et. M. 377, 19. *ἐῤῥέντι παρὰ Ἀλκαίῳ ἀπὸ τοῦ ἔῤῥω ἢ ἐῤῥῶ περισπωμένου· ἡ μετοχὴ ἐῤῥεὶς ἐῤῥέντος· καὶ ὡς παρὰ τὸ ἐθέλοντος ἐθέλοντι, οὕτω καὶ παρὰ τὸ ἐῤῥέντος ἐῤῥέντι.* Derivatio ab *ἐῤῥέω* vera videtur, quam formam praesentis indicat etiam futurum *ἐῤῥήσω*, quanquam nunc ignoratur.

fiebat, *οἰκῶν* pro *οἴκεις* etc. scriptum legitur, et quum incerta omnino sit vocalium $\overline{\varepsilon o}$ Aeolica in $\overline{\varepsilon\upsilon}$ contractio (§. 17), apparet omnes illas formas contra ceterorum analogiam pugnantes damnandas esse. Theocritea *φιλεῦντα*, *καλεῦντος* minus licet tentare.

Femininum sicut *δάμεισα* S. 28 a *δάμεις* etc., ita a *φίλεις* esse debet *φίλεισα*. Et recte Sapph. 76 e bonis libris legitur *μάτεισαι* a *μάτημι*, *ματέω*, ubi plerique *μάτοισαι* habent; item recte Nevius S. 2, 3 e meliorum librorum corrupta lectione *φων. σαῖς* (all. *φωνουσαῖς*) *φωνείσας* scripsisse videtur et S. 5 *οἰνοχόεισα* pro vulgato *οἰνοχοοῦσα*. Fortasse etiam apud Theocr. 28, 3 pro *θαρσεῦσ'* (cod. Vat. *θάρσοισ'*) antiquitus erat *θάρσεισ'*.

A stirpibus in $\bar{\alpha}$ exeuntibus recte derivantur *κίρναις* A. 27. 33, et *γέλαισας*, S. 2, 5, quod e corrupta librorum lectione *γέλαις* bene restituerunt; denique a stirpe in $\bar{o}$ *δοῖσαι* S. 70. vid. §. 10, 2. 3.

Praeterea de participiis verborum vulgo contractorum apud Aeoles in $\overline{\varepsilon\iota\varsigma}$, $\overline{\alpha\iota\varsigma}$, $\overline{o\iota\varsigma}$ exeuntibus, ut *φίλεις*, *γέλαις*, *ὄρθοις* testimonia leguntur apud grammaticos de dialectis, ita tamen corrupta, ut infinitivi pro participiis nominentur [18]).

---

18) J. Gr. 245, a. *τὰ δὲ ἀπαρέμφατα ῥήματα ποιοῦσιν ἀπὸ τῶν εἰς* $\overline{\omega\nu}$ *ληγόντων μετοχῶν· τὰ καταλήγοντα εἰς* $\overline{\varepsilon\iota\nu}$ *αὐτοὶ εἰς* $\overline{\varepsilon\iota\varsigma}$ *μεταβάλλουσι· νοῶν νοεῖν νόεις· φρονῶν φρονεῖν φρόνεις· καλῶν καλεῖν κάλεις, ὅταν δὲ ἀπαρέμφατα παρ' ἡμῖν λήγῃ εἰς* $\overline{\alpha\nu}$, *αὐτοὶ εἰς* $\overline{\alpha\iota\varsigma}$ *μεταβάλλουσι· γελᾶν γέλαις, πεινᾶν πείναις. Τὰ δὲ εἰς* $\overline{o\upsilon\nu}$ *καταλήγοντα ἀπαρέμφατα αὐτοὶ διὰ τῆς* $\overline{o\iota\varsigma}$ *ἐκφέρονται· ὀρθοῦν ὄρθοις, γυψοῦν γύψοις, χρυσοῦν χρύσοις. Ταῦτα δὲ πάντα βαρυτόνως προφέρονται.* — Prioribus omissis neque minus ultimis de accentu, reliqua fere eadem leguntur in Meerm. 661 cum exemplis *γελαῖς*, *ὑψοῖς*, et in Greg. Cor. 619, ubi exempla scribuntur *γελάϊς*, *πεινάϊς*, *ὑψόϊς*, *ὀρθόϊς*, *χρυσόϊς*. — Veram horum testimoniorum rationem primus perspexit Nevius ad Sapph. p. 31. Corruptela maxime patet in Joanne Grammatico, qui antea recte monet de infinitivis *φίλην*, *κάλην* (vid. not. 16), qua inconstantia intellecta reliqui, quae de in-

11) Praeteriti paucae formae servatae sunt. A verbis vulgo contractis Aeolica vocantur *ἐφίλην*, *ἐνόην* et *ἐφίλη*, *ἐνόη* [19]). Inde *ἐστεφανηπλόκην* pro vulgata forma reposuimus S. 112; leguntur praeterea *ἐκέκα* S. 26, *σάως* A. 92 et e nostra emendatione *δικαίως* S. 26 (pro *δικαίω*). In 3 plur. saepe brevior forma, ut *ἔβαν*, Aeolica vocatur, cujus quum apud Aeoles Asianos nullum exemplum reperiatur, contra *ἐστάθησαν* S. 25, *ἦσαν* et *ἔσσαν* S. 82, A. 71 longiorem terminationem servent, Boeotica dialectus intelligenda videtur, cui brevior forma alibi diserte adscribitur. vid. §. 46, 4.

12) In subjectivo Aeoles nihil singulare habent, nisi quod verba contracta etiam hic verborum in $\overline{\mu\iota}$ rationem sequuntur, longam, ut decet, vocalem ubique servantia. Exempla grammatici afferunt *ποίημαι* et *νόημαι*, *πώληται*, *ἐκαλήμην* et *ἐνοήμην* (rectius *-μαν*), *καλήμενος*,

---

finitivis in $\overline{\varepsilon\iota\varsigma}$ Joannes habet, omiserunt. Antiquus vero grammaticus, unde haec omnia manarunt, ita, quod Nevius ex aperta apud Joannem confusione bene intellexit, participiorum formas descripserat, ut diceret, participia in $\overline{\omega\nu}$, si vulgo infinitivus esset in $\overline{\varepsilon\iota\nu}$, apud Aeoles in $\overline{\varepsilon\iota\varsigma}$ exire, si infinitivus in $\overline{\alpha\nu}$, participium in $\overline{\alpha\iota\varsigma}$, si ille in $\overline{o\upsilon\nu}$, hoc in $\overline{o\iota\varsigma}$, quam sententiam faciliore quam Nevius emendatione restituimus, primis Joannis verbis in hunc modum mutatis: *τὰς δὲ εἰς* $\overline{\omega\nu}$ *ληγούσας μετοχὰς ἀπὸ τῶν ἀπαρεμφάτων ῥημάτων ποιοῦσι· τὰ καταλήγοντα* etc.

19) Heraclid. ap. Eust. 1408, 3. *φιλῶ ἐφίλην, νοῶ ἐνόην καὶ τὰ ὅμοια Αἰολικά.* Et. M. 23, 4. *Αἰολεῖς ἐφίλη διὰ τοῦ η — καὶ κατ' Αἰολεῖς ἄη.* — Auct. π. όμ. δ. 47, 8. *καὶ ἐπὶ τοῦ παρατατικοῦ χρόνου τὰ τρίτα πρόσωπα λήγοντα παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰς τὴν* $\overline{\varepsilon\iota}$ *δίφθογγον διὰ τοῦ η παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἐκφέρεται, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐφίλη, ἐνόη.*

20) Methodius in Et. M. 55, 30. *ἀλαλύκτημαι* derivat ab *ἀλυκτῶ*, *οὗ παράγωγον εἰς* $\overline{\mu\iota}$ *ἀλύκτημι· οὗ παθητικὸν Αἰολικῶς ἀλύκτημαι· ἐκεῖνοι γὰρ οὕτω ποίημαι καὶ νόημαι λέγουσι — ἐπεὶ ὁ ποιητὴς πολλάκις Αἰολικοῖς χρῆται καὶ μάλιστα ἀκαχήμενος καὶ ἀκάχμενος.* Item in Ann. Ox. I, 77, 14, nisi quod male *νέοημαι* pro *νόημαι*, deinde *ἀνήμενος* pro *ἀκάχμενος*; utrumque corruptum est; restituere licet *ἀλαλήμενος*, quod maxime placet, aut *ἀήμενος* aut *ὀνήμενος*. —

νοήμενος, φοβήμενος, denique φίλησθαι [21]). — Nunc ejusmodi leguntur φορήμεθα A. 10, αἰτήμεθα Theocr. 28, 5 (vulgo αἰτεύμεθα), imperativus ἄρνησο S. 27 ex emendatione nostra (libri ἄρνησον), ποτήμενα Theocr. 29, 30, unde etiam πότη S. 20 e πότηαι contractum videtur. Contractam formam libri tuentur in ὠρχεῦντο S. 73, ubi non minus ὤρχηντο restituendum videtur. In titulo Lesbio 2166, 20 ἀμφισβατημένων participium praesentis habemus et l. 30 potius (ὁ)μολογήμενα i. e. ὁμολογούμενα quam cum Boeckhio ὡμολογημένα supplendo restituimus.

A stirpibus in ᾱ haec leguntur: ἀσάμενοι A. 28, μυνάμενος A. 69, ἔρᾱται indic. S. 101, ἄρασο S. 50, quae vera lectio e codicum varietate erui videtur, unde ipsi S. 46 e conjectura ἄραντο scripsimus pro ἀράσαντο. — Stirpium in ω̄ nulla forma legitur.

13) Verba vulgo contracta apud Lesbios semper fere verborum in μι flexionem assumere, satis docent, quae attulimus. Juvat tamen, ut quaevis dubitatio evanescat, omnia paucis nunc repetere. Primum plurima sunt, in quibus certissima ea ratio Aeolibus propria valet, ut in prima persona φίλημι, δοκίμωμι etc., in secunda et tertia γέλαις, γέλαι, in tertia pluralis ῥόμβεισι,

---

Ann. Ox. I, 362, 25. τὸ Ἰωνικὸν πωλεῖται, τὸ Αἰολικὸν πωλῆται. — Heraclid. ap. Eust. 1432, 3. Αἰολικῶς γὰρ τὴν ου δίφθογγον παρατέλευτον οὖσαν ἐν τοῖς τοιούτοις εἰς η μετατιθέασιν, οἳ καὶ τὸ ἐκαλούμην καὶ ἐνοούμην καὶ ὅσα ὅμοια τῆς πρώτης συζυγίας τῶν περισπωμένων ἐκαλήμην καὶ ἐνοήμην λέγουσι καὶ ἐπὶ μετοχῶν καλήμενος καὶ νοήμενος. — Et. M. 182, 48. ἄχρους καὶ τροπῇ Αἰολικῇ τῆς ου διφθόγγου εἰς τὸ η, ὥσπερ τὸ φοβούμενος φοβήμενος γίνεται ἀχρής. — Scholl. Il. ζ, 268 de accentu loquens: τὰ γὰρ τοιαῦτα δίζησθαι, φίλησθαι ὑποφαίνει Αἰολικὸν χαρακτῆρα.

21) Grammatici, quaecunque verba in μι apud Homerum η servant, ex Aeolica dialecto derivare solent, ut ἀλάλημαι, ἀκάχημαι, δίζημαι, ὀνήμενος, adeo τιθήμενος, vid. praeter ea, quae in not. 20 attulimus, Scholl. Il. ε, 24, τ, 335, Od. μ, 284, Et. M. 45, 54—56, 23; Ann. Ox. I, 87, 30. (ἄητον) τροπῇ τοῦ ε εἰς η Αἰολικῶς ὡς τὸ διζέμενος διζήμενος καὶ τιθέμενος τιθήμενος.

δίφαισι, in imperativo κατάγρεντον, in participiis οἴκεις etc., in subjectivi formis φορήμεθα, ποτήμενος etc. — Contra paucissima sunt, quae haud dubie verborum in ᾶ flexionem tenent, nec si accurate quaerimus plura, quam ποτέονται A. 35 et quae peculiari Aeolum more η pro ε habent, ποθήω, ἀδικήει, vid. §. 25, 5; de aliis formis non contractis vid. l. l. Formae contractae aut ita in libris reperiuntur, ut meliores veriora teneant, ut S. 2 v. 11 βομβεῦσιν pro ῥόμβεισι, S. 1 v. 11 δινεῦντες, Theocr. 28, 5 αἰτεύμεθα, aut facillimis mutationibus emendari possunt, ut μοχθεῦντες, ἐπαινέοντες, vulgare οἰνοχοοῦσα in μόχθεντες, ἐπαίνεντες, οἰνοχόεισα (nr. 10), ὠρχεῦντο S. 73 in ὤρχηντο. Quae collata et emendationes subinde tentatas satis excusant et docent eas formas, quae (accentu neglecto) etiam contractione natae esse possint, ut φιλεῖ, χαυνοῖς, κίνη, καλῆν, νικᾶν, στεφανῶν, ἐφίλη, ἐκέκα, ἀσάμενος etc., potius ad conjugationem in μι cum reliquis referenda esse.

14) Verbi substantivi hae formae traduntur: Praes. ἔμμι (§. 8, 3), ἔστι, ut vulgo: de 3 plur. ἐντὶ, quam Heraclides Aeolicam dicit, vid. §. 46. — Imperativus subjectiva forma utitur in ἔσσο S. 1, 28. Infin. ἔμμεναι (§. 8, 3), quae forma metro postulante etiam S. 78 pro εἶναι restituta est; nec minus antiquam lectionem ἔμμεν' ὤνηρ S. 2, 2 revocavimus pro ἔμμεν, quia nunquam infinitivus in μεν exit. — Participii masculinum semper sonat ἔων, ἔοντος, ut saepe in Lesb. 2166, Cumaeo et Lampsaceno legitur, praeterea Sapph. 27. Femininum εὖσα e libris legitur S. 27 (olim οὖσα) et Theocr. 28, 16 (cod. Par. ἔοισαν, Mediol. ἐοῦσαν). Quae forma non minus nobis suspecta est, quam θαρσεῦσα et similia. Si qua fides est Heraclidi [22]) habenda, Aeoli-

---

22) Heraclid. ap. Eust. 1787, 45, postquam de Aeolicis optativis φιλείη, φρονείη et participiis φίλεις, φρόνεις dixit: μήποτε οὖν καὶ τὸ εἴη ῥῆμα Αἰολικόν ἐστιν ἀπὸ τῆς εἰς μετοχῆς, ἧς κλίσις παρὰ τοῖς ποιηταῖς εἰπὼν φυλάττεσθαι παράγει χρῆσιν ἐξ Ἀλκμᾶνος τὸ ἔστι

eam dicenti participii formam εἴς, ἔντος, quanquam solum Alcmanem auctorem habet, femininum εἶσα analogiam servaret. Res tamen nimis est incerta. Praeteriti 1 sing. ἔον apud Alcaeum legebatur teste Heraclide ap. Eust. 1759, 28; 2 sing. ἦσθα Theocr. 28, 17; 3 sing. ἦν S. 57 et olim 1 v. 15. 16; 3 pl. ἦσαν S. 82 et ἔσσαν A. 71. — De futuro ἔσσομαι vid. §. 9, 1.

15) Ex aliis irregularibus verborum in $\overline{\mu\iota}$ formis commemoramus κέατ' Alc. 73, Theocr. 29, 3 (pro κεῖνται), deinde formam, quam vulgo syncope explicant, χύτο S. 39, cf. §. 19, 1.

§. 27.

De perfecto et aoristo I.

1) Reduplicationem in perfecto Aeoles saepius quam reliqui Graeci iis stirpibus, quae $\overline{\varkappa\tau}$ vel $\overline{\pi\tau}$ in fronte habent, addidisse videntur, quum Sappho fr. 30 dixerit πεπτερύγωμαι, et κέκτημαι quoque atque πέπταμαι ex Aeolica dialecto repetantur [1]). — Alia ratione reduplicatio apud Aeoles apparet in μέμορθαι pro εἵμαρθαι, vid. §. 3 not. 25, quae forma non ignoratur a recentioribus poëtis, cf. Buttm. *Ausf. Gr.* ed. II. p. 241. — Omissio reduplicationis, ut βλῆσθαι, vix recte πάθος Αἰολικὸν vocatur a Tryphone παθ. λέξ. §. 21.

2) Objectivi indicativi flexio, quantum intelligere licet, non differt a vulgata ratione, ut πέπονθα S. 1, 15, σύνοιδα S. 102 etc. — De οἴδημι pro οἶδα vid. §. 26, 3.

παρέντων μνᾶστιν ἐπιθέσθαι, οὐ κατ' ἔξαρσιν τοῦ ō ἀπὸ τοῦ παρεόντων, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ εἲς ἔντος Αἰολικοῦ. cf. p. 1756, 14.

1) Et. M. 662, 32 (cf. Ms. Reg. ap. Koen. ad Greg. 638 et Zonar. s. v. πέπταμαι) ex Herodiano περὶ παθῶν: πέπταμαι Αἰολικῶς· οἱ γὰρ Αἰολεῖς εἰώθασι προστιθέναι σύμφωνον, ὥσπερ τὸ ἐπτερύγωμαι πεπτερύγωμαι. — Id. 501, 27. κέκτημαι λέγει ὁ Ἡρωδιανὸς ὅτι κατὰ πλεονασμὸν τοῦ $\overline{\varkappa}$ Αἰολικῶς.

Infinitivus in $\overline{\eta\nu}$ exit, ut *ἐπιτεθεωρήκην* Cum. 17, *τεθνάκην* S. 2 v. 15, quod e *τεθνακέμεναι* natum videtur, ut *φέρην* e *φερέμεναι* etc. (§. 14, 1).

Participium grammatici in $\overline{\omega\nu}$, gen. $\overline{o\nu\tau o\varsigma}$ exisse tradunt [2]), ut *γενοήκων*. Et Alcaeus singulari omnino forma *πεφύγγων* pro *πεφευγὼς* dixisse refertur [3]), neque minus *πεπληρώκοντα* est in recentiore titulo Lesbio 2189. De $\bar{\kappa}$ omisso, quae ratio, quum Aeolica vocetur, Boeotica esse videtur, vid. §. 46, 5.

In perfecto **subjectivi** $\bar{o}$ interdum pro $\bar{\alpha}$ positum, ut *ἔφθορθαι*, vidimus §. 12, 2; Aeolicum praeterea vocatur *ἐστόρoται* pro *ἔστρωται* a J. Gr. 245, b (minus enim recte *ἐστόρηται* scribi videtur apud Greg. C. 623 et Meerm. 664), ubi $\bar{o}$ insertum est, ut in Homerico *ἐδήδοται*, ab activo *ἔδηδα*.

3) In **Aoristo I.** liquidas duplicatas, ut *σπελλάμεναι*, *ἐγέννατο*, *ἐνέμματο*, *συνόῤῥαισα* vidimus §. 8, 2; σ saepe post breves vocales duplicatum §. 9, 1.

In **optativo** Aeolibus *τύψεια*, *τύψειας*, *τύψειε*, *τύψειαν* tribuuntur [4]) et ita quidem ut hac primae personae

---

2) J. Gr. 215, a, Meerm. 664, Greg. C. 621. *ὅσαι δὲ μετοχαὶ ὀξύτονοι εἰς* $\overline{\omega\varsigma}$ *καταλήγουσι, διὰ τοῦ* $\bar{\nu}$ *παρ' ἐκείνοις ἐκφέρονται· εἰρηκὼς εἰρηκὼν* (Greg. addit *γενοηκὼν*)· *φυλάττουσι δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τούτων κλίσεις ἀναλόγως τῇ καταλήξει*; non minus *κεκλήγοντες* Aeolicum vocatur a Scholl. Il. π, 430 et Auct. π. ὁμ. δ. 478.

3) Ann. Ox. I, 366, 22. *ὁ Ἀλκαῖος μετατιθεὶς τὸ σῖγμα εἰς τὸ* $\bar{\nu}$ *κατὰ πλεονασμὸν ἕτερον* $\bar{\gamma}$ *φησὶ πεφύγγων*, cf. 325, 30; minus recte apud Eust. 1596, 5 ex Heraclide *πεφύγγω* scribitur. — Ceterum Aeolicum participium *εἴδεις* ab *εἰδῶ* ab Heracl. ap. Eust. 1787, 44 fictum est, unde derivaret optativum *εἰδείην* ut *φιλείην* a *φίλεις*.

4) Et. M. 760, 60 (Gud. 531, 11, Ann. Ox. I, 408, 7), ubi *τίσειαν* Aeolicum vocatur: *ἐκεῖνοι γὰρ τὸ τύψαιμι τύψεια λέγουσι· τὸ δεύτερον πρόσωπον τύψειας, τὸ τρίτον τύψειε· καὶ τῷ μὲν πρώτῳ προσώπῳ κέχρηνται οἱ Αἰολεῖς· τοῖς δὲ λοιποῖς προσώποις ἡ κοινὴ συνήθεια καὶ διάλεκτος*; similiter Greg. C. 601. Minus accurate Ann. Ox. I, 3, 30 et IV, 205, 3 et primae personae mentione omissa Theogn. Ox. II, 150, 9, Et. M. 125, 31, Et. G. 28, 2 — 172, 25 — 541, 56, Eust. 36, 44 etc. etc.

forma soli usi dicantur. Exempla nunc desiderantur. Vulgaris forma *ἀκούσαις* legitur A. 62, sed propter metrum incertum minus certa; Theocritus 29, 11. 16 *ἐπαινέσαις* et *αἰνέσαι* habet. De *ἔπαισαν*, quod Aeolicum dicitur, potius Boeotico vid. §. 46 not. 3.

§. 28.

De praepositionibus.

1) Aeolibus grammatici praepositionum syncopen tribuere solent [1]); neque ea Lesbiaca dialectus, quanquam huic non est propria, in nonnullis praepositionibus fere unquam negligere videtur, in *ἀνά*, *παρά* et *κατά*.

Ἄν aut potius *ὂν* (vid. §. 12, 2) legitur in Cum. 8. 34. 39. 53 *ὀντέθην*, *ὄνθεντα*, *ὀνθέμεναι*, Alc. 10 *ὂν τὸ μέσσον* et consonante rite mutata *ὀμπέτασον* S. 28, *ὀμμένομεν*, libris fere *ἂν* praebentibus. Rarius est *ὀμνάσθην* Theocr. 29, 16 pro *ἀναμνησθῆναι*, altero *ν* ejecto, ut Boeckhius apud Pindarum Pyth. I, 47 et IV, 54 recte scripsit *ἀμνάσειεν*, *ἀμνάσει*; nec minus *ν* ante sequens *σ* ejectum est in Hesychii glossis, ut videtur, Aeolicis, *ὀσκάπτω*, *ὄστασαν*, *ὀστάθεις* (§. 12, 2). — Plenior forma *ἀνὰ* reperitur in titulis Lesb. 2166, 44 *ἀναγράψαντας*, Lamps. 35. 36 *ἀναγραφῆ* et *ἀνατεθῆ*, Cum. 52 *ἀναγράψαι*.

Παρ est in Cum. 53, Alc. 7, Sapph. 9, Theocr. 28, 5. 25. Plenior forma, quam in Alcaei frustulo fr. 99 *παραβάλλεταί σε* Apollonii liber tuetur, vix genuina est, quanquam etiam in Lamps. 29. 32 sunt *παρὰ τᾶ πόλει* et *παραγενόμενος*.

---

1) Apollon. de adv. 550, 23. *παρὰ Αἰολεῦσιν συνεχέστερον αἱ προθέσεις συγκόπτονται.* Greg. C. 617. *συγκόπτουσι δὲ καὶ τὰ σύνθετα τῶν ὀνομάτων διπλασιάζοντες τὰ ἄφωνα* ut *κάππεσεν*, *καδδὲ*, *κάββαλεν.* — J. Gr. 241, b. et Meerm. 662 inter duplicationis Aeolicae exempla habent *κάππεσεν*, *καδδὲ*; etiam Auct. *π. ὁμ. δ.* 477, syncopen in compositione Aeolicam dicit, exempla Homerica affert *καδδραθέτην*, *ὑββάλλειν.*

Κατ notas consonantis mutationes expertum in his exemplis legitur: Lamps. 14 *καττοὶς*, Cum. 31. 35. 46 *καττὰ* et *καττάδε*, A. 7. 29. 34 *καττᾶν*, *καττῶ*, *καττᾶς*, S. 43 *καττύπτεσθε*; *καδδὲ* S. 2 v. 13 et 32, Alc. 29; *κάτθανε*, *κατθάνην* A. 12. 21, *κατθάνοισα* S. 69, *κατθνάσκει* S. 43; *κακ κεφάλας* A. 33, *καγ γόνων* S. 14, *κακχέεται* S. 2 v. 13, *κακχέει* A. 31; *κάββαλλε* A. 27; *καμ μὲν* S. 2 v. 9. Partim in his brevior forma metro postulante sine libris reposita est. Rariora sunt, in quibus $\bar{τ}$ ante sequens $\overline{στ}$, $\overline{σπ}$ ejicitur, *καστάθεις* A. 102, *κασπολέω* S. 23 cf. §. 6, 3. Neglectae in hac praepositione apocopae unica exempla sunt *καταστείβουσι* S. 44 in versibus Sapphoni ex incerta conjectura tributis, et *καταῤῥεῖ* S. 4, quod quum etiam contractionis nomine suspectum sit (vid. §. 5, 8), maluimus metro patiente *καῤῥέει* scribere.

2) Aliae praepositiones interdum apocopen admittunt, ut *ἀπὺ* (Aeolice pro *ἀπὸ* §. 12, 7) in *ἀπ πατέρων* A. 100 (cf. *ἀππέμψει* Od. *ο*, 83), *ὑπὰ* (Aeolice pro *ὑπὸ* §. 12, 2), si qua fides est Herodiano *ὐββάλλω* apud Homerum Aeolicum vocanti ap. Scholl. A. Il. *τ*, 80. cf. Eust. 1172, 60 et not. 1. — Apocopen, si compares *προτὶ*, *ποτὶ*, etiam in *πρὸς* agnoscere licet, quae praepositionis forma ubique legitur in titulis Lesb. 2166, Cumaeo, Lampsaceno, A. 12. 14, S. 111, quum recentiores critici temere subinde *προτὶ* vel *ποτὶ* intrudere voluerint.

3) *Περὶ* plenum legitur in Lesb. 2166 (etiam ante vocalem l. 26 *περὶ ὅρκων*), Lamps. 31, Alc. 29, Sapph. 1 v. 10, fr. 25. 26. Elisio a grammaticis Aeolica vocatur [2]), et legitur *πέῤῥοχος* S. 44, unde apud Theocr. 29, 25 restituimus *πέῤῥ ἀπάλω* pro *περὶ ἀπαλῶ*, in quibus non vera elisio cernitur sed $\overline{ρρ}$ pro $\overline{ρι}$ positum est, vid. §. 8, 6. Apocopen patitur in *περθέτω* A. 29, *οἴκω τε*

2) Scholl. A. Il. *ο*, 657 ad *ἀχνύμενός περ ἑταίρου*: *Ἑλλάνικος Αἰολικῶς νομίζει τὴν περὶ περ' εἰρῆσθαι*, cf. Scholl. B. L.; item Eust. 1011, 15.

περ σῶ A. 93, unde recte e conjectura restituta sunt ab aliis περθέμενος S. 13 e προϊέμενος, πέρθεσθ' S. 67 pro πάρθεσθ', περ μὲν pro παρ A. 10, a nobis περ κεφάλας A. 74 pro παρ. — Sunt tamen inter haec exempla, in quibus περὶ vel περ pro vulgato ὑπὲρ, Aeolico ὐπὲρ (§. 12, 6) positum est, ut περὶ γᾶς μελαίνας S. 1 v. 10, πέῤῥοχος S. 44 pro ὑπέροχος, cf. Hesych. περῤέχειν, ὑπερέχειν, περ κεφάλας A. 74, περ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει A. 10 pro ὑπερέχει. Quae praepositionum istarum cognatio, cujus vestigia minus conspicua in aliis quoque dialectis reperiuntur, utramque e communi forma ὑπερὶ natam produnt, cf. Sanscrit. u p a r i super. De qua re quum alio tempore accuratius agendum sit, nunc vide, quae monuimus in Mus. Rhen. 1838.

Non aliter ἐν ex ἐνὶ natum esse, σὺν fortasse e συνὶ, eaque de causa ι abjecto ν interdum duplicari, docuimus §. 8, 6. — Ceterum miro testimonio[3]) Aeoles et Dores pro ἐν dixisse referuntur ἐνὸ, quum est pro verbo i. e. pro ἔνεστι, ἔνι.

Praepositio εἰς, quae ex ἐνς (vid. §. 10 not. 1) nata recte apud Aeoles eam formam plerumque servat, raro corripitur, ut ἐσέρχεται S. 44, ἐς ἀέργω Theocr. 28, 15.

3) Pro μετὰ Aeoles dicebant πεδὰ, quod in libris saepe in παῖδα corruptum est. Exempla haec reperiuntur, πεδ' ἀμαύρων νεκύων S. 69, πεδ' Ἀχίλλεα A. 39, πεδὰ μάτερα S. 30, πεδὰ Κέρβερον Theocr. 29, 38, πεδέχω A. 50 et S. 69, πεδάορος A. 91, πεδέρχομαι Theocr. 29, 25. Vulgatum μετὰ est in Lamps. 30 μετὰ τὸγ χρηματισμὸν, 7 μεταπέμψασθαι, Theocr. 28, 21 μετ' Ἰαόνων, adeo Alc. 90 μετέχων, quod vix sanum est. Grammatici Aeoles in μετὰ mutare μ in π docentes male πετὰ Aeolicum vocant[4]). At non cognata esse μετὰ et πεδὰ, sed

3) Ann. Ox. I, 176, 12. ἡ τοιαύτη πρόθεσις παρὰ τὴν Αἰολίδα καὶ Δωρίδα διάλεκτον ἐνὸ γίνεται, ὁπόταν καὶ ἀντὶ ῥήματος.

4) J. Gr. 236, a. Gr. Leid. 638. Vat. 689. ἔστι δὲ καί τινα ἰδίως παρ' αὐτοῖς σχηματιζόμενα· οἷον ἀντὶ τῆς μετὰ προθέσεως τὴν

diversae stirpis, recte intellexit Pottius *Et. Forsch.* II. p. 515; nos πεδὰ cum p o s t, π ο ὺ ς, p e s cognatum existimamus, ita ut sequendi notio primaria sit.

§. 29.

De adverbiis.

1) Adverbia temporis, quae vulgo in οτε, apud Dores in οκα exeunt, in Aeolica dialecto testibus grammaticis [1]) terminationem οτα habent, ut πότα, ὄτα, ἄλλοτα, nec minus ἐτέρωτα [2]), quod in reliquis dialectis ignoratur. Nunc leguntur S. 1 v. 5 αἴ ποτα κἀτέρωτα (cf. Hes. κατέροτα, καὶ ἄλλοτε), ὄτα S. 98. Recte correcta sunt πότα S. 17, ubi libri ποτὲ et ποταμὸν, S. 12 pro ποκὰ, S. 69 οὐδέπετα (J. Gr. et Vat. corruptius κατὰ) παραλαμβάνοισι. Corruptissime Meerm. 661 et Greg. C. 581 in antt. edd. ἀντὶ δὲ τοῦ μ̄ τὸ π̄· μετ' ἐμοῦ πετ' ἐποῦ.

1) Apoll. de adv. 606, 16. τὰ διὰ τοῦ ε̄ ἐκφερόμενα ἐπιῤῥήματα (in τε, θε, σε, δε) οὐ τρέπει πάντοτε τὸ ε̄ εἰς τὸ ᾱ παρ' Αἰολεῦσι καὶ Δωριεῦσιν, ἀλλὰ τρέψαντά ἐστιν ἢ διὰ τοῦ θε ἐκφερόμενα ἢ διὰ τοῦ τε. — εἴρηται μὲν περὶ τοῦ ὔπισθα καὶ ὔπερθα (cod. teste Bast. ad Greg. C. 187. ὔπηοθα καὶ ὔπερθα) καὶ τῶν τοιούτων· ἐστι δὲ καὶ ὑποδείγματα τῶν τοῦ τε, τὸ πότε - πότα, ὅτε - ὅτα, ἑτέρωτε ἑτέρωτα (cod. secundum Bastium ἑτέρωθεν - ἑτέρωθα), ἄλλοτε - ἄλλοτα· διαφέρει δὲ πάλιν τὰ Αἰολικὰ τῶν Δωρικῶν, ᾗ τὸ μὲν Δωρικὸν τὸ τ̄ εἰς κ̄ μεταλαμβάνει, ὅτε τὸ πότε - πόκα ἐστὶ, τὸ ἄλλοτε - ἄλλοκα, ὅτε - ὅκα. cf. p. 607, 17 ubi Aeolica ἑτέρωτα, πότα. — Ann. Ox. I, 328, 20. τὸ ὅτε οἱ Αἰολεῖς ὅταν (leg. ὅτα) λέγουσιν· Λάκωνες δὲ ὅκα· καὶ οἱ μὲν μόνον ἔτρεψαν τὸ ε̄ εἰς ᾱ, οἱ δὲ καὶ τὸ σύμφωνον· ὥστε οὐκ ἀπὸ τοῦ ὅτα Αἰολικοῦ τὸ ὅταν πλεονασμῷ τοῦ ν̄· ὅταν γὰρ μεταβολὴ γένηται τοῦ ε εἰς ᾱ, οὐ προσέρχεται τὸ νν· ὄπισθεν ὄπισθα· πρόσθεν πρόσθα. Inde adeo νέωτα a νέωτε τροπῇ Αἰολικῇ τοῦ ε̄ εἰς ᾱ derivatur Et. M. 607, 17.

2) Ab ἕτερος debebat ἑτέροτα derivari ut ἄλλοτα ab ἄλλος, ὅτα ab ὅς; in ἑτέρωτα, non minus quam in ἑτέρωσε, ἑτέρωθεν propter brevium vocalium concursum vocalis producta videtur; Hesychii tamen κἀτέροτα excusationem habet.

ποι' pro οὐδέποκ'; nos praeterea scripsimus ἄλλοτα pro ἄλλοτε A. 38, deinde ὄπποτα S. 3 pro ὀππόταν, quia Aeoles ignorant ἄν (cf. similem corruptelam not. 1 in Ann. Ox.), nec minus A. 31 pro ὄτι ποτ' ἄν, ubi alii ὀππόταν. Minore jure tentares apud Theocr. 29, 5. 6. 39 χὤταν, ὄκα, τόκα.

2) Similiter nonnulla adverbia loci in θε(ν) apud Aeoles in θα exeunt. Grammatici [3]) afferunt πρόσθα et ἔμπροσθα, ἔνερθα, ὔπισθα et ἐξύπισθα pro ὄπισθεν, ὔπερθα, ἄτερθα, πάροιθα. Nunc unicum exemplum legitur in Aeolici poëtae frustulo (Alc. 102), quod Apollonius affert, ἐξύπισθα. Non omnia adverbia in θεν hanc mutationem pati, Apollonius docet, qui quum neque οὐρανόθα neque ἄλλοθα dictum esse affirmet, intelligitur θεν in iis etiam apud Aeoles mansisse, quae motum ex aliquo loco significant, ut recte leguntur ἄλλοθεν et κήνοθεν (pro ἐκεῖθεν) apud Alc. 66., mutatum esse in reliquis, quae, ubi aliquid sit, indicant. Neque tamen in his vulgatam formam plane ignorarunt; potius ante sequentem vocalem non tentanda videntur καθύπερθεν ἴππιοι A. 7, πάροιθεν ἀμφὶ Alc. 3; adeo in Lesb. 2166, 17 legitur πρόσθε ἐόντων. Comparanda est duplex, quae fuisse videtur forma λεγόμεθα et λεγόμεθεν §. 24, 8.

3) Adverbia in οι exeuntia et locum in quo signifi-

3) Apoll. de adv. 563, 19. βαρύνεται καὶ ὅσα ἐκ μεταλήψεώς ἐστι τῶν εἰς θεν, ὅπερ ἐστὶ παρ' Αἰολεῦσι καὶ Δωριεῦσιν — οὐ γὰρ ἐφικτὴ πᾶσα μετάθεσις τῶν εἰς θεν ληγόντων τοπικῶν εἰς τὸ α· οὐ γὰρ οὐρανόθεν οὐρανόθα φασὶν οὐδὲ τὸ ἄλλοθεν ἄλλοθα, τὸ δὲ ἔμπροσθεν ἔμπροσθα, ἔνερθεν ἔνερθα, ὄπισθεν ὄπισθα· ὁ δ' ἐξύπισθα κασταθεὶς· πρόσθεν πρόσθα. — Ibid. 604, 16 eadem fere cum iisdem exemplis, p. 606 ὔπισθα, ὔπερθα. vid. not. 1. — Hesych. ἐξύπισθα, ἐκ τοῦ ὀπίσω dialecto non nominata. — Et. M. 559, 31. οἱ Αἰολεῖς τὰ εἰς θεν λήγοντα ἐπιῤῥήματα εἰς α ποιοῦσιν· ὄπισθεν ὄπισθα, ἄτερθεν ἄτερθα ἄνευ τοῦ ν. — Joann. Al. 33, 10 inter adverbia in θα affert πρόσθα, πάροισθα (leg. πάροιθα), ὔπισθα, quae Aeolica esse, ultima vox prodit.

cantia apud Aeoles plures erant, quam in vulgari lingua, ut teste Apollonio [4]) *ἔνδοι* et apud Alcaeum *μέσοι* (fr. 9) vel *μέσσοι*. Eadem terminatio facile assumebat significationem loci in quem, ut *ὕψοι* (aut potius *ὔψοι*, vid. §. 12, 6), quod Aeolicum esse dicitur [5]) pro *ὑψοῦ*, apud Sapph. 44 e libro (rell. *ὕψι*) ea, qua diximus, significatione sursum legitur. Item *ποῖ*, quo, est S. 51; nec minus *ποι* pro *που* e conjectura scripsimus in corruptissimis locis A. 3. 55.

Utriusque tamen significationis etiam alia forma traditur [6]), *μέσυϊ* pro *ἐν μέσῳ*, *τυΐδε* pro *ἐνθάδε* vel *ἐνταῦθα*, *πήλυϊ*, *ἄλλυϊ*, *ἀτέρυϊ*, *τούτυϊ* pro *τήλοσε*, *ἄλλοσε*, *ἑτέρωσε*. Grammatici docent *υι* in hisce duas syllabas efficere, sed

---

4) Apollon. de adv. 610, 20. *ἔνδοι, ὅπερ ἐν χρήσει Συρακοσίοις καὶ Αἰολεῦσιν, γενόμενον ἐκ συγκοπῆς τοῦ ἔνδοθι*; deinde l. 30. *τῇδε γὰρ ἔχει καὶ ἐπίῤῥημα παρ' Αἰολεῦσι τὸ μέσοι· γαίας καὶ νιφόεντος ὠρανῶ μέσοι.* — Id. 588, 27. *τὸ γὰρ παρὰ τοῖς περὶ τὸν Ἀλκαῖον μέσσοι δῆλον ὅτι κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον ἀνὰ λόγον βαρυνθείη ἄν· οὐ γάρ ἐστιν ἐλλιπὴς τῇ ἐν προθέσει συστελλομένου τοῦ ω εἰς τὸ ο ὥς τινες διενόησαν, ἐν μέσσῳ· ἀλλ' ὃν τρόπον παρὰ τὸ οἶκος τὸ οἶκοι ἐγένετο σημαῖνον ἐν οἴκῳ, παρά τε τὸ Πυθὼ τὸ Πυθοῖ καὶ παρὰ τὸ Μέγαρα τὸ Μεγαροῖ σημαῖνον ἐν Μεγάροις, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ παρὰ τὸ μέσος τὸ μέσσος ἐγένετο σημαῖνον τὸ ἐν μέσῳ, ὅπερ ἔφην κατὰ τὸ Αἰολικὸν βαρύνεσθαι.*

5) Ann. Ox. I, 418, 29. *τὸ ὑψοῦ ὑψοῖ λέγουσιν Αἰολεῖς τροπῇ τοῦ υ εἰς ι ὁμοίως τοῖς Ἀττικοῖς πανταχοῦ καὶ πανταχοῖ, οὐδαμοῦ καὶ ουδαμοῖ, ποῦ καὶ ποῖ· οὐκ ἀεὶ ἀλλ' ἐπὶ πολλοῖς.* Reliqua non Aeolica, sed Attica vocari videntur.

6) Hesych. *μέσυϊ, ἐν μέσῳ· Αἰολεῖς.* — Scholl. Il. ζ, 298. *τόδ' ἱκάνεις· λείπει τὸ ὅρος· μήποτε ἰσοδυναμεῖ τῷ παρ' Αἰολεῦσι τυΐδε.* — Hesych. *τύδαι, ἐνταῦθα· Αἰολεῖς.* — Theogn. Ox. II, 160, 7 (Bekk. 1125) *τὰ Αἰολικῶς διὰ καθαροῦ τοῦ ι ἐκφερόμενα βαρύνεται καὶ διὰ τοῦ ι γράφει τὴν λήγουσαν καὶ τὴν παραλήγουσαν διὰ τοῦ υ ψιλοῦ καὶ τοπικὴν σχέσιν δηλοῖ· οἷον πηλύϊ· ἀλύει* (B. *ἀλύϊ* leg. *ἄλλυϊ*)· *ἀτερύει* (B. *ἀτερύϊ*)· *τὸ τυϊ* (leg. *τούτυϊ*). Corrupte J. Gr. 215, b, Greg. C. 622, Meerm. 622. *τὸ ἐνθάδε τῇδε* (J. Gr. *τίδε*)· *τὸ ἄλλοσε ἑτέρωσε*, leg. *τὸ ἐνθάδε τυΐδε, τὸ ἄλλοσε ἄλλυϊ, τὸ ἑτέρωσε ἐτέρυϊ* aut *ἀτέρυϊ*.

interdum in unam coalescere [7]). Nec leguntur nunc exempla, nisi in quibus ῡῐ pro una est syllaba. Ita τυῖδε, huc, S. 1 v. 5 et Theocr. 28, 5 e Seidleri et Berghii emendatione pro vulgato τῇδε (duo libri τὺ δὲ); deinde πήλυι e Berghii palmaria emendatione S. 1 v. 6 (e πολὺ); denique in ἄλλυι, quod Seidlerus restituit Alc. 69 (libri ἄλλα et ἄλλο). Priscianus docet, ῡῐ eadem ratione unam syllabam efficere, qua apud Romanos suavis bisyllabum sit, cui nullam fidem habendam arbitramur, quia, quum ῐ locativum haud dubie breve sit, longa syllaba esse non posset, nisi diphthongus nasceretur. Neque sine auctoritate est simplex ῡ pro ῡῐ scriptum, quum et Dionysii codices in Sapphus loco et Theocriti incorruptiores τύδε habeant et Hesychii τύδαι eodem ducat, nec minus in librorum apud Sappho πολὺ facilius πήλυ lateat, denique hoc ipsum, si recte Bekkerus emendavit, sine dialecti nomine inter adverbia non locativa in ῡ exeuntia enumeretur [8]), quanquam et hoc et δεῦρυ, quod ibidem legitur, locum significant. Hoc ipsum, etiam ab Herodiano Aeolibus adscriptum, huc trahere liceat, si ῡ longum est δεύρυ, neque Aeolica mutatione ex ō natum. Jam igitur multiplex horum adverbiorum est terminatio οῐ, ῡῐ, ῐ, ῡ; antiquissimam esse ῡῐ facile apparet, unde οῐ et ῡ natae sunt, quia ῡῐ haud facile, nisi ante sequentem vocalem diphthongum efficit. cf. Buttm. Lexil. I. p. 55, Lobeck

---

7) Priscian I. p. 35 postquam de ŭ dixit vocalis vim amittente in suavis, suadeo etc.: »quod apud Aeoles quoque ῡῐ saepe patitur et amittit vim litterae in metro ut Sappho: ἀλλὰ τυίδε' ἔλθετε ποτισατ' ἔρωτα (Addend. p. 19 τυίδ'). Similiter πήλυι disyllabum invenitur apud eosdem, cum ῡῐ non est diphthongus.«

8) Theogn. Ox. II, 161, 6 (Bekk. 1341) τὰ εἰς ῡ λήγοντα ἐπιῤῥήματα μὴ τοπικῶς λαμβανόμενα διὰ τοῦ ῡ γράφονται, οἷον πάγχυ, πρόχνυ, δεῦρυ, πλὴν (Bekk. πήλυ), ἄῤῥυ etc. — Herod. π. μ. λ. 26, 35 δεῦρο παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι καὶ δεῦρα καὶ δευρὺ διὰ τοῦ ῡ. — Ann. Ox. I, 117, 29. Ἀττικοὶ δευρὶ φασὶ τοπικὸν, Αἰολεῖς δευρί leg. δευρύ. cf. Theogn. Ox. II, 161, 5. ἐνίοτε δὲ καὶ δεῦρυ διὰ τοῦ ῡ ψιλοῦ. — Quod Apollon. de pron. 69. τῆλυ pro τῆλε commemorat, vix de Aeolico cogitavit, sed e τηλύγετος finxit.

Parall. p. 143. — Non Aeolica sunt *ὄππα* Theocr. 28, 5 et *ὄππῃ* 29, 13, ubi verior lectio *ὄποι* in uno libro est.

De accentu harum formarum egimus §. 3, 7; de $\bar{\pi}$ pro $\bar{\tau}$ in *πήλυϊ* §. 6, 1, de $\bar{\alpha}$ pro $\bar{\varepsilon}$ in *ἀτέρυϊ* §. 12, 1.

4) Adverbium *ἀεὶ* apud Aeoles, si varia grammaticorum [9]) testimonia comparamus, quatuor formas habuisse videtur, *αἶϊ, αἶϊν, ἄϊ, ἄϊν.* Inde quod S. 47 legitur *ἀεὶ* in *ἄϊ* mutandum erat; cf. de accentu §. 3, 7, de correpta in *ἄϊ* diphthongo §. 16, 1.

5) Pro *ἂν* Aeolicum est *κε*, cf. §. 6, 7; nunquam illud usurpatum videtur, quum *ὀππόταν* A. 31 et S. 3 facile in *ὄπποτα* emendetur. vid. nr. 1.

---

9) Theogn. Ox. II. p. 3 ex Herodiano de duodecim hujus adverbii formis: *παρὰ δὲ Αἰολεῦσιν τῆς ἀρχούσης ἐχούσης τὴν αι δίφθογγον, τοῦ δὲ τέλους τὸ ῑ συστελλόμενον βαρυτόνως αἶϊ* (leg. *αἶϊ*)· *λέγεται δὲ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ σὺν τῷ ν̄ αἶϊν* (leg. *αἶϊν*)· *γίνεται δὲ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ κατὰ συστολὴν τῆς ἀρχούσης καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε̄ ἄϊ βαρυτόνως.* — Ex eodem fonte fluxerunt, quae leguntur in Et. Gud. 9, 48 (Et. Par. ap. intt. ad Greg. 316) inter duodecim formas: *ἄϊ* (Par. *ἀεὶ*) *παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι, ἄϊν παρ᾽ αὐτοῖς* (Bast. conj. *παρὰ τοῖς αὐτοῖς*); ubi quum duae e pleno numero formae desiderentur, Aeolica *αἶϊ* et *αἶϊν* deesse, docent Etymologica Parisiensia tria apud Bast. ad Greg. 318, quae dialectis non nominatis duodecim formas enumerant et Aeolicis *ἄϊ* et *ἄϊν* vicina addunt *αἶϊ* et *αἶϊν.* — Corruptela invasit in Ann. Ox. I, 71, 19. *ὁ δ᾽ Αἰολεὺς τριχῶς· ἀεὶ παρθένος ἔσομαι· καὶ αἰεὶ καὶ αἰὲν*; nam recte paullo ante Homero tres illae formae vindicantur, cf. p. 19, 11 et Et. M. 31, 8, quare e Theognosto restituenda sunt *ἄϊ, αἶϊ, αἶϊν*, neque *ἀεὶ παρθένος* defendere licet iis, quae in Et. Gud. et Par. antea leguntur: *τὰ δὲ παρὰ τὸ ἀεὶ συντεθέντα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται· οἷον ἀείμνηστος, ἀειπάρθενος, ἀειθαλής*, dum in tribus illis Parisiensibus exempla *ἀείμνηστος, ἀείφρουρος* leguntur, quia eam vocem aut aliunde hauserunt, aut antiqua corruptela decepti sunt. — Aperta corruptela laborat etiam Herod. π. μ. λ. 45, 33. *Πρὶν· οὐδὲν εἰς ῑν μονοσύλλαβον ἐπίῤῥημα, ἀλλὰ μόνον τὸ πρὶν· τὰ δὲ εὑρεθέντα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν εὑρέθη, ὡς τὸ πάλιν ἱεροῖσιν παρ᾽ Ἀττικοῖς αἰὲν, παρὰ Δωριεῦσι αἶϊν, παρ᾽ Αἰολεῦσι λέγεται ταῦτα ἄνευ τοῦ ν̄·* leg. *τὸ πάλιν, πέρυσιν, ἀεὶ παρ᾽ Ἀττικοῖς, αἰὲν παρὰ Δωριεῦσι, αἶϊν παρ᾽ Αἰολεῦσι· λέγεται ταῦτα καὶ ἄνευ τοῦ ν̄.*

§. 30.

De vocum formandarum proprietate.

1) Patronymica peculiari Aeolum more in *αδιος* exire traduntur [1]); exemplum saepissime affertur *Ὑῤῥάδιος* i. e. Pittacus, cujus pater erat *Ὕῤῥας*; unus grammaticus addit *Τινάδιος*, *Τίνα παῖς*; neque abhorret *Μυσάδιοι*, Aeolicum Mysorum nomen; Tzetzae autem, qui de his formis agit in Epex. Il. 59, 20, *Πηλειάδιος* ipsius ingenio debetur. Illud *Ὑῤῥάδιος*, forma paullulum mutata nunc legitur Alc. 73 *Ὑῤῥαδήῳ* e probabili emendatione pro *ὑῤῥακκω* (vid. de *η* §. 15, 2). Nihilominus valde de hac patronymicorum forma dubitare licet. Illud quidem,

---

1) Dion. Thr. Bekk. 631, 29. *τύποι πατρωνυμικῶν ἀρσενικῶν μὲν τρεῖς, ὁ εἰς δης, ὁ εἰς ων, ὁ εἰς αδιος· οἷον Ἀτρείδης, Ἀτρείων καὶ ὁ τῶν Αἰολέων ἴδιος τύπος Ὑῤῥάδιος· Ὕῤῥα γὰρ παῖς ὁ Πίττακος.* — Scholl. Dion. Thr. 849, 17. *ὁ δὲ εἰς αδιος παρ' Αἰολεῦσιν· οἷον Τινάδιος, ὁ Τίνα παῖς, καὶ Ὑῤῥάδιος Ὕῤῥα παῖς.* — Ibid. 850, 16. *τὰ δὲ διὰ τοῦ αδιος Αἰολικά· χρειώδης δὲ Αἰολεῦσιν ὁ τύπος καὶ πρὸς χρόνον καὶ πρὸς τόνον· τὰ γὰρ διὰ τοῦ αδιος πρὸς τῷ συστέλλεσθαι καὶ (προ)παροξύνεται.* — Ann. Ox. IV, 326, 26. *περὶ δὲ τοῦ εἰς αδιος λέγομεν, ὅτι Αἰολέων ἴδιός ἐστιν — εὔθετος δὲ ὁ αδιος Αἰολεῦσι καὶ πρὸς τόνον καὶ πρὸς χρόνον· καὶ γὰρ πρὸς τῷ συστέλλεσθαι καὶ προπαροξύνεσθαι* (sic), *ὅπερ ἐκεῖνοι φιλοῦσιν. Ὑῤῥάδιος δέ ἐστιν ὁ τοῦ Ὕῤῥα παῖς· Ὕῤῥας δὲ Μιτυληναίων τύραννος, οὗ υἱὸς Πίττακος.* — Prisc. I. p. 81. »(Patronymicorum forma) in *αδιος*, quae est Aeolica, ut Hyrradios Hyrrae filius Pittacus.« — Eust. 13, 45. *Ὕῤῥας κύριον Αἰολικόν, διὸ καὶ ψιλοῦται ἀφ' οὗ πατρωνυμικὸν Ὑῤῥάδης, ὅπερ Αἰολεῖς Ὑῤῥάδιος λέγουσι.* — Suid. *Ὕῤῥα παῖς ὁ Πίττακος καὶ Ὑῤῥάδιος ὁ αὐτός.* — Hesych. *Ὑῤῥάδιος, ἀπό τινος τῶν προγόνων ἄδοξος ἢ εἰκαῖος. Ὕῤῥα παιδίον.* — Steph. Byz. s. v. *Μυσία: λέγονται καὶ Μυσοὶ καὶ Μύσιοι καὶ Μυσάδιοι Αἰολικῶς*; idem inter voces in *αδιος* apud Herod. *π. μ. λ.* 18, 9 pro *μουσάδιος* restitui jubet Lobeck Parall. p. 77, vix recte, quum huic bene conveniat cum *μολπάδιος*.

quod ab aliis ipse Pittaci pater vocatur *Ὑῤῥάδιος*[2]), ex uno Callimachi epigrammate fluxisse suspiceris, in quo *παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου* errore satis antiquo e *παῖδα τὸν Ὑῤῥάδιον* corruptum haberi potest. Valde autem mirum est, quod in Hesychii glossa *ὑῤῥάδιος* explicatur *ἀπό τινος τῶν προγόνων ἄδοξος ἢ εἰκαῖος*, quocum conspirant alia[3]). Casu vero eundem sonum habere patronymicum Pittaci et adjectivum, quo eadem opprobria exprimuntur, quae Alcaeus alibi in illum conjicit, *ζοφοδορπίδαν* (apud Diog. Laert.) et *κακοπάτριδα* fr. 30 appellans (cf. Welcker in Jahn. Ann. 1830, I. p. 15), nemo sibi facile persuadebit. Quam difficultatem in Museo Rhenano 1838 ita expedire conati sumus, ut verum Pittaci patronymicum *Τυῤῥάδιον* dixerimus, quia Pittaci filius apud Diogenem Laertium *Τύῤῥαιος* appellatur, inde Alcaeum ludibriose *Ὑῤῥάδιος* fecisse. — Patronymicorum forma in $\overline{αδιος}$ non caret analogia, quum diminutiva, quae saepe similes atque illa terminationes habent, haud raro in $\overline{διον}$ exeant. cf. Pott *Etym. Forsch. II. p. 564*, Grimm *Gr. II. p. 349* seqq. — Ceterum non alienam fuisse ab Aeolibus Asianis patronymicorum formam in $\overline{ιος}$, Boeotis et Thessalis usitatam (vid. §. 47), innuunt *Τύῤῥαιος* ille et quodammodo *Νικιάα ἄλοχος* (i. e. *Νικιαία*) Theocr. 28, 9, ut e libris restituimus.

2) Aeolica vocantur feminina[4]) in $\overline{ις}$ pro $\bar{η}$ vel $\bar{α}$, ut

---

2) Callimach. ap. Diog. Laert. I, 81. (*Πίττακον*) *τὸν Μιτυληναῖον παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου*, ut ipse Diog. Laert. *Πίττακος Ὑῤῥαδίου*. — Suid. *Πίττακος υἱὸς Καΐκου καὶ Ὑῤῥαδίου Θρακός*. — Phav. Lex. *Ὑῤῥάδιος κύριον, ὁ πατὴρ τοῦ Πιττάκου*.

3) Suid. *ὕῤῥαξ ἐπίῤῥημα ἀντὶ τοῦ μίγδην, ἀναμίξ*. Hesych. *ὕραξ, μίγδην, ἀναμίξ*. Id. *συῤῥάδος· νόθος, μικτὸς, εἰκαῖος* leg. *συῤῥάδιος*. — Theogn. Ox. II, 23, 22. *ὕῤῥαξ, μίγδην, ἀναμίξ· ὑῤῥάδιος, προγονίος ἢ ἄδοξος*, quae ex Hesychio corrigas. Apud Herod. *π. μ. λ.* 18, 9. inter nomina in $\overline{αδιος}$ afferuntur *μιχθάδιος, ὑῤῥάδιος, μολπάδιος* etc.

4) Scholl. A. Il. *ε*, 299. *ἀλκὶ — τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ ἄλκις Αἰολικοῦ αὐτό φασιν· τοῖς γὰρ εἰς* $\overline{η}$ *παράκειται εἰς* $\overline{ις}$ *ὡς ἑορτὴ καὶ ἑορτὶς καὶ*

αὖλις, ἄγυρις, ἔορτις, κίθαρις, χάρις pro αὐλὴ, ἀγορὰ, ἑορτὴ, κιθάρα, χαρά. At pleraque in vulgata lingua aut apud Homerum leguntur, ἔορτις apud Euripidem Electr. 620; quare non alia de causa Aeolica illa vocari videntur, quam quod accentum retrahunt. Neque de Aeolica origine aliquid colligere licet ex ο̄ in ῡ mutato in ἄγυρις, quia ea vox non magis Aeolibus propria est quam ἐπώνυμος et similia, neque e duplicata liquida in δέῤῥις, quod grammatici male huc trahunt, quum nihil commune habeat cum δειρή.

Non majore jure abstracta in $\overline{\text{τυς}}$ Aeolica dicuntur [5]), ut κιθαριστύς.

3) Aeolibus grammatici tribuunt [6]) adjectiva in $\overline{\text{ωνιος}}$ possessiva significatione, a genitivo pluralis derivata, ἀλ-

---

ἐν ὑπερθέσει ἔορτις. — Eust. 1908, 53 ad ἑορτή: Αἰολεῖς δὲ προπαροξυτόνως καὶ κατὰ μετάθεσιν ἔορτιν ὡς ἀπὸ εὐθείας τῆς ἡ ἔορτις: Id. 381, 4. κίθαρις — ἐκ τοῦ κιθάρα καί ἐστιν ἴσως Αἰολικόν· διὸ καὶ προπαροξύνεται κατὰ τὸ ἑορτὴ ἔορτις (sic)· τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ αὐλὴ αὖλις, ἔτι δὲ καὶ τὸ χαρὰ χάρις, cf. de αὖλις p. 265, 13 et de ἄγυρις, quod cum ἔορτις (sic) comparatur p. 1430, 39. — Et. M. 262 fin., Gud. 136, 48, Ann. Ox. I, 114, 1. δειρὴ — οἱ Αἰολεῖς δέῤῥη καὶ κατὰ παρασχηματισμὸν δέῤῥις.

5) Scholl. D. Il. β, 600. κιθαριστὺν — ὁ σχηματισμὸς τῆς λέξεως Αἰολικὸς ὁμοίως τῷ ὀρχηστύν.

6) Ann. Ox. IV, 329, 22. ὁ μὲν διὰ τοῦ $\overline{\text{ωσιος}}$ Ῥηγίνων ἐστὶν, ἐπεὶ συνεχὴς παρ' αὐτοῖς ἀπὸ γενικῆς γίνεται· ἀνάκων ἀνακώσιος· χαρίτων χαριτώσιος. Ὁ διὰ $\overline{\text{ωνιος}}$ Αἰολέων ἐστὶν· πολὺς γάρ ἐστι παρ' αὐτοῖς. Ἀλώνιος (leg. ἀλλώνιος)· παντώνιος (cf. Hesych. παντόνια, παντοδαπά)· ἑτερώνιος· τοιοῦτον τὸ Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα παρ' Ὁμήρῳ· οὕτως καὶ ἀνεμώλιος· ἀνέμω (leg. ἀνέμων), ἀνεμώνιος· ἀλλαχοῦ μεταμώνιος· τοῦτο συγκέκοπται, τὸ πρότερον τέτραπται. — Ann Ox. I, 152, 30, ubi ἐτώσιος mira ratione derivatur ab ἄετος non verus, gen. pl. ἀέτων: αἱ ἀπὸ γενικῶν πληθυντικῶν ὀνομάτων διὰ τοῦ $\overline{\text{ιος}}$ γινομένων (sic) παραγωγαὶ διχῶς σχηματίζονται· καὶ διὰ τοῦ ῡ (leg. σ) καὶ διὰ τοῦ ν̄· καὶ ἡ μὲν τῶν Ῥηγίνων διάλεκτος διὰ τοῦ σ̄· οἷον ἀέτων ἀετώσιος· ἡ δὲ τῶν Αἰολέων διὰ τοῦ ν̄· οἷον ἑλίκη, ἑλίκης, Ἑλίκων (leg. Ἑλικῶν) Ἑλικώνιος· ἀνέμων ἀνεμώνιος; eadem, minus plena tamen, leguntur in Et. M. 387, 46, Et. G. 216, 31, Ann.

λώνιος, *ἑτερώνιος*, *παντώνιος* i. e. *ὁ ἄλλων*, *ἀλλότριος* etc., ut cujas a cujus descendit. Grammatici male hanc Aeolicam rationem adhibent ad Homericum *Ἑλικώνιος* explicandum, nec melius adjectivum ejusmodi *ἀνεμώνιος* fingunt, unde deducant *ἀνεμώλιος* et *μεταμώνιος*; quae praeterea affert scholiasta Homericus, corrupta sunt, neque videtur hoc adjectivorum genus nisi ab adjectivis illis pronominalibus descendisse, quae multas derivatorum formas, substantivis ignotas, communes habent, ut *ἄλλοσε*, *πάντοσε*, *ἑτέρωσε*, *ἀλλοῖος*, *παντοῖος*, *ἑτεροῖος* etc. De adjectivis in *ηιος* et *αους*, quae idem scholiasta Aeolibus tribuere videtur, minus judicare licet.

§. 31.

De universa Lesbiacae dialecti indole.

Jam inter antiquos erant, qui universam Aeolicae dialecti indolem describere, inde singula, quibus a reliquis dialectis differt, explicare conarentur. Ita Scholl. Dion. Thr. 661, 28. *τὸ δὲ Αἰολικὸν τῷ τ' αὐστηρῷ τῆς διαίτης καὶ τῷ τῆς φωνῆς ἀρχαιοτρόπῳ· διὰ τοῦτο καὶ τὴν βαρύτητα τῶν τόνων καὶ τὴν ψιλότητα ἐζηλώκασιν.* Adversus quem disputat alius grammaticus ibid. p. 662 extr. *τοῦτο δὲ οὐ πιθανόν. τί γὰρ ἡ βαρεῖα τάσις καὶ τὸ ψιλὸν πνεῦμα πρὸς τὸ αὐστηρὸν τῶν τρόπων αὐτῶν; ἀλλὰ διὰ τοῦτο βαρυντικοί εἰσι καὶ ψιλωτικοὶ οἱ Αἰολεῖς, ἐπειδὴ τοῖς ἀσθενεστέροις χαίρουσι· καὶ γὰρ τὸ φθείρω φθέῤῥω λέγουσι καὶ τὸ σπείρω σπέῤῥω — τὸ δὲ θέσει μακρὸν ἀσθενέστερόν ἐστι τοῦ φύσει μακροῦ — καὶ ἡ βαρεῖα τάσις ἀσθενεστέρα ἐστὶ*

Ox. I, 162, 14. — Scholl. B. Il. *υ*, 404. *οἱ Αἰολεῖς παρὰ τὰς γενικὰς τῶν πρωτοτύπων ποιοῦσι κτητικοὺς τύπους· ἑταίρων ἑταιρώνιος* (leg. *ἑτέρων ἑτερώνιος*), *ἀνεμώνιος*, *ἑτοιμώνιος* (leg. *μεταμώνιος*), *Ἑλικώνιος*, *τά τε διὰ τοῦ ιος, εἰ μὲν τὸ πρωτότυπον εἰς ος ἔχει, διὰ τοῦ ηιος, Ἴθακος Ἰθακήσιος, βροτήσιος, ἐτήσιος· εἰ δὲ τρέπεται τὸ η τοῦ πρωτοτύπου εἰς α παρὰ Δωριεῦσι, διὰ τοῦ α· Πρυμνάσιον, Κορυφάσιον· οὕτως ἔχει καὶ τὸ Κοράσιον, ὃ μᾶλλον ἐστὶ Μακεδονικόν.*

τῆς ὀξείας — καὶ ἡ ψιλὴ τῆς δασείας ἀσθενεστέρα. — Quibus rationibus homo haec probare studeat, in ipso libro quaerat, cui talia placent. Nobis quidem nil nisi verba et merae nugae videntur. Ridicule grammaticulus iste *βαρεῖαν* Aeolum *τάσιν* debiliorem vocat quam *ὀξεῖαν*, quasi accentum in fine evitatum non haberent in alia vocis syllaba, cui majorem facile aliquis vim adscripserit, quia non, sicut acutus in fine, lenitur ante sequentem vocem. Libentius conceditur, quod syllabam positione longam et spiritum lenem debiliores dicit, quanquam diversissima est utriusque ratio, quum lenis spiritus molle quid habeat, duplicata consonans contra rigidius quoddam et asperius. Neque meliora sunt, quae alibi de breviorum syllabarum apud Aeoles amore leguntur [1]), unde repetuntur *κέῤῥω* pro *κείρω*, *μέλαις* pro *μέλας* et similia. Rectius jam alter ille Dionysii scholiasta in Aeolum psilosi et barytonesi *αὐστηροῦ* et *ἀρχαιοτρόπου* aliquid inesse dicit. Nam et accentum retractum et lenis usum, quatenus Aeolum fuisse videtur, ex antiquissima Graecorum lingua transmanasse, Latinorum in utraque re consensus satis prodit; antiquiora autem facile severiora habentur. In multis tamen Aeolica dialectus longius ab antiqua ratione recessit, quam aliae dialecti, ut quum ᾱ in ῡ mutat, aut ῑ, a Doribus servatum, Ionico more in ῡ, quae neque antiqua sunt neque severa. At de antiquitate

---

1) Et. M. 575, 51 (Ms. Leid. ap. Koen. ad Greg. 600) *Αἰολικῶς μέλαις καὶ τάλαις, ἐπειδὴ χαίρουσι τῇ βαρείᾳ τάσει, ὡς τὸ Πηλεὺς Πήλευς, χαίρουσι καὶ τῇ βραχυτέρᾳ συστολῇ* (leg. *συλλαβῇ* e Leid.) *τὸ κείρω κέῤῥω λέγοντες, τούτου χάριν προστιθεῖσι καὶ ὧδε τὸ ῑ, ἵνα βραχυτέραν τὴν συλλαβὴν ποιήσωσι· τὸ γὰρ ᾱ τὸ μακρὸν μεῖζον ἐστὶ τῆς ἐχούσης* (add. *ᾱῑ διφθόγγου* e Leid.) *τὸ ῑ ἐκφωνούμενον.* Inde corrigendus Greg. Cor. 602 de *Θόαις: τάσει χαίρουσι* (add. *βαρείᾳ*) *καὶ ταῖς τῶν βραχυτέρων συλλαβαῖς* (leg. *ταῖς βραχυτέραις*), *τὸ Πηλεὺς Πήλευς λέγοντες καὶ τὸ φθείρω φθέῤῥω, ἡ γὰρ θέσει μακρὰ ἐλάττων ἐστὶ τῆς φύσει μακρᾶς· ἐπεὶ οὖν τὸ φύσει μακρὸν ᾱ μεῖζόν ἐστι τῆς ᾱῑ διφθόγγου τῆς ἐχούσης τὸ ῑ ἐκφωνούμενον* (*ὁ γὰρ ποιῶν ἔργον δύο στρατιωτῶν ἰσχυρότερός ἐστιν ἐκείνων*!!!) *χρῶνται τῇ ᾱῑ διφθόγγῳ.*

singularum dialectorum alio tempore accuratius disputandum est. — Multo istis grammaticulis meliora docet Heraclides Ponticus apud Athen. XIV p. 624. Aeolibus tribuens *τὸ ἦθος τὸ γαῦρον καὶ ὀγκῶδες, ἔτι δὲ ὑπόχαυνον*, quae etiam ad dialectum adhibere licet. Nam tale quid profecto agnoscitur in barytonesi, qua vox in singulis dictionibus commoratur, ut fit apud Latinos et Germanos, non rapido cursu ad sequentia volat: tale in vocalium, quae graviorem sonum habent, amore, ut ᾱ in ο̆, ο̄ in ῡ transeunt; tale in diphthongis, quas haud raro pro reliquarum dialectorum simplicibus vocalibus habent (vid. §. 5, 5: §. 10; §. 15, 3), nec minus in diphthongorum diaeresi, quia et diphthongi plenius quid sonant, quam vocales, et ipsarum illarum singulae partes magis quam apud reliquos distinctae gravitatem etiam augent: tale denique in $\overline{\beta\rho}$, quod in fronte vocum habent, in $\overline{\sigma\delta}$ pro $\overline{\zeta}$ et in consonantibus duplicatis, quae non poterant nisi ore magna sonante pronuntiari. Et in his quidem Hispanicae linguae similitudo quaedam apparet, quae quod liquidas haud raro duplicatas molliore quodam, quam nos, sono profert, C o r u ñ a, l l a n o, vix alienum erat ab Aeolibus. Neque fere dubito, quin, qui accuratius Hispanorum sermonem cognitum habet, plura reperturus sit, quibus cum Lesbiis conveniat, quorum poëtae, sive Alcaei fortissimum animum spectas, nullis malis fractum, periculorum amantem, odio in adversarios flagrantem, sive Sappho amore fervidam, divinae artis consciam, nescio quid Hispanici spirare videatur.

Neglexinius modo et alia et quaecunque Lesbiacae dialecto cum Doriensibus communia sunt, neque omnino iis, quae de dialecti indole monuimus, multum tribui volumus. Difficillimum enim judicamus, dialecti vel linguae alicujus ingenium depingere, praesertim ubi viva vox, quae non potest unquam literis satis exprimi, dudum silentio cecidit. Aliis acutioribus integrum relinquimus opus, Lesbiorum moribus, arte, dialecto comparatis, veram populi imaginem delineandi. —

2) Restat ut moneamus de Aeolicae dialecti mutatione, quam annis circumvolventibus factam esse et ratio evincit et grammatici indicant, inter antiquorum et recentiorum Aeolum dialectum discernentes. Nam primum Herodianus, unde Choeroboscus hausit (vid. §. 21. not. 9), antiquorum Ionum et Aeolum dicit esse Ἀχίλλῆος et Ἀχίλληος recentiorum Ionum Ἀχιλλέως, Aeolum Ἀχίλλειος, quod memorabili ratione inde confirmatur, quod, quum Lesbiaca inscriptio Alexandri M. tempore exarata nr. 2166 antiquum η in his teneat, Lampsacenum marmor recentius πρέσβεια pro πρέσβηα praebet. vid. §. 21 nr. 6. Igitur haec antiquae dialecti mutatio post Alexandrum M. invaluit. Ab eodem haud dubie Herodiano manavit [2]), quod antiqui Iones Ζὴν, Ζηνὸς, recentiores Aeoles et Iones Ζὰν, Ζανὸς dixisse referuntur, de qua re diximus §. 13, 5.

Aliud recentioris Aeolismi discrimen in eo vidimus, quod, quum antiquiores Lesbii Alcaeus et Sappho haud raro digamma usi essent, in titulis, ne in antiquiore quidem nr. 2166 nusquam id conspiciatur. Alia ibidem suspicati sumus (§. 5). — In reliquis Lesbiacus titulus nr. 2166 antiquam linguam accurate refert: Lampsacenus ubi declinat ad vulgarem linguam, aliam rationem subesse indicavimus §. 2; Romanorum imperii tempore, quo reliquae inscriptiones exaratae sunt, vulgarem dialectum antiquae Aeolicae subinde admisceri, nemo est, qui miretur.

---

2) Ann. Ox. III, 237, 23 in fragmento grammatici, quod etiam Cramerus ex Herodiano excerptum judicat: Ἰστέον ὅτι τοῦ Ζῆν, Ζηνὸς ἐφύλαξαν οἱ παλαιοὶ Ἴωνες τὴν κλίσιν· οἷον

ἐπεὶ δ' ἴσχε Ζηνὸς ὑψηρέφης δόμοις ζάρης·

μεταγενέστεροι Αἰολεῖς ἔτρεψαν Ζανὸς καὶ Ζὰν: καὶ ἔτι μεταγενέστεροι οἱ Ἴωνὲς διὰ τοῦ Ζὰν (add. ὁμοίως) τῷ Λύκανι·

κλῦθι μοι Ζανός τε κουρηξαντελευθεριω (leg. κούρη — Ζανί τ' ἐλευθερίῳ).

Πάλιν ἄπορον τὸ ᾱ εἰς η̄ (leg. η̄ εἰς ᾱ) τέτραπται· τὸ γὰρ ἐναντίον τὸ ᾱ εἰς η̄ τρέπουσι το Ζανὸς Ζηνὸς εἰρήκασι (sic)· λέγω δὴ ὅτι οὐκ ἔτρεψαν ἀλλ' ἐμιμήσαντο μεταγενεστέρους Αἰολεῖς.

De dialecto Boeotica.

§. 32.

De fontibus.

1) Boeoticae dialecti cognitio maxime ex inscriptionibus hauritur; inter Boeoticos titulos in Corpore Inscriptionum Graecarum collectos Boeotica dialecto utuntur hi:

Orchomenii: nr. 1564 post Alexandrum M. scriptus, quia Alexandrea in Troade commemoratur *); nr. 1568; nr. 1569, a, reliquis longior et melius servatus, post Ol. 111 scriptus; nr. 1569, b, pauca lacera verba continens; nr. 1569, c, valde lacer et corruptus; nr. 1573; nr. 1579. 1580. 1583 ejusdem, ut videtur aetatis; nr. 1593 non antiquior Olympiade 116. Omnes inscriptiones Orchomenias, quae Boeotica dialecto utuntur, ante Ol. 145 exaratas existimare licet, quia nr. 1584, quae jam vulgarem dialectum prae se fert, ex eo tempore esse videtur; Thespienses tamen jam ante Ol. 135 vulgari lingua in publicis documentis usi sunt, vid. Boeckh. ad C. I. nr. 1590.

Chaeronenses: nr. 1581 brevis et lacer, nr. 1595—97 breves et incertae lectionis.

Lebadeenses: nr. 1571 ita laceratus et tot transcribentis erroribus foedatus, ut nisi in paucissimis eo uti non liceat; nr. 1575 aliquanto melius habitus; nr. 1588.

Copensis nr. 1574 valde lacer et corruptus.

Thebani: nr. 1564 decretum Boeotorum, quo Nobae Carthaginiensi proxenia datur, continens, igitur ante a. 146 scriptus; nr. 1576 valde corruptus; nr. 1577; nr. 1578 lacer et corruptus.

Tanagraei nr. 1562. 1563; praeterea antiquitate

---

*) Quae de titulorum aetate monemus, omnia Boeckhio debemus.

insignes sunt nr. 1599. 1647, quanquam pauca tantum verba amplectantur.

Accedunt pauci alii, qui singulas voces praebent. Omnes fere saeculo a. Chr. tertio exarati videntur, exceptis antiquioribus Tanagraeis 1599. 1647 et aliis quibusdam brevissimis; neque tamen hi quartum saeculum superaverint.

Reliquae inscriptiones Boeoticae vulgarem Graecitatem offerunt (nam Chalienses 1567. 1594. 1607, in quibus Dorica dialectus conspicitur, non recte a Boeckhio Boeotico oppido Chaliae tributos esse, docebimus §. 54). Raro in his haesit aliquid e peculiari Boeotorum dialecto, maxime in nominibus propriis.

2) Scriptor nullus, quantum scimus, Boeotica dialecto usus est praeter Corinnam Tanagraeam, quam Pausanias (IX, 22, 3) dicit carmina cecinisse, *ὁποῖα συνήσειν ἔμελλον Αἰολεῖς* i. e. Aeoles Boeoti. Ejus nunc perpauca fragmenta supersunt et ea quidem valde corrupta, vel sic tamen insignia Boeoticae dialecti documenta. In hexametris quidem, quos duos reliquos habemus (fr. 14. 15), Boetica dialecto non usa videtur; in ceteris fragmentis strictior Boeotismus, ubi nunc desideratur, eo magis restituendus esse videtur, quia grammatici, quae de Boeotica dialecto praecipiunt, e Corinnae maxime, si quid video, carminibus didicerunt; vid. nr. 3. Ipsa fragmenta in Appendice emendatiora addidimus.

Praeterea Aristophanes in Acharnensibus inde a v. 826 Boeotum loquentem introducit; neque tamen, ut in Lysistrata Laconum, in ipsis Acharnensibus Megarensium, ita Boeotorum dialectus cum aliqua fide expressa videtur. At multa, quae Boeoticam proprietatem negligere videntur, recte Boeotismum ejus aetatis, postea mutatum referre, infra §. 41 docebimus. Nonnulla Attica, sive Aristophanis sive librariorum culpa intermixta esse, non mirum est, quae plerumque silentio praetermittemus.

3) Grammatici haud pauca de Boeotica dialecto tradunt, maxime Heraclides, Apollonius et Herodianus, ad

quem omnia fere referenda videntur, quae a Choerobosco, Theognosto et in Etymologicis docentur. Apollonius saepe et Herodianus (Cor. fr. 2) Corinnam Boeoticae dialecti auctorem habent, neque dubium videtur quin etiam ceteri cognitionem suam fere omnem ex illius carminibus hauserint, quia horum grammaticorum tempore Boeoticae dialecti rara tantum vestigia apud infimam plebem superesse poterant. Quanquam antiquiores grammaticos, qui Corinnae carmina recensuerunt, ex ipso populi ore eam, qua opus erat, cognitionem hausisse, satis certum habemus. cf. §. 41. — Plerumque grammatici, ut monuimus §. 1, accurate distinguunt inter dialectum Aeolicam et Boeoticam, raro hanc Aeolicae nomine significant. Quare in tanto Aeolicarum dialectorum discrimine nunquam, quae Aeolica vocantur, Boeotis adscribere licet, nisi aliunde de Boeotica dialecto fides accedat.

§. 33.

De accentu.

De Boeotorum accentu nihil fere diserte a grammaticis praecipitur, sed inde maxime intelligitur, eum non discrepasse a vulgari more. Nusquam id magis apparet, quam in Apollonii libro de pronomine, qui quum accuratissime moneat, Aeoles i. e. Lesbios gravi accentu *ἔγων* et *ἔμοι* protulisse, ubique de Boeoticarum, quas affert, formarum, accentu tacet, ita ut recte apud illum scribi videantur *ἰὼν* pro *ἐγὼν* p. 64, *ἐμὲ* p. 104 pro *ἐμοὶ*, *οὑμὲς* pro *ὑμεῖς* p. 119 etc.; adeo *ἐμοῦς* Boeotis et Syracusanis commune dicit p. 96. Valde dolendum est, quod Herodianus [1]), ubi Boeoticam vocem *βάνα* pro *γυνὴ* ac-

---

1) Herod. π. μ. λ. 18, 18. *τὰ διὰ τοῦ $\overline{ανη}$ ἐκφερόμενα θηλυκὰ μονογενῆ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς πάντα βαρύνεται· πτισάνη* etc. (praeter *μηχανή*) — *προςέθηκα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τὸ φανή παρ' Ποιέδῳ — τὸ γὰρ παρὰ Κορίννῃ βάνα οὐ κοινὸν οὐδὲ εἰς $\overline{νη}$ λῆγον, ἀλλὰ ἴδιον θέμα Βοιωτῶν τασσόμενον ἀντὶ τοῦ γυνή.* Licet interpretari,

centus causa affert, tam ambigue locutus est, ut in utramque partem de vocis accentu disputari possit; nam quod acutus in penultima ibi positus est a librario, non habet plus auctoritatis, quam quod eadem vox in fragmento Corinnae apud Apoll. de pron. p. 65 *βανὰ* scripta est. Accedunt autem multa Boeotica nomina propria, quae accentum in ultima habent, ut *Ἐρχομενὸς*, *Κωπαὶ*, *Μυκαλησσὸς*, *Βοιωτὸς* (nam *Βοίωτε* apud Cor. 2 leviore auctoritate nititur), *Ἑλικὼν*, *Κιθαιρὼν*, *Ἰσμηνὸς*, *Ἀσωπὸς*, *Αὐλὶς* e diserto testimonio [2]), quanquam appellativum *αὖλις* gravi accentu scribitur et Aeolicum habetur. In his omnibus accentum a reliquis Graecis mutatum aut male traditum esse, parum probabile videtur.

Retracti apud Boeotos accentus testimonium si quis apud Theognostum [3]) sibi reperire videtur, *τραπέζοιος*, Boeoticam vocem, accentum in antepenultima habere docentem, reputet nihil esse, cur propter accentum retractum eam vocem Boeoticam vocari arbitremur. Nec minus alia, quae eo trahere possis, ubi formis, quae ex Aeolica et Boeotica dialectis repetuntur, gravis adscribitur [4]), leviora sunt, quia soli Aeoles in accentu describendo respici poterant.

βανα non in censum venire, quanquam non minus quam *φανὴ* oxytonon, aut, quanquam secundum generalem regulam barytonon.

2) Eust. 265, 12. *ὀξύνεται δὲ ἡ Αὐλὶς ἀναλόγως διὰ τὴν παρωνυμίαν, ὡς πύλη πυλίς· τὸ δὲ βαρύτονον, ἐξ οὗ καὶ ἡ ἔπαυλις, Αἰολικὸν εἶναί φασιν· βαρυντικοὶ γὰρ οἱ Αἰολεῖς. Καὶ ἄλλως δὲ ἡ μὲν Αὐλὶς ὡς ἐκ τοῦ αὐλίζω, αὐλίσω ἔχοι ἂν ἴσως τὴν ὀξεῖαν τόνωσιν, ἡ δὲ αὖλις τὴν βαρεῖαν πρὸς διαστολήν.*

3) Theogn. Ox. II, 53, 27. *τὰ διὰ τοῦ* $\overline{\text{οιος}}$ *ὀξύτονα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τῆς* $\overline{\text{οι}}$ *διφθόγγου γράφονται· — τὸ Ζάτοιος, Ἄθοιος κύρια ὄντα προπαροξύνονται· οἷς ὅμοιον καὶ τὸ τραπέζοιος, Βοιωτιακὸν ὄν, καὶ κατὰ τόνον καὶ κατὰ γραφήν.* cf. §. 40, 5.

4) Eust. 75, 32. *ἔστι δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς Βοιωτῶν καὶ Αἰολέων ὁ τοιοῦτος τύπος τοῦ σχηματισμοῦ, διὸ καί τινα ἐκ τούτων προπαροξύνονται, ὡς ἐνταῦθα τὸ μητίετα.* — Id. 1613, 20. *Αἰολικὸν ἦμι καὶ Βοιωτικῇ μεταθέσει τοῦ* $\overline{\text{η}}$ *εἰς τὴν* $\overline{\text{ει}}$ *δίφθογγον εἰμὶ ἡμαρτημένον ὄν,*

Quanquam igitur non audemus certissimum pronuntiare, tamen, in tanta praesertim Lesbiacae et Boeoticae dialecti diversitate, probabile videtur, Boeotos non fuisse *βαρυντικούς*. Cautius certe duximus, in Boeoticis omnibus vulgarem accentum servare.

§. 34.

De spiritu.

Non minus quam barytonesin recentiores Boeotis psilosin tribuere solent, quia Aeolica vocatur. Aspero tamen Boeotos usos esse certissimum est. Primum Apollonius de pron. p. 64 (e Tryphonis, ut videtur, sententia, cf. §. 45, 1) Boeoticum *ἱὼν* pro *ἐγὼ* aspero instructum esse tradit, *ἐπεὶ δασύνεται τὰ φωνήεντα ἐν ταῖς ἀντωνυμίαις, ὅτε πρὸ φωνηέντων γίνεται*, unde, etiamsi quis grammaticum male regulam suam adhibuisse opinetur, hoc tamen certum est, eum Boeoticam psilosin ignorasse. Praeterea et Apollonius et reliqui grammatici, ubi Boeoticas formas afferunt, nunquam de spiritu monent, ut *ἁμέων* pro *ἡμῶν* Aeol. *ἀμμέων* (de pron. p. 121). Deinde in antiquioribus titulis, qui spiritus asperi signum scriptum habent, leguntur nr. 1637 *ΗΑΓΕΣΑΝΔΡΟΣ* et 1642 *ΗΙΠΠΙΛΑΡΝΙΔΑ*; neque minus in nr. 1569 hoc signum retentum est in siglis *ΗΕ* pro *ἕκατον* et *Η* pro *ἀμφωβόλιον*. Tenui in aspiratam mutata spiritus asper proditur in *καθιάτερ* nr. 1563, a, *καθ᾽ ἕκαστον* 1569, a. III., *ἀφεδριατευόντων* 1593, *Ἕφιππος* 1640, item apud Corinnam fr. 1 *χἡρωάδων* pro *καὶ ἡρωάδων*, 7 *πεντείκονθ᾽ οὑφηλίας* pro *ὀφηλίας*, 8 *ἐφ᾽ ἵππω*. Adeo media mutatur in *οὐθὶν* 1569, a. III.

Boeoti igitur non solum non ignorant asperum, sed etiam iis, quibus ne Dores quidem, ceterum asperi non

---

τῷ τόνῳ — τὰ γὰρ Αἰολικὰ δῆλον ὅτι βαρύνονται. Neque in contrariam partem aliquid efficere velim ex iis, quae Choerob. Bekk. 1221 de Boeoticorum genitivorum in *αο* accentu disputat, *ἀρχεστᾶο* scribendum esse docens.

osores, cum addebant, ut ἰών, si Apollonio credimus, Ἁγείσανδρος cf. Giese de dial. Aeol. p. 417; neque ὕψι apud Lesbios asperum habebat, aut, si recte disputavimus §. 4, 9, ἵππος.

Contrarium videtur unicum Corinnae exemplum fr. 4, ἀπ' ἑοῦς ex Apoll. de pron. p. 98, ubi, quum lectio certa videatur, asper ipsius Apollonii regula, quam antea attulimus, postuletur, tenuis eodem modo relicta videtur, quo saepe in Doricis scriptoribus teste Apollonio de synt. p. 335, qualia leguntur etiam in titulis Doricis, ut in Theraeo 2448, IV, 11 ἐπ' ἁμέρας, in Rhodio 2525, b ἐπ' ἱερέως, in Calymnio 2671 μετ' ὁμονοίας.

Lenis praeterea pro aspero scribi solet in vocibus Boeoticis, quae ῡ initiale in ου mutarunt (§. 38, 5), ut οὐμὲς Cor. 9, οὐμίων Cor. 11, οὐμαὶ apud Hesychium (contra οὑμὶν Ann. Ox. I, 146, 15), Οὐρίας Cor. 6 pro Ὑρίας, Οὐριεὺς Scholl. Nic. Ther. 15 pro Ὑριεὺς, οὔλη et οὔδωρ Heraclid. ap. Eust. 23, 28 et Hort. Ad. f. 265. Neque mirum esset, si in his vocali mutato etiam spiritus mutaretur, quia ῡ proprium sibi postulat asperum, qui antiquiori sono, qualem exprimit Boeoticum ου̅, non necessarius est. Neque tamen hoc ου̅ ubique lenem habuisse, grammaticorum libris credimus, et πεντείκονθ' οὑψιβίας Cor. 7 certius asperi indicium habet, quanquam in hac voce facilius lenem ferremus. cf. §. 4, 5. Res non potest ad liquidum perduci.

§. 35.

De digamma.

1) Boeotos quoque digamma usos esse et grammatici docent (vid. §. 5 not. 2) et tituli. Hi primum ante vocales initiales digamma praebent in his vocibus, quarum minus certas asterisco notamus:

* ϜΆδων N. P. 1574 e conjectura Boeckhii pro Γάδων.

* ϜΑναξίων N. P. 1574 ex ejusdem conj. pro Γαναξίων.

FΆρνων N. P. nr. 1569, a. III ab *ἄρνες.*

Fάστιος (i. e. *ἄστεος*) nr. 1569 e certa Boeckhii emendatione pro *ἴαστιος*, ut etiam in nummis Boeoticis legitur *FΑστ.* vid. Eckhel D. N. II. p. 196.

FΕλάτια et *FΕλατιῆος* pro *Ἐλάτεια* et *Ἐλατειαῖος* nr. 1569, a. III.

Fέτος, plur. *Fέτια* nr. 1569, a. III et *FικατιFέτιες* nr. 1575 e certa Boeckhii emendatione pro *ιχαιιέτιες* vel *ἰλατιγέτιες.*

* *FΙδρίας* N. P. nr. 1573, 3 e Boeckhii emendatione pro *Νιδρίας* a *Fιδεῖν*, unde etiam *FΙδήμων* descenderet, quod Boeckhius nr. 1574, 21 e conjectura scripsit pro *Ἠλήμων*, in quo potius *Εὐδήμων* i. e. *Εὐδαίμων* latere suspicamur.

Fίκατι nr. 1569, a. III. cf. *Fέτος*, pro *εἴκοσι*

Fισοτέλια nr. 1562. 1563, b.

Fοι nr. 1565 e certissima emendatione pro *οἱ.*

Fοικία nr. 1565 e certa emendatione pro *ἰοικία*, ut *Fεκία* (οι in ε mutato) legitur nr. 1563, a. 1564, unde solum *Fυ...* restat nr. 1562.

Nunquam hoc digamma initiale in titulis neglectum reperitur *); nam *ἕκαστος*, quod digamma caret nr. 1569, a. III, ne in Homerica quidem dialecto recte illo instructum fuisse putatur.

Corinnam digamma usam esse docet Apoll. de pron. p. 136, qui postquam Aeoles et Alcmanem pronomen possessivum tertiae personae cum digamma proferre tradidit (§. 5 not. 4), similem usum adscribit Corinnae, in cujus verbis (fr. 10) pro *πήδεγον* rectius emendatum est *πῆδα Fὸν* quam ab aliis *πῆδα Fεὸν.* Nam formas tertiae personas, quae ἑ in fronte habent, digamma initiale

*) *Ἀρνοκλεῖος Ἀντιοχίδαο*, ut Boeckhius nr. 1593 dedit Cockerelli apographum sequutus, in quo, si comparatur *FΆρνων*, digamma omissum esset, minus vera videtur lectio, quam Leakii *Ἀντιοκλεῖος Ἀντιοχίδαο*, nominum patris et filii consueta similitudine commendata.

ignorare, aliquando ex Homerica dialecto docebimus. Nec digammi vestigium est in Corinnae ἑοῦς et ἑίν. vid. §. 44, 3. — Non scriptum est digamma in ἄναξ Cor. fr. 2 et ἴδα (pro οἶδα), si recte ita emendavimus fr. 1, quod librariorum culpae dare metrum incertum permittit.

Boeoticae denique habendae sunt Hesychii glossae γίξαι, χωρῆσαι, γίπον, εἶπον, γίαρος, ἔαρ (leg. ἔαρος cum Guyeto) et γίο, αὐτοῦ, in quibus $\overline{\epsilon\iota}$ et $\bar{\epsilon}$ in $\bar{\iota}$ mutata dialectum, quanquam non nominatur, produnt, et $\bar{\gamma}$ solito errore pro *F* positum est. Igitur corrigas *Fῖξαι* i. e. εἶξαι, *Fῖπον*, *Fίαρος*, *Fίο*, de quarum vocum antiquo digamma satis constat.

2) In mediis vocibus tituli raro digamma praebent. Praeter compositum *FιχατιFέτιες* nr. 1575 (vid. supr.) scriptum legitur nr. 1583 in ῥαψαFυδὸς, αὐλαFυδὸς, κιθαραFυδὸς, τραγαFυδὸς, κωμαFυδὸς pro ῥαψαοιδὸς, ῥαψῳδὸς etc., deinde in nominibus propriis *ΒακεύFᾳ* nr. 1639 et *ΕὐFάρα* in nummo. Interdum inter vocales, ut in Lesbiaca dialecto in $\bar{\upsilon}$ mutatum est: βούων, βούεσσι nr. 1569, a. III. cf. b o v i s, Ἀρχεναυΐδας N. P. nr. 1571. cf. n a v i s, Ἄρευα Cor. 3, ut apud Aeoles Asianos.

Plerumque tamen digamma in mediis vocibus plane negligitur, ut in ipso ἀείδω, unde ἀΐδων (non ᾄδων cum Boeckhio) legitur nr. 1579. 1580 et Cor. 8 e nonnullis libris, εὐεργέτας nr. 1562—65, quanquam de vocis ἔργον digamma satis constat, Διΐ nr. 1568, quum ΔιFι scriptum sit in galea Argivorum. Adeo digamma ejecto $\bar{\epsilon}$ ante sequentem vocalem in $\bar{\iota}$ mutatum est in Νιώνιος nr. 1574 a νέος (cf. Sanscr. n a v a s, n o v u s) ῥίοντος 1569, e (cf. ῥεύσω), Κλίων, Κλιώνιος a κλέος, quod non minus digamma habuisse alio tempore docebimus. Et in hac quidem stirpe digamma plane periisse, docent etiam Πασικλεῖν, Δαμοκλεῖος et similia (§. 44), Δαμοκλίδας, Ἡράκλειτος 1575 etc. — Minus certum est digamma initiale in compositione ita neglectum, ut contractio liceat. Nam pro Κλιοναξ 1575, quod Boeckhius correxit in Κλιῶναξ, possis Κλιοαναξ suspicari, et ἀγροῖκος, unde Ἀγρυκίχιος

1574, 25, fortasse non est ex *οἶκος* compositum, si credis Pottio (*Et. F.* I. p. 268).

§. 36.

De consonantibus simplicibus.

1) π̄ pro τ̄ ut apud Lesbios (§. 6, 1) est in *πέτταρα, πετταράκοντα* nr. 1569, a. III. pro *τέσσαρα, τεσσαράκοντα.*

π̄ pro β̄ Boeotos usurpasse, certe in *πούλιμος* pro *βούλιμος*, auctor est Plutarchus [1]), neque tamen ullum praeterea ejus mutationis vestigium reperitur.

β̄ pro δ̄ Boeoti non minus quam Aeoles ponere dicuntur in *βελφῖνες, Βελφοὶ* [2]); exempla etiam hic desiderantur.

δ̄ pro β̄ in *ὀδελὸς* pro *ὀβελὸς* levissima auctoritate Boeoticum dicitur [3]).

β̄ pro γ̄ est in *βανὰ* pro *γυνὴ*, vocali simul mutata, quod legitur Cor. 12, *βανῆκος* pro *γυναῖκος* [4]). — Gothico q u i n ò comparato (Grimm *Gr.* III. p. 322) apparet et *γυνὴ* et *βανὰ* ex antiquissima forma *γFανα* nata esse, unde simul vocalis mutatio illustratur. cf. §. 6, 2 et 12, 3.

κ̄ pro χ̄, quod legitur in *Καρίσανδρος* nr. 1574, *Καλλικάριος* nr. 1577, *Ἑρμάϊκος* 1593, *Ἀρήϊκος* 1575, recte a Boeckhio transcribentium errori tribuitur.

---

1) Plutarch. Symp. VI, 8, 1. *τὸ βούλιμον ἐδόκει μέγαν ἢ δημόσιον ἀποσημαίνειν καὶ μάλιστα παρ' ἡμῖν τοῖς Αἰολεῦσιν, ἀντὶ τοῦ β̄ τῷ π̄ χρωμένοις· οὐ γὰρ βούλιμον ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολύλιμον πάλιν ὀνομάζομεν.*

2) Et. M. 299, 27 (vid. §. 6 not. 5); ita etiam *ἥβη τροπῇ Αἰολικῇ τοῦ δ̄ εἰς β̄* ab *ἥδω* derivatur Et. M. 417, 42, Gud. 235, 1, Eust. 581, 39.

3) Scholl. Arist. Ach. 762, ubi Megarensis voce *ὀδελὸς* utitur, quam Doricam esse certum est; Scholl. Nicand. Ther. 93 Doricum vel Aeolicum vocant.

4) Herod. *π. μ. λ.* 18, 25. vid. §. 33, not. 1; Hesych. *βάννα, γυνὴ ὑπὸ Βοιωτῶν*; id. *βανῆκας, γυναῖκας· Βοιωτοί*; corruptum videtur ejusdem *βάττικες, γυναῖκες· Βοιωτοί.*

2) Antiquum τ Boeoti retinent cum Doribus, ubi Iones, Attici, Lesbii in σ mutant, ut *Ϝίκατι, διακάτιοι* nr. 1569, a. III., *ϜικατιϜέτιες* 1575 pro *εἴκοσι, διακόσιοι; τού* pro *σύ* vid. §. 44, 2; *Ποτιδάων* [5]) Cor. 2; *τῦκα* pro *σῦκα* apud Thebanos teste Strattide Comico ap. Athen. XIV. p. 621, F. Comparentur praeterea *εἰλετιὰς* vel *εἰλεσιὰς*, genus quoddam calami, cujus nomen si recte a Boeotico oppido *Εἰλέσιον* derivatur, etiam hoc ab ipsis Boeotis *Εἰλέτιον* vocatum videtur, vid. Müll. Orchom. p. 491; *Τιλφῶσσα* fons, qui a *σίλφη* nomen trahere videtur, cf. ibid. p. 480; denique oppidum *Σῖφαι* vel *Τίφα*, unde Argus gubernator *Τῖφυς* appellatus fertur. vid. Steph. Byz. s. v. *Σῖφαι* et intt.

Peculiari Boeotorum more Doricum τ in 3 pers. plur., quod vulgo in σ mutatam est, in ϑ transit: *ἔχωνθι* nr. 1568, *ἴωνθι* et *ἀποδεδόανθι* nr. 1569, a. III.

Laconico more ϑ in σ mutatum est in *νεὶ τὼ σιὼ* Arist. Ach. 872 et N. P. *Σιαροφίδας* nr. 1574, 32, quod pro *Θεαροφίδας* esse videtur, quo referri posset Lactantius I, 6, 7 *σιὸς* Aeolicum vocans. At neque hujus testimonio, neque Aristophani, neque corruptissimo titulo fides haberi posse videtur, quum praeterea ubique *θεὸς* vel *θιὸς* legatur. vid. §. 38, 4 [6]).

3) Sigma apud Boeotos in asperum mutari traditur a Prisciano [7]) in *μοῦἁ* pro *μοῦσα;* nullum tamen ejus moris

---

5) Herod. *π. μ. λ.* 11, 8 postquam de Homerico *Ποσειδάων* dixit: *παρὰ Βοιωτοῖς Ποτειδάων τραπέντος τοῦ σ εἰς τ*, addito Corinnae fragmento nr. 2, ubi *Ποτειδάων* scribitur; corrupte in Ann. Ox. III, 241, 15 *ὁ ποιητὴς Πεσειδάων· καὶ οἱ Βοιωτοὶ διὰ τοῦ ι Ποσιδαίων*, ubi *Ποτιδάων* et fortasse *διὰ τοῦ τ* corrigendum est.

6) Non recte Boeckhius C. I. nr. 724, b mensem Boeoticum *Θειλούθιος*, qui in vulgari dialecto (nr. 1608, d) *Θηλούθιος* sonat, a *Θαλύσια* derivat, quum nullo modo α in $\varepsilon\iota$ transire potuerit neque σ in ϑ; potius vocem e *θεελούθιος* ortam et mensem a dei cujusdam adventu nominatum putaverim, si quaerendum est de nominis origine.

7) Priscian. I. p. 40. »Adeo autem cognatio est huic literae, id

vestigium apparet. Nam quod a Boeckhio eo refertur *ἀνέθιαν* pro *ἀνέθεσαν* nr. 1588, aliam explicationem habet. vid. §. 46, 4. Prisciani error inde natus est, quod praeter Doriensium nonnullos etiam Oropii, qui per aliquod tempus Boeotis adnumerabantur, quanquam vix unquam Boeotica dialecto usi sunt, spiritum asperum pro σ inter vocales assumebant. vid. Et. M. 391, 12. cf. Giese p. 310.

4) *ν ἐφελκ.* in titulis vulgo ne ante vocales quidem scriptum reperitur, ut nr. 1563, b *ἐπεψάφιδδε Ὀρσίμαχος*, 1569, a. II. *ἀπέδωκε Εὐβώλυ*. Scriptum est in unico titulo antiquiore Thisbensi 1592, in quo *ἀνέθηκεν Ἀθάνῃ*; nam *ἱππάσιν* nr. 1588 non recte legi docebimus §. 44. not. 5.

5) Quod κ apud Boeotos in ξ transire [8]) dicitur, inde male fictum videtur, quod praepositio ἐξ contraria ratione ξ in σ mutat (§. 47, 4). — Boeotos cum Lesbiis (§. 11) *ἄγρε* pro *αἶρε* habuisse, indicat Hesychii glossa *ἀγρέμονες, θηρευταὶ, πορθητικοί· Βοιωτοί.* — Fortasse verum est *εὔδομος* pro *ἕβδομος* nr. 1563, quod Boeckhius non magis tulit quam *εὐδομήκοντα* in titulo Corcyraeo 1845; in nr. 1571 est *ἑβδομείκοντα.* — Omissum est γ inter vocales in *ἰὼν* pro *ἐγὼν* (§. 44, 1). — Singularia sunt *βλεφύρα* (v. l. *γλεφύρα*) pro *γεφύρα* inter Strattidis locutiones Thebanas Athen. XIV, p. 622 A; *βλεέρει* (leg. *βλεαίρει*) *οἰκτείρει· Βοιωτοί* Hes. pro *ἐλεαίρει*; *φῖκα* pro *Σφίγγα* [9]). — Denique Boeoticum audit *ἐνεῖκαι* pro *ἐνέγκαι* apud Choerob. Ox. II, 251, 12, Et. M. 691, 24, ubi *Ἰωνικῶς* corrigendum videtur.

---

est s, cum adspiratione, quod pro ea in quibusdam dictionibus solebant Boeotes (sic) h ponere, muha pro musa dicentes.«

8) Hac mutatione Boeotica explicantur *εἷξασι* Et. M. 297, 15, Gud. 169, 12, Ann. Ox. IV, 191, 16; *ἷξον* Et. M. 472, 10, Ann. Ox. I, 205, 25; *ἤνειξα* Et. M. 431, 45.

9) Scholl. Hes. Theog. 326 et Scut. 32. *φῖκα δὲ αὐτὴν (Σφίγγα) οἱ Βοιωτοὶ ἔλεγον*, cf. Hes. *φίγα, φίκα, Σφίγγα* et Ann. Bachm. II, 285, unde *Φίκιον ὄρος* nomen accepit.

§. 37.

De consonantibus duplicibus et duplicatis.

1) Boeoti $\overline{\zeta}$ in $\overline{\delta}$ mutare traduntur [1]), quod de initiali tantum $\overline{\zeta}$ intelligendum esse ipsa exempla docent, *Δεὺς* et *Δὰν* pro *Ζεὺς*, *δυγὸν*, *Δῆθος* pro *ζυγὸν*, *Ζῆθος*; *Δεὺς* Aristophanis Boeoto Ach. 871 in *ἴττω Ζεὺς* restituendum est e lemmate scholiastae, quanquam in hanc formulam etiam alias vulgaris forma irrepsit. vid. nr. 4. — Boeoticae fortasse sunt Hesychii glossae *δᾶλον*, *ζῆλον*; *δατὲν*, *ζητεῖν* etc.

2) In mediis vocibus $\overline{\zeta}$ et testibus grammaticis [2]) in $\overline{\delta\delta}$ mutarunt, ut *σφάδδω*, *σαλπίδδω*, *ῥέδδω* et leguntur in titulis *ἐπεψάφιδδε* nr. 1562. 1563, a. b., *γραμματίδδοντος* 1573. 1574, *ἱαρειάδδοντος* 1568; deinde *θερίδδω* Arist. Ach. 958. cf. Scholion in Et. M. 447, 41; denique huc pertinet *κριδδέμεν* pro *γελᾶν* inter Strattidis dictiones Thebanas [3]), cujus vulgaris forma esset *κρίζειν*, nisi soli

---

1) Choerob. Bekk. 1194. *τὸ $\overline{\zeta}$ εἰς τὸ $\overline{\delta}$ τρέπεται Βοιωτικῶς· οἷον Ζῆθος Δῆθος καὶ τὸ ζυγὸν δυγόν· οὕτω καὶ τὸ Ζεὺς Δεύς;* item Ann. Ox. I, 107, 2. Herod. *π. μ. λ.* 6, 16 *ὑπὸ Βοιωτῶν Δεὺς καὶ Δὰν*, unde corrigendus Eust. 1387, 30. *Βοιωτικῶς Ζεὺς καὶ Δάν.* cf. Hes. *Δεὺς*, *Ζεύς.* — Huc referenda sunt, quae de $\overline{\zeta}$ Aeolice in $\overline{\delta}$ mutato referuntur: Et. M. 466, 35. *ἱδρύω* ab *ἵζω* derivatur *τροπῇ τοῦ $\overline{\zeta}$ εἰς $\overline{\delta}$ Αἰολικῶς ὡς ζυγὸς δυγός.* cf. Et. Gud. 233, 9 et 271, 59, Ann. Ox. I, 213, 23, Scholl. L. Il. *β*, 191; deinde *δα μόριον* e *ζα Αἰολικῶς* explicatur Et. M. 248, 17, et eadem mutatio agnoscitur in *ἰδνῶ* Et. G. 214, 13.

2) Ann. Ox. IV, 325, 25. *παρὰ Βοιωτοῖς τὸ σφάζω διὰ δύο $\overline{\delta\delta}$ σφάδδω, καὶ τὸ σαλπίζω σαλπίδδω.* — Eust. 984, 1. *ῥέδδω* vocat *Βοιώτιον ῥῆμα ἐκ τοῦ ῥέζω.* — Fortasse huc spectat Eust. 570, 12. *γυμνάζω, γυμνάδω καὶ διπλασιασμῷ Αἰολικῷ καὶ Δωρικῷ γυμνάδδω*, nisi inepte Aeolicam duplicationem adhibere voluit.

3) Athen. XIV, 622, A in libris est *τὸ γελᾶν δὲ ἐκκριδδέμεν*, quod recte emendavit Valcken. ad Roev. p. 87 collata corrupta Hesychii glossa *κριαδέμεν, γεννᾶν· Βοιωτία ἡ λέξις*, leg. *κριδδέμεν, γελᾶν.* Item Phot. Lex. *κριαδδέμεν· τὸ γελᾶν· Βοιωτοί.*

Boeoti hanc stirpem (cf. Lat. rideo) servassent. — Corinna pro *φράζω* traditur *Βοιωτικῶς φράττω* dixisse, quod a Tarentinorum *φράσσω* derivant [4]; si verum est *φράττω* neque errore ex Aoristo I. *ἔφραττα* (nr. 3) fictum, comparandum est, quod etiam Lacones, vulgo $\overline{\zeta}$ cum Boeotis in $\overline{\delta\delta}$ mutantes, interdum $\overline{\tau\tau}$ assumpsisse videntur [5]. Ex eadem mutatione explicandae videntur glossae Hesychii *ὀπίττομαι, οὐ πείθομαι. Βοιωτοί* et Photii *ὀπλίττομαι, οὐ πείθομαι· καὶ τοῦτο Βοιώτιον. Ἀριστοφάνης Ἐκκλησιαζούσαις.* Res satis mira, quia neque in Ecclesiazusis tale quid legitur, aut facile Boeotica vox legi poterat, et utraque lectio serie literarum confirmatur. Photii tamen *ὀπλίττομαι* verius putaverim pro *ὀπλίζομαι* i. e. *φυλάσσομαι*, mihi caveo. Quod nonnulli et ipse Boeckhius *ὀπίττομαι* Boeoticis mutationibus ex *οὐ πείθομαι* natum putarunt, credat Judaeus Apella.

3) Duplex $\overline{\sigma\sigma}$ apud Boeotos in $\overline{\tau\tau}$ mutabatur [6]. In titulis ita leguntur *θάλαττα* nr. 1562—65, *πέτταρα, πετταράκοντα* pro *τέσσαρα, τεσσαράκοντα* nr. 1569, a. III. Incertius est, quod Boeckhius supplendo effecit *(πράτ)τη* nr. 1569, a. III. pro *πράσσῃ*. Deinde oppidum Boeoticum *Μυκαλησσὸς* teste Strabone IX. p. 404 apud ipsos Boeotos audiebat *Μυκαλήττός*. Sed praeter talia, quae post Periclem etiam Atticis in usu erant, Boeoti adeo

---

4) Eust. 824, 29, Ann. Ox. I, 62, 7; eodem spectat corruptissimus locus in Et. G. 384, 3. *καὶ παρὰ τοὺς Βοιωτοὺς μείζων· ἡ δὲ τῶν Ταραντίνων διάλεκτος τὰ δύο* $\overline{\sigma\sigma}$ *εἰς* $\overline{\zeta}$ *τρέπει ὡς καὶ ἡ τῶν Βοιωτῶν.*

5) Arist. Lysistr. 1167 in libris est *βλιμάττομες*; cf. Hesych. *ἀγκυρίττει, μεταμέλεται· Κρῆτες*, Et. M. 144, 46. *ἁρμόζω ἁρμόττω Δωρικῶς.* cf. Ann. Ox. I, 62, 7. Sine dialecti nomine leguntur apud Hesychium *ἀφοπλίττονται, ἀπολύονται τῆς στρατείας; δηρίττειν ἐρίζειν; λαγαρίττεται, μετριεύεται; μέττον, μεῖζον.*

6) Aelius Dionysius ap. Eust. 813, 45. *Θετταλοὶ καὶ Κιτιεῖς — οἱ περὶ Κύπρον — θάλατταν ἔλεγον καὶ πίτταν καὶ καρδιώττειν καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα οὐδαμοῦ Ἀττικὰ νομίζονται, ἀλλὰ τῶν γειτόνων Βοιωτῶν.*

habent ὁπόττα nr. 1564 pro ὁπόσα, quia antiquitus duplex σσ erat in ὅσσος, ὁπόσσος; simplex tamen σ apparet in μέσος nr. 1569, c, Ϝισοτέλια 1562 seqq., quanquam Lesbii etiam haec μέσσος, ἴσσος proferebant. vid. §. 9, 1. Non minus in Aor. I. duplex σ, quod a Lesbiis et parte Doriensium servatur, apud Boeotos transit in ττ; ita κατασκευάττη nr. 1568 est pro infinitivo κατασκευάσσαι (vid. §. 46, 1); nec minus apud Arist. Ach. 850, ubi vulgo legitur κἠπιχαρίττα, in Et. M. 367, 19 per ἐπιχαρίζου explicatum, e cod. Rav. in ed. Lond. legendum est κἠπιχάριτται i. e. καὶ ἐπιχάρισαι.

4) Interdum ττ apud Boeotos pro στ positum est; ita in notissima formula Boeotica ἴττω Ζεὺς, qua utuntur Boeotus in Arist. Ach. 877, Cebes Thebanus in Platonis Phaedone p. 62, ubi Scholia Boeoticam vocant, Plat. Epist. VII. p. 345, A, neque aliter ἴττω Ἡρακλῆς Ach. 830, cf. Et. M. 479, 46 ἴττω ἀντὶ τοῦ ἴστω Βοιωτικῶς; item in ἐπιχαρίττως Ach. 833 pro ἐπιχαρίστως; ἔττε τὸν ὅρον nr. 1569, c pro ἔστε, nisi forte ἔντε legendum est. vid. §. 46, 2. Fortasse Boeotica sunt Hesychiana ἐττία, ἑστία et ἔττακαν, ἔστησαν leg. ἔττασαν. At raro στ ita mutatum esse, docent κεκόμιστη, ἔστω nr. 1569, a. III., Ϝάστιος 1569, c, κιθαριστὰς 1583 etc.

Simillimum est τθ pro σθ in ὀπιτθοτίλαν (i. e. ὀπισθοτίλαν), ut Strattis Boeotos τὴν σηπίαν dixisse refert apud Ath. XIV. p. 621, F., quanquam vulgatum ὀπισθοτίλαν tuentur Eustath. 1818, 4, Hes. et Phot. s. v., nec minus Boeoticum videri potest ἴτθαι, καθίσαι Hes. leg. εἴτθαι pro ἧσθαι. Comparare praeterea licet δδ pro Aeolico σδ, vulgari ζ.

5) In relativis non duplicatur π vel τ, ut ὁπόττα nr. 1564, ὅπως 1568, ὅτι Cor. 2; de mira duplicatione in ἔππασις pro ἔμπασις vid. §. 47, 3. — Μικκὸς pro μικρὸς legitur Arist. Ach. 875, quanquam duplicatio in hac voce vulgaris non Aeolica vocatur in Ann. Ox. I, 325, 24. Duplicationem liquidarum, quae est frequentissima apud Aeoles Asianos, ignorant Boeoti. cf. §. 42.

§. 38.

De vocalibus brevibus.

1) Boeoti ut Dores in nonnullis vocibus ᾰ pro ε habent. Ita in particula *γα* Arist. Ach. 826. 875 (*γε* 918), *ἰώνγα* Cor. 12, Ach. 864, *τούγα* Apoll. de pron. p. 69: in *κα* pro *κε* nr. 1569, a. III; *ἄτερος* pro *ἕτερος*, vid. Et. Gud. 256, 2; *Ἄρταμις* nr. 1595—97; *ἱαρὸς* 1568, 10, *ἱαρειάδδω* 1568. cf. 1576, *Ἱαροκλεῖος* 1563, a, *Ἱαρώνυμος* 1579, *Ἀρχίαρος* 1569, a. I. 1).

ᾰ pro vulgari ŏ, in paucis reperitur, ut apud Dores, *Fίκατι, διακάτιοι* 1569, a. III. *FικατιFέτιες* 1575 pro *εἴκοσι, διακόσιοι.* — Contra ŏ pro ᾰ in *πόρνοψ* cum Aeolibus Asianis commune habere dicuntur a Strab. XIII. p. 613, quanquam ᾰ ab his mutatum vulgo tenent Boeoti, ut in *ἀνά.*

ε̆ pro ᾰ est in nomine urbis *Ἐρχομενὸς*, quae vulgo *Ὀρχομενὸς* audit; illud semper in titulis Orchomeniis legitur 1564, 1569, a. III., 1573, 1595, et in antiquioribus nummis, vid. *Mionn. Suppl.* III. p. 516, nec minus in antiquo titulo Crissaeo C. I. nr. 25 et apud Pind. Ol. XIV, 4 e cod. Vatic.; deinde *Τρεφώνιος* in Lebadeensi titulo nr. 1588, quanquam nr. 1571 *Τροφώνιος* legi videtur.

2) ε̆ ante sequentem vocalem a Boeotis in ῐ mutatur teste Apollonio 2). Reperitur haec mutatio primum in

---

1) *Ἱερεὶς* N. P. 1575, quod Boeckhius pro *Ἱερῆς*, *Ἱερεὺς* dictum opinatur, in titulo corrupto vix sanum est.

2) Apoll. de pron. 64. *Βοιωτοὶ ἱὼν, ὥς μὲν Τρύφων φησί, ὑφέσει εὐλόγῳ τοῦ γ̄, ἵνα καὶ τὰ τῆς μεταθέσεως τοῦ ε̄ εἰς ῑ γένηται· ἐπεὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου τὸ τοιοῦτον παρακολουθεῖ.* — Id. p. 95, postquam *τεοῦς* e Corinna attulit, *ἔστι καὶ ἡ τιοῦς, ἣν καὶ ἀναλογωτέραν ἡγητέον, ἐπεὶ τὸ ε εἰς ῑ μεταβάλλουσι, φωνήεντος ἐπιφερομένου.* — Id. p. 125 eos vituperans, qui *σφίσιν* e *σφέσι* derivabant *μεταθέσει τοῦ ε̄ εἰς ῑ Βοιωτικῶς ἢ Ἰακῶς*, pergit: *παρὰ Βοιωτοῖς οὐ μετατίθεται συμφώνου ἐπιφερομένου τὸ ε̄ εἰς ῑ.*

nonnullis vocibus earumque derivatis: *θιός* secundum Apollonium 3) et nr. 1564, *Θιόδωρος* 1563, c, *Θιόμναστος* 1593, *θιοπροπίων* 1593, *Τιμάσθιος* 1575, *Δωρόθιος* 1562; *χρίος* 1569, a. III.; (*κλίος*), unde *Κλίων*, *Κλιώνιος*, *Κλιῶναξ* 1574. 1575. 1583; (*νίος*), unde *Νιώνιος* 1574; etiam *Ϝίαρ* pro *ἔαρ* ex Hesychii glossa *γίαρος*. vid. §. 35. — Deinde in declinatione III. huc pertinent casus obliqui vocum in $\overline{ος}$ n. g. et $\overline{ης}$ (Boeot. $\overline{εις}$), ut *Δαμοτέλιος* 1569, a. II., *Πραξιτέλιος* 1593, *Καλλιμέλιος* 1573, *Ἀλκισθένιος* 1579 etc., *Ϝέτια* 1569, a. III., *ϜικατιϜέτιες* 1575; nec minus *Ϝάστιος* 1569, c, et a vocibus in $\overline{ευς}$ gen. *βασιλίος*. vid. §. 44 4). — E pronominibus hanc mutationem prae se ferunt *ἰὼν* pro *ἐγὼν*, *τιοῦς* pro *τεοῦς*, fortasse *Ϝίο* pro *ἕο*, vid. §. 35., *ἁμίων* et *οὐμίων* pro *ἡμέων*, *ὑμέων*, *τιὸς* pro *τεός*. vid. §. 44. — In conjugatione eadem apparet in verbi substantivi formis *ἰὼν*, *ἴωνθι* pro *ἐὼν*, *ἔωσι*, *ἀνέθιαν* 1588 pro *ἀνέθεαν* i. e. *ἀνέθηκαν*, maxime vero in verbis contractis in $\overline{εω}$, nr. 1565 *Βοιωταρχιόντων*, 1573. 1574 *πολεμαρχιόντων* et *μοραγίοντος*, 1579. 1580 *αὐλίοντος* et *χοραγίοντος*, 1583 *ἀγωνοθετίοντος*, 1588 *εἰλαρχιόντων*, 1593 *θιοπροπίοντος*, nec minus *δοκίει* pro *δοκέῃ* 1568. — Denique notamus terminationem nominis proprii *Μνασίας* 1575 pro *Μνασέας*.

Interdum $\bar{ε}$ ante vocales, sine ulla tamen constantia, servatum est. E Corinna fr. 12 Apollonius *τεοῦς* affert, quanquam ipse *τιοῦς* analogiae melius convenire dicit 2); in titulo Thebano 1576 nunquam $\bar{ε}$ mutato leguntur *Θεογίτων*, *εἰλαρχέοντος*, *Καλλικράτεος*, *ἀναγεομένων*; in Thebano 1565 (*θ*)*εὸς*, quanquam ibidem est *ἰώσας* pro *ἐούσας*

---

3) Apoll. de pron. 135 de *τεός*: *ἐπὶ ταύτης τῆς λέξεως Βοιωτοὶ μεταβάλλουσι τὸ* $\overline{ε}$ *εἰς* $\overline{ι}$, *καθὸ καὶ τὸ θεὸς — θιός*.

4) Eodem spectat, quod *Διὸς* a *Ζεὺς* non solum propter $\overline{ζ}$ in $\overline{δ}$, sed etiam propter $\bar{ε}$ in $\bar{ι}$ mutatum e Boeotica dialecto repetitur. vid. Choerob. Bekk. 1194 (§. 37 not. 1), Et. M. 409, 18, Gud. 230, 6, Ann. Ox. I, 107, 15 et 180, 29, III, 236, 30, IV, 337, 10.

σης et *Βοιωταρχίοντων*, in Copensi 1574 *Κλεοπολέμιος*, quanquam *Κλίων*, *Κλιώνιος* etc., in Lebadeensi 1575 *Θεύδοιος*, sed *ϜικατιϜέτιες*, *Καλλικράτιος*. *Πουθέαο* nomen peregrini in Orchomenio 1583 aliquid excusationis habet.

3) *ῡ* et breve et longum a Boeotis in *ου̅* mutabatur, quantitate non mutata, ita ut *ο̆ῠ*, quod esset pro brevi *ῠ*, corriperetur [5]. Grammatici haec exempla habent: *κούνες*, *οὔδωρ*, *οὔλη* (potius *οὔλα*), *κοῦμα*, *οὐμὶν*, quo accedunt ex Apollon. de pron. 69 *τού*, *τοὺν*, *τούγα* pro *σύ*, et Hesychii glossa, quae Boeotica videtur, *οὐμαὶ*, *ὑμέτεραι*. — In Corinnae fragmentis leguntur *τού* fr. 1. 16, *οὐμὲς* 9, *οὐμίων* 13, *πουκιεύι* 3, *ὠνούμηνεν* pro *ὠνόμαινεν* 4, *οὐψιβίας* 7, *γλουκού* 8, *λιγουροκωτίλης* 11, *λιγουρὰν* et

---

5) Heraclid. ap. Eust. 23, 16. *οἱ Βοιωτοὶ προστιθέντες τῷ ῡ διχρόνῳ τὸ μικρὸν ο̅ καὶ βραχυνόμενον μὲν βραχύνοντες, μηκυνόμενον δὲ μηκύνοντες, τὸ ὕλη οὔλη λέγουσι καὶ τὸ ὕδωρ οὔδωρ*; eadem fere in H. Ad. f. 205. — Et. M. 632, 51. (Gud. 436, 15, Ann. Ox. I, 313, 14) *οἱ Βοιωτοὶ τότε πλεονάζουσι τῷ ῡ στοιχείῳ τὸ ο̅, ἡνίκα τὸ ῡ οὐχ ὑποτάσσηται φωνήεντι· οἷον κύνες κοῦνες* (leg. *κούνες*), *κῦμα κοῦμα*. — Ann. Ox. I, 146, 15. *οἱ Βοιωτοὶ τῷ ῡ προσνέμουσι τὸ ο̅, ὑμῖν οὑμῖν, κύνες κοῦνες*, cf. Scholl. Heph. p. 60 ad Corinnae fragmenta: *Βοιωτιακὴ ἡ τοῦ ο̅ προσθήκη*. — Scholl. Dion. Thr. 779, 31. (corruptius in Ann. Ox. IV, 321, 5) *Δέον δέ ἐστι ζητῆσαι, εἰ ἄρα τὸ ο̅ τὸ προστιθέμενον παρὰ Βοιωτοῖς τοῦ ῡ δύναμιν ἔχει στοιχείου· καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔχει δύναμιν στοιχείου· δῆλον, εἴγε προσερχομένου τοῦ ῡ τὸν αὐτὸν τόνον φυλάττει. Καὶ γὰρ ὥσπερ τὸ κύνες συνεσταλμένον ἔχει τὸ υ, οὕτως καὶ τὸ κούνες συνεσταλμένην ἔχει τὴν κου̅ συλλαβήν*. — Hinc patet Aeoles Boeotos spectari etiam a Prisciano I. p. 35: »In plerisque tamen Aeoles sequuti hoc facimus. Illi enim *θουγάτηρ* pro *θυγάτηρ*, *ο̆ῠ* corripientes, vel magis *ῡ* sono *ου̅* soliti pronuntiare, ideoque ascribunt *ο̅*, non ut diphthongum faciant, sed ut sonum *ῡ* Aeolicum ostendant, ut *καλλιχόροι χθονὸς εὐρείας θουγάτηρ* (vulgo *Οὐρίας*).« Fragmentum, etiam propter Boeoticum oppidum *Οὐρία*, *Ὑρία*, recte post Welckerum Corinnae dedit Schneidewinus fr. 6. — Pleraque grammaticorum testimonia afferuntur ad *ἐροίω* et *εἰλήλουθα* explicanda neque minus *ο* Boeotice pleonasticum in *εἰλήλουθα* agnoscitur in Et. M. 298, 44, Gud. 166, 13, H. Ad. f. 205, b.

φοῦσα 12, *Οὐρίας* pro *Ὑρίας* et *θουγάτειρ* 6. Inde recte corrigitur *Μουρτίδα* 12 pro *Μυρτίδα*. — Et sicut Hyria apud Corinnam audit *Οὐρία*, ita eponymus hujus oppidi heros Hyricus vocatur *Οὐριεὺς* in Scholl. Nic. Ther. 15 cf. Müll. Orch. p. 99.

In inscriptionibus haec sunt: 1562 — 65 *ἀσουλία*, 1563, a *(Π)ουῤῥανδρος*, 1564 *τούχαν*, 1569, a *σοὺν*, *σουγχωρείσι*, *σούγγραφος*, *ἀργουρίω*, 1569, b *Λουσι(μάχω)*, 1569, c *Πορπουλιάδος* e *Πουρπολιάδος*, ut videtur, corruptum, 1573 *Διωνούσιος*, 1583 *κάρουξ*, *Κουζικηνὸς*, *Μουρίνα*, *Πουθέαο*, 1593 *Πούθων*, 1597 *Πουθιὰς*, 1645 *Μουρτώ*.

Haud raro tamen in titulis haec mutatio negligitur. In titulo Thebano 1565 leguntur *τύχαν*, *Ὑπατόδωρος*, *Εὐωνυμίδαο*, quanquam ibidem *ἀσουλία*; in reliquis Thebanis nullum in utramque partem exemplum reperitur. In Lebadeensibus sunt nr. 1571 *ὑπὲρ*, *Πυθόνικος*, *ἀργυρίω*, 1575 *Ὀλύμπιος*, *Διονυσόδωρος*, neque nr. 1588 *οῦ* pro *ῡ* conspicitur. In antiquo Tanagraeo 1599 est *Διονυσοε*; inter Orchomenios nr. 1568 habet *ουθνιες*, quod aperte est *θύοντες*, non *θούοντες*, ut Boeckhius dedit; nr. 1579. 1580 *Ἱαρώνυμος*, *Διωνύσοι*, adeo 1569, a *Λυσίδαμος* et *Διωνύσιος*, quanquam in hoc ut in reliquis Orchomeniis praeterea semper *ōῡ* scribitur. In Copensi 1574 est *Πολυκριτίω*, quanquam l. 13 *Διωνουσίχιος* scriptum fuisse videtur; denique in Chaeroneensi 1597 leguntur *Ἀμφίλυτος* et *Πουθιάς*.

§. 39.

De vocalibus longis.

1) Longum *ᾱ* pro *η* vulgari Boeoticae dialecto cum genuino Dorismo sine ulla discrepantia commune est. Reperitur igitur, ubicunque *η* ex *ᾱ* natum est, ut in declinatione prima *τούχα*, *γᾶ* (cf. Herod. π. μ. λ. 7, 15) et *δαφναφορίω* nr. 1595 a *δάφνα*; in verbis, quorum stirps in *ᾱ* exit, eorumque derivatis, ut *ἔβα* Cor. 12, *νικάσαντες*

nr. 1580, *Εὐφαμίδας* 1574 etc.; deinde ubicunque ᾱ in radice est, ut *Νικάνωρ* [1]) ab *ἀνὴρ*, *Ἀγέδικος* 1564, *ἀναγεομένων* 1576, *χοραγίω* 1579. 1580 etc. a radice *ἀγ*, *ἁμίων* pro *ἡμῶν* collato Lesbiaco *ἄμμες* etc. — Praeterea ᾱ apparet in 3 dual. *ἀνεθέταν* 1580, in femininis in η̄ν̄η̄ exeuntibus *Ἀθάνα*, *ἰράνα* pro *εἰρήνη* 1563, a, urbium nominibus in η̄δ̄ω̄ν̄, *Καρχαδόνιος* 1565, *Ἀνθαδόνιος* 1593, denique in his singulis *Ἀσκλάπιος* 1583, *γέγαθε* Cor. 11, *γλαχὼν* Ach. 826. 35. 40, *δᾶμος* et compp., *Δαμάτριος* 1592, *Δὰν* pro *Ζὴν* vid. §. 37, 1, *θρᾶνυξ ἐπὶ τοῦ θρόνου* apud Corinnam teste Choerobosco Bekk. 1381 pro *θρῆνυς*, *Καφισὸς* et compp., *κάρουξ* 1583, *κλᾶρος* Cor. 17, *πίθακος* Ach. 873, *ἄσᾱμος* 1569, a, III, *χᾶνες* Ach. 844, *ψαφίδδω*, *ψάφισμα* 1563, 1569 etc. [2]).

2) Contra, ubicunque η̄ manet apud Dorienses, Boeoti mutant in ε̄ῑ, ut grammatici [3]) accurate praeci-

---

1) Et. M. 9, 47, Gud. 4, 28, Ann. Ox. I, 14, 2, II, 431, 3. *Νικάνωρ κατὰ τροπὴν Βοιωτῶν τοῦ η̄ εἰς ᾱ.*

2) Errore in Et. M. 266, 21, Gud. 142, 33 legitur *πρωΐαν καὶ τροπῇ Βοιωτικῇ πρωΐην*, leg. *Ἰωνικῇ*. cf. Et. M. p. 692, 8. et Gud. 484, 21.

3) Choerob. Bekk. 1366. *οἱ Βοιωτοὶ τότε τρέπουσι τὸ η̄ εἰς τὴν ε̄ῑ δίφθογγον, ἡνίκα μὴ τρέπεται τὸ η̄ εἰς ᾱ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν· οἷον ὁ λέβης καὶ πένης οἱ Βοιωτοὶ διὰ τῆς ε̄ῑ διφθόγγου γράφουσι λέβεις καὶ πένεις λέγοντες, ἐπειδὴ ἐπὶ τούτων οὐ τρέπουσι τὸ η̄ εἰς ᾱ οἱ Δωριεῖς· τὸ δὲ Ἀτρείδης καὶ Ὀρέστης ἐπειδὴ τρέπουσιν οἱ Δωριεῖς τὸ η̄ εἰς ᾱ καὶ λέγουσιν Ἀτρείδας καὶ Ὀρέστας, οὐ τρέπουσιν οἱ Βοιωτοὶ εἰς τὴν ε̄ῑ δίφθογγον.* — Hort. Ad. f. 207, a de *τέθεικα: οἱ Δωριεῖς τὸ η̄ ὅπερ οὐ τρέπουσιν εἰς α, οἱ Βοιωτοὶ τρέπουσιν εἰς τὴν ε̄ῑ δίφθογγον· τὸ δὲ τρεπόμενον εἰς ᾱ παρὰ Δωριεῦσιν εἰς τὴν ε̄ῑ δίφθογγον οὐ τρέπουσιν· οἷον ἐν τῷ ἥρωες ἐπειδὴ οἱ Δωριεῖς οὐ τρέπουσι τὸ η̄ εἰς ᾱ, οὐδὲ γράφουσιν ἄρωες, οἱ Βοιωτοὶ τρέποντες τὸ η̄ εἰς τὴν ε̄ῑ δίφθογγον φασὶν εἵρωες· ἐν δὲ τῷ ἡδὺ ἐπειδὴ τρέπουσιν οἱ Δωριεῖς, οὐ τρέπουσι τὸ η̄ εἰς τὴν ε̄ῑ δίφθογγον· οὐδὲ γάρ φασιν εἰδὺ διὰ διφθόγγου.* — Apollon. de pron. 61 de *ἰώνει* pro *ἐγώνη*: *τὸ παρὰ Δωριεῦσιν η̄ εἰς ε̄ῑ μεταβάλλεται.* vid. §. 45 not. 1. — Ann. Ox. III, 238, 9. *τὸ γὰρ η̄ τὸ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν εἰς η̄ τρέπουσιν* (Boeoti). vid. §. 41 not. 6. — Male Heraclides ap. Eust. 1142, 49. *δι' ἔθους*

piunt. Exempla afferunt: *λέβεις*, *πένεις*, *Λάχεις*, *εὐσεβεὶς*, *εὐγενεὶς*, *ἀφανεὶς*, *πατεὶρ*, *μάτειρ*, *εἴρως*, *πονειρός*; deinde verba *τίθειμι*, *φίλειμι*, pro *τίθημι*, *φίλημι* et similia. vid. §. 46, 4 [4]).

Βοιωτοῖς μηδέποτε τῷ η̄ χρῆσθαι ἐπὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως, ἀλλ' ἑκάστοτε εἰς ε̄ῑ δίφθογγον μετατιθέναι· διὰ τοῦτο καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦ ε̄ῑ προφέρονται, τίθειμι, κίρνειμι, ἵστειμι καὶ πάνθ' ὁμοίως, ubi pessime Boeotica dicuntur *κίρνειμι* et *ἵστειμι*, quum Dorica sint *κίρνᾱμι*, *ἵσταμι*. —

Minus accurate alii: Theogn. Ox. II, 71, 25. *καυστειρὸς — ἐτράπη παρὰ Βοιωτοῖς εἰς τὴν ε̄ῑ δίφθογγον, εἴγε παρ' αὐτοῖς ἠγνόηται ἡ διὰ τοῦ η̄ γραφή· διὸ καὶ τὸ πένης, πονηρὸς, ἥρως παρ' ἡμῖν διὰ τοῦ η̄ γραφόμενα, παρ' αὐτοῖς διὰ τῆς ε̄ῑ διφθόγγου γράφονται.* — Id. 41, 27. *οἱ Βοιωτοὶ πολλὴν ἴσασι τὴν ε̄ῑρ̄ κατάληξιν, καθὸ παρ' αὐτοῖς εἴωθε τὸ η̄ εἰς τὴν ε̄ῑ δίφθογγον τρέπεσθαι· τὸ γὰρ πένης πένεις γράφουσι διὰ τῆς ε̄ῑ διφθόγγου, καὶ τὸ πατὴρ καὶ μήτηρ παρ' αὐτοῖς διὰ τῆς ε̄ῑ διφθόγγου.* — De Boeoticis *λέβεις* et *πένεις* vide praeterea Heraclid. ap. Eust. 1101, 39, Theogn. Ox. II, 42, 11 et 111, 15, Ann. Ox. II, 295, 28; de *εὐσεβεὶς* et *εὐγενεὶς* Et. M. 181, 13 — 301, 56, Gud. 171, 50, Ann. Ox. I, 133, 20 et II, 305, 17 — 342, 11 — 361, 25; de *ἀφανεὶς* Et. G. 59, 7; de *Λάχεις* Ann. Ox. IV, 379, 29; de *εἴρως* Theodos. Bekk. 1046, Ann. Ox. IV, 366, 32 et corrupte 201, 7. Corrupta sunt etiam Ann. Ox. I, 301, 31. *οὐτηλὴ καὶ τροπῇ Βοιωτικῇ τῆς ο̄ῡ διφθόγγου εἰς ω̄, ὡς βοῦν βῶν, καὶ Δωρικῇ πάλιν τροπῇ τοῦ η̄ εἰς τὴν ε̄ῑ δίφθογγον, ὡς τέθηκα τέθεικα καὶ ἥρωες εἴρωες γέγονεν ὠτειλή*, ubi transponenda sunt *Βοιωτικῇ* et *Δωρικῇ*.

Semel haec mutatio Aeolica vocatur: Et. M. 675, 30. *πλειάρειν· τὸν γὰρ πλήρην οὗτος ἔφη πλειάρειν· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ η̄ εἰς ε̄ῑ μεταβάλλουσι· τὸ γὰρ πένης πένεις λέγουσι· περὶ παθῶν* (Herodianus). At quis est ille, qui praeter Corinnam tam insigni Boeotismo usus est?

4) Saepe haec mutatio Boeotica a grammaticis ad voces non vere Boeoticas adhibetur. Exempla quae supra congessimus, pleraque afferuntur ad explicandas voces *ὠτειλή*, *τέθεικα*, *καυστειρός*. Eaedem praeterea Boeoticae vocantur propter η̄ in ε̄ῑ mutatum Et. M. 493, 45 — 660, 51 — 825, 18, Et. G. 589, 3, Theogn. Ox. II, 71, 11, Ann. Ox. I, 335, 7, II, 327, 4, Scholl. Il. δ, 312, Eust. 481, 11 — 1412, 49. — Non minus Boeotica audiunt *ἀγείοχα* Et. M. 9, 33; *ζείδωρος* Choer. Ox. II, 215, 13, Et. M. 410, 6, Gud. 229, 33,

Frequentissima haec mutatio in inscriptionibus. Reperitur primum in nominibus in $\overline{\eta\varsigma}$ exeuntibus, quae in genitivo $\overline{\varepsilon o\varsigma}$ aut $\overline{\eta \tau o\varsigma}$ habent, *Ἀντιγένεις*, *Περιγένεις*, *Μενεκράτεις*, *Ἀντιφάνεις*, *Τιμοσθένεις* 1569, c. 1574. 1576. 1578. 1583, *Διοπίθεις* 1575, 12 e conj. pro *Διοπιθες* [5]), *Δαμοτέλειν* 1569, a, *Θάλλεις* 1576, item *Χαρειτίδας* a *Χάρεις* 1578; deinde in conjugationis conjunctivo *δοκίει* pro *δοκέῃ* (vid. §. 46. not. 1) et in omnibus formis et vocibus derivatis, quarum stirps in $\bar{\varepsilon}$ exit, *ἀνέθεικα* 1571. 1579. 1593. 1601, *χοραγείσαντες* 1579, *ἐπόεισε* 1582, *Εὐφίλειτος* 1575, *συγχώρεισις* 1569, a. II, *ποειτὰς* et *αὐλειτὰς* 1583; denique in his singulis: *ἑβδομείκοντα* 1571, particulis *εἴ* pro *ἤ* 1568 [6]), *δεὶ* in *ἐπιδεὶ* pro *ἐπειδὴ* 1569, a. III, *μεὶ* ibid., N. P. *Εἰρώδας* 1574. 1583 ab *ἥρως*, *Θειβῆος*, *Θειβεῖος*, *Θείβιχος* 1593. 1583. 1577 a *Θῆβαι*, *Θειλούθιος*, nomine mensis 1569, a, quod in vulgari dialecto sonat *Θηλούθιος*; Nn. Pp. *Ἰσμεινίας* et *Ἰσμεινιάτας* 1578. 1593 ab *Ἰσμηνὸς*: *μεῖλα* pro *μῆλα* in Nn. Pp. *Εὔμειλος*, *Τιμόμειλος*, *Μνασίμειλος*, *Σαύμειλος* 1569. 1575; denique *Χαριτείσια* 1583.

Neque male $\bar{\eta}$ mutatum est in *Κτεισίας* 1573 et *πλεῖθος* 1569, a. III, quanquam nonnulli Doriensium *κτᾶσις* dicebant et *πλᾶθος*, quia plerumque Dorica dialectus in his stirpibus $\bar{\eta}$ servabat. vid. §. 13, 3.

Pertinent huc etiam nonnulla, quae $\bar{\varepsilon\iota}$ apud Boeotos habent, quanquam neque in vulgari lingua, neque in

Eust. 1296, 1; *εἰμὶ* Heraclid. ap. Eust. 1112, 52. cf. 1613, 20 et Herod. H. Ad. 207, a; *εἴθιζον* et *εἰργαζόμην* Ann. Ox. II, 310, 4 et alia non pauca.

5) In eodem titulo corruptum *Μνασιάδες* vel *Μνασιαδει* l. 4 a Boeckhio non in *Μνασιάδας* sed in *Μνασιάδεις* corrigendum erat; quippe nomen non aliter ac *Θεμιάδης* 1601 pro *Θεμιήδης* ex *ἁνδάνω* aut *ἡδὺς* compositum est.

6) Apographum habet *εντυιαρυειπαρτοιλρ*. . . i. e. *ἐν τῦ ἰαρῦ εἴ παρ τὸ ἰαρόν*); Boeckhius nihil expressit praeter *ἐν τῦ ἰαρῦ παρ τὸ* . . .

Dorica dialecto η conspicitur. Nam obliqui casus nominum in εὺς, ut Φωκεῖος a Φωκεὺς (vid. §. 44, 3), ex antiquioribus (et Lesbiacis) formis, Φωκῆος etc., justa mutatione originem traxerunt, unde non minus recte se habent ἱαρειάδδω 1568 ab ἱαρεὺς gen. ἱαρεῖος, et μαντειΐα 1593 (cf. Ionic. μαντηΐη) a μαντεὺς pro μάντις. Deinde quod nomina in κλῆς Boeot. κλεις in obliquis casibus ει servant, ut Ἀμινοκλεῖος, Homerica Ἡρακλῆος etc. comparare licet. vid. §. 43.

Interdum vulgare ει retineri videtur, ubi accuratius quaerenti Doricum η justam mutationem passum esse apparet, ut Ἡράκλειτος 1577 (cf. Ἡράκλητος in tabb. Heracl.); Κλεινίας 1579. 1580 (cf. Κληνίππα in titulo Zacynthio nr. 1934), εἶμεν 1562 seqq. i. e. εἶναι pro Dorico ἦμεν, Χειρίας 1575 (cf. χηρὸς Alcm. 114 W.), τεθεῖσας 1569, a. III, σταθεῖσα 1569, c (cf. καταλυμακωθῆς tabb. Heracl. I, 8), εἰλαρχιόντων 1588 (cf. ἐγϜηληθίωντι tabb. Heracl. I, 104 pro ἐξειληθῶσι, quum εἴλη haud dubie cum verbo εἴλω, εἰλέω cohaereat) cf. εἰλύτας 1571. — Jam vero si Lesbiaca χέῤῥες, ἔμμεναι, ἀπέλλω (vid. §. 8) comparamus, non minus Boeoticum ει ex η natum videtur in μειλίχιος 1568, χείλιοι, ὀφείλω 1569, a. III, quia, quum Lesbii μέλλιχος, χέλλιοι, ὀφέλλω dixerint, strictioris Dorismi fuisse videntur μήλιχος, χήλιοι, ὀφήλω, de quibus nunc casu non constat.

Raro in titulis η vulgare relictum reperitur; at, quum *Η* et *ΕΙ* facillime a transscribentibus confundantur, ut ipse Boeckhius 1563, c εἶμεν e conjectura dedit pro ἦμεν, reliquis exemplis, quae non sunt nisi in titulis incertioris lectionis, non majorem fidem habemus. Sunt vero haec: 1563, a Διογένην, 1563, c Ἑρμογένης, 1571 θησαυρὸς, στατῆρας, 1574 Τηλιδωρίων(?), 1575 Ἡράκλειτος, Μνηΐων, Ἀρήϊχος, 1577 Ἡρακλείδας, 1601 Θυμάδης. Excusationem habent nomina peregrinorum Μήστωρ, Κουξικηνὸς etc. 1583.

Apud Corinnam ει pro η legitur fr. 1 in ἰώνει pro ἐγώνη, quod e diserto Apollonii testimonio restituimus.

vid. §. 45 not. 1 et *εἱρωάδων* pro *ἡρωΐδων*, unde ibidem recte *εἱρώων* pro *ἡρώων* scriptum est. Vere Boeoticum deinde est *δυνεῖται* fr. 8. (cf. Laconicum *ἀγῆται*, Lesbiacum *πώλητται* §. 26, 12). Corrupta haud cunctanter judicavimus fr. 4 *μεγαλοσθένης*, 6 *θουγάτηρ*, 7 *πεντήκοντα*.

Apud Aristophanem pauca exempla habentur: *Θείβαθεν* 828. 877, *Θείβαθι* 834, *νεὶ* 871 ex uno libro, *ἀδικείμενος* 881. In reliquis η̄ tenetur.

Boeotica vel Aeolica vocalis η̄ in ῑ mutatio[7]) eo tempore a grammaticis ficta videtur, quo non multum aut nihil sono differebant ε̄ῑ et ῑ.

3) ᾱ longum pro ω̄ vulgari apud Boeotos est, ubi apud Dores, in *πρᾶτος* 1569, a. III. et si quando ex ᾱο̄, ᾱω̄ contractione natum est, ut *τᾶν* pro *τάων*, *τῶν*. vid. §. 41. — Notabilis praeterea Hesychii glossa *μηλατὰν τὸν ποιμένα· Βοιωτοί* cf. *μηλωταὶ, ποιμένες*. Contra male ᾱ in ω̄ Boeotice transire refertur in *ὥριστος* pro *ἄριστος* Et. M. 823, 55. Verius exemplum esset *ἐνίκωσαν* 1583; lectio tamen vix integra est, quum 1588 *νικάσαντες* et Cor. 4 *νίκασε* reperiantur.

§. 40.

De diphthongis.

1) Grammatici[1]) docent ᾱῑ a Boeotis in η̄ mutari, et Choeroboscus quidem accurate monet, hoc η, ubi sit in

---

7) Et. M. 671, 20. *πῖδαξ παρὰ τὸ πηδᾶν κατὰ μετάθεσιν τοῦ η εἰς τὸ ῑ Βοιωτικῶς, ὥσπερ ἥκω ἵκω.* cf. Et. Or. 132, 10 et Gud. 467, 41. In Et. M. postea additur *κατὰ μετάθεσιν Αἰολικήν*, quocum consentit Eust. 697, 33.

1) Eust. 365, 27. *Ἡρακλείδης δὲ ἄνευ τοῦ ῑ γράφει τοὺς ἀπὸ τοῦ Μαίονος κληθέντας Μῄονας, λέγων Βοιωτίαν εἶναι τὴν τοιαύτην μεταβολήν, ὡς τῶν Βοιωτῶν τὴν ὅλην αῑ δίφθογγον εἰς η καταμόνας μεταβαλλόντων, ὥς που καὶ ὁ Χοιρόβοσκος παρασημειοῦται, ἐν οἷς ἐξηγεῖται τὸν Ἡρωδιανὸν λέγων καὶ ὅτι τὰς θηλυκὰς πληθυντικὰς εὐθείας τῶν παθητικῶν ἐνεστώτων, τὸ ποιούμεναι, λεγόμεναι καὶ τὰ τοιαῦτα ποιούμενη, λεγόμενη ἐκεῖνοί φασιν· οὕτω δὲ καὶ τὰ ὅμοια.* —

syllaba finali, non magis accentum in antepultimam retrahi vetare quam vulgare ᾱι. Exempla traduntur λεγόμενη, τύπτομη, παληὸς, ἀρχῆος, Ἀχηὸς, πῆς, δῆς, πήω, παλήω, ἠῒ pro αἰεὶ, βανῆκας pro γυναῖκας.

Inscriptiones η pro ᾱι praebent primum in declinatione prima ἱππότη 1588, εὐεργέτης 1563. 1564, διακατίης et χειλίης 1569, a. III, τῆς 1593; deinde in terminationibus conjugationis 1568 κατασκευάττη, 1569, a. III κεκόμιστη, ὀφείλετη, ἀπογράφεσθη et 1562. 1563, a. b. 1568 δεδόχθη; non minus in adjectivis in ᾱιος, quae a nominibus declinationis primae derivantur, ut Θειβῆος, Ταναγρῆος 1571. 1593, Ϝελατιῆος 1569, a. III pro Θηβαῖος, Ταναγραῖος, Ἐλατειαῖος, item Λεβαδειήων 1588, quae est verior lectio (vid. §. 44, 3), quo pertinent etiam patronymica Καλλιῆος, Ἀριστιῆος, Ἰσμεινιῆος pro

---

Choer. Bekk. 1215. ἔτι δεῖ προςθεῖναι ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι, ὅτι φύσει μακρᾶς οὔσης τῆς τελευταίας συλλαβῆς οὐδέποτε τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἡ ὀξεῖα, ἤγουν οὐ προπαροξύνεται· »καὶ χωρὶς τοῦ η τοῦ γενομένου ἀπὸ τροπῆς τῆς ᾱι διφθόγγου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς·« τούτου γὰρ ἐπὶ τέλους ὄντος πολλάκις τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἡ ὀξεῖα· τὸ γὰρ τύπτομαι οἱ Βοιωτοὶ τρέποντες τὴν ᾱι δίφθογγον εἰς τὸ η προπαροξύνουσι καὶ λέγουσι τύπτομη. — Theogn. Ox. II, 51, 18 et Et. M. 32, 6. παληὸς, ἀρχηὸς, Ἀχηὸς (male ι subscr. apud Theogn.) Βοιώτιά ἐστι κατὰ τροπὴν τῆς ᾱι διφθόγγου (Et. M. male ει) εἰς η. — Ann. Ox. I, 346, 6. οἱ Βοιωτοὶ τὴν ᾱι δίφθογγον εἰς η τρέποντες πῆϊς (leg. πῆς) λέγουσιν ἀντὶ τοῦ παῖς. — Theogn. Ox. II, 131, 29. τὰ εἰς ης μονοσύλλαβα ἀπὸ τροπῆς τινὸς γεγενημένα, διὰ τοῦ η γράφονται, καὶ τὸν αὐτὸν τόνον φυλάττει τοῖς ἀφ' ὧν τέτραπται· — τὸ παῖς περισπᾶται, ἀλλὰ καὶ τὸ πῆς, τὸ δαὶς ὀξύνεται, ἀλλὰ καὶ τὸ δῆς, quae aperte sunt Boeotica. — Herod. π. μ. λ. 43, 27 inter verba in ηω enumerat τὸ παίω πήω λεγόμενον παρὰ Βοιωτοῖς (καὶ τὸ παλαίω) παλήω. — Theogn. Ox. II, 3, 4. ex Herodiano de αἰεὶ: Βοιωτοὶ δὲ ἠῒ, διὰ τοῦ η καὶ μακροῦ τοῦ ι κατὰ τὴν λήγουσαν, cf. Ann. Ox. I, 71, 18 (not. 4); minus recte Et. Ms. Par. apud Bast. ad Greg. p. 317 et aliud ibid. p. 894 παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς διὰ τοῦ ι καὶ η; sine dialecti nomine Boeoticum ἠῒ commemoratur in aliis Etymologicis ibid. p. 349. — Hesych. βανῆκας, γυναῖκας Βοιωτοί.

Καλλιαῖος, vid. §. 48, 1; denique in singulis nonnullis vocibus: *ἡ* pro Dorico et Lesbiaco *αἰ* 1569, a. III, *κὴ* 1562 seqq. 1569, a. c, *ἥγων* et *ἥγυς* 1569, a. III, *Ἠσχί-νας* 1641, *Ἠσχρίων* 1593, *Ἠολεῖα* pro *Αἰολέα* 1564, *Δαμήνετος* 1593, *χῆρε* 1648, *Χηρώνια* 1569, c, *Χηρωνεὺς* 1569, a.

In antiquissimo titulo Tanagraeo 1599 $\overline{αε}$ pro $\overline{αι}$ scriptum est, *Ἀεσχρονδας Ἀεγιτ* . . . . pro *Αἰσχρώνδας Αἰγιτ* . . . .

Raro $\overline{αι}$ intactum mansit; nam praeter antiquum titulum valde mirum nr. 1679, ubi *Χαιρρονεα*, in unico Thebano 1565 leguntur *καὶ* et *Αἰτώναο*. Excusationem habet $\overline{αι}$ in nominibus peregrinis nr. 1583 *Φωκαιεὺς* et *Αἰολεύς*; interdum minus recte a Boeckhio [2]) diphthongus scripta videtur. — Raro $\overline{ι}$ Lesbiaco et Attico more abjectum est, *ἀετὸς* 1569, c, *Πλαταεῖος* 1593.

In Corinnae fragmentis libri $\overline{η}$ pro $\overline{αι}$ servarunt fr. 10 *πῆδα Fὸν θέλωσα φίλης ἀγκάλης ἑλέσθη* i. e. *παῖδα — φίλαις ἀγκάλαις ἑλέσθαι*; fr. 11 *λιγουροκωτίλης ἐνοπῆς*, qui sunt dativi pluralis, unde ibidem *ἐμῆς* pro *ἐμὴ* conjectura restitutum est; fr. 12 *κὴ*. Ipsi *Κρονιδῆε* i. e. *Κρονιδαῖε* scripsimus pro *Κρονίδη* fr. 2. vid. §. 48. Corrigenda sunt etiam *δονεῖται* 8, *μέμφομαι* 12, *δαίμων* 5, *καὶ* 7.

Valde mirum est, quod nonnulla gentilia vulgo in $\overline{αιος}$ exeuntia in titulis $\overline{ει}$ pro $\overline{αι}$ habent. Talia leguntur *Ταναγρείων* 1562. 1563, *Θειβεῖος* (quanquam recte *Ταναγρῆος*, *Θειβῆος* 1593. 1571), *Λεβαδειείοις* 1575 (quanquam *Λεβαδειήων* 1588), *Ἀθανεῖος* 1562. 1583. Quum vix liceat suspicari, in his omnibus transscribentium errore $\overline{ει}$ pro $\overline{η}$ tradi, cum Boeckhio p. 721, b duplex quidam Boeotismus agnoscendus esse videtur, quo $\overline{η}$ Boeotice ex $\overline{αι}$ natum nova mutatione Boeotica in $\overline{ει}$ transierit.

2) Non minus $\overline{α}$ apud Boeotos in $\overline{η}$ vulgo mutatum

---

2) Pro *Ἑρμαίῳ* 1573 legendum videtur *Ἑρμαίῳ*, ut ipse Boeckhius nr. 1578 scripsit *Νικαῖος* a *Νικᾶς*; pro *ἀπεγράψαντο ἐν ὁπλί-τα(ις)* 1574 potius supplendum est *ἐν ὁπλίτα(ς)*. vid. §. 47.

est, unde grammatici 3) dativos singularis declinationis primae non satis recte iota subscripto carere dicunt, ut τῇ Ἑλένῃ. In titulis nunc leguntur 1563 τριςκηδεκάτῃ, 1569, a. III τῇ πόλι et ἐν ϜΕλατίῃ, 1569, c προβασίῃ, ἐν τῇ ἀγορῇ, ἐν τῇ ὁδῦ, 1588 ἱππασίῃ. vid. §. 44. not. 5.

In antiquo Tanagraeo 1647 ἐπὶ Πλαυχαε est pro Πλαυχᾳ. — Ipsum ᾳ servatum est in antiquioribus titulis 1591 Ἀθάνᾳ, 1639 ΒακεύϜᾳ, nisi forte Boeoti olim Ἀθάναι pronuntiabant, ut δάμοι pro δάμῳ (nr. 5). Non recte a Boeckhio ᾳδοντος scriptum est 1579. 1580 pro ἄϊδοντος i. e. ἀείδοντος. vid. sqq.

3) Diphthongus ε̅ι̅ apud Boeotos in longum ῑ abiit secundum grammaticos 4), qui testantur de λέγις, ἠΐ, ῖμι pro λέγεις, αἰεὶ, εἶμι, fortasse etiam Ποτιδάων, quanquam Herod. π. μ. λ. 11, 8 e Cor. 2 Ποτειδάων Boeoticum vocat, quod facile corruptum habetur; deinde τῖδε pro Dorico τεῖδε huc, siquidem recte Hesychium emendamus; denique addere licet Hesychianas glossas γῖξαι, χωρῆσαι i. e. Ϝῖξαι pro Ϝεῖξαι et γίπον, εἶπον leg. Ϝῖπον, quanquam dialectus non nominatur.

Inscriptiones hanc mutationem habent: in conjugationis terminationibus ἄρχι, ἀπέχι 1569, a. III, pro ἄρχει; in substantivorum terminatione ε̅ι̅α̅, ἀσφάλια, ἀτέλια, Ϝι-

3) Choer. Bekk. 1187. οἱ Βοιωτοὶ ταῖς εἰς η ληγούσαις δοτικαῖς οὐ προςγράφουσι τὸ ι· τῇ Ἑλένη γάρ φασι καὶ τῇ Πηνελόπη χωρὶς τοῦ ι, cf. Drac. Strat. 109, 13 et Porphyr. in Ann. Villois. II. p. 116 (vid. §. 15. not. 9).

4) Priscian. IX. p. 438: »ēi diphthongum in ī longum converterunt more Boeotico« (Latinum vis, e veis, velis explicat). — Ann. Ox. I, 71, 18. οἱ Βοιωτοὶ τρέποντες τὴν α̅ι̅ εἰς η̅ καὶ τὴν η̅ (leg. ε̅ι̅) εἰς ι̅ ἠΐ λέγουσιν, ὥσπερ καὶ τὸ λέγεις διὰ μόνου τοῦ ι̅ προφέρουσι, cf. de ἠΐ pro αἰεὶ not. 1, ubi Theognostus de longo ῑ testatur. — De Boeotico ῖμι pro εἶμι Herod. π. μ. λ. 23, 19. — Ann. Ox. III, 241, 15. οἱ Βοιωτοὶ διὰ τοῦ ι Ποσιδαίων leg. Ποσιδάων aut potius Ποτιδάων, nisi majus mendum inest. cf. §. 36. not. 4. — Hesych. τί δαὶ, τί γὰρ ἄλλο, ἢ τί γάρ; Κρῆτες. Βοιωτοὶ δὲ ἐνθάδε· Ἀττικοὶ διὰ τί δή. Diversa, ut solet, miscuit, Boeoticum voluit τῖδε.

σοτέλια 1562 sqq., *FΕλάτια* et *FΕλατιῖος* 1569, a. III; in nominibus in $\overline{ειος}$ exeuntibus *Ἀογῖος* 1583, *Ἀλαλκομένιος* 1569, a. III (cujus mensis vulgaris forma *Ἀλαλκομένειος* legitur 1608, e), item in patronymicis *Ξενοκρατῖος* 1574, *Καλλιχαρῖος* 1577, *Φιλοκρατῖος* 1571, 23, vid. §. 48, 1; in patronymicis in $\overline{ειδας}$ ut *Δαμοκλίδας* 1575, *Καλλικλίδας* 1578, *Ἡρακλίδας* 1583, *Ἀριστοκλίδας* 1593; denique in singulis vocibus et stirpibus *ἀίδοντος* 1579. 1580 (ubi Boeckhius minus recte *ᾄδοντος*), *Ἀμινίας* 1575, 1584, 1608, h, *Ἀμινοκλεῖς* 1563, b, *Εὐγίτων* et *Ἀριστογίτων* 1575, *Διογίτων* 1579, *Θεογίτων* 1576, *Καλλιγίτων* 1593, *Δινίας* 1593, *ἱράνα* 1563 sqq., *ἐπιδεὶ* pro *ἐπειδὴ* et *κίμενος* 1569, a, *Καφίσιχος* N. P. 1584, *Παμπίρας* 1574 a *πεῖρα*, *Διοπίθεις* 1575, *πλίονα* et *Φιδίας* 1569, a.

Interdum vulgare $\overline{ει}$ servatur, non solum in quibus Dorienses $\overline{η}$ habuisse certum aut verisimile est, vid. §. 39, 2, sed etiam in iis, quae quum apud ipsos Dores $\overline{ει}$ teneant, vulgo mutationem patiuntur. Talia reperiuntur in titulo Thebano 1577 *Ξενοκλείδας*, *Ἡρακλείδας* (v. l. *-κλίδας*) *Ἀριστείδας*, *Διοφάνειος*, in Lebadeensibus 1571, 23. 25 *Φιλοκράτειος*, 1588 *Σαυκράτειος*, ut ipsum nomen *Λεβάδεια* scribitur 1575. 1588 et 1569, c. Praeterea non reperiuntur nisi in Tanagraeo 1563, a *ἀσφάλεια*, in Orchomenio 1569, a. III *δάνειον*; nam in nomine peregrino *Ἀλεξανδρεία* 1564 mutatio neglecta minus offendit.

In Corinnae reliquiis recte haec mutatio tradita est in *πουκτεῖ* fr. 3, *ἐσσάρχι* pro *ἐξάρχει* 19, *ἀίδων* 8, *τὶν* 5 e Dorico *τεὶ*. vid. §. 45, 2. Male se habet *Ποτειδάων* fr. 2. vid. supr. — Nullum hujus mutationis apud Aristophanem vestigium.

Apparet igitur, $\overline{ει}$ diphthongum, ubi est in strictiore Dorismo, in universum, quocunque modo nata est, in $\overline{ι}$ a Boeotis mutari, nec si quando mutatio negligatur, certas voces et formas hac regula excipi. — Si qua sunt inter exempla allata, quae a grammaticis in Dorica dialecto $\overline{η}$ habuisse referuntur, ut *λέγης*, *πλήων*, non recte

hos praecipere indicavimus §. 14, 4, alio tempore accuratius demonstrabimus.

Quod grammatici $\overline{\varepsilon\iota}$ apud Boeotos etiam in $\overline{\eta}$ transisse tradunt [5]), error est.

4) Diphthongus $\overline{o\iota}$ a Boeotis secundum grammaticos [6]) in $\bar{\upsilon}$ longum mutata est, ita tamen ut in fine vocis accentum retrahi non magis vetaret, ut *Ὅμηρυ, καλὺ, ἐμὺ* pro *Ὅμηροι, καλοὶ, ἐμοί*.

In titulis hanc mutationem patiuntur primum nominativi pluralis decl. II *τὺ, τύδε* pro *τοὶ, τοίδε* i. e. *οἱ, οἵδε* nr. 1568. 1569, a. III. 1583; item dativi *τῦς ἄλλυς*

---

5) Et. Gud. 296, 17. *καλλιπάρηος κατὰ τροπὴν Βοιωτικὴν τῆς $\overline{\varepsilon\iota}$ διφθόγγου εἰς $\overline{\eta}$;* neque aliud volunt, qui *παρηά* Aeolicum dicunt pro *παρειά*, Et. M. 487, 6. et Gud. 295, 39; Et. M. 653, 33. et Gud. 453, 13 (ubi exemplum *πλήων* pro *πλείων* additur); Tzetz. ad Hes. Opp. 664 et Et. Leid. ap. Gaisf. — Jam vero vox a *παρά* derivata (unde $\bar{\alpha}$ tenetur in Pindarico *καλλιπάραος* et Lesbiaco *παραύα*. vid. §. 5, 5) antiquitus *παραα* vel *παραΐα* sonasse videtur, unde $\bar{\alpha}$ Ionice in $\overline{\eta}$ mutato *παρηΐη*, inde Atticum *παρειά* ortum est, apud Boeotos autem $\overline{\alpha\iota}$ in $\overline{\eta}$ mutato *παρηά*, quod grammatici male et ad Homericum *καλλιπάρηος* adhibebant et ex Attico *παρειά* derivabant. — Simillima sunt, quae tradit Choerob. Ann. Ox. II, 245, 21. *ὀνείατα — διὰ τῆς $\overline{\varepsilon\iota}$ διφθόγγου γράφεται· ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς $\overline{\eta}$ γράφουσιν αὐτὸ· οἷον ὀνήατα· κατὰ ἔθος γὰρ ἔχουσι τὴν $\overline{\varepsilon\iota}$ δίφθογγον εἰς $\overline{\eta}$ τρέπειν.* Nam e radice *ὀνα* (cf. *ὄναιτο*) antiquitus *ὄναιαρ* factum videtur, inde *ὄνηαρ, ὄνειαρ*, Boeotice autem *ὄνηαρ*. Errore latius propagato eadem mutatio in aliis agnoscitur: Et. M. 605, 31. *Ἀπολλώνιος ὁ Ἀρχεβίου καὶ τὸ νήφω τὸ θίω ἀπὸ τοῦ νείφω τοῦ χιονίζω λέγει γεγενῆσθαι κατὰ τροπὴν Βοιωτικὴν τῆς $\overline{\varepsilon\iota}$ διφθόγγου εἰς $\overline{\eta}$.* Adjuvabat errorem contraria Boeotorum mutatio *τοῦ $\overline{\eta}$ εἰς $\overline{\varepsilon\iota}$* et Aeolicum in nonnullis $\overline{\eta}$ pro $\overline{\varepsilon\iota}$. vid. §. 14.

6) Choerob. Bekk. 1215 post ea, quae in not. 1 attulimus: *ἔτι δεῖ προσθεῖναι· »καὶ χωρὶς τοῦ $\bar{\upsilon}$ τοῦ μακροῦ τοῦ γινομένου ἀπὸ τροπῆς τῆς $\overline{o\iota}$ διφθόγγου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς·« τούτου γὰρ ἐπὶ τέλους ὄντος πολλάκις τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἡ ὀξεῖα· τὸ γὰρ Ὅμηροι τρέποντες τὴν $\overline{o\iota}$ δίφθογγον οἱ Βοιωτοὶ εἰς τὸ $\bar{\upsilon}$ μακρὸν προπαροξύνουσι καὶ λέγουσιν Ὅμηρυ.* — Apoll. de pron. 104 de *ἐμοί*: *Βοιωτοὶ διὰ τοῦ $\bar{\upsilon}$ ἐμὺ συνήθως, καθὰ καὶ τὸ καλοὶ καλύ.* — Ibid. 106 de *οἷ* et Aeolice *Ϝοῖ*: *Βοιωτοὶ συνήθως εἰς τὸ $\bar{\varepsilon}$ μεταλαμβάνουσι* (Bekk. vult $\bar{\upsilon}$, potius *Ϝῦ*).

προξένυς 1562—64, *αὐτῦς* 1562. 63, *ἵππυς*, *ἤγυς*, *προβάτυς*, *Ἐρχομενίυς* 1569, a. III, *Βοιωτίυς*, *Ἐρχομενίυς*, *πολεμάρχυς* 1573; deinde *Fυκία* 1562 — 64 pro *οἰκία* 7), *Ἀγρυκίχιος* ab *ἄγροικος* 1574, *αὐλαFυδὸς*, *κωμαFυδὸς* etc. 1583 ab *ἀοιδὸς*, *κατάλυπον*, *Θύναρχος* 1569, a.

Contra *οι* servatum est in titulo Thebano 1565, ubi *Fοι* et *Fοικία*, Lebadeensibus 1575, ubi *Βοιωτοῖς*, *Λεβαδειείοις*, 1588 *τοὶ ἱππότη*, Copensi 1574 *Ποίδικος* (?) et

---

7) Hinc fortasse illustrandae sunt duae voces Boeoticae satis difficiles. Primum Plutarch. Quaest. Gr. p. 292. *τίς ὁ παρὰ Βοιωτοῖς πλατυχαίτας; τοὺς οἰκίᾳ γειτνιῶντας ἢ χωρίοις ὁμοροῦντας αἰολίζοντες οὕτω καλοῦσιν ὡς τὸ πλεῖστον ἔχοντας.* Deinde Thucyd. IV, 97. *Βοιωτοὺς ἐπικαλουμένους τοὺς ὁμωχέτας δαίμονας*, quam vocem explicant Scholl. Thuc. *ὁμωχέται οἱ συμμετέχοντες τῶν αὐτῶν ναῶν καὶ τῶν αὐτῶν ἱερῶν*, Suid. *ὁμωχαίτας* (v. l. *ὁμοχαίτας*)· *Θουκυδίδης τοὺς συννάους θεοὺς καὶ ὁμορροφίους· Βοιωτικὴ δὲ ἡ λέξις* addita Scholiastae interpretatione; similiter Photius, apud quem *ὁμωχέτας*; Hesych. *ὁμωχέται οἱ συμμετέχοντες τῶν αὐτῶν σπονδῶν ἢ ὁμοβώμιοι καὶ ὁμόναοι.* — Recte Schneiderus in lexico s. v. *ὁμωχέτης* utriusque vocis alteram partem non differre intellexit et apud Plutarchum correxit *ὡς τὸ πλησίον ἔχοντας.* Contra dubito an non recte grammaticis crediderit et Plutarcho, utramque vocem ex *ἔχω* compositam existimantibus, et Plutarcho *πλατωχέτας* restitui jusserit. Adversantur enim et terminatio in derivatis verbi *ἔχω* insolita et reliqua Plutarcheae vocis forma, quae certe (e Dorico *πλατίον* pro *πλησίον*) *πλατιωχέτας* sonare debebat, et significatio habitandi objecto omisso in verbo *ἔχω* vix probabilis. Potius in Plutarchea voce suspicamur latere *πλαFικέτας* i. e. *πλησιοικέτας* (cf. de terminatione *μεσοικέτας* et *μετοικέτας* pro *μέτοικος* apud Hesychium, *Θετταλοικέται* apud Athen. VI. p. 264), ut *πληγγενεῖς* significat *τοὺς πλησίον γένους*, cf. *πλησίοικος*, *πλησιόχωρος.* Plutarchus non minus in hac voce, quam ex antiquis publicis documentis se hausisse profitetur, legenda errare poterat, quam qui iisdem plane erroribus C. I. nr. 1575 legerunt *τιχατι* pro *Fικατι.* Thucydidis igitur *ὁμωχέται δαίμονες* sunt *ὁμοικέται*, *ὅμοικοι* i. e. *ὁμόναοι*, *ὁμοβώμιοι.* Quod in Boeotica vocis forma nullum, ut apud Plutarchum, *υ* apparet, inde explicandum videtur, quod eo tempore Boeoti *οι* nondum in *υ* mutaverant, sed aut *οι* retinebant aut *οε* proferebant (vid. §. 41). Itaque vox e *ὁμοFοικέτας* aut *ὁμοFοεκέτας* corrupta est, fortasse non sine aliqua ipsius scriptoris culpa.

τοίδε e Boeckhii conjectura pro *τον* . . ., in Orchomenio 1593 *Βοιωτοὶ*, quanquam haec lectio non certissima videtur. Praeterea *οι* semper retinetur in ipso *Βοιωτῶν* nomine 1565. 1573. 1575. 1588. 1593, denique in nominibus propriis *Δαμοτοίδας* 1568, *Μενοίτας* 1569, a. III. Iota ejicitur in *ἐπόεισε* 1582 et *ποείτας* 1583.

Apud Corinnam certum hujus mutationis exemplum non legitur. Praeter *Βοιωτὸς* fr. 2 et *Πινδάροιο* 12, quorum alterum titulorum usu defenditur, alterum antiquitate formae, quae non in vulgato usu erat, excusationem habet, adeo leguntur *βοιμούμενοι* 8 et *λευκοπέπλοις* 11. At in his olim *ῡ* scriptum fuisse arbitramur, quum ipse Apollonius, qui Corinnam Boeoticae dialecti auctorem habet, hanc mutationem non ignoret (not. 6). Inde pro corrupto *ηδ'* fr. 1 suspicari ausi sumus *Ϝῦδ'* i. e. *οἶδα*. — Apud Aristophanem nullum hujus mutationis vestigium. — Pertinet huc etiam Boeoticum nomen proprium *'Ανεμύτας* pro vulgari *'Ανεμοίτας* apud Demosth. de cor. p. 324.

5) Non minus diphthongus *ῳ* in nonnullis titulis in *ῡ* abit: *τῦ δάμυ* 1562—64, *αὐτῦ* 1564. 1569, a. III, *Εὐβώλυ* et *ϜΕλατιήῦ* 1569, a. III, *ὁδῦ* et *τῦ* 1569, c. Prisciano contra teste [8]) Boeoti *ῳ* mutabant in *οε*, neque aliter in antiquo titulo Tanagraeo 1599 *Διονύσοε* legitur pro *Διωνύσῳ*. Alii grammatici [9]) testantur, diphthongum

---

8) Priscian. I. p. 49. »Romani ōē pro *ῳ*, ut comoedia, tragoedia. Nec mirum, quum pro *ω* quoque habemus ō et pro ī ē in diphthongo accipimus. Hoc tamen quoque ad imitationem Boeotorum solemus facere.«

9) Et. M. 29, 26 e Choerobosco (cf. Et. G. 13, 35): *ἀπὸ τοῦ αἰδὼς γίνεται αἰδῷος, ὥσπερ ἥρῳος καὶ ἡρῷος καὶ κατὰ τροπὴν Βοιωτικὴν τῆς ῳ διφθόγγου εἰς οι ἥροιος καὶ αἰδοῖος*; deinde l. 30. *ὅθεν τὸ αἰδοῖος ἐκ τοῦ αἰδῷος κτητικοῦ γίνεται κατὰ τροπὴν Αἰολικὴν τῆς ῳ διφθόγγου εἰς οι.* — Et. M. 224, 36. *παρὰ τὸ γέλως γελῷ γελώϊος ὡς πατρώϊος· καὶ Βοιωτικῶς γελοῖος· οἱ γὰρ Βοιωτοὶ τὸ ῳ καὶ ι εἰς τὴν οι δίφθογγον τρέπουσι, τὸ πατρῷος πατροῖος λέγοντες καὶ τὸ ἡρώϊος ἥροιος.* — Theogn. Ox. II, 53, 30. *τραπέζοιος, Βοιωτικὸν*

ῳ apud Boeotos in οῑ mutari, ut πατροῖος, ἡροῖος pro πατρῷος, ἡρῷος: neque vero hunc usum ad sola talia adjectiva pertinere, indicat Apollonius [10]), quum tradit nonnullos iota subscriptum in τῷ falsum judicasse, quod Boeoti non dicerent τοὶ: docent etiam tituli nonnulli, in quibus οῑ pro ῳ legitur: nr. 1565 τοῖ δάμοι pro τῷ δάμῳ, 1588 τοῖ Τρεφωνίοι, ut etiam in corruptissimo 1571 l. 2. 23 Τρεφωνίοι esse videtur, nr. 1579. 1589 Διωνύσοι. Nam quod Boeckhius has antiquae scripturae reliquias esse judicat, nullum praeterea in Boeoticis titulis hujus aetatis vestigium reperitur.

Ipsa diphthongus ῳ raro scripta legitur nec nisi lectione satis incerta: Τρεφωνίῳ 1571, 13, Διωνύσῳ 1601, c, Εἰρῴδας 1574, at Εἰρώδας 1583.

6) Pro diphthongo, quae vulgo est, οῡ Boeoti cum severiore Dorismo ω̄ proferunt, ubi contractione ex οο vel οε, aut productione suppletoria, consonante ejecta, nata est, ut πολέμω pro πολέμου ex antiquissimo πολέμοο, θέλωσα pro θέλουσα ex antiquo θέλονσα. vid. §. 42 et 43.

§. 41.

De Boeoticae dialecti in vocalibus proferendis inconstantia.

In vocalium mutationibus, quibus Boeotica dialectus mirum quantum a reliquorum Graecorum consuetudine discedit, insignis quaedam inconstantia conspicitur, cujus rationem et causas accuratius exquirere operae pretium videtur.

ὂν, καὶ κατὰ τόνον καὶ κατὰ γραφήν. — Inde etiam Τροία vocatur ὄνομα Βοιωτικὸν e Τρωία Et. M. 770, 15; adeo simplex ω̄ Boeotice in οῑ transire dicitur, ut ἀγκοίνη ab ἀγκώνη Scholl. Dion. Thr. 782, 32, Ann. Ox. IV, 320, 22.

10) Apollon. de pron. 111 de iis, qui ῑ subscr. in τῷ falsum judicabant: τεκμηριοῦντές τε ἐκ τοῦ Βοιωτιακοῦ· ἐπεὶ οὐδέποτε παρ' αὐτοῖς τοὶ διὰ τοῦ οι, ubi non recte Bekkerus probante Boeckhio proposuit τὺ et ῡ.

Ut ordiamur ab iis inscriptionibus, quae tertio fere saeculo exaratae aetate non multum differunt, duplex earum genus discernitur, alterum proprietate quadam Boeotica in vocalibus proferendis a reliquarum dialectorum usu remotissima insigne, alterum vulgari linguae propiorem dialectum exhibens. Illud complectitur titulos Tanagraeos 1562. 1563 et Orchomenios 1564. 1568. 1569. 1573. 1583. 1593, hoc Thebanos 1565. 1576. 1577. 1578, Lebadeenses 1571. 1575. 1588, Orchomenios 1579. 1580; minus certa est ratio corruptissimi tituli Copensis 1574, ut alios breviores omittamus. Maxime eo differunt, quod in primo inscriptionum genere fere semper *ι* mutatur in *ου*, *οι* et *ῳ* in *υ*, dum alterum retinet *υ* (excepto unico *ἀσουλία* 1565) et *οι*, contra *ῳ* mutat in *οι*. Sed etiam reliquae Boeoticae vocalium mutationes saepius in altero genere negliguntur, ut *αι* servatur nr. 1565, quanquam idem in *η* mutatur 1578. 1588, *ει* retinetur 1577. 1571. 1588, quanquam vulgarem Boeotorum mutationem patitur in nr. 1575. 1576. 1578—80, adeo in ipsis 1571. 1577, si fides est lectioni; postremo *ε* ante vocales semper retinetur in nr. 1576, interdum in nr. 1565. 1575, dum idem semper in *ι* mutant nr. 1579. 1580. 1588. Contra *η* sine ullo inscriptionum discrimine in *ει* mutatur, ut taceamus de ea vocalium ratione, quae Boeotis cum Doribus communis est.

Jam vero quaerentibus, quae sit hujus discrepantiae causa, proclivis est suspicio, in iis titulis, qui (ut Boeckhii verbis utamur) Boeotismum minus perfecte referunt, e vulgari reliquorum Graecorum usu nonnulla intermixta esse. At primum hi tituli in aliis rebus Boeoticae proprietatis satis sunt tenaces, adeo habent, quibus longius, quam qui magis Boeotici visi sunt, a vulgari consuetudine recedant, quo pertinent *καγγᾶν καὶ κατθάλατταν*, nr. 1565, dum apocope negligitur 1562—1564, *Σαύμειλος* et *Σαυκράτειος* 1575. 1588, dum *Σωκράτιος* est 1583, *ἀνέθιαν* 1588 pro *ἀνέθεικαν*, quod legitur 1579. 1593, denique singularis patronymicorum in *ιος* usus, qui

praeter titulos Thebanos 1577. 1578 et Lebadeenses 1571. 1588. 1601 non reperitur nisi in Copensi, qui medius quasi est inter utrosque. vid. §. 48. Deinde in his ipsis titulis ῳ, quod alteri in ε mutant, transit in οῖ, quum mutationem Boeotis propriam esse testantur grammatici, dum tacent de altera [1]). Igitur hic quidem apparet duplicem fuisse Boeotorum morem, utrumque inscriptionibus, alterum, qui est in titulis minus, ut visum est, Boeoticis, etiam grammaticorum testimoniis confirmatum, neutrum altero magis Boeotis proprium.

Satis hinc patere existimamus, quae in altero inscriptionum genere minus a vulgari Graecitate abhorrent, non esse peregre invecta, sed et ipsa non minus Boeotica. Neque tamen discrepantiae causa ita explicari potest, ut in diversis Boeotiae partibus diversa dialectus valuisse putetur, quum Orchomenii tituli reperiantur in utroque genere, quanquam notabile est, alteram vocalium proferendarum rationem regnare in titulis Tanagraeis et Orchomeniis, alteram in Thebanis et Lebadeensibus; neque aetas discriminis causa est habenda, quum et omnes saeculo fere tertio, et Orchomenii nr. 1579. 1580 eodem fere tempore exarati sint quo nr. 1583. Nihilominus alteram rationem altera antiquiorem esse maxime apparet, ubi accuratius quaerimus de ῡ in ου mutato. Quum enim haec diphthongus etiam brevis vocalis vicem ita sustineat, ut ipsa corripiatur, rectissime Priscianus intellexit, eam non veram esse diphthongum, nec nisi peculiarem et antiquum quidem vocalis ῡ sonum, a Boeotis servatum, exprimere eodem modo, quo Graeci scriptores Latinum u per diphthongum ου proferre solent. At hi quidem peregrinum sonum, quem simplici Graeca litera reddere non licebat, necessario, quatenus fieri poterat, duplici signo imitati sunt; nec mirum esset si reliqui Graeci eundem

1) Adeo, si recte Boeckhius hoc οῖ pro ῳ ex antiqua scriptura remansisse judicaret (cf. §. 10, 5), appareret inde, Boeotos olim ῳ non mutasse.

vocalis apud Boeotos sonum eodem modo significarent. Boeotos autem ipsos cur proprium sonum ratione non valde probanda expressisse putamus? Num forte literarum usum eo demum tempore accepisse, quo apud eos Graecos, unde acciperent, antiquus vocalis $\bar{v}$ sonus jam mutatus esset, ita ut nullam simplicem literam reperirent, qua sonum ipsis proprium significarent? Nemo facile credet, praesertim quum Romani, quos literas post Boeotos accepisse certissimum videtur, eundem vocalis sonum simplici litera scribere non dubitaverint. Igitur Boeoti olim scripserunt $\bar{v}$, postea, sono non mutato, mutarunt scripturam, quum ceteri Graeci signo servato aliam pronuntiationem tribuissent. Boeoti igitur scripturae mutandae nullam habebant causam, nisi ut in literarum sono sibi cum reliquis Graecis conveniret, quantumvis dialectus discreparet. Neque vero prius Boeotos antiquam scripturam ad peregrinas dialectos accommodasse probabile est, quam intercursu cum reliquis Graeciae populis aucto Dorica et maxime Attica lingua magis magisque innotuissent, quibus primum antiqua Boeotorum scriptura, mox ipsa dialectus cessit [2]). Et egregie confirmatur opinio nostra eo quod in Boeotiae potissimum finibus, Orchomeni et Tanagrae nova scribendi ratio invaluisse videtur, antiqua tenebatur in media terra, Thebis et Lebadeae.

Jam vero non casu aliquo factum est, ut in iisdem titulis neque $\bar{v}$ in $\overline{ov}$, neque $\overline{oi}$ vel $\bar{ῳ}$ in $\bar{v}$ mutetur. Quum enim cavendum esset, ne eadem litera duplex munus sustineret, pro $\overline{oi}$ et $\bar{ῳ}$ non poterat $\bar{v}$ (quod haud dubie sono apud reliquos Graecos usitato pronuntiatum

---

2) Non aliter, qui hodie Germaniae inferioris dialecto utuntur, ad vocalis ā peculiarem sonum (*the broad German sound*) exprimendum scribunt w o a t e r; majores nostri scripserunt w a t e r, ut etiamnunc Angli. Sed, postquam invasit et superavit superioris Germaniae dialectus, ad hujus pronuntiationem scriptura accommodatur.

est) prius adhiberi, quam antiquo Boeotico sono se abdicasset et ο̄ῡ pro ῡ scribi coeptum esset.

Jam igitur satis certum videtur, eos titulos, qui minus perfecte Boeotismum referre visi sunt, ῡ et ο̄ῑ cum vulgari dialecto communia, neque minus ο̄ῑ pro vulgari ῳ̄ ex antiqua ipsorum Boeotorum dialecto et scriptura servasse. Minus certum judicium est de reliquis vocalium mutationibus, quae minore constantia in iisdem titulis negliguntur, quia sine ulla peregrinarum dialectorum cognitione ᾱῑ in η̄, ε̄ῑ in ῑ, ε̄ ante vocales in ῑ transire poterant. At e reliquorum tamen analogia satis probabili conjectura colligimus, ne in his quidem antiquam Boeotorum scripturam a vulgari diversam fuisse, quanquam titulorum antiquioris rationis tenaciorum minor in his mutationibus negligendis constantia majorem mutationum antiquitatem prodere videtur. Quod η̄ in omnibus titulis sine discrimine in ει transit, summam hujus mutationis antiquitatem indicat.

Jam accedamus ad eas inscriptiones, quae quum scripturae genere majorem antiquitatem prodant, vix tamen quartum saeculum multum superant. Et tres quidem ex his ipsum ᾱι, quod apud veteres Boeotos non mutatum fuisse suspicati sumus, offerunt. Thisbensis 1592 *᾿Αθάναι*, Orchomenia 1639 *Βακεῖϝαι*, Chaeroneensis 1679 *Χαιῤῥονία;* vix enim dubitamus, quin in prioribus ᾱῑ pro ᾱͅ non minus scribendum sit, quam antiquior dialectus ο̄ῑ habebat pro ῳ. In ultima praeterea, quum singula vox pro *Χαιρώνεια* haud dubie prisco scripturae genere posita sit, ε̄ est pro ει, igitur haec diphthongus nondum in ι transiit. — Deinde in antiquis titulis Tanagraeis legitur: nr. 1592 *᾿Ηοχυονδας Ἀξια . . . Διονυσος* et 1647 *ἐπὶ Πλαυχας.* Igitur hic, ubi proprietas Boeotica conspicitur, ι non mutatum egregie sententiam nostram confirmat. Valde autem notabile est diphthongorum genus, quod Latinis unice usitatum, apud Graecos rarissi-

mum [3]), Boeotis non alienum fuisse solus Priscianus, ex antiquis fortasse monumentis, cognitum habebat (§. 40. not. 8). Quod recentius esse eo genere, in quo ῑ est, docent dativi primae et secundae declinationis, qui ι ab origine habent, docet etiam Latina lingua, in qua antiquum terraï aeque in terrae transiit. Et ᾱε̄, ōε̄ media quasi sunt inter ᾱῑ, ōῑ et η, ῡ. Sed quum recentiores ii tituli, qui antiquissima ᾱι et ōι servarunt, nunquam ᾱε̄ vel ōε̄ offerant, hoc diphthongorum genus non valde placuisse nec diu aut multis usitatum esse videtur. Ceterum non negligendum est, hos titulos Tanagrae fuisse positos, in confiniis Atticae, ubi facilius id agebant, ut diphthongorum sonum apud Boeotos mutatum et ab Attico diversum scriptura exprimerent.

Deinde nostrae sententiae fidem addit Aristophanes, in cujus Boeoticis aliquot η in ε̄ι mutati exempla repeiuntur, nulla reliquarum mutationum (ε enim mutatum in ἰώγα pro ἔγωγε propter γ simul ejectum diversam ab aliis exemplis rationem habet). Conspirant etiam corruptae voces Boeoticae πιαυχαίτας apud Plutarchum et ὁμωχέτας apud Thucydidem, quarum altera pars quum Boeoticam vocis οἰκέτης formam tenere videatur (§. 49 not. 7), Plutarchea vox ῡ habet pro ōῑ, non ita Thucydidea. Quibus omnibus comparatis certum fere videtur non ante quartum saeculum eas, quas recentiores diximus, vocalium mutationes apud Boeotos in usum venisse, exceptis ᾱε̄ et ōε̄, de quibus difficilius judicatur. Contra Boeoticum nomen Ἀνεμύτας pro Ἀνεμοίτας apud Demosthenem prodit, ejus tempore jam ϋ pro ōι scribi coeptum fuisse.

Postremo etiam ex aliis dialectis nostrae de Boeoticarum mutationum aetate opinioni aliquid praesidii arcessere licet.

---

3) Unica exempla extra Boeotiam novi *Λαρισαεον* in nummo Thessalico et Ϙοραε in vase antiquo Musei Gregoriani, quod descripsit Abeken in Annalibus Instituti Archaeologici 1836 Vol. VIII. fasc. II.

Nam primum Thessalos η̄ mutare in εῑ, sed retinere ε̄ et ᾱῑ, nisi quod semel ᾱε̄ scriptum reperiatur, videbimus infra §. 50; deinde ο̄ῡ pro ῡ, quod Laconibus in usu fuisse Hesychianae maxime glossae docent, non fuisse antiquioris aetatis ex Alcmanis reliquiis et Aristophanis Lysistrata colligere licet, ubi nullum ejus scripturae vestigium apparet.

At omnem nostram de mutationum illarum aetate atque origine disputationem Corinnae carmina pervertere videntur, in quibus ο̄ῡ pro ῡ, η̄ pro ᾱῑ, ῑ pro ε̄ῑ scripta fuisse certissimis antiquorum grammaticorum testimoniis et exemplis docetur. Vix tamen dubium videtur, quin Boeoticae poëtriae carmina a Boeotis potissimum lectitata et descripta varias scripturae Boeoticae mutationes non effugerint et ad Alexandrinos criticos ea ratione scripta pervenerint, qua Boeoti tertio fere saeculo utebantur. Adeo si qua forte antiquiora, a vulgari lingua non diversa relicta essent, criticos id egisse, ut proprietatem, quam opinarentur, Boeoticam restituerent, satis probabile est. Singula nonnulla, ut τεοῦς pro τιοῦς (§. 38, 2), facile relinqui poterant. Non credimus, ο̄ῑ diphthongum relictam esse, ubi Boeotos recentiores eam mutasse certum est. Quippe norunt hanc mutationem etiam grammatici, qui omnem fere Boeoticae dialecti cognitionem e Corinnae carminibus, antiquiorum cura recensis, haurire videntur. Iidem ῳ̄ apud Boeotos in ο̄ῑ transire referunt, nihil monent de ῳ̄ in ῡ mutato. Unde aliqua suspicio oritur illam scripturam in Corinnae carminibus repertam esse, deinde, alteram mutationem omnibus reliquis recentiorem esse, quippe quae postea invaluerit, quam Corinnae carminum orthographia constituta esset.

§. 42.

De vocalibus productione suppletoria natis.

Breves vocales, ubi altera e duabus consonantibus sequentibus ejecta est, ne syllabae quantitas minuatur.

in hunc modum producuntur: primum ᾰ breve producitur in πᾶσα Cor. 4 pro πανσα, cf. Πασικλεῖν nr. 1569, a, accusativis pluralis declinationis primae, ut τὰς κιμέρας nr. 1569, a (cf. §. 10); ε̆ producitur in ει, quae diphthongus mutatione Boeotica ex antiquiore et Dorico η̄ nata est, ut σταθεῖσα pro σταθένσα, Dor. σταθῆσα, εἶμεν ex ἔσμεν Dor. ἦμεν, vid. §. 39, 2; denique ŏ, ut in strictiore Dorismo, producitur in ω̄, ἰῶσα 1563, a, b. ex ἰονσα (ἐοῦσα), θέλωσα Cor. 10, acc. plur. ἐγγόνως 1562. 64, συγγράφως 1569, a, Arist. Ach. 840. 845 ψιάθως, ἐχίνως, αἰελούρως, ex antiqua terminatione ονς. vid. §. 10. Hinc fit, ut ω̄ pro vulgari ου̅ in talibus Aeolicum vocetur [1]). Neque minus Boeoticum est βωλὰ (pro βουλὴ), quod Aeolicum audit apud Joann. Gr. 236, a, Leid. 638, Vatic. 689, docente nomine proprio Εὔβωλος nr. 1569, a; quippe etiam in hac voce longam vocalem vel diphthongum consonante aliqua ejecta natam esse, indicat Lesbiacum βόλλα, vid. §. 8, 8; neque alienum est Boeoticum Διώνυσος, quod legitur 1579. 1580, et inde Διωνύσιος vel Διωνούσιος 1569, a. 1573. 1577, Διωνουσίχιος 1574 (nam Διονύσοε in antiquiore titulo 1599 ŏ pro ω̄ ex antiqua scriptura habet), si comparatur Lesbiacum Ζόννυξος. vid. §. 8, 8.

§. 43.

De contractione.

In universum contractionis usus apud Boeotos satis rarus. Contrahuntur αε in η in φυσῆτε Ach. 829; αο et αω in genitivis declinationis primae vulgo non contrahuntur; raro in ᾱ conjunguntur, ut τᾶν e τάων, Attice τῶν. vid. §. 44. Non minus Ποτιδάων deus apud Boeotos au-

1) Aeolibus tribuuntur accusativi τὼς ἀνθρώπως a J. Gr. 245, a, Greg. Cor. 619, Meerm. 663; deinde Μῶσαι, λείπωσαι a J. Gr. 236, a et 243, b (ubi minus recte additur λαλῶσαι), Leid. 637, Aug. 670, Vatic. 690, Greg. C. 584.

dit (vid. §. 36. 2), contra *φυσᾶντες* pro *φυσάοντες*, *φυσῶντες* legitur Ach. 832. Singulari *) contractionis ratione, ex $\overline{αο}$ fit $\overline{αυ}$ in *Σαύμειλος*, *Σαυκράτειος* 1575. 1588 pro *Σαόμηλος*, *Σάμηλος*; vulgare tamen *Σωκράτης* legitur nr. 1583.

Non minus $\bar{ε}$ cum sequente vocali vulgo non contrahitur, sed in $\bar{ι}$ mutatur. vid. §. 38, 2. Ubi contrahuntur $\overline{εε}$, nascitur $\overline{ει}$, quia strictior Dorismus duplex *ε* in $\bar{η}$ conjungit, ut *Ἡράκλειτος* 1577 e *-κλέετος*, *Κλεινίας* 1579. 1580 (cf. Aeol. *κλεεννὸς*), *δοκεῖται* Cor. 8 (vid. §. 39, 2) et casus obliqui nominum in $\overline{κλης}$ Boeot. $\overline{κλεις}$, qui semper contractionem patiuntur *Ἀμυνοκλεῖος*, *Δαμοκλεῖος*, *Ἱαροκλεῖος* 1563, a. b., *Πολυκλεῖος* 1569, a. II., *Ἀντιοκλεῖος*, *Διοκλεῖος*, *Νικοκλεῖος* 1593, quae nata sunt ex *Ἀμυνοκλέεος* etc. — Mirum videtur, quod in pronominum genitivis *ἐμοῦς*, *τεοῦς* vel *τιοῦς*, *ἑοῦς*, qui apud Corinnam legebantur, *εο* vulgari ratione in $\overline{ου}$ coaluit, nec minus singulare est *τεῦς* pro *τεὸς* apud eandem. vid. §. 45.

Dorico more ex $\overline{οε}$ fit $\bar{ω}$ in *Τιλφῶσσα*, quae est Boeotica nominis forma (vid. Müller, Orchom. p. 480), e *Τιλφόεσσα*; deinde ex $\overline{οο}$ in genitivo declinationis secundae, ut *πολέμω* ex antiquo *πολέμοο* (cf. Buttm. *Ausf. Gr.* §. 35. *Anm.* 6); corruptum est *βριμούμενοι* Cor. 8.

Crasis exempla rarissima sunt, *τἄλλα* 1562 sqq., *κἠ* 1569, a. III. pro *κὴ ἠ* i. e. *καὶ αἰ*, *χείρωάδων* Cor. 1. pro *κὴ εἰρωάδων*.

§. 44.

De declinatione.

1) Non defuisse Boeoticae dialecto dualem, quo Aeolica i. e. Lesbiaca carebat, intelligitur e *νῶε* Cor. 16.

---

*) Praeterea non reperitur fere nisi apud Arcades, vid. §. 53, Macedones in *σαυτορία* pro *σωτηρία*, et in paucis glossis incertae dialecti apud Hesychium, ut *πυλαυρὸς*, *πυλωρὸς* e *πυλάωρος*.

apud Apoll. de pron. p. 113, cf. ibid. p. 111, et ex *ἀνεθέταν* nr. 1580.

Terminatio $\overline{\varphi\iota\nu}$, quae apud Homerum in omnibus declinationibus pro genitivo et dativo est, Boeotica vocatur ab Hesychio: *πασσάλοφιν τοῦ πασσάλου· ὁ σχηματισμὸς Βοιώτιος*; Aeolica audit in Scholl. Vulg. Il. γ, 338 (quae non leguntur apud Bekkerum): *παλάμηφι· ἡ λέξις παράγωγος Αἰολικῶς*. Nulla tamen usquam exempla reperiuntur.

2) In declinatione prima in universum Dorico more pro vulgari $\bar{\eta}$ est $\bar{\alpha}$, ita tamen, ut diphthongus $\bar{\alpha}$ pro $\bar{\eta}$ Boeoticam mutationem in $\bar{\eta}$ patiatur. — Brevior nominativi masculinorum forma in $\breve{\alpha}$ ut aliis ita Boeotis adscribitur, vid. §. 20 not. 3, neque tamen nunc reperitur. — Genitivus masculinorum in $\alpha\bar{o}$ saepe Boeotis vindicatur [1]) et saepissime in titulis legitur, ut *Λαφίταο, Εὐμαρίδαο, Δαμοτοίδαο* 1564. 1565. 1568. 1569, a. III. etc. Satis incerta est in corruptissimis titulis contracta forma in $\bar{\alpha}$: nr. 1571, 20 ... *δας Δαμέα Τηνιος*, in nomine peregrini, 1578 *Χαρειτίδα*, ubi quum l. 3. longior terminatio reperiatur, Boeckhius $\bar{o}$ addidit, quod facile in fine versus excidere poterat [2]). — Non aliter genitivus pluralis in $\overline{\alpha\omega\nu}$ Boeoticus vocatur [3]) et legitur *δραχμάων* 1571, *πολιτάων* 1568, *κατοιτάων* 1569, a; contractam tamen formam articulus habet *τᾶν*, qui plus semel legitur nr. 1569, a. III. et *κοςᾶν* Arist. Ach. 849. —

---

1) Choerob. Bekk. 1224, Et. M. 35, 38 et 154, 6, Herod. Ox. III, 229, 27, Eust. 13 init., Scholl. E Od. δ, 555: alias Aeoles et Boeoti aut soli Aeoles nominantur. vid. §. 20 not. 4.

2) Incertius est etiam *Ἀλεύα ἄρχοντος*, ut nonnulli emendarunt corruptum *Ἀλευαράχοντος*, Boeckhio praeferente *Ἀλεύαο ἄρχοντος*. Comparaveris etiam *Τιμόλα* (e conj. pro *Τιμολλ*), nr. 1569, c, qui genitivus videtur a *Τιμόλας* pro *Τιμόλαος*; at hoc potius e *Τιμολάω* contractum est.

3) Scholl. Il. τ, 1. *ῥοάων· Βοιώτιος ἡ φωνή.* — Ann. Ox. I, 278, 14. *τὸ Βοιωτικὸν μουσάων* (potius *μωσάων*).

De diphthongorum mutationibus in dat. sing., nom. dat. plur. supra vidimus §. 40, 1; notabile est praeterea, dativum pluralis semper brevem terminationem in $\overline{\text{ις}}$ (pro $\overline{\text{αις}}$) habere. — In accusativo pluralis Boeckhius temere ultimam correptam voluit, ut *τεθεῖσας* 1569, a, quum secundae declinationis, quae *συγγράφως* habet, analogia adversetur.

2) In declinatione II. genitivus singularis in $\overline{\text{οιο}}$ Boeoticus vocabatur ab Apione et Herodoro [4], dum vulgo Thessalicus, rarius Aeolicus audit (vid. §. 20, 3): nunc unicum exemplum legitur *Πυθάροιο* Cor. 12. In titulis vulgo Lesbiaca et Dorica forma in ῶ legitur, *πολέμω* 1562 sqq., *Ἱπποδρομίω*, *Δωροθίω* 1562 etc. Neque aliter *ἵππω* Cor. 8., nisi hic forte propter metrum antiquissimam formam *ἵπποο* restituere oportet. — De diphthongorum mutationibus in dat. sing., nom. dat. plur. vid. §. 40, 4. 5; ceterum dativus pluralis semper breviorem formam in $\overline{\text{ις}}$ habet pro $\overline{\text{οις}}$. De acc. plur. in $\overline{\text{ως}}$ vid. §. 42.

3) In declinatione tertia dat. plur. semper habet longiorem formam in $\overline{\text{εσσι}}$, *βούεσσι* 1569, s. III., *ἄνδρεσσι* 1579. 1586, *Χαρίτεσσι* 1593, *Ταναγρίδεσσι* Cor. 10, *πελέκεσσι* Cor. 8 [5]. — De forma metaplastica, ut videtur, *ἄγυς* 1569, a. III. i. e. *αἴγυις* pro *αἰξὶ* vel *αἴγεσσι*, videbimus §. 54, 3.

---

4) Eust. 140, 20. *αἱ διὰ τοῦ $\overline{\text{οιο}}$ γενικαὶ κατὰ μὲν τοὺς ἄλλους Θετταλικαὶ, ἐν δὲ τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου Βοιωτῶν φέρονται γλώττης, τοῖο, οἷο, καλοῖο.*

5) Semel brevior forma legitur nr. 1588, ubi Boeckhius e Sponio et Whelero recepit *νικάσαντες ἱππάσιν Παμβοιώτια* et explicat: »in ludis equitatus, qui ita instituebantur, ut turmae inter se concurrerent.« Explicatio non valde commendat lectionem, praesertim quum *ἱππεὺς* vix turmam significet. Praeterea etiam *ν̄ ἐφελκ.* suspectum est. vid. §. 36, 4. Igitur Pocockii *ἱπασίη* verior videtur, nisi quod e reliquis duplici $\bar{\pi}$ scribendum *ἱππασίη* i. e. *ἱππασίᾳ*, equitatione.

Voces in ις, quae Atticam declinationem vulgo sequuntur, apud Boeotos servant ι, πόλιος 1562 seqq. 1569, a. III., dat. πόλι 1569, a. III, 1571, συγχωρείσι 1569, a. III, ubi ῑ non e vulgato ει natum, sed ex ιι contractum est.

Neutra in ος et nomina in ης (Boeot. εις) nunquam contractionem admittunt, sed ε ante sequentem vocalem in ι mutant. vid. §. 38, 2. Haec in acc. sing. (ut in dialecto Lesbiaca §. 21, 1) ν assumunt, Διογένην 1563, a, Δαμοτέλειν 1569, a, Πασικλεῖν ibid. — Nomina propria in κλεις pro κλης et antiquo κλεης, in casibus obliquis εε, quod ab origine inest, in ει contrahunt, ut Διοκλεῖος e Διοκλέεος etc. vid. §. 43.

Voces in εις grammatico, qui ex Herodiano haurire videtur, teste [6]) in genitivo aut ιος habebant, aut ειος, ut βασιλίος aut βασιλεῖος, quae recte e βασιλέος et βασιλῆος Boeoticis mutationibus orta dicit. De illa forma praeterea alia testimonia adsunt [7]), ex Herodiano, ut videtur, manantia; nunc tamen nusquam reperitur, quum Boeckhius in nr. 1593, 14 Leakiano Πλαταιῖος recte aliam lectionem Πλαταεῖος praetulisse videatur. Vulgo enim longior forma est in titulis, ut in eodem nr. 1593 Κορωνεῖος, Θεσπιεῖος, 1569, a Φωκεῖϊ, Χηρωνεῖα, 1563, b. c Χαλκιδεῖα, 1564 Ἡολεῖα, 1569, a Φωκεῖας. Dubium est in titulo Lebadeensi 1588 Λεβαδειέων, quod Boeckhius e pluribus apographis recepit, quum hic titulus ε ante vocales non servet; quare Pocockii Λεβαδειήων i. e. Λεβαδειαίων praetulerim.

---

6) Ann. Ox. III, 238, 7. Βοιωτοὶ διὰ τοῦ ῑ κλίνουσι· οἷον βασίλιος, καὶ διὰ τῆς ει διφθόγγου, βασιλεῖ (leg. βασιλεῖος)· ὅταν γὰρ τοῦ βασίλιος ῇ, τοῦ βασιλέος τροπῇ (suppl. γίγνεται· ὅταν δὲ βασιλεῖος, τοῦ βασιλῆος τροπῇ·) τὸ γὰρ η τὸ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν εἰς τὴν ει δίφθογγον τρέπουσιν.

7) Choerob. Bekk. 1191 postquam antiquis Aeolibus βασίληος, recentioribus βασίλειος tribuit (vid. §. 21. not. 9): παρὰ δὲ Βοιωτοῖς διὰ τοῦ ῑ καὶ ō· οἷον Ἀχίλλιος, βασιλίος; item Herod. Ann. Ox. III, 236, 25; corr. Et. Gud. 99, 41. Ἀχιλεὸς κατὰ τοὺς Βοιωτούς.

E Boeotico *ἄας* (Hes. *ἄας, εἰς αὔριον· Βοιωτοί· οἱ δὲ τὸ εἰς τρίτην*), quod Zenodotus etiam in Homerum Il. θ, 470 pro *ἠοῦς* inferebat, concludere licet, Boeotos *ἄα* i. e. *ἀϜα* pro *ἠὼς* dixisse, cujus formae vestigia etiam apud Lesbios deprehenduntur. vid. §. 22, 3.

Ἄρης ut apud Lesbios *Ἄρευς* sonasse videtur [8]; certe *Ἄρευα* legitur Cor. 3; Boeoticum ab eodem grammatico *Ἄριος* vocari videtur: *Ἀρήϊχος* nr. 1575 a genitivo *Ἄρηος* (magis Boeotice *Ἄρειος*) descendit.

Ἄρταμις, ut vulgo, $\overline{\delta}$ in declinatione assumit nr. 1595—97. — De *Δὰν* pro *Ζεὺς* vid. §. 37, 1.

§. 45.

De pronominibus.

1) Pro *ἐγὼ* Boeoti grammaticis testibus [1]) dixerunt *ἰὼν*, unde *ἰώνγα* i. e. *ἔγωγε* et *ἰώνει* pro Dorico *ἐγώνη*; et in Corinnae fragmentis ab Apollonio allatis *ἰώνγα* fr. 12 et *ἰώνει* fr. 2 (ut ipsi restituimus) leguntur: *ἰώγα* scriptum est Arist. Ach. 864, ut etiam v. 865 antiqua varia lectio est *ἰὼ*, quod Boeoto tribuitur. Aristophanis

---

8) Diac. ad Hes. Sc. 88. *ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα εὐθεῖα ἡ Ἄρευς καὶ κλίνεται τοῦ Ἄρεος καὶ Ἄριος Αἰολικῶς καὶ Βοιωτικῶς.*

1) Apoll. de pron. 64. *Βοιωτοὶ* (*ἹΩ'Ν*), *ὡς μὲν Τρύφων* (*φησὶν*), *ἀφαιρέσει εὐλόγῳ τοῦ γ, ἵνα καὶ τὰ τῆς μεταθέσεως τοῦ ε εἰς ι γένηται, ἐπεὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου τὸ τοιοῦτον παρακολουθεῖ· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐδασύνθη, ἐπεὶ δασύνεται τὰ φωνήεντα ἐν ταῖς ἀντωνυμίαις, ὅτε πρὸ φωνηέντων τίθενται, ἑὸς, ἑοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, ἑοὶ, ὡς δὲ ἔνιοι, ὧν ἐστι καὶ ὁ Ἄβρων, θέμα ἐστὶν, ὁ συζύγως οἱ αὐτοί φασιν, τῇ μὲν ἐγὼν τὴν ἱὼν* (insere *τῇ δὲ ἐγώνη τὴν ἱώνει*), *εἴγε τὸ παρὰ Δωριεῦσιν η εἰς* $\overline{\epsilon\iota}$ *μεταβάλλεται, τῇ δὲ ἔγωνγα τὴν ἱωνγα· Κόριννα·* (fr. 12 ubi *ἱώνγα*) *καὶ ἔτι· ἵωνει* etc. (leg. *ἱώνει* fr. 1). — Non recte Bekkerus locum corruptum, quem lacuna supplenda sanasse nobis videmur, ita tentavit, ut scriberet *εἴγε τὸ παρὰ Δωριεῦσιν* $\overline{\epsilon}$ *εἰς* $\overline{\iota}$ *μεταβάλλεται*, quod est nihili. cf. §. 39 not. 3. — Et. M. 315, 17 e Gregorio: *Δωριεῖς ἐγών, οἱ δὲ Βοιωτοὶ ἱών· εἶτα ταῦτα γίνεται κατὰ ἐπίκτασιν ἐγώνγα καὶ ἱώνγα· καὶ φέρει τὸ* $\overline{\gamma\alpha}$ *ἐν μιᾷ λέξει καὶ οὐ τρέπει τὸ* $\overline{\nu}$ *εἰς* $\overline{\gamma}$.

locum spectare videtur Hesychii glossa *ἰώγα. ἔγωγε· Βοιωτοί*, neque eae formae damnandae videntur, si comparantur *τοὺν* et *τοὺ*. vid. seqq. — De spiritu aspero, quem Apollonius magis e Tryphonis, quam e sua sententia voci adscribere videtur, valde dubitamus: tertiae enim personae pronomina, quae comparantur, non propter vocalem sequentem aspero instructa sunt, sed quia antiquitus, Latina lingua cum reliquis cognatis docente, σ in fronte habuerant.

Gen. *ἐμοῦς* e Corinna [2]); dat. *ἐμὶν* Apoll. 104 (§. 40. not. 6).

2) Nom. *τού* et *τοὺν* et *τούγα* Apoll. 69 (de *τοὺν* cf. p. 64); *τοὺ* legitur Cor. 2 et 16, *τὺ* Ach. 826; gen. *τεοῦς* e Cor. 3, sed etiam *τιοῦς* Apoll. 95 (vid. §. 36. not. 2), denique idem [3]) *τεῦς* Boeoticum affert e poëta (Cor. 18); acc. *τὶν* ab Apollonio [4]) e Corinna fr. 5 affertur, sed male explicatur, quum potius e Dorico *τεὶ* [5]), diphthongo Boeotice mutata et *ν* ut in *τοὺν* addito, natum esse videatur.

---

2) Apoll. 94. *ἡ ἐμοῦς κοινὴ οὖσα Συρακουσίων καὶ Βοιωτῶν, καθὼς καὶ Κόριννα καὶ Ἐπίχαρμος ἐχρήσαντο.*

3) Apoll. 95 postquam de Dorico *τεῦς* dixit: *ἐστὶ δὲ καὶ Βοιωτιακὸν δῆλον ὡς· τεῖς γὰρ ὁ κλᾶρος· ὃ περισπασθὲν τὴν πρωτότυπον σημαίνει· ἴσον γὰρ ἔσται τῷ σοῦ οὐκ ἄλλης· τὸ δὲ ἐν ὀξείᾳ τάσει, ἐν μέντοι τῇ ἀναγνώσει ἐγκλιθὲν, ἴσον τῇ σός.*

4) Apoll. 105 postquam de Dorico dativo *τὶν* dixit: *τίθεται παρὰ Κορίννῃ καὶ ἐπ᾽ αἰτιατικῆς ἐν Κατάπλῳ· οὐ γὰρ τὶν ὁ φθονερὸς δαίμων· ἀντὶ τοῦ σέ, καὶ σαφὲς ὅτι κατ᾽ ἐναλλαγὴν πτώσεως. Τινὲς μέντοι ἠξίωσαν τείνειν τὸ ῑ, ἵνα ἐκ τῆς τὲ παρὰ Δωριεῦσιν, διὰ τοῦ ε̄ γραφομένης ἢ ἐσχηματισμένη μεταθέσει τοῦ ε̄ εἰς τὸ ῑ, ὅπερ συνηθὲς, προσειληφυῖά τε τὸ ν̄, ὁμοίως τῷ ἐκεινοσὶν οὑτοσίν. ἀλλ᾽ ἀντίκειται τὸ μόνον ἐν τρίτοις τὸ ν̄ προσέρχεσθαι.*

5) Doricum *τεῒ* affertur ab Apoll. 106 cum fragmento *τεῒ γὰρ Ἀλεξάνδρων δάμασαι*, quod quum inter Alcmanica recepisset Welckerus fr. 70, non debebat eum postea poenitere. vid. Mus. Rhen. 1838; ibidem *ἐμεῒ* apud Epicharmum fuisse tradit. Nihil tamen est cur vocales disjungantur; contra Alcmanicus versus, cujus metrum dactylicum videtur, scripturam *τεὶ* commendat.

3) Gen. *ἐοῦς* Apoll. 98 e Cor. 4 cf. §. 34. et fortasse *Ϝίο* vid. §. 35.; dat. *οὗ* aut potius *Ϝοῦ* Apollon. 106 (vid. §. 40. not. 6), pro *Ϝοῖ*, quod ipsum in titulo Thebano 1565 certissima emendatione e *νοι* restitutum; denique Apollonius ibidem *ἕϊν* e Corinna commemorat.

4) Dualis *νῶε* e Cor. 16 ab Apoll. 113 affertur; praeterea eo Boeotos non caruisse etiam inde apparet, quod secundum Apoll. 113 nonnulli *νῷ* cum iota subscripto scribi vetantes argumentum duxerunt e Boeotica dialecto, quae non proferret *νοΐ*. vid. §. 40, 5.

5) In plurali Boeotica dicuntur *ἁμίων* pro *ἡμῶν* Apoll. 121; *οὑμὲς* (*μετὰ διφθόγγου τοῦ ου*) pro *ὑμεῖς* Apoll. 119 e Cor. 9, *ὑμὲς* Ach. 828; *οὑμίων* pro *ὑμῶν* Id. 122 e Cor. 13; *οὑμῖν* Ann. ox. I, 146, 15.

6) Possessivum *τιὸς* pro *σὸς* Apoll. 135; *Ϝὸς* pro *ὅς* p. 136 e Cor. 10 (vid. §. 35, 1); *ἁμὸς* pro *ἡμέτερος* Apoll. 121 e poëta (Cor. 19); *οὑμαὶ*, *ὑμέτερα* apud Hesychium aut Boeoticum est aut Laconicum.

7) Articulus in nominativo pluralis semper *τ* in fronte habet: *τοὶ* nr. 1588, uti etiam *τον* . . . 1574 a Boeckhio in *τοίδε* corrigitur, *τὺ* pro *τοὶ* 1568. 1569, a. III, *τύδε* 1583. Relativum *τῶν* pro *ὧν* legitur Ach. 836.

§. 46.

De conjugatione.

1) E terminationibus communibus (vid. §. 24) prima pers. plur. objectivi $\overline{\mu\epsilon\nu}$ habebat, non Dorico more $\overline{\mu\epsilon\varsigma}$, si fides est libris apud Cor. 8 *ἐγράφομεν* praebentibus. — Tertia pluralis pro Dorico $\overline{\nu\tau\iota}$ singulari Boeotorum more in $\overline{\nu\theta\iota}$ exit, *ἔχωνθι* 1568, *ἐωνθι* et *ἀποδεδόανθι* 1569, a. III.; sed quum apud Arist. Ach. 868 legatur *ἐντί*, fortasse apud recentiores demum Boeotos $\overline{\tau}$ in $\overline{\vartheta}$ transiit et antiquioris Boeotismi sunt praeter *ἐντὶ* etiam *πόθειν*. *ἀδίκειν*, *φίλειν*, quae quum Heraclides [1]) Aeolica vocet,

1) Heraclides ap. Eust. 1557, 41. τῶν δ' αὐτῶν Δωριέων καὶ τὸ

certe non sunt Lesbiaca. — Vocalium mutationes in terminationibus, ut ᾱ pro η̄ in duali *ἀνεθέταν* 1580, et η̄ pro ᾱῑ in *τύπτομη*, *ὀφείλετη*, *ἀπογράφεσθη*, supra vidimus. — In conjunctivo η̄ (quod in 2. 3 sing. apud Lesbios et saepe apud Dores iota subscripto caret, vid. §. 24, 6) consueta mutatione in ε̄ῑ transit, ut *δοκίει* 1568 [2]); nam quod in nr. 1569, a. III. Boeckhius supplendo effecit, *ἢ δέ κά τις (πράτ)τη τὸ ἐννόμιον Εὔβωλον*, propter lacunam nimis incertum est; *κατασκευάττη* nr. 1568, quem idem p. 722, a conjunctivum habet, potius infinitivus est [1]).

2) Conjugationis in ω formas Boeotica diphthongi

φρονοῦσι καὶ νοοῦσι φρονεῦντι λέγειν καὶ νοεῦντι ἐπὶ περισπωμένων δηλαδὴ, ἅπερ ἐξάρσει τοῦ ν̄ (leg. ῡ) λεγόμενα Αἰολικά ἐστιν· οἷον φρονεῦτι (leg. *φρονέντι*)· *ἔτι δὲ καὶ εὖτι* (leg. *εὗντι*), *ὅπερ ἄλλως ἐντὶ λέγεται Δώριον ὁμοῦ ὂν καὶ Αἰολικὸν· Δώριον μὲν, φησὶ, διὰ τὸ ν̄ καὶ τὸ τ̄, Αἰολικὸν δὲ διὰ τὴν παράληξιν τοῦ ε̄· τὰ γὰρ εἰς σ̄ῑ περαιούμενα* (leg. *περατούμενα*) *τρίτα πληθυντικὰ θέματα τῇ ε̄ῑ διφθόγγῳ παραληγόμενα μετατιθέασι τὸ μὲν ῑ εἰς ν̄ Δωρικῶς, τὸ δὲ σ̄ εἰς τ̄· τιθεῖσι τιθέντι, ἱεῖσιν ἱέντι· οὕτω δὲ καὶ Αἰολικῶς οἴκεντι, φίλεντι, ἤγουν οἰκοῦσι, φιλοῦσι· τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ εἰσὶν, ὅτε γένοιτο ἐντί. τοιαῦτα ὁ Ἡρακλείδης εἰπών· εἶτα καὶ ὅτι ἔνιοι ἀκέραιον τὸ εἰσὶ Δωριζόμενον ἐντὶ γίνεσθαί φασιν, ἐπάγει ὡς Αἰολικεύοντές τινες αὐτὸ παρατίθενται εἰς πίστιν τὸ τιθεῖσι τιθέντι καὶ τὰ ὅμοια, Αἰολικὰ ὄντα δίχα μυρίων ἄλλων· παρὰ τὸ πολλοὺς χαίρειν ταῖς ξενιζούσαις τῶν λέξεων μᾶλλον ἤπερ ταῖς συνήθεσιν.*

2) In titulo valde corrupto et lacero, omissis, quae nimis incerta sunt, haec leguntur: *δεδόχθη τῦ δάμυ, ὅπως ἔχωνθι τῶν πολιτάων τὺ θύοντες . . . . . τῦ μειλιχίυ . . . . κατασκευάττη . . . . . ἐν τῦ ἱαρῦ εἴ πὰρ τὸ ἱαρ(ον)* (vid. §. 39. not. 5) . . . . . *δοκίει κάλλιστον.* In his *δοκίει* esse conjunctivum pro *δοκέῃ*, *δοκέη*, docent similes formulae comparatae: nr. 1570, a. *ἀναθέτωσαν, οὗ ἂν δοκῇ ἐν καλλίστῳ εἶναι;* in Corcyraeis 1841. 43. 44. *ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ — ἀναθέμεν, ὅπει κα δοκῇ προβούλοις — καλῶς ἔχειν.* Minus recte Boeckhius *δοκίει* p. 723, a indicativum judicat, pro *δοκέει*, diphthongo contra vulgatum Boeotorum morem, a quo hic titulus nusquam discedit, non mutata; *κατασκευάττη*, quem idem conjunctivum habet, potius est infinitivus, pro *κατασκευάσσαι* (vid. §. 37, 3), a *δεδόχθη* pendens, ut in Corcyraeis *ἀναθέμεν.*

14

mutatione ortas, *λέγις*, *ἔχι* pro *λέγεις*, *ἔχει*, vid. §. 40, 3. — In 3 plur. praeteriti grammatici Boeotis tribuunt longiorem terminationem $\overline{\sigma\alpha\nu}$, ut *ἐμάθοσαν* [3]). Nunc tamen neque hujus neque vulgaris formae exempla leguntur; sed reperitur in Delphico titulo nr. 1702 *παρέχοισαν*, unde, quum Delphi et Phocenses plura cum Boeotis communia habeant (vid. §. 54), recte de his tradi confirmatur. — Infinitivus *θερίδδειν* apud Arist. Ach. 918 non male se habet, utpote pro Dorico *θερίδδην* positus: alia tamen forma apparet in *κριδδέμεν* inter Strattidis dictiones Thebanas. vid. §. 37, 2.

3) Verba vulgo contracta grammaticis testibus [4]) saepe in Boeotica dialecto conjugationis in $\overline{\mu\iota}$ terminationes assumebant, ut apud Lesbios, cujus rei exempla afferuntur *φίλειμι*, *νόειμι*, *τάρβειμι*, *ποίειμι* et reduplicatione e suspecto Heraclidis testimonio [5]) adscita, *πεφίλειμι*, *νενόειμι*. Nunc tamen nullum exemplum legitur praeter *ἀδικείμενος* Ach. 880; inscriptiones enim ubique formam non contractam tuentur, ut *αὐλίοντος* etc. vid. 38, 2. Suspicari licet, illam rationem antiquiorem esse.

4) In conjugatione in $\overline{\mu\iota}$ Boeotica dicitur [6]) brevior

---

3) Et. M. 282, 33. (Gud. 150, 58) *ἐδολιοῦσαν — οἱ Βοιωτοὶ ἐπὶ τῶν μὴ ἐχόντων τὴν μετοχὴν εἰς $\bar{\varsigma}$ ὀξύτονον, ποιοῦσι τὸ τρίτον τῷ πρώτῳ ἰσοσύλλαβον· οἷον ἐμάθομεν ἐμάθοσαν, εἴδομεν εἴδοσαν*; item de *ἤλθοσαν* Et. M. 426, 3 (corr. Gud. 240, 23); de *ἡμάρτησαν* (potius *ἡμάρτοσαν*) Et. Gud. 242, 47. — Eodem referendum videtur, quod *εἴπαισαν* Aeolicum dicitur a Phavorino in Lex. s. v. et Ecl. 172, 24.

4) Hort. Ad. 207, a. *τῆς Βοιωτῶν εἰσὶ διαλέκτου τὸ φίλειμι καὶ νόειμι.* — Herod. π. μ. λ. 23, 26. *Βοιωτοὶ δὲ τάρβειμι καὶ ποίειμι καὶ φίλειμι.*

5) Heraclid. ap. Eust. 1613, 21. *Βοιωτοὶ τὸ $\bar{\eta}$ παρατέλευτον ἐν τῆς πρώτης τῶν εἰς μι, μετατιθέντες εἰς τὴν $\overline{\varepsilon\iota}$, πολλάκις καὶ ἀναδιπλοῦσι· οἷον πεφίλειμι νενόειμι.* Cui eo minus credo, quod grammaticus in Horto Adonidis, plerumque cum Eustathii Heraclide accurate conspirans, easdem formas sine reduplicatione habet.

6) Et. M. 282, 38. (Gud. 240, 23) *Βοιωτοὶ ἐπὶ τῶν ἐχόντων τὴν μετοχὴν εἰς $\bar{\varsigma}$ ὀξύτονον ποιοῦσιν ἔνδειαν καὶ κρᾶσιν οἷον ἐκοσμήθημεν*

forma tertiae personae pluralis praeteritorum, ut ἔσταν, ἐκόσμηθεν; neque est, cur dubitemus, quanquam exempla in utramque partem desiderantur.

Singularis Boeotismus est in ἀνέθιαν, quod Boeckhius nr. 1588 e meliore apographo pro ἀνέθεικαν recepit, quanquam hoc legitur nr. 1579 1593, ἀνέθεικε 1571. 1601, ἀπέδωκα et ἀπέδωκε 1569, a. Illud ἀνέθιαν Boeckhius ex ἀνέθεσαν σ ejecto natum judicat; at, si comparas ἀπεδεδόανθι 1569, a. III. pro ἀπεδεδώκασι, facile intelligis, potius κ omissum, antecedentem vocalem correptam esse. cf. nr. 5.

In verbo substantivo ipsum εἰμὶ Boeoticum dicitur propter diphthongum in penultima (ab Heraclid. ap. Eust. 1442, 52 et in H. Ad. 207, a.), neque sane aliter apud Boeotos sonabat, ut intelligitur ex infinitivo εἶμεν; 3 sg. ἐστὶ Ach. 868, 3 plur. ἐντὶ Ach. 869. vid. nr. 1. — Conjunctivus ἴωνθι pro ἔωντι, ἔωσι, ὦσι est nr. 1569, a. III; Infinitivus εἶμεν 1562. 1563 etc.; Participium ἰὼν

ἐκόσμηθεν — καὶ φυλάσσει τὴν παραλήγουσαν τῆς γενικῆς τῶν μετοχῶν. Et. M. 401, 43. (Gud. 223, 47, Ann. Ox. I, 151, 13) Βοιωτοὶ ἐπὶ τῶν ἐχόντων τὴν μετοχὴν εἰς ς̄ ὀξίτονον ἔβημεν ἔβαν — ἔφασαν καὶ Βοιωτοὶ ἔφαν. Similiter Boeotica dicuntur ἔφθιθεν, ἐρήτυθεν, νεμέσσηθεν Et. M. 600, 37, Gud. 207, 13 — 405, 24 — 552, 17. — Et Aeolibus et Boeotis hic mos tribuitur Et. M. 532, 38. ποιητικῶς ἢ Αἰολικῶς ἢ Δωρικῶς φάανθεν· ἔθος γὰρ ἔχουσιν οἱ Αἰολεῖς τὰ ἔχοντα ῥήματα τὴν μετοχὴν εἰς ς̄ ὀξίτονον σχηματίζειν τὰ τρίτα τῶν πληθυντικῶν ὡς τὸ κόσμηθεν καὶ ἀπέφθιθεν — ἐφθίθησαν καὶ Βοιωτικῶς ἀπέφθιθεν. Simili modo haec conjunguntur in Ann. Ox. I, 428, 4, Boeoti omittuntur in Et. G. 547, 30. — Aeolica talia vocantur ab Eust. 85, 17, qui multus est de his formis, cf. p. 495, 14; praeterea (et plerumque simul Dorica vel Ionica) Eust. 46, 18 — 477, 36; Scholl. Theocr. 7, 70; Et. M. 104, 32 — 418, 25; Et. G. 156, 46; Ann. Ox. I, 9, 21 — 244, 26 — 449, 6 etc. — Saepe syncope Aeolica in his agnoscitur, nec minus in Hesiodeo ἦν pro ἦσαν H. Ad. 178, a, ubi comparatur ἔτυφθεν, et in εἶεν Phavor. Ecl. 171, 16. Jam vero, quum nullum hujus formae brevioris vestigium apud Lesbios appareat, ubique de Boeotis Aeolibus cogitandum esse videtur.

pro ἰὼν Boeoticum vocatur ab Heraclide ap. Eust. 1410, 59, et legitur ἰώσας i. e. ἐούσης 1563, b. 1564. 1565.

5) In Perfecto notabilis est forma ἀποδεδόανθι 1569, a. III pro ἀποδεδώκασι ejecto κ et correpta vocali, cui simillimum est Homericum βεβάασι pro βεβήκασι et ipsorum Boeotorum ἀνέθιαν pro ἀνέθηκαν. Hinc verisimile est Boeotos spectare, quae de Aeolico κ in perfecto ejiciendi more traduntur [7]). Nolumus tamen eam ob causam τέθεικα, quod propter diphthongum a Boeotis repetere solent (vid. §. 39. not. 4), his abjudicare, quia etiam aoristus ἔθεικα κ modo servat, modo abjicit.

De duplici ττ in Aoristo I. pro antiquo duplici σσ, vulgari simplici σ apud Boeotos posito, ut ἐπιχαρίτται, κατασκευάττῃ, vidimus §. 37, 3. — Recte in nr. 1588 plurimorum apographorum lectionem νικάξαντος Boeckhius minus veram judicasse et ex uno restituisse videtur νικάσαντες, quum idem legatur 1579. 1580, ἐνίκωσαν 1583, νίκασε Cor. 4. — Latet, quo jure utatur Hesychii glossa σεῦα, ἐδίωξα· Βοιωτοί, quae male inter σέθεν et σεῖν collocata est.

§. 47.

De praepositionibus.

1) Apocopen semper patitur παρὰ, ut παρ τὸ 1568, παρ τὸν, πὰρ ιὰν, παρ τᾶς, πὰρ Σώφιλον, παρ Διωνύσιον 1569, a; ἀνὰ, quae eadem ratione uteretur, casu non reperitur ante consonantes. — Κατὰ apocopen patitur ante articulum καττὸν, καττὸ, καττὰν 1569, a et 1593, adeo καγγᾶν et κατθάλατταν 1565 e certa emendatione, quanquam κατὰ γᾶν et κατὰ θάλατταν leguntur 1563, a. b. 1564, κατὰ μεῖνα et κατάλυπον 1569, a. III., κατασκευάττῃ 1568. — Pro πρὸς Boeoti habent ποτὶ cum Doriensibus,

---

7) Greg. Cor. 581 de dialecto Aeolica: τὸ κ ὑπεξαιροῦσι τῶν εἰς κως ληγόντων μετοχῶν, πεποιηὼς καὶ τεθνηὼς καὶ τετιηὼς καὶ πεποιηκυῖα καὶ τεθνηυῖα καὶ τετιηυῖα.

ut ποιιδεδομένον 1569, a. III, ποτ᾽ Ἄρευα, ποτ᾽ ἔριν Cor. 3. 12; ante articulum, si unquam legeretur, haud dubie apocope afficeretur.

2) Pro εἰς Boeotos ἐν dixisse testimonia adsunt [1]) et leguntur nr. 1568 ἐν τὰν προβασίαν, ἐν τὸν ἄειον, ἐν τὸν ὅρον, ἐν τὸ μέσον, nr. 1571 ἐν τὸν θησαυρὸν, atque nr. 1574 rectius suppletur ἀπεγράψαντο ἐν ὁπλίτα(ς) quam cum Boeckhio ἐν ὁπλίτα(ις); denique compositum ἔμπρακτος 1569, a. III est pro εἴςπρακτος.

3) Praepositio ἐν miram assimilationem patitur in ἔππασις nr. 1563, a. b, vel ἔπασις 1564. 1565 pro ἔμπασις i. e. ἔγκτησις, quod legitur etiam in titulo Oropio 1566, qui Attica dialecto utitur [2]). Ubi simplex π scribitur, non potest facile ex antiqua orthographia derivari, sed comparanda videntur Pindaricum κάπετον pro κάππεσον, Alcmanicum καβαίνων pro καταβαίνων.

4) Ἐξ a Boeotis ante sequentem consonantem in ἐς mutabatur, ante vocalem in ἐσσ [3]), ut ἐς Μωσάων, ἐσσάρχι

1) Ann. Ox. I, 176, 3. τὸ ἐνδεξιὰ εἰ μὲν ἀναγνῶμεν ὀξυτόνως, ἐστὶ τὸ καλούμενον Βοιωτικὸν σχῆμα· Βοιωτοὶ γὰρ τὴν ἐν πρόθεσιν συντάσσουσιν αἰτιατικῇ· ἴδετ᾽ ἐν χορὸν Ὀλύμπιοι· Πίνδαρος. Ibid. 169, 19. ἡ ἐν κατὰ μὲν συνήθειαν συντάσσεται δοτικῇ, κατὰ δὲ Ἀττικοὺς γενικῇ, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς καὶ αἰτιατικῇ· οὕτως γὰρ ἔχει καὶ τὸ παρὰ Πινδάρῳ· ἴδετε δ᾽ ἐν χορὸν Ὀλύμπιοι· καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐὰν ἀναγνῷς ἐνδεξιὰ ὀξυτόνως, τὴν τῶν Βοιωτῶν δέδωκας σύνταξιν.

2) Boeoti igitur dicebant πάομαι pro κτάομαι, ut fecerunt Doriensium nonnulli. vid. Eust. 493, 41, cf. Hes. ἐμπάσεις, ἐγκτήσεις. — Ad raram illam assimilationem comparare licet, quod in nummis Campanis legitur et Καππανο. et Καμπαν. (*Mionn. Descr.* I. p. 110), neque minus in nummis Cretici oppidi Λαμπαίων et Λαππαίων (*Mionn. Suppl.* IV. p. 326); deinde antiquam grammaticorum disceptationem de ἀμπέμψει aut ἀππέμψει apud Hom. Od. ο, 83; denique duplicem scripturam σαμφόρας et σαπφόρας. vid. Scholl. Arist. Nub. 122.

3) Ann. Ox. I, 172, 14. συνεμπίπτει δὲ ἡ ἐς πρόθεσις καὶ ἄλλη Βοιωτικῇ προθέσει τῇ ἐξ· ἐς Μωσῶν· ἀντὶ τοῦ ἐκ Μουσῶν· ἂν δὲ φωνῆεν ἐπιφέρηται, διὰ δύο σσ· ἐσσ᾽ Ἀρχιπτολέμου. — Id. I, 160, 19. ἐξ παρὰ Βοιωτοῖς λέγεται ἐς, συμφώνου ἐπιφερομένου· ἐὰν δὲ κα-

pro ἐξάρχει. Inde ἔςγονος est in titulis 1562—64 pro ἔκγονος, quod habes in ipso Oropio 1566; nec legitur ἐκ nisi in corruptissimis inscriptionibus 1569, c, ubi ἐκ τᾶς, et 1571, 13 ἐκ Κυτινίου. — Comparare licet, quod in titulo Boeotico, cujus dialectus in reliquis vulgaris est, 1625, 14. 58 scriptum legitur ἐν ταῖς περὶς πόλεσιν pro περίξ.

5) Πεδὰ ut apud Aeoles Asianos (§. 28.) pro μετὰ legitur 1569, a, ubi bis reperitur πεδὰ τῶν πολεμάρχων; ibidem tamen μετὰ Θύναρχον reperitur.

§. 48.

De patronymicis et diminutivis.

1) Antiqua patronymica in ιδας exeuntia apud Boeotos ι ejicere solent, si derivantur a nominibus in ων *), ut Χαρώνδας 1581 Ἀεσχρώνδας 1599, Ἐπαμεινώνδας, Παγώνδας a Χάρων etc. Rarius similia apud alios Graecos reperiuntur, ut Χαρώνδας. Contra vulgata forma Ἀπολλωνίδας legi videtur 1574, 17, quanquam ibidem l. 4 rectius fortasse Σαώ'ν(δ)αο, quam Σαων(ίδ)αο cum Boeckhio suppletur. Omnia tamen nomina in δας exeuntia non sunt apud Boeotos, ut in antiquiore lingua, vera patronymica, sed nominum propriorum vim assumpserunt.

Vera patronymica in ιος exeuntia in nonnullis titulis ita nominibus propriis addita reperiuntur, ut vulgo Graeci, exceptis poetis, genitivum patrii nominis addunt, quem morem etiam reliqui tituli Boeotici servant. Comparanda sunt Homerica Τελαμώνιος Αἴας, Ποιάντιος υἱὸς, Pindarica Κρόνιε παῖ Ῥέας, Δεινομένειε παῖ: neque enim

---

θαρεύη, εἰς δύο σσ· Ἔσσαρχος ποταμός. — Vix dubium videtur, quin ultima exempla ex eodem Corinnae loco corrupta sint, unde suspicati sumus ἐσσάρχι πολέμω.

*) Eustath. Prooem. Comm. Pind. p. 15 ed. Schneidew. πατὴρ μὲν Παγώνδας ὀνοματικῷ τύπῳ Βοιωτίῳ κατὰ τὸ Ἐπαμεινώνδας, Κρεώνδας.

recte Boeckhius, ceterum bene de his formis disputans, ab adjectivis possessivis, ut Ἑκτόρειος, derivavit. Leguntur autem talia patronymica in titulis Thebanis 1577. 1578, Lebadeensibus 1571. 1588. 1601, Copensi 1574, quos non minus alia antiquiora tenere docuimus §. 41. Vulgaris tamen genitivi usus, ut in reliquarum urbium inscriptionibus, ita in Thebano 1576 et Lebadeensi 1575 reperitur. Et illae ipsae, quae peculiarem patronymicorum formam servant, non his sed genitivo utuntur primum in nominibus peregrinorum, ut nr. 1571 *Εὐανθίδας Μικρίωνος Λοκρὸς* et . . . *μίδας Δαμέα Τήλιος* (cf. in Thebano 1565 *Νώβας Ἀξιούβω Καρχαδόνιος*); deinde in nominibus ab origine patronymicis in $\overline{δας}$ exeuntibus, ut nr. 1577 *Ἡρακλείδαο*, *Ἀριστείδαο*, *Εὐωνυμίδαο*, 1578 *Χαρειτίδαο*, 1574 *Σαώνδαο*, *Ἐπαμινώνδαο*, *Σιανορίδαο* etc. — Derivantur autem haec patronymica primum a nominibus in $\overline{ος}$, ut *Ἀντιμάχιος*, *Ἀπολλοδώριος* etc., vel a nominibus in $\overline{ων}$, ut *Θρασώνιος*, *Κλιώνιος* etc. Ubi descendunt a nominibus primae declinationis, $\overline{αι}$ vulgato more in $η$ transit, *Καλλιῆος* 1574, *Ἰσμεινιῆος*, *Ἀριστιῆος* 1578 pro *Καλλιαῖος* a *Καλλίας* etc.; solum *Νικάϊος* 1578 a contracto *Νικᾶς* derivatum videtur. vid. §. 40, 1. — A nominibus tertiae declinationis in $\overline{ης}$ vulgatae formae (ut Pindaricum *Δεινομένειος*) descendunt 1577 *Διοφάνειος*, 1588 *Σανκράτειος*, 1571, 24. 25 *Φιλοκράτειος*, at ibidem l. 27 *Φιλοκράτιος* diphthongo $\overline{ει}$ Boeotice in $\overline{ι}$ mutata, si lectioni fidem habemus, ut 1577 *Καλλιχάριος*, 1574 *Ξενοκράτιος*. — Denique nr. 1577 legitur *Σιμμίας Διωνύσιος*, quod est e *Διωνυσίϊος* contractum, neque recte a Boeckhio tentatur.

Corinnae fr. 2 e corrupto *Κρονίδη* restituimus simile patronymicum *Κρονιδῆε* (vid. Mus. Rhen. 1838), quod quum titulorum consuetudini, nunquam ea a patronymicis in $\overline{δας}$ derivantium, adversetur, satis tamen defenditur patronymico, quod in Thessalico titulo nr. 1766 legitur, *Πολεμαρχιδαῖος*.

2) Frequens est apud Boeotos usus nominum pro-

priorum in *ιχος*, quae ab origine sunt diminutiva et hypocoristica. Et servat talem vim apud Arist. Ach. 925 *Ἰσμήνιχος* ejusdem Boeoti nomen, qui *Ἰσμηνίας* audit v. 827 (ut apud Theocr. VII, 2. 132 *Ἀμύντας* et *Ἀμύντιχος*), nisi forte utrumque nomen simili modo ab *Ἰσμηνὸς* derivatum est, ut *Ἀθάνιχος* et *Ἀθανίας* ab *Ἀθάνα*. Ceterum saepe talia nomina a deorum, fluviorum, locorum nominibus derivantur, *Ἀθάνιχος* 1362, *Ἀρήϊχος* 1575, *Διωνύσιχος* 1574 e conjectura, *Ἑρμάϊχος* 1593, *Καφίσιχος* 1584, Plut. de gen. Socr. c. 30, *Ἀσώπιχος* 1575, Pind. Ol. XII, *Ἰσμήνιχος* Arist. Ach. 925, *Θείβιχος* 1577, *Ὀλύμπιχος* Polyb. XXVII, 1, 9. Scholl. Pind. Pyth. III, 137, *Ὁμολώϊχος* 1577. 1590. Plut. Sull. c. 17, *Σάμιχος* 1574. 1590. 1608, b. Praeterea *Ἀγρόνιχος* 1574, *Ἀμφάριχος* 1673, *Θερσάνδριχος* 1593, *Καφάϊχος* 1573. 1575, *Μελάντιχος* 1574. 1577. 1590, *Μέριχος* 1579, *Μέρριχος* Polyb. XXIII, 2, 15, *Σωτήριχος* 1586, *Ἐγειρίχα* 1672, *Σωσίχα* 1608, h. — Congessit haec Boeckhius p. 725, b, qui eandem nominum formam reliquis Graecis non ignotam, quanquam minus usitatam, post interpretes ad Greg. Cor. p. 290 exemplis demonstrat.

Neque solum haec terminatio in nominibus propriis haesit; teste Strattide ap. Athen. XIV, 622. A. Thebani gallum vocabant *ὀρτάλιχον* (cf. Hes. *ὀρτάλιχοι — καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες*), et utitur ea voce Boeotus Ar. Ach. 837, unde Boeotos spectare videtur Et. Gud. 436, 49 *ὀρταλὶς καὶ Αἰολικῶς ὀρτάλιχος*. Denique *πέρριχος* pro *πέρδος* apud Theocr. IV, 20 a Scholiasta *ὑποκοριστικὸν Αἰολικῶς* dicitur, dum idem, quia apud Theocritum legitur, Gregorio Corinthio p. 290 est Doricum.

§. 49.

De Boeoticae dialecti indole et antiquitate.

Boeoticam dialectum Atticis auribus satis barbaram visam esse, docet Eustathius p. 304, 2 *ὅτι δὲ τὸ τῶν Ἠλείων ὑποβάρβαρον ἐσκώπτετο, δηλοῖ ὁ ἐν τῷ ἐρωτηθῆναι.*

πότερα Βοιωτοὶ βαρβαρώτεροι τυγχάνουσιν ὄντες ἢ Θετταλοὶ, φάμενος, ὡς Ἠλεῖοι. Nostris auribus potius mollius sonare videtur, quam Attica lingua, quippe quae vitet sibilantes et plerumque diphthongos. Sed nolumus morari in disputatione lubrica neque valde utili. Gravior quaestio est de antiquitate dialecti Boeoticae, quam nolumus hic silentio praetermittere, quanquam non potest ad liquidum prius perduci, quam de antiquissima Graecorum lingua certius quam nunc constet. Cui Boeckhius quum Boeotorum dialectum propiorem habendam esse judicat, quam Aeolum Asianorum (C. I. p. 717, b), maxime nititur ea affinitate, quam Boeotica lingua cum Laconica ($\overline{\delta\delta}$ pro $\overline{\zeta}$, $\overline{\tau\tau}$ pro $\overline{\sigma\tau}$, $\overline{\omicron\iota}$ pro $\bar{\upsilon}$) et Latina (*αε* et *οε*) prodere videtur. At talibus non nimium est tribuendum, quia saepe fit, ut diversissimae linguae, inter quas nulla affinitas neque ullus intercursus unquam extitit, easdem antiquae pronuntiationis mutationes patiantur. Ita apud Franco-Gallos et Anglos diphthongus $\overline{\mathrm{ai}}$ pronuntiatione in similem sonum abiit, atque Boeoti vel $\overline{\alpha\varepsilon}$ cum Latinis vel $\bar{\eta}$ scribendo expresserunt. Et ipsos Boeotos antiquitus $\overline{\alpha\iota}$, $\overline{\omicron\iota}$, $\bar{\upsilon}$ scripsisse, nobis demonstrasse videmur. vid. §. 41. Denique ne ipsi quidem Lacones, id quod mox demonstrabimus, neque Latini ubique antiquorum tenaciores erant, quam plerique Graeci. Ceterum non negamus, nonnulla a Boeotis ex antiquiore lingua retenta esse, quae reliqui Graeci mutarint. Eo pertinet digamma diutius et majore cum fide, quam apud Aeoles Asianos et Dores servatum; antiquus deinde vocalis $\bar{\upsilon}$ sonus, quem recentiores Boeoti et Lacones $\overline{\omicron\upsilon}$ scribendo expresserunt, quanquam dubium videri potest, an alii Graeci eundem sonum, ut antiquiores Boeoti, scriptura non mutata tenuerint; denique formae non contractae *Λαφίταο*, *κατοπτάων*. In aliis contra longius ab antiqua ratione recesserunt, quam ullum alium Graecorum populum constat, id quod maxime conspicuum est in diphthongorum mutationibus, quas ipsas ab antiquiore Boeotismo alienas esse supra (§. 41) demonstravimus. Et his quidem me-

morabilem in modum Boeoticae dialecto convenit cum Neo-Graecorum pronuntiatione, quae quum illa ε̅ι̅ in ι̅ et α̅ι̅ in η̅ mutet, diphthongos eas eodem sono profert, deinde η̅, quod Boeoti in ε̅ι̅ mutant, nova mutatione in sonum ι̅ afficit, denique eundem tribuit diphthongo ο̅ι̅, quae Boeotis in similem sonum υ̅ transierat. Verissime Boeckhius p. 718 judicavit, ex hac ipsa similitudine Boeoticae scripturae et Neo-Graecae pronuntiationis apparere, non recte reliquis Graecorum dialectis Neo-Graecam pronuntiationem obtrudi, quia, nisi Boeoti diversa a reliquis pronuntiatione usi essent, non intelligeretur, cur scripturam mutassent. Cui argumento haud exiguum momentum accedit, si recte (§. 41) suspicati sumus, propter ipsam Boeoticae pronuntiationis a vicinis populis discrepantiam, scripturam novatam esse. — Neque tamen credibile est ab ipsis Boeotis et Thessalis, quae nonnulla similia habent, vocalium pronuntiationem in recentissimam omnium Graecorum linguam transmanasse. Sed quae prius apud illos regnaverat vocales proferendi ratio, paullatim apud reliquos Graecos non imitatione, sed necessitate quadam naturali invaluisse videtur. De qua re nunc verbo monuisse sufficiat.

De dialecto Thessalica.

§. 50.

1) De Thessalorum dialecto, quam Attici satis barbaram judicarunt (vid. §. 49), paucissima comperta habemus; neque enim ullus scriptor ea usus esse videtur, neque grammatici ea ipsa de causa nisi rarissime eam commemorant, neque inscriptiones genuini Thessalismi documenta praebent plures quam duae satis breves nr. 1766 et 1767 [1]), quo accedunt nonnulli nummi Thessalici.

---

1) Nr. 1766 haud procul a Larissa: Ἄπλουνι κερδ. τοι Σουουνατ-

Reliquae inscriptiones in Thessalia repertae vulgari dialecto utuntur praeter Thaumacenses nr. 1771. 1772. 1773, de quibus dicemus §. 54.

2) De accentu nihil constat, nisi quod ὄλιζον pro ὀλίγον, quod Thessalicum et Aeolicum audit, accentum in antepenultima habere dicitur, vid. nr. 3, et quod genitivi Thessalici in $\overline{οιο}$ saepe referuntur accentum in ea syllaba servare, quae habet in nominativo (Choer. Bekk. 1223, Ann. Ox. I, 212, 9 etc.). Hinc nihil certi effici vix opus est monere.

3) E consonantibus primum $\overline{κ}$ et $\overline{π}$ permutantur in nomine urbis Κιέριον, ut in ipsis nummis appellatur, vel Πιέριον, ut haud raro apud scriptores (vid. Müller Dor. II. p. 476 in Anglica versione), neque aliter in κόρνοψ pro πάρνοψ apud Oetaeos, qui inde Herculem Κορνοπίωνα cognominabant teste Strabone XIII. p. 613 et inde Eust. 34, 26. Deinde $\overline{β}$ pro $\overline{δ}$, quae mutatio a grammaticis Aeolica et Boeotica vocatur (Et. M. 200, 27. vid. §. 6 not. 5 et §. 36), positum est in Βωδὼν, ut Thessalicam Dodonen audisse docent Scholl. Il. π, 233, Steph. Byz. s. v. Δωδώνη. Aspiratae saepius permutatae esse videntur; nam et ἀρχιδαυχναφορείσας nr. 1766 pro vulgari ἀρχιδαφνηφορήσας esse, rectissime intellexit Boeckhius, et φῆρες pro θῆρες, quod Aeolicum vocatur (vid. §. 6, 3), Thessalicum habendum est, quia Centauri habitabant in Thessalia. — Pro ὀλίγον Thessali vel Aeoles ὄλιζον dixisse traduntur [2]); sed quum Thessalicae urbis Ὀλιζὼν nomen inde derivetur, grammaticorum hoc inventum vi-

---

ρος Πολεμαρχιδαιος ὁ θυτας ὀνεθεικε ἱερομναμονεισας καὶ ἀρχιδαυχναφορεισας; nr. 1767 inter Larissam et Tempe: Ἀπλουνι Τεμπειτα | Αἰσχυλις Σατυροι | ἐλευθερία.

2) Apion et Herodorus ap. Eust. 329, 12. Θετταλοὶ τὸ μικρὸν ὄλιζον καλοῦσι, ὅθεν καὶ ἡ πόλις ἐκλήθη (Ὀλιζὼν) διὰ τὸ μικρὰ εἶναι. — Eust. 1160, 17 e rhetorico lexico Aelii Dionysii: τοῦ δὲ ὄλιζον ἡ χρῆσις παρὰ Λυκόφρονι· δοκεῖ δὲ ἡ λέξις Αἰολέων εἶναι· διὸ καὶ προπαροξύνεται.

detur, quanquam etiam Lycophron ea voce usus est. — Duplicatione liquidarum Perrhaebi ut Aeoles usi esse referuntur 3), ut in *γόνναια* vel *γόννα* pro *γούνατα*, *γοῦνα* et nomine urbis *Γόννος* pro *Γοῦνος*, cf. *Γουνεὺς*, heroïs eponymi nomen Hom. Il. β, 748: minus enim recte eo trahitur duplex liquida in *Περραιβοί*. Praeterea Thessalicae urbis nomen *Κραννὼν* a *κρήνη* descendere videtur, quod Aeolice sonabat *κράννα* (vid. §. 8, 8), et satis probabile est, duplicationem liquidarum omnino Thessalis cum Aeolibus Asianis communem fuisse. — Cum Boeotis σσ mutant in ττ, ut *θάλαττα*, *πίττα* teste Aelio Dionysio ap. Eust. 813, 48. vid. §. 37 not. 6.

4) Ut accedamus ad vocales, primum vulgare ε legitur in *ἱερομναμονείσας* nr. 1766, quum Boeoti et Dorienses dicant *ἰαρὸς*, Lesbii *ἶρος*. Contra α breve ut apud Lesbios in ο mutatur in *ὀνέθεικε* 1766 et Oetaeorum *κόρνοψ* pro vulgari *πάρνοψ*, Boeotico et Aeolico *πόρνοψ*. vid. Strab. XIII. p. 613. — Quod Boeoti, recentiores certe, in ει mutant, ῑ retinetur in *θίτας* 1766, *Αἰσχυλὶς Σατύροιο* 1767. — Longum ᾱ pro η non minus, quam apud Dorienses, Lesbios, Boeotos reperitur in *θίτας*, *ἱερομναμονείσας*, *ἀρχιδαυχναφορείσας*, 1766, *Τεμπεῖτα* 1767, oppidi Thessalici nomine *Φαρκάδων* (cf. *Ἀνθήδων*, *Καλχηδών*) etc. — Contra antiquum η, quod Dorica dialectus servat, Boeotico more in ει mutatur, ut docent nr. 1766 *ὀνέθεικε*, *ἱερομναμονείσας*, *δαυχναφορείσας*, et *Κιεριεῖον* pro antiquo *Κιεριῆον* in nummo apud *Mionn. Suppl.* III. p. 281. — Thessalis peculiare est ω in ου mutatum, ut in nr. 1766 et 1767 legitur *Ἄπλουνι* pro *Ἀπόλλωνι*, cf.

3) Stephan. Byz. ap. Eust. 335, 38, qui integriore exemplari usus est: *λέγει δὲ ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, ὅτι Αἰολεῖς ὄντες οἱ Περραιβοὶ ἐδίπλουν τὰ σύμφωνα Περραιβοὺς ἑαυτοὺς καλοῦντες καὶ πόλιν Γόννον παρ᾽ αὐτοῖς οὖσαν καὶ γόννατα καὶ τοιαῦτά τινα.* — Steph. Byz. editus s. v. *Γόννοι* — *γράφεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ υ* (i. e. *Γοῦνοι*): *Τοὺς δὲ Περραιβοὺς καλοῦντας ἑαυτούς. Καὶ Γόννον διὰ δύο νν τὴν πόλιν. Γόνα* (codd. *γόννα*) *γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ γόνατα.*

Platon. Cratyl. p. 405, c Ἁπλῶν γάρ φασι πάντες οἱ Θετταλοὶ τοῦτον τὸν θεόν, ubi Boeckhius ad nr. 1766 recte praestare dicit nonnullorum librorum lectionem Ἁπλοῦν; deinde Συνσίπατρος 1766, κερδοίου pro κερδῴῳ 1767 abjecto ι subscripto, Κραννουνίουν pro Κραννωνίων in nummo apud *Mionn. Suppl.* III. p. 281, adeo ibid. p. 284 in nummo Γομφιτοῦν pro Boeotico Γομφιτάων, Lesbiaco et Dorico Γομφιτᾶν, quod non ex Attico Γομφιτῶν, sed ex antiquiore Γομφιτάουν contractione natum videtur (cf. Lat. coelicolùm e coelicolarum). — Diphthongus αι retinetur in καὶ et Πολεμαρχίδαῖος 1766, Λαρισαιον in nummo apud *Mionn. Suppl.* III, p. 288; in alio contra nummo ibidem legitur Λαρισαεον, de quo diphthongorum genere, rarissimo apud Graecos, diximus §. 41. not. 3. Diphthongus ει tenetur in Τεμπεία. — Iota subscriptum omittitur in dativis Τεμπείτα 1767, κερδοίου 1766, qui mos Aeolicus vocatur. vid. §. 15, 4. — Longum ᾱ productione suppletoria ortum tenent cum plerisque Graecis in ἱερομναμονείσας, δαυχναφορείσας, dum Aeoles Asiani in his terminationem αις habent.

5) In declinatione I. nominativi masculinorum in correptum ᾰ exeuntes Thessalicae dialecto tribuuntur ab Apollonio [4]), quum plerumque Aeolum vel Boeotorum (vid. §. 20. not. 3) vel Macedonum vel aliorum esse dicantur; θύτας tamen legitur nr. 1766. — De nulla Thessalicae dialecti proprietate in vulgus magis constat, quam de genitivis declinationis secundae in οιο exeuntibus [5]); quod nunc in nr. 1767 legitur Αἴσχυλις Σατύροι,

4) Apoll. de synt. 214, 4. ἡ κλητικὴ ἀντ' εὐθειῶν παραλαμβάνεται κατὰ Μακεδονικὸν ἔθος ἢ Θετταλικόν, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν τὸ τοιοῦτον ἐπιστώσαντο· αὐτὰρ ὁ αὖτε Θύεστ'. cf. Priscian. XVI. p. 613.

5) Apoll. de pron. 138. ἡ ἐμοῖο, σοῖο, οἷο ἤτοι μετὰ διαιρέσεως τὸ ι παρέλαβον ἢ Θετταλικαί εἰσιν, ὡς καὶ Ἀριστάρχῳ ἤρεσκεν. cf. quae antecedunt. — Id. de synt. 50, 4. ἡ Θετταλικὴ διαίρεσις κατὰ γενικὴν (in τοῖο); eodem igitur spectare videtur Trypho παθ. λεξ. §. 15, quum diaeresin Thessalicam vocat (vid. §. 18 not. 4), quanquam non memorat hos genitivos. Praeterea Thessalicorum geniti-

fortasse ita defendi potest, ut antiquioris formae Σατύροιο ultimum ο abjectum esse putetur, ut apud Latinos equi ex equius, equiu natum esse intelligimus comparato unius; quippe pro Graeco οι Latini longum ī habere solent, cf. ἵπποι, equi, οἶδα, vidi. Müllerus Σατύροιο rescribendum esse judicavit. — De vocalium in declinatione mutationibus supra vidimus.

Aeolicarum dialectorum inter se comparatio.

§. 51.

Tres illas dialectos, quae optimo jure Aeolicae vocari videntur, quia, qui illis usi sunt, Aeoles erant, comparantem mirum habere oportet, quod Asianorum Aeolum et Boeotorum dialecti tantum inter se distant, quantum vix ab alia quavis Graecae linguae dialecto. Ut omittamus leviora et incertiora: Lesbii erant βαρυτονικοί, vix Boeoti; illi fugiebant asperum, hi amabant; Lesbii cum Ionibus saepe antiquum τ in σ mutant, quod Boeoti aut cum Doribus retinent aut in ϑ vertunt; pro ζ Lesbii in mediis vocibus σδ habent, Boeoti cum Laconibus δδ; liquidarum duplicationem in Lesbiaca dialecto insignem ignorat Boeotica nec minus νς ab illis in ις mutatum; contra cum Thessalis proprium sibi habet σσ in ττ mutatum. E vocalibus correptum α saepe in ο mutatur a Lesbiis et ο in υ, dum Boeoti adeo in Fίκατι et aliis cum Doribus α retinent; contra peculiari Boeotorum, recentiorum certe, more, ε ante vocales transit in ι (cujus mutationis

vorum mentio fit Eust. 13, 8—96, 12—140, 4; Et. M. 27, 42—154, 5—213, 24—618, 37; Et. G. 14, 9—258, 45—281, 34—480, 53—554, 27; Ann. Ox. I, 209, 6—212, 10—425, 12—II, 401, 16—III, 228, 1; Choerob. Bekk. 1223; Exc. cod. Paris. post Greg. Cor. 700.

apud Lesbios leve tantum vestigium in adjectivis χρύσιος etc.), ῡ in ου, η in ει, αι et ᾳ in αε aut η, ει in ῑ, οι in ῡ, ῳ in οι aut οε aut ῡ. — In declinatione I. Boeotus fere semper utitur solutis genitivorum formis in αο et αων, Lesbius contractis; in dativo pluralis declinationum I. et II. ille amat longiores terminationes αισιν et οισιν, hic nunquam. Pronominum genitivi Lesbiaci sunt ἔμεθεν, σέθεν, ἔθεν, Boeotici ἐμοῦς, τεοῦς, ἑοῦς. In praepositionibus proprias Boeotorum formas ἐν pro εἰς et ἐς pro ἐξ ignorant Lesbii.

Contra tot tantasque differentias pauca reperiuntur eaque fere levia, quae utrique dialecto, neque tamen simul Doricae, communia sint. Talia sunt haec: ut digamma et omnes Aeoles et veteres Dorienses ex antiqua lingua servarunt, ita peculiari Lesbiorum et Boeotorum more inter vocales interdum in ῠ transit; non minus utrique π pro τ habent in paucis; in declinationis tertiae accusativo utraque dialectus amat terminationem ν, ut ἀφάκην est Lesbiorum, Διογένειν Boeotorum; voces in ευς apud Lesbios in flexione η habere solent, ut βασίληος, quo η in ει mutato Boeoticum βασιλεῖος nascitur, eamque ipsam mutationem etiam Asiani Aeoles recentiores in his formis assumpserunt; denique in conjugatione a Boeotis non alienus est Lesbiacus verba vulgo contracta secundum verborum in μι analogiam flectendi mos, quanquam mature abolitus esse videtur apud illos.

Vides his comparatis tantum interesse inter utramque dialectum, ut dubitare liceat, an Aeoles Boeoti non magis cum Aeolibus Asianis conjuncti fuerint, quam qui hodie miro quodam casu Saxones vocantur cum antiquis Saxonibus. Nihilominus Thessalica dialecto in comparationem vocata, diversissima quae videntur, aliquo vinculo conjungere licet. Quamvis enim pauca de ea comperta habeamus, hoc tamen certum est, alia Thessalis cum Lesbiis, alia cum solis Boeotis communia esse. Ita cum Lesbiis liquidas duplicant, ᾰ breve mutant in ο, cum Boeotis ττ habent pro σσ, ει pro η, αε interdum pro αι, ut

alia minus certa omittamus: peculiare sibi habent maxime $\bar{\omega}$ in $\overline{ov}$ mutatum. Thessalica igitur dialectus ita media est inter Lesbiacam et Boeoticam, ut communis Aeolicarum dialectorum origo et patria Thessalia inde appareat. Quanquam nolumus hoc ita accipi, quasi quae alterutri dialecto cum Thessalica communia sunt, sine ulla dubitatione sint antiquissima, ex antiquis Thessaliae sedibus a colonis deducta: sed saepe indolem potius quandam antiquae dialecti Aeolicae agnoscimus, unde mutationes illae prodire potuerint, quae non omnes in omnibus dialectis Aeolicis, sed aliae in aliis invaluerunt. Ut exemplo sententiam nostram illustremus, non credimus, antiquos Aeoles in *ἀνὰ* et aliis pro $\bar{\alpha}$ pronuntiasse $\bar{o}$, idque a Boeotis postea in $\bar{\alpha}$ mutatum esse, neque antiquissimum esse $\overline{\varepsilon\iota}$ pro $\bar{\eta}$, ita ut Lesbii ab antiquo more recesserint, sed $\bar{\alpha}$ et $\bar{\eta}$ antiquitus ita esse pronuntiata, ut postea facile in $\bar{o}$ et $\overline{\varepsilon\iota}$ transire potuerint. Accuratius nunc in tantis antiquissimae Graecae linguae tenebris non licet disputare.

2) Nolumus nunc silentio omittere, quod jam antiqui [1]) cognationem quandam agnoverunt inter dialectos Aeolum et Doriensium non minus quam inter Ionicam et Atticam. Qui quam recte judicaverint, nunc non possumus accuratius quaerere. — Neque magis nunc judicium feremus de ea antiquorum opinione, quae cognationem quandam Aeolicae dialecti cum Latina lingua intercedere voluit [2]). Singula Aeolica, quae Latinis similia

---

1) Strab. VIII. p. 513. *τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτήν φαμεν — τὴν δὲ Δωρίδα τῇ Αἰολίδι.* cf. XIV. p. 997. *εἰ γὰρ — ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ αὐτοὶ ἦσαν Ἴωνες καὶ Ἀθηναῖοι, λεγέσθωσαν καὶ οἱ Δωριεῖς καὶ οἱ Αἰολεῖς οἱ αὐτοί.* — Eust. 8, 40. *ἐν πολλοῖς ἐπικοινωνοῦσιν αἱ δύο αὗται διάλεκτοι* (Ionica et Attica). *Ὅμοιον δέ τι καὶ περὶ τῆς Αἰολίδος καὶ Δωρίδος διαλέκτου λέγεται, ὡς καὶ αὐτῶν ὁμοιότητά τινα ἐχουσῶν.*

2) Dionys. Hal. I. extr. *Ῥωμαῖοι δὲ φώνην μὲν οὔτ᾽ ἄκραν βάρβαρον οὔτ᾽ ἀπηρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται, μικτὴν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστιν ἡ πλείων Αἰολίς.* — Saepe Priscianus Romanos in

habentur, aut omnibus Aeolicis dialectis et simul Doricae communia sunt, ut digamma, saepe a Prisciano cum Latino v comparatum (vid. §. 5. not. 3. 10.) et longum ᾱ pro η̄ (vid. §. 13, 4 de μᾶλον); aut Asianis Aeolibus propria, ut accentus retractus (§. 3. not. 1.), ῡ pro ō (§. 12. not. 12. 13.), η̄ pro ε̄ῑ (§. 14. not. 3.), dualis absentia (§. 20. not. 1.) et ᾰ correptum in declinatione I. pro η̄ (§. 20. not. 2.); aut Boeotica, ut ου pro ῡ, quod cum Latino vocalis sono confertur, ῑ pro ε̄ῑ (§. 40. not. 4.) et οε̄ pro ῳ̄ (§. 40, 8.).

De dialectis Pseudaeolicis.

§. 52.

De dialecto Eleorum.

1) Paucissima de Eleorum dialecto ab antiquis traduntur, quibus addenda sunt nonnulla, quae de Eretriensium et aliorum Euboeae incolarum lingua referuntur, quia Eretrienses cum colonis Eleïs nonnulla horum dialecto propria acceperant (vid. not. 3.), nisi forte ex ipsa dialecti similitudine quadam opinio de Eleorum colonia, ceterum non valde probabilis, nata est. Plurima de Eleorum lingua discimus ex antiquo Eleorum et Heraeensium Arcadum foedere C. I. nr. 11, quod, Boeckhio judice, inter Ol. 40 et Ol. 60 exaratum antiquissimo scripturae genere utitur. Neque ejus dialectum Heraeensium, sed Eleorum esse, et inde probabile est, quod Olympiae lapis collocatus erat, et ex ipsa linguae ratione elucet, quae, quod Eleorum fuisse scimus, σ̄ finale interdum mutat in ρ̄. Quo in monumento insigni legendo quum a Boeckhio aliquoties nobis discedendum esset, in

---

multis, adeo in plerisque ait Aeoles sequutos esse. Maxime mirum est, quod Romani vel Itali adeo Aeolum coloni esse dicuntur, haud dubie propter solam linguae similitudinem. vid. §. 20. not. 1. 2.

appendice nostram sententiam exponendam duximus. — Eleorum cantilena popularis apud Plutarch. Q. Gr. 36 (Schneidew. Del. p. 463) nihil fere non vulgare habet.

2) Spiritus asper in foedere nusquam scriptus legitur, neque tamen certum est inde, Eleos leni usos esse in *ἁ*, *Ἡρϝαφοις*, *ἕκατον*, quia asperi signum quanquam in antiquioribus inscriptionibus exarari solet, omittitur tamen in galea Hieronis C. I. nr. 16, uno ex antiquissimis monumentis (*ΗΙΑΡΟΝ Ο ΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ*), in articulo *ὁ*, dum scribitur in nomine *Ἱάρων*. Certior lenis pro aspero est in *ἐπιαρος*, si recte id pro *ἐφίερος* esse putatur; sed *ἱαρὸς*, *ἱερὸς* antiquitus apud Graecos aspero caruisse, vidimus §. 4, 6.

Digamma titulus habet in *Ϝάργον* pro *ἔργον*, *Ϝέπος*, *Ϝέτος*, *Ϝέτας*, quas voces olim digamma instructas fuisse ex ipso Homero satis constat; deinde in nomine populi *ϜΑλήϊοι* pro *Ἠλεῖοι*, ut etiam in nummis leguntur *ϜΑ.*, *ϜΑΛΕ.*, *ϜΑΛΕΙΩΝ* (*Mionn. Suppl.* IV. p. 175), et auctor gentis *Βηλεὺς* pro *Ἠλεὺς* vocatur [1]), non aliter *β* pro *Ϝ* posito atque in *Βαδὺ* pro *ἡδὺ* [2]); deinde digamma reperitur ante *ρ* in *Ϝράτρα* et in *β* mutatum in Hesychii glossa *βρατάναν*, *τορύνην* Ἠλεῖοι, cf. *ῥατάναν*, *τορύναν*. et corrupta *βρατάνει*. *ῥαίζει ἀπὸ νόσου*· *Ἠλεῖοι*: denique in media voce in *Ἡρϝαφοις*. Excidit in *Δί*, quod e *Δΰ*. *ΔιϜὶ* (C. I. nr. 29) contractum est.

3) Maxime notabilis est Eleorum et Eretriensium (unde etiam ad Chalcidenses propagatus videtur) mos [3])

---

1) Et. M. 426, 12 e Leandro: *Ἦλις ἀπὸ τοῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος Ἠλέως*· — *τὸν δὲ Ἠλέα καὶ μετὰ τοῦ β Βηλέα προσαγορεύεσθαι κατὰ τὸ ἔθος τῆς Δωρίδος διαλέκτου τὸ β προσγράφεσθαι ταῖς ἀπὸ φωνηέντων ἀρχομέναις λέξεσιν.*

2) Pausan. V, 3. *Ἠλεῖοι ὑπερησθέντες — αὐτὸ τὸ χωρίον Βαδὺ ὀνομάζουσι καὶ ποταμὸν τὸν ῥέοντα ἐνταῦθα ὕδωρ Βαδὺ ἐπιχωρίᾳ φωνῇ.*

3) Strab. X. p. 686 de Eretria: *ἐποίκους δ' ἔσχον ἀπ' Ἤλιδος, ἀφ' οὗ καὶ τῷ γράμματι τῷ ρ πολλῷ χρησάμενοι οὐκ ἐπὶ τέλει μόνον*

σ et in extremis vocibus et in mediis ante vocales in ϱ mutandi. Antiqui 4) exempla Eliaca afferunt *οὗτορ, ἵπποϱ, δίκαϱ*, Eretriaca *σκληϱότηϱ, Πελαϱγός*. — Eo accedit Apollinis apud Eleos cognomen *Θέϱμιος* 5) pro *θέσμιος* a *θέϱμα*, quod, quum Hesychius dialecto non nominata explicet *ἄδεια, ἐκεχειϱία*, Eleorum esse pro *θέσμα* rectissime vidit Müllerus Dor. I. p. 252. In foedere talia leguntur *τοῖϱ ϜΑληίοις* et *αἰ δέ τιϱ τὰ* pro *τοῖς* et *τις*; reliqua σ finale servant, *ϜΑληίοις, τοῖς Ἡϱϝαίοις, ἀλλάλοις, ϝέπος, ϝέτας*, et ante consonantes et ante vocales, ut nulla hujus mutationis sit constantia, nisi forte in articulo et similibus vocalis prius invaluit ante sequentes consonantes, postea latius regnare coepit. Ceterum haec mutatio Laconicae dialecto communis est.

τῶν ῥημάτων ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ κεκωμῴδηνται. — Eust. 279, 31. *ἐκωμῳδοῦντο δὲ οἱ Ἐρετριεῖς ὡς πολλῷ τῷ ϱ ἐν ταῖς ὁμιλίαις χρώμενοι· διὸ καὶ αὐτοὶ καὶ Ἠλεῖοι βαρβαρόφωνοι ἐκαλοῦντο, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ.* cf. p. 492, 14. — (Hanc proprietatem ideo maxime spectare videntur, qui Eleorum linguam barbaram vocant, Hesych. s. v. *βαρβαρόφωνοι· οἱ Ἠλεῖοι καὶ Κᾶρες ὡς τραχύφωνοι καὶ ἀσαφῆ τὴν φωνὴν ἔχοντες*, et Eust. 301, 2. vid. §. 50 init.). — Hesych. s. v. *Ἐρετριέων ῥῶ· Ἐρετριεῖς τῷ ϱ κατακόρως χρῶνται.* cf. Diogenian. IV, 57. Apostol. IX, 5. — Suid. s. v. *Χαλκιδίζειν* — *ἄλλοι δὲ ἐπὶ τοῦ ῥωτακίζειν, ἐπεὶ αὐτοί τε καὶ Ἐρετριεῖς δοκοῦσι τῷ ϱ κατακόρως χρῆσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ σ τιθέντες.*

4) Herodian. ap. Eust. 114, 17. *μαρτὺς ἡ εὐθεῖα ἦν, ἣν ἡ Αἰολέων διάλεκτος διὰ τοῦ ϱ προφέρει· ἐκεῖνοι γάρ, φησί, τὸ σ εἰς ϱ μεταβάλλουσι τὸ οὗτος οὗτορ λέγοντες καὶ τὸ ἵππος ἵππορ.* At apud Eustathium mero sphalmate *Αἰολέων* scribi pro *Ἠλείων*, patet e Phavorino, qui bis in Ecl. 429, 20 et Lex. s. v. *γενική* Eustathium exscribens *Ἠλείων* habet. — Hesych. *δικάϱ, τοὺς κριτάς· Ἠλεῖοι.* — Plat. Cratyl. p. 434, C. *οἶσθα οὖν, ὅτι ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἡμεῖς μέν φαμεν σκληρότης, Ἐρετριεῖς δὲ σκληρότηρ.* — Phryn. Ecl. p. 109 Lob. *Πελαργὸς Ἐρετριακῶς Πελασγός.*

5) Pausan. V, 15, 4. *τὸν μὲν δὴ παρὰ Ἠλείοισι Θέρμιον (Ἀπόλλωνα) καὶ αὐτῷ μοι παρίστατο εἰκάζειν, ὡς κατὰ Ἀτθίδα γλῶσσαν εἴη ἂν Θέσμιος*, ut rectissime pro iterato *Θέρμιον* correxit Buttmannus.

Eretrienses etiam inter eos sunt, qui Laconico more σ inter vocales in spiritum asperum mutare referuntur, nec minus Oropii Eretriensium trans Euripum vicini [6]. Quod quum facile suspicemur non alienum fuisse ab Eleorum dialecto, nullum nunc exemplum reperitur, unde certius quid appareat.

Etiam ϑ ab Eleis, ut a Laconibus in σ mutatum esse, interpretes ad Hesychium opinati sunt, qui glossam *βορσὸν, σταυρὸν Ἠλεῖοι* pro *ὀρθὸν* esse putarunt. Quod quum parum sit probabile, certius de mutatione illa apud Carystios constat ex Hesychii glossa *σαρμοὶ, θερμοὶ· Καρύστιοι*, quanquam calidius esset, si quis inde ad vicinos Eretrienses et cognatos his Eleos conjecturam facere vellet, quia Carystii ab origine sunt Dryopes. vid. Müll. Dor. I. p. 43.

Tenuis τ pro aspirata ϑ posita est in *ἐνταῦτα* (si quidem recte ultima foederis verba leguntur *τῷ 'νταῦτ' ἐγραμμένῳ*) pro *ἐνταῦθα* aut potius Ionico *ἐνθαῦτα*; hoc enim rectius ex *ἔνθα* natum est, ut *ταῦτα* e *τὰ*, *τοσαῦτα* e *τόσα*. — Denique in Hesychii glossa *κέλλας, σκέλαξ· Ἠλεῖοι* primum σ abjectum est, ut in *σκίδναμαι*, *κίδναμαι* et aliis, deinde terminatio eandem mutationem experta est, quae conspicitur in Hesychii glossa *βάννας, βασιλεύς· παρὰ Ἰταλιώταις*, quippe quod sit pro *Fάναξ*.

4) E vocalibus α est pro ε, primum in *κα* et *ἐπίαρος* pro *ἐφίερος*, ubi ne Dores quidem et Boeoti aliter, sed praeterea, ubi iidem ε vulgare tenent, in *Fάργον* pro *ἔργον*, quocum solum antiquum Atticae tribus nomen *Ἀργαδεῖς* comparare licet, *παρ πολέμω*, quod pro *περὶ πολέμου* esse Hermanno monente Boeckhius intellexit Add. p. 878, et in optativis *συνεῖαν*, *ἀποτίνοιαν* pro *συνεῖεν*,

6) Et. M. 391, 15. *ἔθος δὲ ἔχουσι Δωριέων τινές· ὡς γὰρ οἱ Ἀργεῖοι καὶ Λάκωνες καὶ Παμφύλοι καὶ Ἐρετριεῖς καὶ Ὠρώπιοι, ἔνδειαν τοῦ σ ποιοῦντες, δασεῖαν χαράττουσι τοῖς ἐπιφερομένοις φωνήεσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ ποιῆσαι ποίῆαι* (leg. *ποιῆαί*)· *καὶ Βουσόα, Βοῦα, καὶ μουσικὰ μωϊκά.*

ἀλοιώνοιεν; simile est Carystiorum σαρμοὶ pro θερμοὶ. vid. nr. 3. — Hinc Eliaca dialectus esse videtur in antiqua galeae prope Olympiam repertae inscriptione nr. 31 Ϙοιὸς μα ποίησεν, quum μα pro με in reliquis dialectis inauditum sit; rectius tamen fortasse legitur μ' ἀπόησεν, quum augmenti in ᾱ mutati aliquot exempla apud Hesychium sine dialecti nomine servata sint: ἄδειρεν, ἔδειρεν et ἄβραχεν, ἤχησεν. Longum ᾱ pro η Elei non solum cum Doribus et Aeolibus commune habent in Ϝέτας, ἀλλάλοις, δᾶμος, ϜΑλὶς, δὰν pro δὴν (Hes. δὰν, μακρῶς ἢ πολὺν χρόνον· Ἠλεῖοι) et Pausaniae βαδὺ pro ἡδὺ, sed etiam in aliis, quae apud Dores et Lesbios η tenent, in Boeotica dialecto in ει mutant, μὰ pro μὴ, Ϝράτρα pro Ϝρήτρα, optativo εἴα pro εἴη, quo fortasse etiam δαλέομαι pertinet. Eretrienses certe Ionico η abstinuisse, prodit nomen Χαρίδαμος in nummo apud *Mionn. Suppl.* IV. p. 364. — Pro diphthongo ει est αι Dorico et Aeolico more in particulis αἰ et αἴτε; Boeoticae diphthongorum αι, ει, οι mutationes alienae sunt ab Eleïs.

Recte sine controversia judicatum est in genitivis declinationis secundae ἀργυρο, πολεμο finale ο antiquo more scriptum esse pro ω, quod Lesbiaca et Boeotica (vid. §. 17 et 43.) et Dorica dialecti ex οο contractum habent pro vulgari ου; nec magis λατρειόμενον cum Hermanno λατρειούμενον legi poterat, sed rectius si quid videmus λατρηϊόμενον profertur. Crasin agnovimus in εντεπιαροι i. e. ἐν τήπιάρῳ pro ἐν τᾷ ἐπιάρῳ, ita ut ᾱ et ε Dorico more in η coaluerint, ι secundum vulgarem usum ejecto. Idem retinetur in τοιντανт i. e. τῷ 'νταῦτ' pro τῷ ἐνταῦθα, quae potius aphaeresis est quam crasis.

In optativis ἔα et συνέαν ex antiqua scripturae ratione ε pro η positum videtur, non Lesbiorum more ι diphthongi omissum; nam quod in gentili Ἡραφοις ι ejectum est, frequentem omnium Graecorum usum, non minus in alia ejus gentilis forma Ἡραεὺς apud Stephanum conspicuum, sequitur. vid. Lobeck. Parall. p. 27. — Antiquam diaeresin agnovimus in ϜΑλείοις, λατρειομενον,

quae *FΑλήϊοις* et *λατρηϊώμενον* proferenda esse judicavimus, et quod diphthongus $\overline{ει}$ ex antiqua tituli scriptura per $\overline{ε}$ proferri videtur et quod dialecti antiquiorum tenaces in similibus diaeresin tuentur; nam gentile *Ἠλεῖος*, quod quomodo a terrae nomine *Ἦλις* derivari posset, antiqui dubii haerebant (vid. Steph. Byz.), ab eponymi herois nomine *Ἠλεὺς* descendere videtur, ut *βασίλειος* a *βασιλεὺς*; deinde *λατρεῖον*, unde *λατρειόω* (utraque vox alias non obvia), non aliter nascitur e *λατρεὺς* aut, sicuti *μαντεῖον*, *πρυτανεῖον* a *μάντις*, *πρύτανις*, ab usitatiore forma *λάτρις*. Igitur *FΑλήϊος*, *λατρηϊώμενος* eodem jure antiquiora habenda sunt, quo *βασιλήϊος*, *μαντήϊον*, *πρυτανήϊον*.

4) In declinatione notabilis est nominativi forma *τελέστα* pro *τελέστης*, quam grammatici Aeolibus, Boeotis, Thessalis, Dryopibus, Macedonibus tribuunt. vid. §. 20, 2.; plenior tamen forma servata est in *Fέτας*. — Dativus pluralis declinationis secundae breviore terminatione utitur *τοῖρ FΑλήϊοις* etc. — In declinatione tertia non contrahuntur *Fέτεα*, *γράφεα*.

In conjugatione *καδδαλήμενος* Lesbiorum et Boeotorum more conjugationem in $\overline{μι}$ sequitur; contra in *καδδαλέοιτο* vulgaris terminatio conspicitur. Singulare est *ἐγραμμένος* pro *γεγραμμένος*.

Praepositiones apocopen patiuntur in *καδδαλέομαι* et *παρ πολέμω* pro *περὶ*; adeo novus apocopae usus apparet in *τά τ' ἀλλ* pro *ἄλλα*, nisi forte recte Hermannus suspicatus est, lapicidae culpa $\overline{α}$ excidisse.

Jam apparet Eleorum dialectum non temere Atticis semibarbaram visam esse; tantum a vulgari Graecitate abhorret, quanquam nihil e peregrinis linguis intermixtum est. Quibus differt a dialectis Attica et Ionica, ea partim cum antiquioribus et Doribus et Aeolibus communia habet, ut digamma, $\overline{α}$ pro $\overline{η}$, diaeresin, praepositionum apocopen (cum Doribus et Boeotis $\overline{α}$ pro $\overline{ε}$ in nonnullis), alia cum solis Aeolibus, ut nominativum in $\overline{α}$ pro $\overline{ης}$, verba contracta conjugationem in $\overline{μι}$ sequentia, alia cum La-

conibus, ut σ̄ in ϱ̄ mutatum et fortasse spiritum asperum pro sigma; alia denique propria sibi habet, maxime ᾱ pro ε̄ et η̄ in multis. Igitur ne ipsa quidem dialectus Strabonis Aeolicam eam vocantis auctoritatem confirmat. Propius enim accedit ad Doricam et Laconicam maxime dialectum, ita tamen ut optimo jure peculiaris dialectus, non Doricae varietas quaedam habeatur.

§. 53.

De dialecto Arcadica.

De Arcadum dialecto grammatici paucissima tradunt, pauca cognoscuntur e titulis Tegeaticis, quae aliqua certe ex antiqua proprietate servarunt. Sunt vero hi: in Corp. Inscr. nr. 1513, quem titulum corruptissimum Boeckhius e variis frustulis consuit; initium tamen v. 1—4 a solo Corsinio traditum non videtur nisi casu cum sequentibus junctum esse, extrema pars postea emendatius exhibita est a Leakio *Morea* nr. 1; deinde C. I. nr. 1514, pauca verba continentes, et pauciora etiam antiquiores tituli nr. 1512 et 1520, apud Leakium *Mor.* nr. 52 et apud Rossium in Inscriptionum Graecarum Fasc. I. nr. 7. E reliquis inscriptionibus Tegeaticis nr. 1511 foederis Peloponnesiaci auctoritate exarata purum Dorismum refert, nec minus aliae recentiores, maxime Ross. nr. 1 et quam idem edidit in Ephemeridibus Halensibus (*Intelligenzblatt* 1838 nr. 40); Megalopolitanae non differunt fere a vulgari Dorismo; nam quod in nr. 1539 tenuem pro aspirata habent *προκάτιστε* et *Πίτιον*, quam Arcadicae dialecti proprietatem judicavit Boeckhius, Fourmontio, cujus e schedis omnis ejus tituli cognitio manavit, non magnam fidem habeo, praesertim quum aspirata ibidem conspiciatur in *μηθεὶς*, *ἀφ' ἑσπέρας* et *ν(εμό)μεθα*, quanquam hic Muelleri apographum aeque *-μετα* praebet.

E certioribus fontibus haec de Arcadica dialecto comperta habemus:

Spiritus asper scriptus reperitur in Rossii antiquiore

titulo nr. 7 in *Ἑρμείας*, *Ἡρακλῆς*; adeo pro σ in media voce *ἐποίηἑ* apud Leakium nr. 52 i. e. *ἐποίησε*. vid. infr. — Digamma apparet in antiquiore frustulo nr. 1520, ubi *Fασστυοχο* ab *ἄστυ*; contra in nr. 1513, 14. 19 neglecto digamma legitur *μέτοικοι*, pro eo, quod est in antiquis titulis Argivis nr. 14. 19, *πεδάFοικοι*.

Sigma Doriensium nonnullorum et aliorum more (vid. §. 52. not. 6) omissum esse aut potius in spiritum asperum transisse, inde colligere licet, quod Teleclides, scriptor Atticus, Eutresii, oppidi Arcadici incolas, *Εὐτρηΐους* vocavit [1]), ipsorum haud dubie usum sequutus. Accedit Leakii titulus antiquus nr. 52, in quo *ἐποιεἑ* i. e. *ἐποίησε* asperum pro sigma habet. Servatur tamen σ in reliquis titulis, nr. 1512 *Σωσίας*, 1513 *Δαμέσας*, *Νικασίας*, 1514 *Σωσικλῆς*. — Non mutantur σ finale neque ϑ, de quo monere voluimus, si quis forte Laconicae et Eliacae dialectorum proprietates eas Arcadicae communes fuisse suspicetur. — Pro β testibus grammaticis [2]) Arcades ζ proferebant in *ἐπιζαρέω* et *ζέρεϑρον* i. e. *ἐπιβαρέω* et *βάραϑρον*; illo etiam Euripides usus est Phoen. 45, hoc Macedonicum dicitur ab Eustathio p. 695, 34 et 1715, 38. Inde Porsonus ad Eur. l. l. Arcadicum esse suspicatus est *ζέλλω* pro *βάλλω*, quod dialecto non nominata traditur ab Hesychio s. v. *ζέλλειν*, *βάλλειν* et *ἔζελεν*, *ἔβαλεν* et Et. M. 408, 42 *ζέλλω τὸ βάλλω, ὅϑεν ζέλλειν τὸ βάλλειν*. — Pro *κλῆρος* Arcades dixerunt *κρᾶρος*, ut apparet e nomine tribus *Κραριῶται* nr. 1514, quam Pausan. VIII, 53, 3 *Κλαρεῶτις* vocat. Comparandi sunt antiquorum Atheniensium *ναύκραροι*.

---

1) Hesych. *Εὐτρηΐους τοὺς ἀπὸ Εὔτρης* (leg. *Εὐτρησίου*) *πόλεως τῆς Ἀρκαδίας· Δωρικῶς δὲ εἴρηκε Τηλεκλείδης· ϑέλει γὰρ εἰπεῖν Εὐτρησίους*.

2) Eust. 909, 27. *τὸ ἐπέβρισαν, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἐπεζάρησαν οἱ Ἀρκάδες φασίν· ὅϑεν καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τό· ἐπεζάρει Σφίγξ· εἰ δὲ καὶ ζέρεϑρον τὸ βάραϑρον οἱ αὐτοί φασιν, οὐ πάνυ δῆλον, εἰ μὴ ῥητῶς πον εὑρεϑείη παρασημανϑὲν ὑπό τινος γλωσσογράφου*. Strab. VIII. p. 389 Cas. *τῶν βαράϑρων, ἃ καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες ζέρεϑρα*.

E vocalibus vulgare ε̄, non Doricum et Boeoticum ᾱ, est in ἱερῆς nr. 1513 pro ἱερεύς; adeo praefertur ε̄ in ζέρεθρον pro βάραθρον et ζέλλω pro βάλλω, si hoc recte Arcadicum judicatur, et fortasse Τιμοκρέτης 1513, 27, quanquam Δεξικράτης, Σωσικράτης sunt l. 13. 26. Contra ᾰ pro vulgari et Dorico ε̄ est in Hesychii glossa Arcadica θύρδα, ἔξω i. e. θύραζε. Correptum ᾰ praeterea in ŏ mutatur in ἑκοτόνβοια pro ἑκατόμβοια, quod legitur in titulo nr. 1513, a, ubi praeterea nihil non est vulgare; ipsum ἑκατόμβοια traditur in nr. 1513, b, quod ejusdem inscriptionis aliud apographum esse videtur. — Longum ᾱ pro vulgari η̄ reperitur, ubi est apud Dores, Δαμοκλῆς 1512. 1513, Ἀριστείδας, Ἀθαναία, Κραριῶται 1513 etc. — Mirum est Ποσοιδᾶν apud Ross. nr. 7, quocum si comparare velis Aeolicum ὄνοιρος (§. 15, 5), ipsi tamen Lesbii Ποσείδαν dixerunt. — Ceterum η̄ et ᾱι non patiuntur Boeoticas mutationes.

In genitivo declinationis secundae singulari contractionis genere antiqua terminatio ᾱō transit in ᾱῡ, Ἀπολλωνίδαυ nr. 1513, 52 et 1514, Ἔαυ et Εὐμηλίδαυ 1513, 16. 50; nam in Φιλλία 1514 in fine ῡ addendum videtur. Eadem contractionis ratio quum apud Boeotos in Σαύμειλος, Σαυκράτειος reperiatur (vid. §. 43), in Tegeatico titulo 1512 legitur Σωσίας, non Σαυσίας, ut incertiora alia omittamus. Dorica contractionis ratio valet in Ποσοιδᾶν Ross. nr. 7, et Περίλας Leake nr. 1, si verius hoc est, quam Περίλαος, quod Boeckhius edidit nr. 1513, 32. — In genitivo declinationis secundae Arcades cum Lesbiis, Boeotis, Doriensium parte terminationem ω̄ habent, Οὐτίω 1513, 8, Μόσχω 1514, deinde apud Leakium nr. 1 Σίμω, cum quo consentit Gellii apographum, cui Boeckhius Pouquevillii Σιμων . . . praetulit 1513, 32, Πραξιδάμω (B. 1513, 45 Πραξιδλκτω), Γόργω (B. 1513, 54 Γόρτυ). — In declinatione tertia notabilis est nominativus ἱερῆς pro ἱερεὺς 1513, 6. 27. 30, quam formam Doricae dialecto adscribit Priscian. VI. p. 283 ex Herodiano. Nomina propria in κλης semper contracta legun-

tur, ut *Ἡρακλῆς* Ross. nr. 7, *Δαμοκλῆς* nr. 1512 etc.; in obliquis casibus voces in $\overline{ης}$ non contrahuntur, ut *Ξενοφάνεος*, *Τιμοκλέος* 1513 etc.

Quantum igitur judicare licet, Arcadica dialectus alia habebat cum Doribus et Aeolibus communia, ut digamma, ᾱ pro η̄, ω̄ pro ου̅, alia severiori Dorismo fere propria, maxime asperum pro sigma et terminationem $\overline{ης}$ pro $\overline{ευς}$, alia paene peculiaria, ut ᾱυ̅ in genitivis declinationis primae. Nihil reperitur, unde arctior cum Aeolicis dialectis cognatio appareat et Straboni Arcades Aeolice loquutos esse affirmanti aliqua fides accedat.

§. 54.

De reliquis dialectis Pseudaeolicis.

1) De Achaeorum dialecto nihil fere certi compertum habemus. Praeter paucas grammaticorum, maxime Hesychii, glossas, unde nihil de linguae indole apparet, unica fere inscriptio C. I. nr. 1542 superest, quae non tota vulgari lingua utitur, sed nonnulla plane Dorica praebet, *εἶμεν*, *δόμεν*, *δαμιοργῶν*. Et Achaeos ᾱ Doricum pro vulgari η̄ habuisse et magistratus *δαμιοργῶν* nomen etiam aliunde notum (vid. Boeckh ad nr. 4 et 1542) indicat et *ἀρετᾶς* in titulo Patrensi 1544. Unde, quae in nr. 1542 Attica reperiuntur *εἰρήνης καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν* etc., ab antiqua Achaeorum dialecto aliena esse, confidenter contendere licet. Achaeis propria est correptio in *δαμιοργὸς*, de qua constat e nr. 1542. 1543. 1567, dum scriptores Dorica forma *δαμιουργοὶ* aut *δημιουργοὶ* utuntur. Ceterum Achaeos Dorice loquutos esse. confirmat Strabonis testimonium (§. 1 not. 1); utrum Doricam linguam, invalescente Doriensium per Peloponnesum auctoritate paullatim adoptaverint, quae est Strabonis opinio, an antiquitus dialecto simili usi sint, non liquet.

2) Aliquanto melius constat de lingua Locrorum, Phocensium, Aetolorum, Acarnanum, quorum inscriptiones haud paucas habemus, nondum vulgari lingua usas.

Eo pertinent inscriptiones Locricae C. I. 1751. 1752 valde corruptae, praeterea 1567. 1594. 1607, quas Boeckhius [1]) non recte Chaliae, oppido Boeotico dedit, quum potius Chalaeo, Locrico oppido, originem debeant; Delphicae 1688. 1690—1694. 1699—1710 et apud Rossium nr. 67 et 71; aliae Phocicae 1724, b et 1725 corruptissimae et apud Rossium 73. 74. 75. 81. 82. 85; Aetolicae 1756. 1757. 2350. 2351. 3046; Acarnanica 1793; postremo Thaumacenses 1771—1773, quae non Thessalica dialecto, sed eodem linguae genere utuntur, quod in vicinorum Aetolorum et Locrorum inscriptionibus observatur. — Ceterum plerique ex illis titulis tertio aut secundo ante Chr. saeculo scripti sunt; antiquiores sunt soli Delphici 1688, qui Ol. 100, 1 exaratus est, et 1690.

3) In omnibus his titulis dialectus non multum discrepat a vulgato Dorismi genere, quod diphthongos $\bar{\epsilon\iota}$ et $\bar{o\upsilon}$ nunquam mutat in $\bar{\eta}$ et $\bar{\omega}$. Reconditiora quaedam, neque tamen minus Dorica, reperiuntur in antiquioribus Delphicis 1688. 1690. Sed praeter Dorica, quae nunc praeterire satius est, nonnulla his inscriptionibus insunt,

---

1) Tres illi tituli, exarati in eodem lapide ad Asopum in Boeotia reperto, originem debent oppido cuidam *Χαλείῳ*, quod in ultimo nominatur. Id Boeckhius non diversum esse judicavit a Boeotico oppido ad Euripum sito, quod apud unum Stephanum e Theopompo commemoratum *Χαλία* audit. At praeterquam quod nominis discrepantia major est et quod Chalia ea aetate, siquidem superstes erat, vix autonomiam, quam titulorum ratio prodit, servasse putanda est, maxime Boeckhio adversatur dialectus Dorica in titulis Boeoticis inaudita. Potius Locrorum Ozolarum oppidum *Χάλαιον* (de quo vid. Steph. Byz. et intt.), intelligi jubent, praeter dialectum et nominis formam levius mutatam, civis Aegiensis, cui proxenia Chaliensium datur in nr. 1567, et homo Amphissae habitans, in nr. 1607 Apollini *νασιώτᾳ*, cujus templum Chalii fuisse videtur, mancipium vendens; nam Chalaeensibus frequens cum Amphissa et Aegio commercium fuisse, non mirum est oppidi situm reputanti. Quomodo factum sit, ut lapis ad Asopum, haud multo remotiorem a Chalaeo quam a Chalia, deferretur, nescimus.

quae potius cum Aeolicis dialectis cognationem quandam produnt. Sunt vero haec:

In titulo Delphico 1693, qui circa a. 270 a. Chr. exaratus est, declinationis tertiae dativi pluralis mira quaedam forma bis legitur, *ἀγώνοις* l. 3 et *ἐντυγχανόντοις* l. 7; hoc enim nullo jure a Boeckhio in *ἐντυγχανόντεσσι* mutari, Rossius e suo titulo nr. 67, qui quum non multum ab illo discrepet, easdem formas *ἀγώνοις* et *ἐντυγχανόντοις* l. 13. 25 offert, rectissime docuit. Eandem dativi rationem Aetolis vicinis in usu fuisse, ab Aristophane grammatico [2]) traditum erat, ex Aetolorum ad Milesios epistola *γερόντοις* et *παθημάτοις* pro *γέρουσι* et *παθήμασι* afferente. Praeterea non diversum est Boeoticum *ἤγυς* 1569, a. III. pro *αἴγοις*, *αἶξι*, nec fortasse *ὄσσοις* apud Sapph. 28 et *ὄσσοισι* apud Hesiod. Sc. 426. Quod Aristophanes haec ita nata esse dicit, ut genitivus in nominativum abierit, inde noli Aetolis et reliquis novas formas *γέροντος*, *γερόντου*, *γερόντῳ* etc. obtrudere (cf. §. 22, 1); sed dativi pluralis haec rarior forma, in septentrionali maxime mediae Graeciae parte usitata, potius contractione quadam ex antiquiore *γερόντεσσι* ita nata videtur, ut apud Latinos q u i s e q u i b u s, p o ë m a t i s e p o ë m a t i b u s.

Praepositionis *ἐν* cum accusativo conjunctae usus, a grammaticis [3]), qui exempla afferunt *ἐν χόρον*, *ἐν τὰν ἀγο-*

---

2) Eust. 279, 38. *εἰ δὲ διὰ τὴν τοῦ ῥ χρῆσιν μόνην ἐκληροῦντο οἱ Ἐρετριεῖς τὸ βαρβαρόφωνον, τίνες ἂν καλοῖντο οἱ Αἰτωλοὶ ἀλλόκοτα λαλοῦντες· ὡς ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης παρέπηξεν οἷς ἔφη περὶ καινοτέρων λέξεων· τὴν γὰρ γέρων γέροντος γενικὴν ἀναγαγόντες εἰς εὐθεῖαν γράφουσιν οὕτω· Μιλασίοις καὶ ταῖς συναρχίαις καὶ τοῖς γερόντοις· τούτεστιν ἐπιστέλλομεν οἱ Αἰτωλοὶ τοῖς Μιλησίοις καὶ τὰ ἑξῆς· τὸ δ' αὐτὸ, φησὶ, φαίνεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ παθήματος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· μὴ καταγελᾶτε τοῖς ἐμοῖς παθημάτοις* (unde haec?).

3) J. Gr. 243, b, Greg. C. 355, Meerm. 658; vulgo opinantur, apud hos grammaticos omnia inde a verbis *Κρῆτες τὸ διαπαντὸς αἰὲς* Cretica esse, quum accuratius inquirenti pateat post unicam illam Creticam glossam reliqua ad Dores in universum referri. — Eust.

ϱὰν, Doricus vocatur. At Doriensibus illum morem non alia de causa adscribi, quam quod Pindaro, cujus dialectum Doricam putabant, proprius est, et Eustathius prodit et prius reliquorum exemplum, quod est Pindaricum e Dith. fr. 3. Eodem alii utuntur, qui ἐν cum accusativo et Boeotis et Pindaro tribuunt. vid. §. 47, 2. Nunquam hic usus in puri Dorismi fontibus observatur; praeter Pindarum (vid. praeterea Pyth. II, 11. 86, V, 36) et Boeotos non reperiuntur nisi haec exempla: in titulo Delphico 1688, 15 ἐν δύνασιν et l. 49 ἔντε pro ἔςτε, quod est ex ἐςότε natum; in Hyampolitano apud Rossium nr. 85 ἐν αὐτοὺς; in Aetolorum decretis 2350, 6 τὰ ἐν Αἰτωλίαν καταγόμενα, l. 9 πρεσβεύσαντας ἐν Κέω; nr. 3046, 18 ἐν τοὺς νόμους, quod ex Hesselii meliore apographo restituendum est pro εἰς τοὺς νόμους, quod Boeckhius Chishullo nullius fidei homini acceptum debet [4]; postremo in Thaumacensibus 1771. 1772 pro ἐπὶ τὸν ἅπαντα χρόνον, quod Boeckhius e Dodwello recepit, Leakius, insignis vir fidei, ἐν τὸν ἅ. χ. tradit, quod quum praeferre non dubitemus, adeo in nr. 1773, qui a solo Dodwello traditur, idem e conjectura restituendum esse judicamus.

Alia ejus generis sunt: παρέχοισαν in titulo Delphico 1702 pro παρέχοιεν, quum longior haec terminatio Boeotis tribui soleat, vid. §. 46, 2 [5]; ἀνατεθέκαντι et ἀνατεθε-

---

1839, 3. ἔθος Δωριεῦσιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου φαίνεται, συντάσσειν ἔστιν ὅτε τὴν ἐν πρόθεσιν μετὰ αἰτιατικῆς.

4) Boeckhius hoc praetulit, quod l. 16. εἰς τοὺς νόμους sine varia lectione extat; neque tamen est, cur in titulo Tei a Tejo haud dubie inciso talem dialecti inconstantiam miremur.

5) Eandem terminationem, hellenisticae linguae frequentatam, Heraclide ap. Eust. 1759, 36 teste οἱ τῇ Ἀσιάνῃ φωνῇ et οἱ Ἑλληνίζοντες ἐν Κιλικίᾳ utebantur, secundum Ann. Bekk. 91, 14 Ἀλεξανδρεῖς, contra secundum Aristophanem ap. Eust. 1761, 30 Chalcidenses, quem quum alii sequuti sint (vid. Maittair. ed. Sturz p. 299) apud Tzetz. ad Lyc. 21 recte Maittairius ἐσχάζοσαν Χαλκιδικὸν pro Χαλδαϊκὸν legi jubet, nec minus corruptum est Καλχηδονιέων apud Choerob. Bekk. 1291 e Χαλκιδέων. Temere Phavor. in Lex. s. v. ἐφύγοσαν Doricum vocare videtur.

μένος in Phocico apud Rossium nr. 81, cui comparandum est Boeoticum *ἀποδεδόανθι* 1569, a. III; Aeolicus accusativus *Δαμὼν* ibidem; praepositionis *περὶ* elisio in *πέροδος* in Delphico 1688, 18, quanquam ibidem l. 18 est *περιϊεῖεν*, quum voculae elisio et apocope Aeolicae sint, vid. §. 28, 2, praeterea apud Pindarum reperiantur, ut *περόδοις* Nem. XI, 40, et in foedere Eleorum *παρ πολέμω* pro *περὶ πολέμου*.

4) Jam intelligitur, dialecto in hac mediae Graeciae parte vigenti aliquam esse cum Aeolicis dialectis, maxime Boeotica, cognationem, neque tamen eam, ut a Dorica, quacum multo plura communia habet, disjungi possit. At dubitaverit aliquis, an Dorica lingua non antiquitus his populis in usu fuerit, sed eodem modo sit adoptata et paucis antiqui Aeolismi reliquiis temperata, quo in Arcadicae locum successerit. Cui quanquam concedimus, Corinthiorum coloniis aliquam vim tribui posse in Acarnanum linguam, antiquae Creticae in Delphicam, Trachiniae et Messeniorum Naupactiae in vicinorum linguam, non erat tamen unquam ea Doriensium apud reliquos Aetolos, Phocenses, Locros auctoritas, ut ea dialecti mutatio fieri potuerit, quam inscriptiones produnt. Itaque Straboni, illos populos Aeolicos eorumque dialectos Aeolicas vocanti, minus credimus, quam iis, qui Aetolos Doribus adnumerant, Crisaeorum linguam dialecto Doricae. vid. §. 1. not. 5. 6.

Appendix.

Alcaei fragmenta.

*1. (20)

Ὦ 'ναξ Ἄπολλον, παῖ μεγάλω Δίος.

2. (22)

Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδεις, σὲ γάρ μοι.

3. (54)

Ὦ 'νασσ' Ἀθανάα πολε(μήδοκος),
ἅ ποι Κορωνείας ἐπὶ λαΐω
ναύω πάροιθεν ἀμφι(βαίνεις)
Κωραλίω ποτάμω παρ' ὄχθαις.

4. (25)

Ἄεισον ἄμμι
τὰν ἰόκολπον.

5. (24)

Δεινότατον θέων
ἐγέννατ' εὐπέδιλλος Ἶρις
χρυσοκόμᾳ Ζεφύρῳ μίγεισα.

---

3) ἄσσ' Ἀθάνα ἀπολε . . . . ἀπὸ Κ. ἐπιδεων αυω. Recepimus Welckeri supplementa et emendationes, nisi quod ὦ 'νασσ' maluimus quam ἄνασσ' propter ὦ 'ναξ fr. 1 et propter antecedens apud Strabonem λέγων, unde facilius syllaba ων excidere poterat, deinde ποι quam που vid. §. 29, 3; Schn. e Κοιρωνίας in cod. Par. finxit Κορωνίας, quod esset Boeoticum.

5) γείνατο. — εὐπέδιλος, vid. §. 8, 8. — μιχθεῖσα.

6. (71)

Ὥστε θέων μηδέν' Ὀλυμπίων
λῦσαι ἄτερ Ϝέθεν.

7. (1)

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χάλκῳ· παῖσα δ' Ἄρῃ κεκόσμηται στέγα
λάμπραισιν κυνίαισι, καττᾶν λεῦκοι καθίπερθεν ἴππιοι λόφοι
νεύοισιν, κεφάλαισιν ἄνδρων ἀγάλματα· χάλκιαι δὲ πασσάλοις
κρύπτοισιν περικείμεναι λάμπραι κνάμιδες, ἄρκος ἰσχύρω βέλευς,
θώρακές τε νέω λίνω, κώϊλαί τε κατ' ἄσπιδες βεβλήμεναι·
πὰρ δὲ Χαλκίδικαι σπάθαι, πὰρ δὲ ζώμματα πόλλα καὶ κυπάσσιδες,
τῶν οὐκ ἔστι λάθεσθ', ἐπειδὴ πρώτισθ' ὑπὰ Ϝέργον ἔσταμεν τόδε.

8. (46)

Βλήχρων ἀνέμων ἀχείμαντοι πνόαι.

*9. (52)

Γαίας καὶ νιφόεντος ὠράνω μέσοι.

10. (2)

Ἀσυνέτην καὶ τῶν ἀνέμων στάσιν·
τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ὂν τὸ μέσσον
νᾶϊ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ

---

6) *λυσεατερ γεθεν.*

7) *πᾶσα*, vid. §. 10, 3. — *στέγη*; 2. *καθύπερθεν*, vid. §. 12, 6; 3. *νεύουσιν*; 5. *νέῳ λίνῳ*. — *κοῖλαι*, Schn. cum Seidlero *κόϊλαι*, vid. §. 18, 2; 6. *ζώματα*, vid. §. 8, 10. — *κυππαττίδες*. Schn. cum Mehlhornio *κυπαττίδες*, vid. §. 9, 2; 7. Schn. *πρώτιστ'*, vid. §. 4, 5. — *ὑπὸ*, vid. §. 12, 2. — *ἔργον*.

10) Schneidewinus e Cocondrio corruptum *συνίημι* recepit, cum Lobeckio quoddam hujus verbi inclinamentum olim scriptum fuisse opinatus; nos e Heraclidis libris restituimus *ἀσυνέτην καὶ*, quem non intellexerant esse infinitivum Aeolici verbi *ἀσυνέτημι* (de quo

χείμωνι μόχθεντες μεγάλῳ μάλα·
'περ μὲν γὰρ ἄντλος ἰστοπέδαν ἔχει,
λαῖφος δὲ πὰν ζάδηλον ἤδη
καὶ λάκιδες μέγαλαι κατ' αὖτο.

11. (3)

Τὸ δηὖτε κῦμα τῷ προτέρῳ νέον
στοίχει, παρέξει δ' ἄμμι πόνον πόλυν
ἄντλην ἐπεί κε νᾶος ἐμβαί-
νη — — — —

12. (4)

Νῦν χρὴ μεθύσθην, καί τινα πρὸς βίαν
πώνην, ἐπειδὴ κάτθανε Μύρσιλος.

13. (7)

Μέλαγχρος αἴδως ἄξιος εἰς πόλιν.

14. (10)

Λόφον τε σείων Κάρικον.

---

vide Theodosium testantem §. 26 not. 1), hoc sensu: (vides) etiam ventorum seditionem insanire, cf. Mus. Rhen. et de producto σὺν §. 8, 7; 3. ἀν, vid. §. 12, 2; μοχθεῦντες, vid. §. 26, 10; 6. παρ, quod retinet Schneidewinus, vid. §. 28, 2; πᾶν, vid. §. 21, 8.

11) τὸ δὲ εὖγε — νεομωστιχει, Schn. cum Seidlero τῶν προτέρων ὄμω στίχει, ubi neque ὄμω pro locativo ὁμοῦ (vid. §. 29, 3) Lesbiacum est, nec στίχει pro στείχει. Nos Hermanni emendationem in D. M. p. 688 sequuti, nisi quod pro ὁμοστιχεῖ, quod versuum rationem minus aptam postulat, dedimus στοίχει i. e. στοιχεῖ, nova unda priorem deinceps sequitur. cf. Mus. Rhen. — πόνων πολλὴν; 3. καὶ. — ἐμβαίνει, Schn. cum Seidlero ἔμβᾳ, quod non minus ἐμβῇ esse debebat, quam ἐπιβῇ Doricum est in tabulis Heracleensibus. De versuum Alcaicae strophae tertii et quarti conjunctione, quam ἐμβαίνη i. e. ἐμβαίνῃ (§. 24, 6) scribendo effecimus, cf. fr. 24.

12) μεθύσκειν. — πονεῖν, vulgo e Stephani conjectura πίνειν, vid. §. 25, 1 et Mus. Rhen.

15. (12)

Ἄνδρες γὰρ πόλιος πύργος Ἀρήϊοι.

17. (14)

Ὤνηρ οὗτος ὁ μαιόμενος τὸ μέγα κρέτος
ὀντρέψει τάχα τὰν πόλιν, ἃ δ' ἔχεται ῥόπας.

18.

Οὐδέπω Ποσείδαν
ἄλμυρον ἐστυφέλιξε πόντον.

* 19.

Ἔπταζον ὡς ὄρνιθες ὦκυν
αἴετον ἐξαπίνας φάνεντα.

* 20.

Ἄρευ δαΐφοβος δαΐκτηρ.

* 21.

Τὸ γὰρ
Ἀρευϊ κατθάνην κάλον.

* 22.

Μῖξαν δ' ἐν ἀλλάλοις Ἄρευα.

* 23.

Ἄρευος στρατιωτέροις.

---

15) *πόλεως.* Duos versus, quos Schneidewinus cum Bergkio praemisit, noluimus recipere, quia ipsa poëtae verba incertissima sunt. Eandem ob causam omisimus fr. 16.

17) *κράτος τρέψεις τάχα τὴν*, Schn. *ἀντρέψει*, vid. §. 12, 2.

19) *ἐξαπτήνας.*

20) *δι' ὁ φόβος διακτήρ.*

21) *καταθανεῖν*, Schn. *κατθανεῖν*, vid. §. 14, 1.

22) *δὲ ἀλλήλοις.*

24. (9)

. . . . ῎Αλκαος σῶος . . . . . .
. . . . . . Ἀρήϊ ἔντεα δ᾿ οὐκ (ἴσως)·
αὖτον (δ᾿) ἀλυκτόρινον εἰς Γλαυ-
κώπιον ἶρον ὀνεκρέμασσαν
. . . ῎Αττικοι.

25. (67)

Ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς ἐλεφαντίναν
λάβαν τῶ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων.

26. (8)

Κτέννας ἄνδρα μαχαίταν βασιλήϊον
παλαίσταν ἀπολείποντα μόνον μίαν
παχέων ἀπὺ πέμπων.

27. (27)

῞Υει μὲν ὁ Ζεῦς, ἐκ δ᾿ ὀράνω μέγας
χείμων, πεπάγαισιν δ᾿ ὑδάτων ῥόαι.
— — — — — — — —
— — — — — — —
κάββαλλε τὸν χείμων᾿, ἐπὶ μὲν τίθεις
πῦρ, ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως
μέλιχρον, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
μάλθακον ἀμφι(τίθη) γνόφαλλον.

---

24) Ἀλκαῖος σῶος ἄρει ἐνθαδ᾿ οὐκ αὐτὸν ἀλυκτορὶν ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ὃν ἐκρέμασαν, Schn. ἔντεα δ᾿ οὐκὶ τὰ οἱ τὸ ἀλίκροτον ἐς Γλαυκωποῦ ἶρον ὀνεκρέμασαν, in quibus offendit metrum insolitum, hexametri exitus spondiacus, intolerabilis hiatus τὸ ἀλίκροτον, οὐκὶ vix Aeolicum. Ex iis, quae nos restituere ausi sumus, Ἀρήϊ et ῥινὸν suspicatus est Welcker, Γλαυκώπιον Dindorfius; de ῎Αλκαος vid. §. 16; cum nova voce ἀλυκτόρινον i. e. scutum firmum confer Hesiodi ἀλυκτοπέδαι, de junctura versuum Alcaïcae strophae tertii et quarti vid. fr. 11, in universum cf. Mus. Rhen.

26) Ἀντιμενίδαν φησὶν Ἀλκαῖος, — κτείναντα — ἄνδρα μαχαίταν βασιλήων παλαιστὰν (Schn. e cod. παλαστὰν) ἀπολιπόντα μόνον ἀνίαν τ᾿ ἀχέων (cod. παχέον) ἀποπέμπων; de ἀπὺ, quod nos pro ἀπὸ scripsimus, vid. §. 12, 7.

27) ὠρανῶ. — πεπάγασιν, vid. §. 10, 5.

28. (29)

Οὐ χρὴ κάκοισι θῦμον ἐπιτρέπην·
προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι.
ὦ Βύκχι, φάρμακον δ' ἄριστον
οἶνον ἐνεικαμένοις μεθύσθην.

29. (32. 33)

Ἀλλ' ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέραισιν
περθέτω πλέκταις ὑποθύμιδάς τις,
καδ δὲ χευάτω μύρον ἆδυ κατ τῶ
στήθεος ἄμμι.

30. (5)

Τὸν κακοπάτριδα
Πίττακον πόλιος τᾶς ἀχόλω καὶ βαρυδαίμονος
ἐστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαίνεντες ἀόλλεες
ἀθρόᾳ ∪ ∪ φώνᾳ.

31. (28, a et * v. 4. 5 Sapph. 48 N.)

Τέγγε πνεύμονα Ϝοίνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,
ἁ δ' ὤρα χαλέπα, πάντα δὲ δίψαισ' ὐπὰ καύματος.
ἄχει δ' ἐκ πετάλων Ϝάδεα τέττιξ, πτερύγων δ' ὔπα
κακχέει λιγύραν . . . . . ἀοίδαν . . . . ὄπποτα
**φλόγιον καθέταν ἐπιπτάμενον καταυδείη.*
ἄνθει δὲ σκόλυμος· νῦν δὲ γύναικες μιαρώταται,
λέπτοι δ' ἄνδρες, ἐπεὶ καὶ κεφάλαν καὶ γόνα Σείριος
ἄζει.

---

28) *μῦθον.* — *ἐπιτρέπειν*, vid. §. 14, 1.

29) *ἀνήττω* Schn. — *ταῖς δέραις*, Schn. *ταῖσι δέῤῥαις*, vid. §. 20, 4; 2. *πλεκτὰς ὑποθυμιάδας.* — *καδ δ' ἐχεύατο* Ms. Epit. Athen.

30) *πόλεως.* — *ἐπαινέοντες*, Schn. *ἐπαινεῦντες*, vid. §. 26, 10.

31) *τέγγε πνεύμονας οἴνῳ* et *οἴνῳ πνεύμονα τέγγε*; 2. *ὑπὸ*, vid. §. 12, 2; 3. *τάδε ἂν τέττιξ.* — *ὑπὸ*; 4. *ὅτι ποτ' ἄν*, Schn. *ὁππόταν*, vid. §. 29, 1; 5. Schneider (vid. Nev. ad Sapph. 48) *καταυλείη*, quod verum putamus, modo scribatur *καταυλέῃ*, ut sit conjunctivus; 6. *ἀνθεῖ δὲ καὶ σκόλυμος· νῦν δὲ μιαρώταται γυναῖκες, λέπτοι δέ τοι ἄνδρες, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα Σ. α.*, Schn. *γόνυ*, vid. §. 8, 7. 11.

32. (28, a)

Πίνωμεν, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

33. (31)

Πίνωμεν· τί τὰ λύχν' ὀμμένομεν· δάκτυλος ἀμέρα·
καδ δ' ἄερρε κυλίχναις μεγάλαις αἶψα ποϊκίλαις.
οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Δίος υἶος λαθικάδεα
ἀνθρώποισιν ἔδωκ'· ἔγχευε κίρναις ἕνα καὶ δύο
πλέαις κακ κεφάλας· ἀ δ' ἐτέρα τὰν ἐτέραν κύλιξ
ὠθήτω.

34. (32)

Κατὰς πόλλα παθοίσας κεφάλας χεῦον ἔμοι μύρον
καὶ κατ τῶ πολίω στήθεος.

35. (35)

Λάταγες ποτέονται
κυλιχνᾶν ἀπὸ Τηΐαν.

36. (30)

Μηδὲν ἄλλο φυτεύσης πρότερον δένδριον ἀμπέλω.

---

33) *τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν*, Schn. *τὸ λύχνον μένομεν*, Pors. *τὰ λύχν' ἀμμένομεν*, vid. §. 12, 2; 2. *ἄειρε*, vid. §. 8, 5. — *αἴ τὰ ποικίλλες*, Schn. *αἶτα ποικίλαις*, ubi inaudita est vocis *αἶτα* quantitas, vid. §. 18, 2 et Mus. Rhen.; 4. *ἔγχευε* pro vulg. *ἔγχεε* ex antiquis ante Casaubonum editionibus revocavimus, vid. §. 5, 5; 5. *πλέαις* pro vulg. *πλείαις* e libris restituimus, vid. §. 16, 2, et cum eo *κακ κεφαλᾶς* (libri *κὰκ κεφαλᾶς*) Porsonum sequuti junximus (cf. Theocr. VIII, 86 *αἶγα, ἅτις ὑπὲρ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα πληροῖ*). — *δ' ἀτέρα*, Schn. *δ' ἀ Ϝετέρα*, in Add. p. 470 *ἀ δ' ἐτέρα*, quum intellexisset, digamma huic voci nunquam fuisse; 6. *ὤθητω* cod. Schweigh., vulgo *ὠθείτω*. vid. §. 26, 8.

34) *Ἀλκαῖος κελεύων καταχέαι τὸ μύρον αὐτοῦ κατὰ τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς καὶ τῶ πολιῶ στήθεος*, Schn. *χεῦσον*, vid. Lobeck ad Buttm. Gr. II. p. 326, neque ipse Schneidewinus in fr. 29 e plerorumque Athenaei librorum lectione *ἐχεύσατο* maluit *χευσάτω* scribere quam *χευάτω*.

36) *μηθὲν* Schn. e libris plerisque, vid. §. 6, 4. — *φυτεύσῃς*, vid. §. 24, 6. — *δένδρον*, vulg. *δένδρεον*, vid. §. 12, 4.

37. (28, b)

῏Ηρος ἀνθεμόεντος ἐπάϊον ἐρχομένοιο.

— — — — — — — —

Ἐν δὲ κίρνατε τῶ μελιάδεος ὄττι τάχιστα
κράτηρα.

38. (34)

Ἄλλοτα μὲν μελιάδεος, ἄλλοτα δ᾽
ὀξυτέρω τριβόλων ἀρυτήμενοι.

39. (26)

Κρονίδα βασίληος γένος, Αἴαν, τὸν ἄριστον πεδ᾽ Ἀχίλλεα.

40. (49)

Ἀχίλλευ ὁ τᾶς Σκυθίκας μέδεις.

41. (50)

Ὡς γάρ δήποτ᾽ Ἀριστόδαμόν φαισ᾽ οὐκ ἀπάλαμνον ἐν Σπάρτᾳ λόγον
εἴπην᾽ χρήματ᾽ ἄνηρ, πένιχρος δ᾽ οὐδεὶς πέλετ᾽ ἔσλος οὐδὲ τίμιος.

42. (59)

Πέτρας καὶ πολίας θαλάσσας τέκνον — — — — — —
— — ἐκ λεπάδων υ — — χαύνοις φρένας ά θαλασσία λέπας.

43. (60)

Ἐκ δὲ ποτηρίων πώνεις Δινvομένῃ παρίσδων.

---

38) ἄλλοτε, vid. §. 29, 1. — ὀξυτέρου. — ἀρητύμενοι.

40) ὅς. — μεδίεις.

41) φασὶν. — εἰπεῖν.

42) Schn. χαίνοισα, pro quo χαίνοις i. e. χαυνοῖς e libris revocavimus, etiam Schweighaeusero probatum, nisi quod sine causa accentum mutari jussit.

43) πώνης Δινvομένη, Schn. πῶ νέοις Δινvομένη, vid. §. 25, 1 et Mus. Rhen. De Dinnomene cf. fr. 73.

44. (36)

Οἶνος γὰρ ἀνθρώποις δίοπτρον.

45. (41. 42)

Ἰόπλοκ' ἄγνα, μελλιχόμειδε Σάπφοι,
θέλω τι Fείπην, ἀλλά με κωλύει αἴδως.

46. (40)

Δέξαι με κωμάσδοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.

47. (37)

Οἶνος, ὦ φίλε παῖ, καὶ ἀλάθεα.

48.

Οὐκ ἔγω Λύκον ἐν Μοίσαις ἀλέγω.

* 49. (Sapph. 33 N.)

Κέλομαί τινα τὸν χαρίεντα Μένωνα κάλεσσαι,
αἰ χρὴ συμποσίας ἐπόνασιν ἔμοι γεγένησθαι.

50. (69)

Ἔμε δείλαν, ἔμε παισᾶν κακοτάτων πεδέχοισαν.

51.

Ἔπετον Κυπρογενήας παλάμαισιν.

52.

Τερένας ἄνθος ὀπώρας.

---

45) *ἰόπλοκ'* Schn. sine causa, vid. §. 4, 5. — *μειλιχόμειδε.* — *τι τ' εἰπῆν.*

46) *κωμάζοντα*, Bl. *κωμάσδοντα.*

47) *ἀλήθεια.*

48) *Μούσαις.*

49) *καλέσαι.* — *εἰ*, vid. §. 15, 8.

50) *πασᾶν*, vid. §. 10, 3.

51) *Κυπρογενήας*, vid. §. 15, 9. — *παλαμίῃσιν.*

53.

Καὶ πλείστοις ἐάνασσε λάοις.

54. (56)

Πρῶτα μὲν Ἄντανδρος, Λελέγων πόλις.

55. (82)

Ἦ ποι
συνᾶγεν ἄνδρων δυςμενέων στρότον
**νομισμενοι (ἐπι)πνεύοισα.*

56. (84)

Πάμπαν δὲ τύφως ἐκ Ϝ'έλετο φρένας.

57. (81)

Τὸ δ' ἔργον ἀγήσαιτο τέα κόρα.

58. (123)

Καί τις ἐπ' ἐσχατίαισιν οἴκεις.

59.

Καὶ θέον ἀμερίοις βρότοισιν.

60. (15)

Αἰ δέ κ' ἄμμι Ζεῦς τελέσῃ νόημα.

61. (47)

Νῦν δ' οὗτος ἐπικρέτει
κινήσαις τὸν ἀπ' ἴρας πύκινον λίθον.

62. (85)

Αἴ κ' εἴπῃς, τὰ θέλεις, (ἦ κεν) ἀκούσαις τά κεν οὐ θέλοις.

---

55) ἦ πον, vid. §. 29, 3. — συναγανδρων δασμένον (Schn. συνᾶγ' ἄνδρων ἀμένην) στρατόν. — πνέοισα, Schn. νόμισμ' ἐπιπνεύοντα.

56) ἐκ δ' ἐλέγετο, Schn. ἐκ Ϝέλετο, in Add. p. 470 Ϝ' ἕλετο.

57) Schn. τὸ Ϝέργον sine justa causa, vid. §. 5, 3. — ἀγήσατο.

60) τελλέσῃ, vid. §. 24, 6.

61) ἐπικρέκει. — κινήσας, vid. §. 10, 2. — τὸν πήρας.

62) εἰ κ' εἴποις. — κ'ου θέλεις.

63. (79)

Τοὶ γὰρ θέων ἰότητ' ὔμμ' ἔλαχον, τῶν γέρας ἄφθιτον ὀνθήσει.

64. (53)

Ὄρνιθες τίνες οἴδ'; ὠκεάνω γᾶς ἀπὺ πεῤῥάτων
ἦλθον πανέλοπες, ποικιλόδεῤῥοι, τανυσίπτεροι.

65. (68)

Νύμφαις, ταὶς Δίος ἐξ αἰγιόχω φαῖσι τετυγμέναις.

66. (94, c)

Αἰ γάρ κ' ἄλλοθεν ἔλθῃ, (ὁ) δὲ φῇ κήνοθεν ἔμμεναι.

67. (72)

Μηδ' ὀνίαις τοῖς πέλας ἀμμέων παρέχην.

68. (44)

Ἐλάφῳ δὲ βρόμος ἐν στήθεσι φυίει φόβερος.

69. (48)

Οὐδέ τι μυνάμενος ἄλλυι τὸ νόημα.

70.

Ἀλλ' ὦ πάντ' ἐφόρεις Ἄλιε.

---

63) τὸ γὰρ θεῶν ἰότητι ὔμμε λαχόντων ἄφυτον θήσει γέρας; nostra sunt τοὶ — ὔμμ' ἔλαχον τῶν et ὀνθήσει, vulg. ἀνθήσει. vid. §. 12, 2. Sensus est: qui deorum voluntate vestrum imperium nacti sunt, eorum (i. e. nobilium) dignitas integra florebit. vid. Mus. Rhen.

64) γὰρ ἀπὸ περάτων vel τὰ σὰ πτέρα, Schn. περάτων ἀπὸ, vid. §. 8, 8. 11 et §. 12, 2. — ποικιλόδειροι.

65) φασὶ. — Schn. τετογμέναις; at τετυγμέναις est pro οὔσαις.

66) φοι, Schn. φη, quod debebat esse φαι, vid. §. 26, 5; de iota subscripto in conjunctivis ἔλθῃ, ubi codex conspirat, et φῇ omisso vid. §. 24, 6.

67) τοι σπλεας υμεων. — παρέχειν, vid. §. 14, 1.

68) φύει, vid. §. 15, 7.

69) ἀλλὰ et ἄλλο, Schn. ἄλλᾳ, vid. §. 29, 3.

71. (91)

Ἄρκαδες ἔσσαν βαλανήφαγοι.

72. (65)

Ἀργάλεον πενία, κάκον ἄσχετον, ἃ μέγαν
δάμναι λᾶον ἀμαχανίᾳ σὺν ἀδελφίᾳ.

73. (70)

Ἦρ' ἔτι Διννομένῃ τῷ τ' Ὑῤῥαδήῳ
τἄρμενα λάμπρα κέατ' ἐν μυρσίνωνι.

74. (51)

Κεῖται περ κεφάλας μέγας
ὤρεος Σιπύλω λίθος.

75. (66)

Ἔκ μ' ἔλασας ἀλγέων.

76. (89)

Καί κ' οὐδὲν ἐκ δένος γένοιτο.

---

72) δάμνησι, Schn. δάμνη, vid. §. 26, 5. — ἀμηχανίᾳ. — ἀδελφίᾳ, vid. §. 12, 4.

73) Διννομένη τῷ τυῤῥακκω. — μυρσίνῳ, Schn. τῷ Γυῤῥαδίῳ — κέοντ' ἐν Μυρσιλήῳ, Nev. ad Sapph. p. 25 Διννομένῃ τῷ τ' Ὑῤῥακήῳ. Accuratius de hoc fragmento disputavimus in Museo Rhenano. Nomina Διννομένης i. e. Versimens et Ὑῤῥάδιος vel Ὑῤῥάδηος i. e. Spurius ab Alcaeo ludibrii causa corrupta sunt e Δεινομένης, qui Pittaci sodalis fuisse videtur, cf. fr. 43 et §. 8. not. 36, et Τυῤῥάδιος i. e. Tyrrae filius, Pittacus, vid. §. 30, 1; in κέατ' alterius syllabae productionem Aeolico poëtae abjudicare nolumus; sensus est hic: adhuc Versimenti (Dinomeni) et Spurio (Pittaco) aptae deliciae jacent in myrteto.

74) κεῖσθαι παρ, Schn. κεῖσθαι ὑπὲρ, vid. §. 28, 2 et Mus. Rhen. — ὡὰς σιμίδα λίθος.

75) Schn. με λᾶσας.

76) καὶ a Schn. omissum, cum aliis e cod. Dorv. Et. M. addidimus.

77. (77)

Ὄττινες ἔσλοι
ὐμμέων τε καὶ ἀμμέων.

78. (94, d)

Ἐπὶ γὰρ τὸ πᾶρος ὀνίαρον ἴκνηται.

79.

Κἀπιπλεύην νάεσσιν.

* 85. (124)

Κόλπῳ σ' ἐδέξανθ' ἄγναι Χάριτες Κρόνῳ.

Omissa a Schneidewino.

86. (15)

Ἄμμιν ἀθάνατοι θέοι
νίκαν.

87. (73)

Ἐμ' αὔτῳ παλαμάσομαι.

88. (74)

Νόον δὲ Fαύτω
πάμπαν ἀέρρει.

---

77) *οἵτινες*, vid. §. 23, 10. — *ἐσθλοὶ ὑμέων.*

78) *πάρος ὀνειαρὸν*, — *ἱκνεῖται*, vid. §. 26, 13.

79) *κἀπιπλεύσειν*, Schn. *κἀπιπλεύειν ναύεσσιν*, vid. §. 14, 1 et §. 5, 6.

80—84) omisimus, quia de ipsis poëtae verbis non constat.

85) *ἐδέξαντ'* Schn. sine causa, vid. §. 4, 5.

86) Apoll. de pron. 124 *ὔμμιν* vid. §. 23 not. 5. — *ἀθανάτοιο ἐοῖνικαν.*

87) Ibid. 103.

88) Ibid. *δ' ἑαυτῷ* vid. §. 23, 7.

89. (75)

Σὺ δὲ σαύτῳ τομίας ἔσσῃ.

90. (76)

Ἀλλὰ σαύτῳ πεδέχων ἄβας πρὸς πόσιν.

91. (78)

Ἄμμεσιν πεδάορον.

92. (80)

Ὄτ' ἄσφ' ἀπολλυμένοις σάως.

93. (81)

Οἴκω τε περ σῶ καίπερ ἀτιμίαις.

94. (86)

Ἔβρος κάλλιστος ποτάμων.

95. (87)

Ἔγω μέν κ' οὐ δέω ταῦτα μαρτύρεντας.

96. (88)

Μὴ (σὺ) μέγαν περὶ
κνάφον περίστειχ' ὀν κύκλον.

97. (90)

Καὶ Σκυθίκαις ὑπαδησάμενος.

---

89) Ibid. *τόμαις*, alii *τομίαις*, vid. §. 15, 3. — *εση*.

90) Ibid. *σαυτω μετέχων*.

91) Ibid. 123 *παιδαορον*.

92) Ibid. 128 *ἀπολλυμένους*, vid. §. 10, 4.

93) Ibid. 125 *οἴκῳ — σῷ*.

94) Scholl. Theocr. VII, 112 *Εὖρος*, vid. §. 5, 5.

95) Et. M. 261, 14 *μαρτυρεῦντας*, vid. §. 26, 10.

96) Ibid. 521, 35 *περιστείχει ἕνα*, vid. §. 12, 2. Matth. *περιστεῖχ' ἀνὰ*, temere comicum Alcaeum intelligi jubens.

97) Suid. Harpocr. Phot. s. v. *Σκυθικαί: Σκυθικὰς*, vid. §. 10, 4.

98. (99)

Εἷς τῶν δυοκαιδέκων.

99. (115)

Παρβάλλεταί σε.

100. (94, c)

Ἀπ πατέρων μάθος.

* 101. (Sapph. 88 Schn.)

Ἀβραδάτᾳ 'π' ἐγχεσπάλῳ ἀλλόμαν.

* 102.

Ὁ δ' ἐξύπισθα κατάθεις.

* 103.

Πατέρων ἄμμων.

* 104.

Ἀμμετέρων ἀχέων.

* 105.

Χαῖρε καὶ πῶ.

* 106.

Τὸ πασσύριον ἀμμέων ἁπάντων γένος.

---

98) Et. M. 290, 48 *εἰς τὸν δυοκαίδεκον*, vid. §. 23, 11.

99) Scholl. Arist. Av. 1647 *παραβάλλεται*, vid. §. 28, 1.

100) Herod. *π. μ. λ.* 35, 15 *ἀππατέρων.*

101) Ibid. 26, 22 *ἄβρα· δεῦτε πά χης πάλαι ἀλλόμαν;* Alcaeo etiam Cramerus dedit corrigens *Ἀβραδάτῃ ἐπ' ἐγχεσπάλῳ ἀλλόμαν*, Sapphoni Bergkius, quem Schneidewinus fr. 88 sequutus est, qui scribunt *ἄβρα δηὖτε πάχῃ σπόλᾳ ἀλλόμαν.* Si Cramerus et nos rectius judicavimus, Alcaeus exul in orientalibus partibus militasse videtur non minus quam frater Antimenidas.

102) Apoll. de adv. 563 et 604.

103. 104) Apoll. de pron. 121 antecedente Alcaei fragmento.

105) Et. M. 698, 52. vid. §. 26. not. 14.

106) Hesych. s. v. *πασσύριον — ἡμῶν*, quod correxit et fragmentum Alcaeo dedit Giesius de dial. Aeol. p. 385.

* 107.

Ὄψι γὰρ ἄρξατο.

Sapphus fragmenta.

---

1. (1)

Ποικιλόθρον' ἀθάνατ' Ἀφρόδιτα,
παῖ Δίος δολόπλοκε, λίσσομαί σε,
μή μ' ἄσαισι μηδ' ὀνίαισι δάμνα,
πότνια, θῦμον.
Ἀλλὰ τυῖδ' ἔλθ' αἴ ποτα κἀτέρωτα
τᾶς ἔμας αὔδως ἀΐοισα πήλυι
ἔκλυες, πάτρος δὲ δόμον λίποισα
χρύσιον ἦλθες
ἄρμ' ὐπαζεύξαισα· κάλοι δέ σ' ἆγον
ὤκεες στροῦθοι περὶ γᾶς μελαίνας,
πύκνα δίνεντες πτέρ' ἀπ' ὠράνω αἴθε-
ρος διὰ μέσσω.
Αἶψα δ' ἐξίκοντο· τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
μειδιάσαισ' ἀθανάτω προσώπῳ,
ἤρε', ὄττι δηῦτε πέπονθα κὤττι
δηῦτε κάλημμι,
κὤττι ἔμῳ μάλιστα θέλω γένεσθαι

---

107) Apoll. de adv. 573, 10 et Herod. π. μ. λ. 26, 9.

---

1) v. 3. *ἀνίαισι*, Turn. *οκιαισι*; 6. *πόλυ*; 8. *χρύσεον*, *χρύσειον*; 9. *ὑποζεύξασα*, Schn. *ὑποζεύξαισα*, vid. §. 12, 2; 10. *πτέρυγας* Schn. vid. §. 28, 2 et Mus. Rhen.; 11. *διννῆντες*, *δινεῦντες*, vid. §. 26, 10; 14. *μειδιάσασ'*; 15. *δ' ἦν τὸ.* — *κὤτι* vel *κ' ὄττι*; 16. *δήν τε* — Schn. *κάλεμμι*, vid. §. 8, 9; 17. *κώτι*, *κ' ὄττι.* — *πείθωμαι σαγήνεσσαν*, Schn. cum Hermanno *πείθω καὶ σαγηνάεσσαν*: at constructio est impeditior et *τίνα* cum antecedente *ὄττι* comparatum docet, hic

μαινόλᾳ θύμῳ· τίνα δηὖτε Πείθων
λαῖς ἄγην εἰς σὰν φιλότατα, τίς σ' ὦ
Ψάπφ' ἀδικήει;
καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει,
αἰ δὲ δῶρα μὴ δέκετ', ἄλλα δώσει,
αἰ δὲ μὴ φίλει, ταχέως φιλήσει
κωὐκ ἐθέλοισαν.
Ἔλθε μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
ἐκ μεριμνᾶν, ὄσσα δέ μοι τέλεσσαι
θῦμος ἰμέρρει, τέλεσον, σὺ δ' αὔτα
σύμμαχος ἔσσο.

2. (2)

Φαίνεταί Fοι κῆνος ἴσος θέοισιν
ἔμμεν' ὤνηρ, ὄττις ἐνάντιόν τοι
ἰσδάνει καὶ πλάσιον ἆδυ φωνεί-
σας ὐπακούει
καὶ γελαίσας ἰμέροεν, τό μοι ἔμαν
καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν·

---

incipere interrogationem directam, quae per *τίς* continuatur; praeterea *πείθω* debebat esse *πείθων*, vid. §. 20, 1, *σαγηνάεσσαν* vix apud Aeoles synizesin patitur, cf. fr. 63, et potius *σαγάνα* Aeoles dixerunt, quum reliquae voces in *ηνη* hanc mutationem patiantur et Cyprii teste Hesychio *ἀγάνα* pro *σαγήνη* dixerint. Igitur magis placuit Seidleri emendatio *Πείθω λαῖς ἄγην ἐς σὰν*, nisi quod magis Aeolice scripsimus *Πείθων* et *εἰς*, vid. §. 28, 2. Quod Hermannus Opusc. VI. p. 107 contra Seidlerum monet, inepte Suadelam hic nominari, quum Veneri potius quaerendum esset, quem ipsa in Sapphus amorem abduceret, nihil nos movet, quia apte Dea famulam Suadelam memorare videtur, ipsius jussu amores excitantem. 19. *φιλότητα;* 20. *ἀδικήῃ*, vid. §. 14, 4; 21. Schn. cum Vossio *φεύγῃ*, vid. §. 14, 4; 23. Schn. *φιλάσει*, in Add. p. 470 *φιλήσει*; 24. *ἐθέλοις;* 26. *ὅσα.* — *τελέσαι.*

2) *μοι* vulgo, cui cur praetulerimus *Fοι* ex Apoll. de pron. 106, vid. Mus. Rhen.; Schn. *ἔμμεν*, vid. §. 26, 14. — *οστις*, quod correxit Blomf. vid. §. 23, 10; 3. *ἰζάνει* cum Blomf. mutavimus, vid. §. 7, 4; *πλήσιον*, vid. §. 13, 5. — *φων. σαῖς*, Schn. *φωνεύσας*, Nev. *φωνείσας*, vid. §. 26, 10. 13; 5. *γελαῖς;* 6. *μὰν* Schn., vulgatae *ἐμὰν* pleonasmus excusationem habet propter oppositum *κῆνος*, vid. Mus. Rhen.

ὤς σε γὰρ Fίδω, βροχέως με φώνας
οὐδὲν ἔθ᾽ ἥκει·
ἀλλὰ καμ μὲν γλῶσσα Fέαγε, λέπτον δ᾽
αὔτικα χρῶν πῦρ ὑπαδεδρόμακεν,
ὀππάτεσσι δ᾽ οὐδὲν ὄρημ᾽ ἐπιῤῥόμ-
βεισι δ᾽ ἄκουαι
Ἀ δέ μ᾽ ἴδρως κακχέεται, τρόμος δὲ
παῖσαν ἄγρει, χλωροτέρα δὲ ποίας
ἔμμι, τεθνάκην δ᾽ ὀλίγω ᾽πιδεύσην
φαίνομαι . . . .
* *Ἀλλὰ πὰν τόλματον, ἐπεὶ πένητα*
. . . .

3. (3)

Ἄστερες μὲν ἀμφὶ κάλαν σελάναν
ἂψ ἀποκρύπτοισι φάεννον εἶδος,
ὄππότα πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ
γᾶν (ἐπὶ παῖσαν).

4. (4)

Ἀμφὶ δὲ ψῦχρον κελάδει δι᾽ ὔσδων
μαλίνων αἰθυσσομένων δὲ φύλλων
κῶμα καῤῥέει.

5. (5)

Ἔλθε Κύπρι
χρυσίαισιν ἐν κυλίκεσσιν ἄβροις

---

7. *ὡς γάρ σ᾽ ἴδω*, Schn. cum Herm. *ὡς ἴδω γάρ σε βρόχε᾽, ὤς*, vid. Mus. Rhen.; 8. vulgo *ἔτ᾽ ἴκει*, cui cur ex antiquis editionibus praetulerimus *ἔθ᾽ ἥκει*, vid. §. 3, 6 et §. 15, 2; 9. *ἔαγε;* 10. *χρῶ*, vid. §. 21, 1; 11. *ἐπιρόμβεισι*, Schn. *ἐπιῤῥομβεῦσι*, vid. §. 26, 13; 13. *ἁ δέ μ᾽ ἴδρως* cum Berghio dedimus ex Ann. Ox. I, 208, 13, vid. §. 21 not. 11 et Mus. Rhen., Schn. *ἐκ δὲ Fίδρως* et in Add. p. 470 *καδ δὲ Fίδρως*; 14. *πᾶσαν*, vid. §. 10, 3; 15. Schn. cum Herm. *᾽πιδευὴς*, vid. Mus. Rhen.

3) *ἀποκρύπτουσι. — φαεινὸν. — ὁπότ᾽ ἂν*, vid. §. 29, 1.

4) Libri inserunt *ὕδωρ* ante *ψυχρὸν*, quod delevimus cum Nevio et Schneidewino in Add. p. 470; 4. *καταῤῥεῖ*, vid. §. 28, 1.

συμμεμίγμενον θαλίαισι νέκταρ
οἰνοχόεισα.

6. (6)

Ἤ σε Κύπρος ἢ Πάφος ἢ Πάνορμος.

7. (7)

Σοὶ δ᾽ ἔγω λεύκας ἐπὶ βῶμον Αἴγας.

* 8.

Αἴθ᾽ ἔγω, χρυσοστέφαν᾽ Ἀφρόδιτα,
τόνδε τὸν πάλον λαχόην.

9. (8)

Ταῖσι (δὲ) ψῦχρος μὲν ἔγεντο θῦμος,
παρ δ᾽ ἴεισι τὰ πτέρα.

10. (11)

Τὸν δ᾽ ἐπιπλάζοντ᾽ ἄνεμοι φέροιεν
καὶ μελέδωνα.

11. (12)

Ἀρτίως μ᾽ ἀ χρυσοπέδιλλος Αὔως.

12. (14)

Ἠράμαν μὲν ἔγω σέθεν, Ἄτθι πάλαι πότα.

13. (21)

Ἔλθοντ᾽ ἐξ ὀράνω πορφυρίαν περθέμενον χλάμυν.

---

5) χρυσείαισιν. — οἰνοχοοῦσα, Schn. οἰνοχοοῖσα, Nev. οἰνοχόεισα, vid. §. 26, 13.

7) vulgo ex emend. Bekk. ἔγων, vid. §. 23, 1. — ἐπιδωμον αἶγος.

8) λαχοίην.

9) ἐγένετο.

10) μελεδῶναι.

11) μὲν ἁ — χρυσοπέδιλος, vid. §. 8, 8.

12) ποκά.

13) προϊέμενον.

14. (25)

Χεῤῥόμακτρα δὲ πόρφυρα
— — — — — —
ταῦτα μή ποτ' ἀτιμάσῃς
(ὄσσ') ἔπεμψ' ἀπὺ Φωκάας
δῶρα τίμια καγ γόνων.

15. (26)

Κἀπάλαις ὑπαθύμιδας
πλέκταις ἀντ' ἀπαλᾶν δερᾶν.

16. (27)

Σμίκρα μοι πάϊς ἔμμεναι
ἔτι φαίνεο κἄχαρις.

17. (30)

Φαῖσι δή ποτα Λήδαν ὐακίνθινον
πεπυκάδμενον εὕρην ◡ ◡ ὤϊον.

18. (32)

Γλύκεια μᾶτερ, οὔτοι δύναμαι κρέκην τὸν ἴστον,
πόθῳ δάμεισα παῖδος βραδίναν δι' Ἀφρόδιταν.

19. (36)

Ἦρος ἄγγελος ἰμερόφωνος ἀήδων.

20. (37)

Ἔρος δηὖτέ μ' ὁ λυσιμέλης δύνει
γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον.

---

14) *χειρόμακτρα*, vid. §. 8, 8. — *δὲ καγγόνων*, quod cum Nevio ejecimus; *πορφυρᾶ*, cf. fr. 11; 2. *μὲν ἀτιμάσεις* et *μὲν ἀτατιμήσεις*. De *γόνων* vid. §. 8, 11; Schneidewinus pleraque intacta reliquit.

15) *καὶ πολλαῖς ὑποθυμιάδαις*, vulg. *ὑποθυμίδας*, vid. §. 12, 2; 2. *ἄντια παλαι δεραι*, Schn. cum Nevio *ἀμπ' ἀπαλᾷ δέρᾳ*, vid. §. 6, 1.

16) Schn. cum Bergkio *Ἄτθι* pro *ἔτι*.

17) *φασὶ*, vid. §. 10, 2. — *ποτὲ* et *ποταμὸν*, Nev. *πότα*. — *εὑρεῖν*, vid. §. 14, 1. Verba nova ratione in versus coëgimus.

20) *δ' αὖτε*. — *δύνει* pro vulg. *δονεῖ* e cod. Nanian. recepimus, vid. §. 12, 7.

Ἄτθι, σοὶ δ' ἔμεθεν μὲν ἀπήχθετο
φροντίσδην, ἐπὶ δ' Ἀνδρομέδαν πότῃ.

21. (74)

Ὡς ἄνεμος κατ' ὄρος δρύσιν ἐμπέσων.

22. (53)

Ζαελεξάμαν ὄναρ Κυπρογενήᾳ.

23. (54)

Ἔγω δ' ἐπὶ μαλθάκαν
τύλαν κασπολέω μέλεα.

— — — — — —

Ἐν τὲ τύλᾳ κασπολέοισα.

24. (55)

Δέδυκε μὲν ἁ σελάνα
καὶ Πληΐαδες, μέσαι δὲ
νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' ὤρα,
ἔγω δὲ μόνα καθεύδω.

25. (56)

Πλήρης μὲν ἐφαίνεθ' ἁ σελάνα·
αἱ δ' ὡς περὶ βῶμον ἐστάθησαν.

26. (61)

Αἰ δ' ἦχες ἔσλων ἵμερον ἢ κάλων,
καὶ μή τι Fείπην γλῶσσ' ἐκύκα κάκον,

---

22) *Κυπρογενείᾳ* vel *Κυπρογέννᾳ*, vulg. *Κυπρογενήᾳ*, vid. §. 15, 9

23) *Σαπφὼ ἐν δευτέρῳ· ἐγὼ — σπολέω μέλεα· κἂν μέν τε τύλαγκας ἀσπόλεα;* Schn. cum Herm. *κασπολέω μελέ' αἰ καὶ ἄμ' ἐν τὲ τὺ | τύλᾳ κασπολέεαι*, ubi intolerabilis est monosyllaborum concursus. Nos in tanta corruptela satis dubitanter suspicamur *καὶ ἐν ἁ· ἐν τὲ* etc.

24) Schn. *ἔρχετ' ὤρα*, vid. §. 4, 5.

25) Schn. *ἐφαίνετ' ἅ*, vid. §. 4, 5.

26) vid. Mus. Rhen. — vulgo *ἶκε σ'* et sine codicum auctoritate *ἵμερος*, de *ἦχες* vid. §. 14, 2; 2. *μή τιτ' εἰπῆν*.

αἴδως κε νῦν σ᾽ οὐκ ἦχεν ὄππατ᾽,
ἀλλ᾽ ἔλεγες περὶ τῶ δικαίως.

27. (20)

Ἀλλ᾽ ἔων φίλος ἄμμιν λέχος ἄρνησο νεώτερον·
οὐ γὰρ τλάσομ᾽ ἔγω ξυνοίκην εὖσα γεραιτέρα.

28. (62)

Στᾶθι κάταντα, φίλος, καὶ τὰν ἐπ᾽ ὄσσοις
Ὀμπέτασον χάριν.

29. (66)

Χρύσιοι ἐρέβινθοι ἐπ᾽ αἰόνων ἐφύοντο.

30. (75)

Ὡς δὲ πάϊς πεδὰ μάτερα πεπτερύγωμαι.

31. (77)

Δεῦρο δηῦτε, Μοῖσαι, χρύσιον λίποισαι.

32. (79) et 46. (70)

Καδ᾽ δ᾽ ἀμβροσίας μὲν
κράτηρ ἐκέκρατο,

---

3. *κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα*, Schn. cum Herm. *κέ τευς οὐκ εἶχεν ὄππατ᾽*, ubi *τευς* non est Lesbiacum; 4. *περὶ τῶ δικαίω*, Schn. *περὶ Fῶ* et in Add. p. 470 *ὧ* aut *τῶ*, cf. Alc. 45 *θέλω τι Fειπῆν*, cui respondet Sappho.

27) *ἄμιν.* — *ἄρνισο* et *ἄρνησον*, all. *ἄρνησσο*, ubi duplicatio consonantis ferri non potest, vid. Mus. Rhen. — *ξυνοικεῖν*, Schn. *ξυνFοίκην*, neque tamen digamma opus est, vid. §. 8, 7. Sappho dissuadet amico, ne juniorem conjugem quaerat, se ipsam exemplum proponens, quae nunquam ipsa senior juniori nuptura sit.

28) *κἄντα*, vid. Mus. Rhen. — *ἀμπέτασον*, vid. §. 12, 2.

29) *χρύσειοι*, vid. §. 12, 3; hexameter Aeolicus trochaeum primo loco patitur.

30) *παιδα.*

31) *χρύσεον.*

Ἑρμᾶς δ' ἔλεν ὄλπιν
θέοις οἰνοχόησαι.
κῆνοι δ' ἄρα πάντες
καρχήσι' ἔχον καὶ
ἔλειβον, ἄραντο
δὲ πάμπαν (ἐπ') ἔσλα
τῷ γάμβρῳ.

33. (81)

Σοῖ τε κάλος θεράπων Ἔρος.

34. (83)

Πόδας δὲ
ποίκιλος μάσλης ἐκάλυπτε Λύδι-
ον κάλον ἔργον.

35. (88)

Ὁ δ' Ἄρευς, φαῖσι, κεν Ἄφαιστον ἄγεν βίᾳ.

36. (92)

Ἴδον ἄνθε' ἀμέργοισαν . . . . . . πάϊν ἄγναν ἀπάλαν.

37. (95)

Ὠΐω πόλυ λευκότερον.

38. (96)

Πόλυ πάκτιδος ἀδυμελεστέρα.

---

32 et 46) vid. Mus. Rhen. — 3. ἑλὼν; 6. ἀράσαντο. Nuptiae Herculis et Hebae describi videntur; primi fragmenta junximus, alterius metro probabiliter descripto.

33) σὺ et Ἔρος, quae correxit Hermannus, reliquit Schneidewinus.

34) πόδα. — μάσθλης, vid. §. 11.

35) ὁ Δάρευς φαισεικεν αφεστον αγειν βια, Schn. ὁ δ' Ἄρευς φαὶς ἧ κεν — ἄγην, cf. Herm. de part. ἄν p. 195 de collocatione particulae.

36) Σαπφώ φησιν ἰδεῖν ἄνθε' ἀμέργουσαν παῖδ' ἄγαν ἁπαλάν, Schn. cum Herm. πάϊδ', vid. §. 18, 2.

39. (96)

Χρύσω χρυσοτέρα.

40. (98)

Μήτ᾽ ἔμοι μέλι μήτε μέλισσα.

41. (122)

Γέλλως παιδοφιλωτέρα.

42. (85)

Μὴ κίνη χέραδας.

* 43. (128)

Κατθνάσκει, Κυθέρη᾽, ἅβρος Ἄδωνις· τί κε θεῖμεν;
καττύπτεσθε κόραι καὶ κατερείκεσθε χίτωνας.

44. (73 [v. 1—3]. 69 [v. 4]. 35 [v. 5], quo accedunt v. 6. 7 et * 8. 9).

Ἴψοι δὴ τὸ μέλαθρον (Ὑμήναοι) ἀέῤῥετε τέκτονες
ἄνδρες (Ὑμήναον)·
γάμβρος ἐσέρχεται ἴσσος Ἄρηϊ . . . . . .
. . ἄνδρος μεγάλω πόλλῳ μείζων . . . . . .
πέῤῥοχος ὡς ὅτ᾽ ἄοιδος ὁ Λέσβιος ἀλλοδάποισιν.

— — — — — —

Οἷον τὸ γλυκύμαλον ἐρεύθεται ἄκρῳ ἐπ᾽ ὕσδῳ,
ἄκρον ἐπ᾽ ἀκροτάτῳ, λελάθοντο δὲ μαλοδρόπηες.
οὐ μὰν ἐκλελάθοντ᾽, ἀλλ᾽ οὐκ ἐδύναντ᾽ ἐφίκεσθαι

— — — — — — — — —

Οἴαν τὰν ὑάκινθον ἐν ὤρεσι ποίμενες ἄνδρες
πόσσι καταστείβοισι, χάμαι δέ τε πόρφυρον ἄνθος.

---

41) *Γελλὼ* et *Γελλοῦς.*

42) *κίνει* et in Scholl. Apoll. *κενῄ*, vid. §. 26, 8.

43) *καταθνάσκει.* — *κατερύκεσθε.*

44) *ὑψοῖ.* — *ἀείρετε.* — *τέκτονες*, vid. §. 15, 5; 23. *εἰσέρχεται.* — *ἶσος*, vid. §. 9. — *μεγάλου*, Schn. *Ἄρῃ μεγάλω πολὺ μείζων*, ut hexameter plenus refingeretur; nos, *ἄνδρος* omitti non posse arbitrati, potius lacunas significavimus, quum Demetrius, qui haec servavit, sententias excerpere soleat; 5. *ὄσδῳ*, vid. §. 12, 5; 8. *οὔρεσι*, vid. §. 14, 5; 9. *καταστείβουσι.* Ceterum ultimi versus vix recte Sapphoni tribuuntur.

45. (68)

ϜΈσπερε πάντα φόρεις, ὄσα φαίνολις ἐσκέδασ' αὔως,
* *φόρεις ὄϊν, αἶγα φόρεις, μάτερι παῖδα φόρεις.*

46. (70) vid. fr. 32.

47.

Ἀϊ παρθενος ἔσσομαι.

48.

Ἦσι, δώσομεν, ἦσι πάτηρ.

49. (38)

Θυρώρῳ πόδες ἐπτορόγυιοι,
τὰ δὲ σάμβαλα πεμπεβόηα,
πίσυγγοι δὲ δέκ' ἐξεπόνασαν.

50. (63)

Ὄλβιε γάμβρε, σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄρασο,
ἐκτετέλεστ', ἔχεις δὲ πάρθενον, ἂν ἄρασο.

51. (41)

Ὁ μὲν γὰρ κάλος, ὄσσον ἴδην πέλεται (κάλος)·
ὁ δὲ κἄγαθος αὔτικα καὶ κάλος ἔσσεται.

52. (71)

Ἠρ' ἔτι παρθενίας ἐπιβάλλομαι.

53. (86)

Δαύοις ἀπάλας ἐτάρας ἐν στήθεσιν.

---

45) vulg. *Ἕσπερε*, Et. G. 416, 3 *φέσπερε*, unde Welck. *ϜΈσπερε*, vid. §. 5, 2. — *φέρων* et *φέρεις*, vid. §. 26, 10; 2. *φέρεις* — *οἶνον*. Ceterum alter versus non continet nisi excerptas a Demetrio sententias.

47) *ἀεί*, vid. §. 29, 4. — *ἔσομαι*.

49) *ἑπταόργυιοι* — *πεντεβόηα*.

50) 1. *ἄραο*, 2. *ἄρας*, Schn. bis *ἀρᾶο*.

51) *ἰδεῖν*, vid. §. 14, 1. — *ἔσται*.

52) *παρθενίης* et *παρθενικάς*.

54. (78)

Χαίροισθα, νύμφα, χαιρέτω δ' ὁ γάμβρος.

55. (34)

Τίῳ σ', ὦ φίλε γάμβρε, κάλως εἰκάσδω;
ὄρπακι βραδίνῳ σε κάλιστ' εἰκάσδω.

56. (49)

Χαῖρε (δὲ), νύμφα, χαῖρε, τίμιε γάμβρε, πόλλα.

57. (65)

Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρα πάϊς, ὦ γάμβρε, τοαύτα.

58. (64)

Μελίχροος δ' ἐπ' ἰμέρτῳ κέχυται προσώπῳ.

59. (51)

Παρθενία, παρθενία, ποῖ με λίποισ' ἀποίχῃ,
Οὐκέτι σ' ἤξω, οὐκέτι σ' ἤξω. — — — — —

61. (50)

Δεῦτέ νυν, ἅβραι Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῖσαι.

62. (22)

Βροδοπάχεες ἄγναι Χάριτες, δεῦτε Δίος κόραι.

63. (24)

Ἄγε δὴ χέλυ μοι λέγε,
φωνάεσσα δὲ γίγνεο.

---

54) *χαίροισα.*

55) *τίω.* — *μάλιστ'.*

57) *ἑτέρα ἦν παῖς.* — *τοιαύτα*, vid. §. 18, 2.

58) *μελίχρως*, Schn. *μελλίχροος*, vid. §. 8, 12.

59) *λιποῦσα οἴχῃ*, Schn. *λιποῖσ' οἴχεαι*; 2. *οὐκ ἔτι ἥξω πρὸς σέ, οὐκ ἔτι ἥξω*, Schn. *οὐκέτι Ϝήξω, οὐκέτι Ϝήξω προτὶ σ'*, ubi nec digamma ferri potest, vid. §. 4 not. 8, nec *προτὶ*, vid. §. 28, 1.

60) omisimus, quia vix recte Sapphoni aut omnino Aeolico poetae datur.

62) *ῥοδοπήχεες.*

64. (47)

Τάδε νῦν ἑταίραις
ταῖς ἔμαισι τέρπνα κάλως ἀείσω.

66. (42)

Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπάλας Γυρίννως,
'Ασαροτέρας οὐδάμ' ἔτ', ὦ 'ρανια, σέθεν τύχοισα.

67. (44)

Σὺ δὲ στεφάνοις, ὦ Δίκα, πέρθεσθ' ἐράταις φόβαισιν,
ὄρπακας ἀνήτοιο συνόῤῥαισ' ἀπάλαισι χέρσιν·
εὐάνθεα γὰρ(θεᾶν) πέλεται καὶ χάριτος μακαιρᾶν
μᾶλλον προτέρην· ἀστεφανώτοισι δ' ἀπυστρέφονται.

68. (80)

Πόλλα μοι τὰν Πολυανακτίδαο
παῖδα χαίρην.

69. (19)

Κατθάνοισα δὲ κείσεαι, οὐδ' ἔτι τις μναμοσύνα σέθεν
ἔσσετ' οὐδέποτ' (εἰς) ὕστερον· οὐ γὰρ πεδέχεις βρόδων
τῶν ἐκ Πιερίας, ἀλλ' ἀφάνης κὴν 'Αΐδα δόμοις
φοιτάσεις πεδ' ἀμαύρων νεκύων ἐκπεποταμένα.

---

64) *ἐμαῖς*, Schn. *ἑτάραις ταῖσιν ἐμαῖς*, vid. §. 20, 4.

65) omisimus, quia de ipsis verbis minus constat.

66) *ἐπωρανα,* Schn. ex unius codicis vestigiis *οὐδαμά πω, 'ρανια,* ubi aegre fero *ὦ* omissum.

67) *πάρθεσθ'*; 2. *ἀνήτω συνεῤῥαὶς*, Schn. *συνεέῤῥαισ'*, quod non potest excusari Homericis *ἔερτο, ἐερμένος*, in quibus praefixum *ε* pro augmento est, Id. in Add. p. 470 *συναέῤῥαισ'* melius, quia *ἀείρω* olim nectendi significationem habebat, at vid. §. 15 not. 7 et §. 20, 3; 3. *χάριτες μάκαιρα*, vid. Mus. Rhen. Sententia haec: est enim, ut, quae floribus ornata est, gratia apud divas superet; Schn. *εὐανθεῖα γάρ πέλεται καὶ χάριτες μακαίρα μᾶλλον προτόρην*, quae multis de causis ferri non possunt.

68) *Πολυανακτίδα.* — *χαίρειν.*

69) *οὐδέ τις*; 2. *οὐδέποκ'.* — *ῥόδων.*

70. (90)

Αἴ με τιμίαν ἐπόησαν ἔργα
τὰ σφὰ δοῖσαι.

71. (58)

Ἔχει μὲν Ἀνδρομέδα κάλαν ἀμοίβαν.
— — — —
Ψάπφοι, τί τὰν πολύολβον Ἀφρόδιταν.

72. (87)

Ὄττινας γὰρ
εὖ θέω, κῆνοί με μάλιστα σίννον-
ται . . . . . .

73. (91)

Μάλα δὴ κεκορημένας
Γόργως.

74. (23)

– ◡ – ◡ ◡ Τίς δ' ἀγροΐωτίν τοι ἐπεμμένα
σπόλαν . . . . . . θέλγει νόον . . . . ̄
οὐκ ἐπισταμένα τὰ βράκε' ἕλκην ἐπὶ τῶν σφύρων.

75. (91)

Ἥρων ἐξεδίδαξε * γυάρων † τὴν ἀνυοδρόμον.

* 76. (46)

Κρῆσσαί νύ ποθ' ὦδ' ἐμμελέως πόδεσσιν
ὤρχηντ' ἀπάλοις ἀμφ' ἐρόεντα βῶμον.
— — — — — — —
πόας τέρεν ἄνθος μάλακον μάτεισαι.

---

70) ἔμε τιμίαν.

72) κεῖνοι. — σίνονται, vid. §. 8, 5.

73) κεκορημένη στοργᾶς.

74) ἀγροιῶτιν, Schn. minus facili emendatione τίς τοι ἀγροιῶτις ἀγροιῶτιν; 2. στολὴν; 3. ἐπισταμένη. — ἕλκειν.

76) ποτ' Schn. sine libris, vid. §. 4, 5; 2. ὤρχευντ', vid. §. 26, 13; Schn. non sine libris ματεῖσαι, vid. ibid. Ceterum cf. §. 6, 6.

77. (76)

Ἔστι μοι κάλα πάϊς, χρυσίοισιν ἀνθέμοισιν
ἐμφέρην ἔχοισα μόρφαν, Κλᾶϊς ἀγαπάτα,
ἀντὶ τᾶς ἔγω οὐδὲ Λυδίαν παῖσαν οὐδ' ἐράνναν.

78. (28)

Οὐ γὰρ οἰκίᾳ ἐν Μοισοπόλῳ θέμις
θρῆνον ἔμμεναι, οὐκ ἄμμι πρέπει τάδε.

79. (23)

Ἔγω δὲ φίλημ' ἀβροσύναν καὶ ◡ ◡ *μοι τὸ λάμπρον*
ἔρος ◡ ◡ — *ἀελίω καὶ τὸ κάλον λέλογχε.*

80. (29)

Ἀλλά τις οὐκ ἔμμι παλιγκότων
ὄργαν, ἀλλ' ἀβάκην τὰν φρέν' ἔχω.

81. (16)

Μνάσασθαί τινά φαμι καὶ ὕστερον ἀμμέων.

82. (67)

Λάτω καὶ Νιόβα μάλα μὲν φίλαι ἦσαν ἔταιραι.

83. (45)

Πλοῦτος ἄνευ ἀρέτας οὐκ (ἔστ') ἀσίνης παράοικος,
ἀμφοτέρων κρᾶσις δ' εὐδαιμονίας ἔχει ἄκρον.

---

77) *χρυσίοισιν*, vid. §. 12, 3; 2. *ἐμφερῆ ἔχουσα.* — *Κλεῒς ἀγαπάτα;* 3. *πᾶσαν*, vid. §. 10, 3.

78) *θέμις ἐν μουσοπόλων οἰκίᾳ θρῆνον εἶναι*, Schn. *μοισοπόλῳ οἰκίᾳ θρ. ἔμμεναι.*

79) Schn. *φίλεμμ'*, vid. §. 8, 9; id. *Faελίω*, quod ferri non posse intelligens ipse in Add. p. 470 *ἔρως ἀελίω* proponit; nos Aeolicum *ἔρος* (vid. §. 22, 2) servavimus, vocibus aliter in versum distributis.

80) *ἔμμεν.* — *ὄργανον.*

81) *φάμη.* — *ἕτερον.*

83) *πάροικος.* — *ἁ δ' ἐξ ἀμφοτέρων*; aliter Schneidewinus, apud quem maxime intolerabilis est hiatus *τὸ ἀκρόν.* Sententia et metrum epithalamio conveniunt, vid. Mus. Rhen.

84. (93)

Σκιδναμένας στήθεσιν ὄργας πεφύλαχθαι
γλῶσσαν μαψυλάκαν.

85. (10)

— — Ἀποθναίσκην κάκον· οἱ θέοι γὰρ
οὕτω κεκρίκαισιν.

* 86.

Ἀλλᾶν μοι μεγαλύνεο δακτυλίω πέρι.

* 87.

Αλλᾶν, μήτι κατ᾽ ἀμμετέραν φρένα.

(* 88. vid. Alc. 101.)

* 89.

Ἔμεθεν δ᾽ ἔχεισθα λάθαν·
— — — — — — ἤ τιν᾽
ἄλλον ἀνθρώπων ἔμεθεν φίλεισθα.

Omissa a Schneidewino.

91. (7)

Κἀπιλείψω τοι.

---

81) Σαπφὼ παραινεῖ σκιδναμένης ἐν στήθεσιν ὀργῆς πεφ. γλ. μαψυλάκταν.

85) ἀποθνήσκειν, Schn. ἀποθνάσκειν, vid. §. 15, 3. — κεκρίκασιν, vid. §. 10, 5. Quae adduntur ἀπέθνησκον γὰρ ἄν, non ipsa poetriae verba referunt. Ceterum metrum nova ratione constituimus.

86) ἀλλ᾽ ἄν, Schn. ἄλλα, μή, Cram. ἄλλαν, vid. §. 8, 8. — δακτυλίῳ.

τι
87) ἄλλαν μη καμεστέραν, Schn. ἄλλα, μὴ κάμε τὺ στερέαν, Cram. ἄλλαν μή τι καμμετέραν.

89) φιλῆσθα, vid. §. 26, 5.

91) Apoll. de pron. 101.

92. (9)

* Ψαύειν δὲ οὐ δοκεῖ μοι ὀρανῶ δυςπάχεα.

93. (13)

Ὄπταις ἄμμε.

94. (15)

Πόλλα δ' ἀνάριθμα ποτήρια * καλαίφις.

95. (17)

Ἂς θέλετ' ὔμμες.

96. (31)

Ἀμφὶ δὲ (σὸν κάρα)
ἄβροισιν λασίοισιν εὖ
ἐπύκασσε.

97. (39)

Ὀφθάλμοις δὲ μέλαις χύτ' ἄωρος.

98. (40)

Ὄτα πάννυχος ἄσφι κατάγρει.

99. (52)

Τί με Πανδίονις ὦ Ὤρανα χελίδων.

100. (57)

Τριβώλετερ· οὐ γὰρ Ἀρκάδεσσι λώβα.

---

92) Herod. π. μ. λ. 7, 25 ὠρανῶ, vid. §. 14 not. 7.

93) Apoll. de pron. 127 ὄπτᾱς, vid. §. 26, 5.

94) Athen. XI, 460, d.

95) Apoll. de pron. 119 ἄς, vid. §. 17, 1.

96) Poll. VII, 16, 73. ἀμφὶ λαβροῖς λασίοις εὖ ἐπύκασε, quae correxit Herm. Opusc. VI. p. 120.

97) Et. M. 117, 17. μέλας, vid. §. 10, 2.

98) Apoll. de pron. 126.

99) Hephaest. 66. ὤρανα.

100) Hephaest. 61.

101. (59)

* Ἐγὼ δὲ κηνοττωτις ἐρᾶται.

102. (60)

Ἔγων δ' ἔμ' αὔτᾳ
τοῦτο σύνοϊδα.

103. (72)

Αὔτα δὲ σὺ Καλλιόπα.

104. (82)

Ἡμιτύβιον σταλάσσων.

105. (84)

Παντοδάπαις μεμιγμέ-
να χροΐαισιν.

106. (89)

Τὸν Ϝὸν παῖδα κάλει.

107. (94)

Βρενθείῳ βασιληΐῳ.

108. (105)

Πότνι' αὔως.

109. (113)

Ἴοισιν ὀφθάλμοισιν.

---

101) Apoll. de synt. 288; nulla emendationum, quae adhuc tentatae sunt, nobis placet; νοττῶτις et νοττὸς, quae inesse voluerunt, non sunt Lesbiaca, vid. §. 9, 1.

102) Apoll. de pron. 61 et 103 σύνοιδα, vid. 18, 3.

103) Hephaest. 85.

104) Scholl. Arist. Plut. 729.

105) Scholl. Apoll. Rh. I, 727. χροιαῖσιν.

106) Apoll. de pron. 136. ἑον, vid. §. 5 not. 4.

107) Athen. XV, 690, E.

108) Etym. M. 174, 43.

109) Ibid. 759, 35.

110.

Οὐκ οἶδ' ὄττι θέω· δύο μοι τὰ νοήματα.

111.

Οὐδ' ἴαν δοκίμωμι προςίδοισαν φάος ἀλίω
ἔσσεσθαι σοφίαν πάρθενον εἰς οὐδένα πω χρόνον
τοιαύταν.

112.

Αὔτα δ' ὠράα ἐστεφανηπλόκην.

* 113.

'Αλλά τις ἄμμι δαίμων.

* 114.

Ταῖς κάλαις ὔμμιν τὸ νόημα τῶμον
οὐ διάμειπτον.

* 115.

Καὶ ποθήω καὶ μάομαι.

* 116.

Ἴδρως ὀμφόρα.

* 117.

Μόλις μὲν ἔννη λέπτον ἔχοισ' ἐπ' ἀτράκτω λίνον.

---

110) Ex antiquo papyro a Letronnio erutum. vid. Schneidewin *Fragm. Griech. Dicht. aus einem Papyrus* p. 27 (cf. Delect. Add. p. 470), qui minus recte non interpunxit et vertit: *ich weiss nicht, wesshalb ich mir die Gedanken entzweimachen, theilen soll.* Sententia potius est: nescio quid faciam, duo mihi sunt consilia.

111) Ibid. p. 29 (p. 470) *δοκιμοιμι.*

112) Scholl. Rav. Arist. Thesm. 400. *αὐτάορα αἰστεφανηπλόκοιν.*

113) Apoll. de pron. 123.

114) Ibid. 124, cod. *νόημμα* et sine articulo.

115) Et. M. 485, 45, Gud. 294, 42. (Et. M. *μάχομαι*).

116) Ann. Ox. I, 208, 16. *ἰδρῶς ἀμφότερα*, vid. §. 21. not. 11 et Mus. Rhen.

117) Hephaest. 81.

* 118.

Ἀΐτη ἄϊν τὰ μέτεῤῥα.

* 119.

Κατ᾽ ὑψήλων ὀρέων.

* 120.

Παῖς ὁ χῶρος.

* 121.

Κλαΐην δάκρυσι.

* 122.

Ἐκ Σάπφως τόδ᾽ ἀμελγόμενος μέλι τοι φέρω.

Theocriti Idyllia Aeolica.

Idyll. XXVIIII.

Γλαυκᾶς, ὦ φιλέριθ᾽ ἀλακάτα, δῶρον Ἀθανάας
γυναιξὶν, νόος οἰκωφελίας αἶσιν ἐπάβολος,

118) Et. M. 587, 14 *αἰτιάο*, vid. §. 29, 4.

119) Ann. Ox. I, 63, 29 et 418, 32, ubi *καιτ᾽*.

120) Ann. Ox. III, 240.

121) Et. Leid. ap. Koen. ad Greg. 583. *κλαΐειν*.

122) Choerob. Hort. Ad. 131, b. *τὸ δὲ ἐκ Σαπφῶς — μέν τοι φέρω*, vid. §. 21. not. 7; versus a Sapphus discipula vel recentiore imitatore profectus videtur.

Varietas lectionis Meineckianae.

XXVIII. 2. *νόος οἰκωφελίας αἶσιν*, quam lectionem e codicibus eruimus in *Zimmerm. Zeitschr. f. Alterth.* 1839 nr. 25, jam prius aliis auctoribus Meineckius receperat. —

θαρσεῦσ' ἄμμιν ὑμάρτη πόλιν ἐς Νείλεω ἀγλαάν,
ὄππα Κύπριδος ἶρον καλάμω χλωρὸν ὑπ' ἀπαλῶ.
Τῦδε γὰρ πλόον εὐάνεμον αἰτήμεθα πὰρ Διός,
ὄππως ξεῖνον ἐμὸν τέρψομ' ἴδων κἀντιφιλήσομαι,
Νικίαν, Χαρίτων ἰμεροφώνων ἶερον φυτόν,
καί σε τὰν ἐλέφαντος πολυμόχθω γεγενημέναν
δῶρον Νικιάας εἰς ἀλόχω χέῤῥας ὀπάσσομεν,
σὺν τᾷ πολλὰ μὲν ἔργ' ἐκτελέσεις, ἀνδρείοις πέπλοις,
πολλὰ δ' οἶα γυναῖκες φορέοισ' ὑδάτινα βράκη.
Δὶς γὰρ ματέρες ἀρνῶν μαλακοὶς ἐν βοτάνᾳ πόκοις
πέξαιντ' αὐτοενεὶ, Θευγενίδος γ' ἔννεκ' ἐϋσφύρω·
οὔτως ἀνυσίεργος, φιλέει δ' ὄσσα σαόφρονες.
Οὐ γὰρ εἰς ἀκίρας οὐδ' ἐς ἀέργω κεν ἐβολλόμαν
ὀπάσαι σε δόμοις, ἀμμετέρας εὖσαν ἀπὸ χθονός.
Καὶ γάρ σοι πατρὶς, ἂν ὦξ Ἐφύρας κτίσσε ποτ' Ἀρχίας,
νάσω Τρινακρίας μυελὸν, ἀνδρῶν δοκίμων πόλιν.
Νῦν μὰν οἶκον ἔχοισ' ἀνέρος, ὃς πόλλ' ἐδάη σοφά
ἀνθρώποισι νόσοις φάρμακα λυγραὶς ἀπαλαλκέμεν,
οἰκήσεις κατὰ Μίλλατον ἐραννὰν μετ' Ἰαόνων,
ὡς εὐαλάκατος Θευγενὶς ἐν δαμότισιν πέλῃ,
καὶ οἱ μνᾶστιν ἀεὶ τῶ φιλαοίδω παρέχῃς ξένω.
Κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τὦπος ἴδων σ'· Ἦ μεγάλα χάρις
δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ, πάντα δὲ τιματὰ τὰ πὰρ φίλων.

---

3. *ὑμάρτη*, vid. §. 4, 9. — 4. *ὄπα* e conj. Hermanni, vid. §. 9, 3; *ὑπαπαλω* Mein. corruptum reliquit, quum primae in *ἀπαλὸς* syllabae corruptio sane mira sit. — 5. *τνίδε*, codd. *τὺ δὲ*, vid. §. 29, 3 et §. 3, 7. — 6. *ὄπως*, cf. v. 4. — 9. *Νικιέας εἰς*, codd. *Νικίᾳ ἄσεις*, unde veriorem formam restituimus in *Zeitschr. f. Alterth.* l. l. — 13. *αὐτοενεὶ* est e conj. Bergkii, cod. *αὐτοεντεί; εἴνεκ'* Mein. vid. §. 8, 8. — 15. *ἀέργοις* e conj., codd. *ἀέργω*, quod l. l. restitui jussimus hoc sensu: in domum inutilis et pigrae mulieris; *ἀκίραις* apud Mein. est sphalma typographi. — 16. *ὀπάσαι* Hermannus emendavit pro *ὀππάσαι;* Mein. *ἀμετέρας*, pro quo *ἀμμετέρας* e libris recepimus, vid. §. 23, 8. — 17. *ποκ'* e conj. Brunckii, vid. §. 29, 1. — 24. *τῷ ποτιδών*, codd. *τῷ ποσείδων*, unde locum emendavimus l. l. — 25. *τιμᾶντα*, quod non sine libris mutavimus.

Idyll. XXIX.

Οἶνος, ὦ φίλε παῖ, λέγεται, καὶ ἀλάθεα·
κἄμμε χρὴ μεθύοντας ἀλαθέας ἔμμεναι·
κἠγὼ μὲν τὰ φρενῶν ἐρέω κέατ᾽ ἐν μύχῳ.
Οὐχ ὄλας φιλέειν μ᾽ ἐθέλησθ᾽ ἀπὸ καρδίας·
γινώσκω· τὸ γὰρ ἄμισυ τᾶς ζοΐας ἔχω
ζὰ τὰν σὰν ἰδέαν, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο.
Χὤταν μὲν σὺ θέλῃς, μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω
ἀμέραν, ὄκα δ᾽ οὐκ ἐθέλῃς τὺ, μάλ᾽ ἐν σκότῳ.
Πῶς ταῦτ᾽ ἄρμενα, τὸν φιλέοντ᾽ ἀνίαις διδῶν.
Ἀλλ᾽ εἴ μοί τι πίθοιο, νέος προγενεστέρῳ,
τῷ κε λώϊον αὐτὸς ἔχων ἔμ᾽ ἐπαινέσαις.
Ποίησαι καλιάν μίαν εἰν ἐνὶ δενδρέῳ,
ὄποι μηδὲν ἀπίξεται ἄγριον ὄρνεον.
Νῦν δὲ τῶδε μὲν ἄματος ἄλλον ἔχεις κλάδον,
ἄλλον δ᾽ αὔριον, ἐξ ἑτέρω δ᾽ ἔτερον μάτῃς.
Καί κεν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἴνεσε·
τῷ δ᾽ εὐθὺς πλέον ἢ τριέτης ἐγένευ φίλος·
τὸν πρᾶτον δὲ φιλεῦντα τριταῖον ἐθήκαο.
Ἀνδρῶν τῶν ὑπερανορέων δοκίεις πνέειν·
φίλη δ᾽, ἆς κε ζόῃς, τὸν ὔμοιον ἔχειν ἀεί.
αἰ γὰρ ὧδε ποιῇς, ἀγαθὸς μὲν ἀκούσεαι
ἐξ ἀστῶν· ὁ δέ τοί κ᾽ Ἔρος οὐ χαλεπῶς ἔχοι,
ὃς ἀνδρῶν φρένας εὐμαρέως ὑποδάμναται
κἠμὲ μαλθακὸν ἐξεπόνασε σιδάριον.
Ἀλλὰ πέῤῥ ἀπαλῶ στόματός σε πεδέρχομαι.
Ὀμνάσθην, ὄτι πέρυσιν ἦσθα νεώτερος

—

XXIX. 2. libri κἄμμες. — 6. ζὰ τὰν, in quod ipsi incidimus in *Zeitschr. f. Alterth.* l. l., dudum Bergkii nostri sagacitate praereptum receperat Meineckius. — 7. τὺ e conj. — 8. fort. οὐ κ᾽. — 11. τῷ καί. — 12. δενδρέῳ sine libris, ut videtur. — 13. ὄπα, vid. §. 29, 3. — 16. καί κεν σεῦ — αἰνέσαι; ex nostra emendatione et κεν melius se habet et sequens praeteritum. — 20. ὔμοιον, vid. §. 4, 9. — 21. ἐξεποίησε, vid. §. 13, 3; σιδαρέω e conj. Valck., vid. §. 12, 4. 25. ἀλλ᾽ ἀπρὶξ, codd. ἀλλὰ περὶ, unde emendavimus πέῤῥ, vid. §. 8, 7 et *Zeitschr. f. Alterth.* l. l. — 26. de ὀμνάσθην vid. §. 26, 9 et §. 28, 1. —

χὤτι γηραλέοι πέλομες πρὶν ἀποπτύσαι,
καὶ ῥυσσοί· νεότατά γ᾽ ἔχειν παλινάγρετον
οὐκ ἔστι· πτέρυγας γὰρ ἐπωμαδίαις φορεῖ
κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβεῖν.
Ταῦτα χρὴ νοέοντα πέλειν ποτιμώτερον
καί μοι τὦραμένῳ συνερᾶν ἀδόλως σέθεν,
ὄππως, ἀνίκα τὰν γένυν ἀνδρείαν ἔχῃς,
ἀλλάλοισι πελώμεθ᾽ Ἀχιλλεῖοι φίλοι.
Αἰ δὲ ταῦτα φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις,
ἐν θυμῷ δὲ λέγεις, Τί με, δαιμόνι᾽, ἐννοχλεῖς;
νῦν μὲν κἠπὶ τὰ χρύσεα μᾶλ᾽ ἕνεκεν σέθεν
βαίην καὶ φύλακον νεκύων πεδὰ Κέρβερον·
τόκα δ᾽ οὐδὲ καλεῦντος ἐπ᾽ αὐλείαις θύραις
προμόλοιμί κε, παυσάμενος χαλεπῷ πόθω.

Corinnae fragmenta.

1.

Ἰώνει Fὺδ᾽ εἰρώων ἀρετὰς χειρωάδων.

2.

Τοὺ δέ, μάκαρ Κρονίδη, τοὺ Ποτιδάωνος, Fάναξ Βοιωτέ

3.

Περὶ τεοῦς Ἑρμᾶς ποτ᾽ Ἄρευα πουκτεύϊ.

28. ῥυσοί. — 33. ὕπως, vid. XXVIII, 4.

1) ἴωνει ηδ᾽, vid. §. 45. not. 1 et §. 40, 4, cf. Mus. Rhen. — ἠρώων. — χειρωάδων.

2) Κόριννα· Βοιωτοὶ (leg. Κόριννα Βοιωτῷ·) τοῦδε μάκαρ Κρονίδη· τοῦ ποτείδαωνος ἄναξ βοίωτε, cf. Mus. Rhen. §. 48 et §. 10, 3. Corinna in carmine Boeoto alloquitur Boeotum, Neptuni filium, Croni nepotem.

4.

Νίκασ' ὁ μεγαλοσθένεις
'Ωαρίων, χώραν τ' ἀπ' ἑοῦς
πᾶσαν ὠνούμηνεν.

5.

Οὐ γὰρ τὶν ὁ φθονερὸς δήμων.

* 6.

Καλλιχόρω χθονὸς Οὐρίας θουγάτειρ.

7.

Κὴ πεντείκονθ' οὐψιβίας.

8.

Δούρατος ὥστ' ἐφ' ἵππω.

— — — — —

**κατὰ μὲν βριμούμενοι*
**πόλιν δ' ἐπράθομεν·*
**προφανὴς γλούκου δέ τις ἀΐδων*
πελέκεσσι δονεῖτη.

9.

Οὐμὲς δὲ κομισθέντες.

10.

Πῆδα Fὸν θέλωσα φίλης ἀγκάλης ἑλέσθη.

---

4) *μεγαλοσθένης*, vid. §. 39, 2. — *ὠαρείων.*

5) *δαίμων*, vid. §. 40, 1.

6) *καλλιχόρου.* — *θουγάτηρ*, vid. §. 39, 2.

7) *καὶ πεντήκονθ'*, vid. §. 40, 1 et 39, 2.

8) De his frustulis, nullo arctiore vinculo junctis, vid. Mus. Rhen. Pleraque intacta relinquere maluimus, *ἀΐδων* (Schn. *ἀείδων*) e libris dedimus, vid. §. 40, 3. — libri *δονεῖται.*

10) *εὐωνιμίης Κόριννα πηδεγον* — *ἑλήσθη*; primam vocem, quam *εὐωνιμίης* scribentes et transponentes fragmento addunt, omisimus, quia fortasse aliud quid latet.

11.

*Καλὰ * γεροι ἀϊσομένα*
Ταναγρίδεσσι λευκοπέπλυς·
μέγα δ' ἐμῆς γέγαθε πόλις
λιγουροκωτίλης ἐνόπης.

12.

Μέμφομη δὲ κὴ λιγουρὰν Μουρτίδ' ἰώνγα,
ὅτι βανὰ φοῦσ' ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν.

13.

Τὸ δέ τις οὐμίων ἀκουσάτω.

14.

Ἦ διανεκῶς εὕδεις· οὐ γὰρ πάρος ἦσθα Κόριννα.

15.

Θέσπια καλλιγένεθλε, φιλόξενε, μουσοφίλημε.

Omissa a Schneidewino.

16.

Τού τε νῶε.

* 17.

Τεῦς γὰρ ὁ κλᾶρος.

* 18.

Ἁμῶν δόμων.

* 19.

Ἐσσάρχι πολέμω.

---

11) *γεροια εἰσομένα.* — *λευκοπέπλοις*, vid. §. 40, 4. — *ἐμή.*

12) *μέμφομαι.* — *Μυρτίδ'.* — *Πινδαρίοιο.*

16) Apoll. de pron. 113. B. *τούτε νῶε· ἐν Ἰολάῳ Κόριννα*, quae correxit Boeckhius C. I. p. 722.

17) Ibid. 96, A. vid. §. 45. not. 3.

18) Ibid. 121, C. *Βοιωτοὶ ἁμίων, ἀπὸ δὲ τῆς κτητικῆς ἁμῶν· ἁμῶν δόμων.*

19) Ann. Ox. I, 160, 19. *ἔσσαρχος ποταμός* et 172, 14. *ἐσσ' Ἀρχιπτολέμου*, vid. §. 47. not. 3.

Foedus Eleorum et Heraeensium.

Corp. Inscr. nr. 11.

ΑFρατρατοιρFαλειοις : καιτοιςερ
Fαοιοις : συνμαχιαχεαεκατον Fετεα :
αρχοιδεκατοιαιδετιδεοι : αιτεFεποςαιτεF
αργον : συνεανκαλαλοις : ταταλκαιπα
ροπολεμο : αιδεμασυνεαν : ταλαντονκ
αργυρο : αποτινοιαν : τοιδιολυνπιοι : τοικα
δαλεμενοι : λατρειομενον : αιδετιςταγ
ραφεα : ταικαδαλεοιτο : αιτεFεταςαιτετ
ελεστα : αιτεδαμος : εντεπιαροικενεχ
οιτοτοιντανταγραμμενοι.

Quae recentiore scribendi more in hunc modum exprimenda nobis videntur:

Ἀ [1]) *Fράτρα τοῖρ FΑληΐοις καὶ τοῖς Ἡρ Fαώοις* [1. 3]) *συμμαχία κ' εἴα* [2]) *ἕκατον* [1]) *Fέτεα, ἄρχοι δέ κα τῷ* [4]) · *αἰ δέ τι*

A Boeckhio discessimus in his:

1) B. *ἀ*, *'ΗρFαοίοις*, *ἕκατον*, vid. §. 52, 2.

2) B. *FΑλείοις*, *ἔα*, *συνέαν*, *λατρειόμενον*. — At primum probabile videtur, ε in titulo antiquissimo vicem diphthongi ει sustinere, deinde in derivatis a *FΑλεῖς*, *λάτρις* Eleos antiquissimo diaereseos genere ηϊ, non ει habere, vid. §. 52, 4; itaque scripsimus *εἴα*, *συνεῖαν*, *FΑληΐοις*, *λατρηϊώμενον*; de hoc cf. not. 6.

3) B. *'ΗρFαοίοις*, quod pro *Ἡρ Fαείοις* esse dicit, diphthongo ει Aeolice in οι mutata. At etiamsi Aeolicam illam mutationem Eleis concedere velimus, tamen nullum ejus certum reperitur exemplum praeter *ὄνοιρος*, vid. §. 15, 5. Itaque praetulimus *Ἡρ Fαώοις*, ut *Γελῷοι* a *Γέλα*, quod Hermannus proposuit, Boeckhius in Addendis p. 877, b non reprobavit.

4) B. *ἄρχοι δέ κα τοῖ*, initium autem sit hic ipse annus. At vellem demonstrasset, ι Attice demonstrativis additum ab anti-

δέοι αἴτε Fέπος αἴτε Fάργον, συνεῖαν 2) *κ' ἀλλάλοις τά τ' ἄλλ καὶ πὰρ πολέμω· αἰ δὲ μὰ συνεῖαν* 2), *τάλαντον κ' ἀργύρω ἀποτίνοιαν τῷ Δὶ Ὀλυμπίῳ τοὶ καδδαλήμενοι* 5) *λατρηϊόμενον* 6)· *αἰ δέ τιρ τὰ γράφεα τᾷ* 7) *καδδαλέοιτο αἴτε Fέτας*

---

quioribus dialectis non esse alienum. Recte enim Scholiasta ad Arist. Ach. 710, ubi legitur *ταδὶ*, monere videtur: *ἄμεινον δὲ ἀντὶ τοῦ ταδὶ γράφειν ταδή· Δωρίζει γάρ.* Neque ullum hujus usus in Aeolicis dialectis vestigium reperitur. Praetulimus igitur aliorum *τῷ*, foedus incipiat hoc anno; nam quae Boeckhius Add. p. 877 contra monet de demonstrativorum et verbi *ἄρχειν, ἄρχεσθαι* vi, etiamsi vera habeantur, e cultioris Graecitatis legibus petita sunt et vix recte adhibentur ad hujus tituli simplicissimam orationem, cui simplicis demonstrativi *ὁ* pro *ὅδε* usus bene convenire videtur. — Non alia de causa in sequentibus cum aliis *τᾷ* quam cum Boeckhio *ταῖ* legere maluimus.

5) B. *τῷ καδαλημένῳ*, Jovi violato. At dubitamus cum aliis de passiva vocis significatione; perfecti enim quod passivam vim habet apud Herodotum et Euripidem, alia est ratio quam praesentis, quod rectius in hac forma agnoscitur, quum reduplicatio perfecti vix unquam jure neglecta putetur; praeterea *καδδαλέοιτο* in proximis activam vim habet. Itaque cum aliis legimus *τοὶ καδδαλήμενοι*, ii, qui foedus violant. — Ceterum *δ* in his duplicare maluimus, quia simplex consonans in Pindarico *κάπετον*, Alcmanico *καβαίνων* poëticae licentiae deberi videtur.

6) B. *λατρειόμενον*, quod pro *λατρευόμενον* esse dicit et explicat per venerationem praestitum. At, ne urgeamus, quae alii monuerunt de passivo hujus vocis apud antiquiores certe non obvio, et, ipso Boeckhio concedente, de insolita significatione, nos ferre non possumus *ει* pro *ευ* positum. Nam quae Boeckhius hujus mutationis exempla e decreto in Timotheum attulit, *Ἐλευσινίαρ* et *διεσκεύατο*, ea nullam auctoritatem habent, quum verissime illud decretum a Muellero Dor. II. p. 323 spurium judicetur, neque in recentissimis inscriptionibus Laconicis *Σειδέκτας, Σείπομπος* etc. pro *Θεοδέκτας, Θεόπομπος* (vid. C. I. nr. 1239, 1372) e *Θευδέκτας, Θεύπομπος* nata sunt sed ex antiquioribus Laconicis formis *Σιοδέκτας, Σιόπομπος*. Hermannus proposuit *λατρειούμενον* a novo verbo *λατρειόω*, et interpretatus est usui templi sacro destinatum. Boeckhius in Add. p. 878, a cum Welckero novam et vocem et significationem respuit. At vox, quanquam nova, tamen probe est formata. Nam sicuti ab *οἰκεὺς*, famulus, derivatur *οἰκεῖος* familiaris, inde *οἰκειόω* familiarem reddo, ita a *λάτρις* vel *λατρεὺς*,

αἴτε τελέστα αἴτε δᾶμος, ἐν τἠπιάρῳ κ' ἐνέχοιτο τῷ 'νταὖτ' ἐγραμμένῳ 8).

---

famulus descendere poterant *λατρεῖος, λατρειόω*, quae eandem fere vim haberent. Igitur *ἀποτίνοιεν τάλαντον Διϊ λατρειούμενον* potius interpretor *οἰκειούμενον* i. e. talentum solvant, quod Jovi peculiare fiat. Cur vero *λατρηϊόμενον* scripserimus, vide not. 2 et §. 52, 4.

7) B. *ταῖ*, vid. nr. 4; duriorem constructionem *τὰ γράφεα τᾷ*, literas, quae hic leguntur, rudis sermonis indoles excusat. Ceterum Boeckhium recte *γράφεα* per *γράμματα* interpretatum esse, nostra sequentium interpretatio magis confirmat.

8) B. *αἴτε δᾶμός ἐντ', ἐπιάρῳ κ' ἐνέχοιτο τῷ 'νταὖτ' ἐγραμμένῳ*, multa sacra tenetor hic scripta. Offendit in his primum vox *ἐντὶ* et quod certe supervacanea est, et propter formam. Nam *ἐντὶ* pro *ἐστὶ* apud Theocritum legitur et in Pythagoreorum libris recentiore aetate scriptis, non legitur apud antiquiores scriptores Doricos, ne Siculos quidem Epicharmum et Sophronem, neque in ullis titulis Doricis, et, quum praeterea omni analogia careat, recentioris Dorismi corruptelae deberi videtur, ut *ἀναδείκνυντι* pro *ἀναδείκνυτι* in titulo Cretico C. I. nr. 3050. Deinde *ἐπίαρος* i. e. *ἐφίερος* si non nova vox, novae certe significationis est neque ejus valde probabilis. Denique non ferimus, quod, qui tabulas laedit, eadem multa multatur, qua qui foedus violat. Boeckhius comparat diras Tejorum C. I. 3044, ubi iisdem diris devoventur, qui tabulas laeserint et qui civitatem. At exsecratio ejus, qui tabulam laesurus sit, apta, non apte multa centum talentorum homini fortasse egentissimo irrogatur. Minus etiam placent, quae Hermannus excogitavit. Quare novam interpretationem proponere ausi sumus, *ἐν τἠπιάρῳ* legentes, quod e *τᾷ ἐπιάρῳ* Dorico more natum putamus. Jam vero *ἐπίαρος* cum Boeckhio pro *ἐφίερος*, sed simul *ἁ ἐπίαρος* non diversum esse putamus ab *ἐπαρά*, vid. §. 4, 6. s. v. *ἱρος*; de terminatione mutata conferatur praeter alia *ἁ σούγγραφος* in titulo Boeotico 1569, a pro *συγγραφή*. Formula non alia atque in Diris Tejorum C. I. 3044, 31 *ἐν τἠπαρῇ ἔχεσθαι*, sententia haec: si qui tabulas laeserit, deprecatione tenetor eo, quod hic scriptum est.

Addenda et Emendanda.

Pag. 2. init. Strabo Dicaearchum sequutus est, qui in *Βίῳ Ἑλλάδος* haec de stirpibus et dialectis: *Ἀττικοὶ μέν εἰσι τῷ γένει, ταῖς δὲ διαλέκτοις Ἀττικίζουσιν· ὥσπερ Δωριεῖς μὲν οἱ ἀπὸ Δώρου τῇ φωνῇ Δωρίζουσιν, Αἰολίζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Αἰόλου· Ἰάζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Ἴωνος καὶ Ξούθου φύντες.*

— 3. not. 7. Strabo XIV. p. 653 ipsos Heraclidas, utpote e Boeotia oriundos, errore temporum Aeoles fuisse arbitratur.

— 3. l. 21. Quo jure Magnetes ad Maeandrum Aeolicae stirpi ab antiquis adnumerentur (vid. Boeckh ad C. I. nr. 2910), latet, quum nihil de eorum dialecto cognitum habeamus.

— 7. l. 6. inf. leg. *611* pro *6. 11.*

— 8. l. 9. inf. Addatur Eustath. Prooem. Comm. Pind. p. 9. §. 21. ed. Schneidew. de Pindaro: *Αἰολίζει δὲ τὰ πολλὰ, εἰ καὶ μὴ ἀτριβῆ δίεισιν Αἰολίδα.*

— 9. l. 7. Simonidem quoque, raro Aeolica intermiscentem (vid. Simonid. ed. Schneidew. p. XLVII), et alios nunc omisimus.

— 26. l. 8. inf. leg. §. *23*, *10.*

— 28. l. 8. del. »(potius *ἴλλαθι*).«

— — l. 7. inf. del. »et *ἀφίξεται* Theocr. 29, 13.«

— 36. l. 11. leg. *ῄ* pro *ῆ*.

— 43. l. 3. leg. §. *50.* pro §. *49.*

— 47. l. 8. item.

— 48. l. 9. leg. *ὔσδος* pro *ὕσδος.*

— 50. l. 22. leg. »*ὀῤῥάτω* pro *στειλαμεναι* etc.«

— 51, 13. add. »et in dicto Pittaceo *Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι*, vid. Simonid. ed. Schneidewin p. 16 seqq.«

— 57. not. 26. leg. §. *50.* pro §. *49.*

— 58. l. 9 et not. 32. Valde nunc dubito, annon recte correxerim *ἴλλαθι* pro *ἔλλαθι*. In Et. Gud. 566, 28. enim legitur:

σπανίως τὸ ἰῶτα ἐκτεταμένον τρέπουσιν εἰς ε, οἷον ἴλαθι ἔλλαθι, χίλιοι χέλλιοι, et Simonidis fragmentum (XCI Schn.) in Scholl. Ven. Il. *κ*, 252. scribitur *καὶ σὺ μὲν εἴκοσι παίδων μᾶτερ ἔλλαθι*, nec minus in Callimach. fr. CXXI. legitur pluralis *ἔλλατε*, vid. Schneidewin. ad Simon. l. l. Collocatio vocis *εἴλαθι* apud Choeroboscum sub litera initiali iota, qua emendationem *ἴλαθι* et *ἴλλαθι* olim tueri voluimus, nihil certi indicat, quum p. 214, 16. etiam *αἴσθησις* sub litera *E* legatur. Vix tamen quisquam sibi persuadebit, eosdem Aeoles et *ἴλλαος* et *ἔλλαθι* dixisse. Dubitatio igitur subnascitur, an *ἔλλαθι* nihil commune habeat cum *ἴλαθι* vel *ἴληθι*, quibus quum non appellentur nisi dii, *ἔλλατε* quidem apud Callimachum fr. CXXI. est, ubi Gratias alloquitur, contra *ἔλλαθι* apud Simonidem ubi Divus Achilles (e probabili Schneidewini suspicione) Hecubam. Neque diversum videtur *ἔλλετε*, quo Callimachus utitur in fr. CCXCII. *ἔλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος*, quanquam Heraclides apud Eustath. 756, 36. id *κατὰ γλῶσσάν τινα* pro *ἔῤῥετε* esse contendit. Quibus comparatis audemus suspicari, *ἔλλαθι*, cum Homerico *οὖλε* cognatum, significatione non differre a *χαῖρε*. Ceterum mature grammatici vocem raram et obscuram pro Aeolica notioris *ἴλαθι* forma habuerint. Non esse eam vere Aeolicam vel inde colligere licet, quod poëtae non Lesbiaci duplicationem liquidarum Aeolicam, nisi in paucissimis quibusdam (ut *φαεννὸς, ἔμμεναι*) sibi non concesserunt.

Pag. 60. l. 13. leg. »raro $\overline{\nu\nu}$ e $\overline{\nu F}$.«

— 72. l. 5. add. »*πτέρυγας ἐπωμαδίαις* Theocr. 29, 29.«

— 82, 15. Addimus hic Tzetzae locum, quia nonnulla insunt, quibus nusquam usi sumus. Post ea enim, quae §. 5. not. 11. exscripsimus, Tzetzes ad Hes. Opp. 661, quocum conspirat Et. Leid. ap. Gaisf. ad loc., ita pergit de dialecto Aeolica: *χρονιὸς διὰ διφθόγγου γράφουσι καὶ Ἀμφιτρύων καὶ ἄδων* (fort. *Ἀΐδων* cf. Hesych. *Ἀΐδωνι — Ζεὺς καταχθόνιος*) *καὶ Γηρυὼν λέγουσι καὶ ὄρνιν τὴν ὄρνιν καὶ ἄγυια καὶ ὄργυια καὶ σωπάσομαι, καὶ ἡ γράφεται τὸ κέντη καὶ τὰ ὅμοια προστακτικὰ καὶ παρῃὰ καὶ τὰ ὅμοια καὶ πᾶν ἀπαρέμφατον καὶ ἕτερα μυρία.*

— 83, 2. add. »et fortasse Hesychii glossa *πελαίμαρχος* (leg. *πελέμαρχος*) *πολέμαρχος καὶ ὄνομα κύριον.*«

— 87. l. 18. add. »*πανέλοπες* Alc. 64.«

— — l. 20. leg. *ψᾶφαξ*.

— 89. l. 8. leg. »(vid. §. 20. not. 8.), 39.«

— 92. l. 15. leg. Nam.

— 97. l. 5. inf. add. »cf. Hesych. *χελίνη — τὴν κιθάραν — καὶ λύραν.*«

— 100. fin. Aeolica fuerit etiam Hesychii glossa *οὐ δίκαον, οὐ δίκαιον*, cf. *δικαόζειν*.

— 102. l. 6. inf. Contractio neglecta videtur in *σάος*, vid. Hesych. *σαώτερος ἀπὸ πρωτοτύπου σάος Αἰολικοῦ*, unde *σαόφρονες* Theocr. 28, 14; *σῶος* tamen legitur Alc. 21.

— 103, 4. leg. *ἰρὸν*.

— — l. 5. inf. add. »ad 1, 85. de *ζατεῦσα*, ad 5, 85. de *ὀρεῖσα.*«

Pag. 105, 17. leg. 3).

— 106, 6. leg. »restituimus fr. 102, Alcaeo *ποϊκίλαις* fr. 33.«

— 129, 20. leg. *χαίροισα.*

— 136. not. 5. Socrates Platonis in Protagora p. 346, D. de Simonide (fr. 12. v. 21. Schn.) voce *ἐπαίνημι* uso: *καὶ τῇ φωνῇ ἐνταῦθα κέχρηται τῇ τῶν Μιτυληναίων, ὡς πρὸς Πίττακον λέγων.*

— 139. l. 7. inf. leg. *ν̅σ̅ι̅* pro *υ̅σ̅ι̅.*

— 154. l. 2. leg. plura pro plures.

— 162. l. 10. inf. Lesbiacam linguam aliis Graecis barbaram visam esse, docet Prodicus Platonis Protag. p. 341, C., qui Pittacum a Simonide vituperari putat, *ὅτι τὰ ὀνόματα οὐκ ἠπίστατο ὀρθῶς διαιρεῖν, ἅτε Λέσβιος ὢν καὶ ἐν φωνῇ βαρβάρῳ τεθραμμένος.*

— 163. l. 21. leg. conspicitur pro conspiciatur.

— 177, 3. inf. leg. vulgaris, non.

— 188. l. 4. inf. leg. *ᾱͅ* pro *ᾱ.*

— 190, 4. leg. *Ξενοκράτιος* etc.

— 203. not. 2. leg. *ἄρχοντος* nr. 1564.

— 207. l. 5. inf. leg. *Ἀλεξάνδρῳ* pro *Ἀλεξάνδρων.*

— 227, 13. leg. voculis pro vocalis.

— 243. l. 2. praepositioni *περ* accentum addas et ita ubique praepositionibus apocopen passis.

— 256. v. 9. leg. *ἄρμ'.*

Leviora peccata, maxime in accentibus et interpunctione, benevolus lector facile ipse corriget.

IMPRESSIT FRIDERICUS ERNESTUS HUTH.

DE
GRAECAE LINGUAE
DIALECTIS

SCRIPSIT

HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.

LIBER SECUNDUS.

DE DIALECTO DORICA.

GOTTINGAE
APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.
MDCCCXLIII.

DE

DIALECTO DORICA

SCRIPSIT

HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXLIII.

CAROLO LACHMANNO SUO

S. P. D.

HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.

Primo hujus operis libro quatuor abhinc annis absoluto spem conceperam fieri posse, ut Carolo Odofredo Muellero, qui eo ipso tempore Graecum iter parabat, incolumi et honestissima praeda onusto in patriam reduci laetissimum animum altero libro tradito testificarer. Quae enim essent de dialecto Dorica, quo nomine inscribere mallem quam ejus, qui Dorienses suos ita coluit, ut inter amicos jocantes ipse Doriensis appellaretur, aut cui pietatis atque venerationis aliquod documentum edere, quam cujus insignia de literis et de me merita longinqui itineris periculum et felicis reditus desiderium tunc maxime in memoriam revocarent. Deo Optimo Maximo aliter placuit. Nam et scribendi difficultas, quam in primi libri praefatione questus eram (spasmum scriptorium medici dicunt), in dies aucta neque ullo medicamentorum vel balneorum usu,

adeo ne tenotomico quidem Dieffenbachii, clarissimi viri, artificio victa inceptum opus, quod unius anni spatio absolvi posse mihi persuaseram, continuari vetuit, donec obstinatae dextrae munus sinistra suscipere didicisset; et Muellerus immatura morte in ipsa Graecia abreptus orbem terrarum acerbissimo luctu implevit. Itaque aliud nomen huic volumini circumspiciens (nam libros defunctorum manibus dedicandi morem parum probo), non inveni quenquam digniorem, cui hac potissimum ratione animum amicum et gratum profiterer, quam Te, mi Lachmanne, qui de primo libro tam benevole judicaveris, ut hoc amicitiae cum summo meo gaudio inter nos contractae fuerit principium, qui Dieffenbachii artem experturo benignissime hospitium Tuum obtuleris, semiaegrum per quinque hebdomades pro fratre germano foveris, subtristem suavissima confabulatione exhilaraveris, peregrinum in praestantissimorum hominum consuetudinem et familiaritatem adduxeris, denique Tuum illum mihi abunde exhibueris candorem, quem ii quibus propius Te cognoscere contigit non minus amant, quam doctrinam Tuam multiplicem et sagacitatem admirantur omnes.

Nec temperare mihi possum quin hoc loco reliquorum quoque Berolinensium, quorum insigni humanitate usus sum, memoriam gratissimo animo colam: Boeckhii, Clarissimi Viri, qui reliquae comitati id adjecit, ut copias in Corporis Inscriptionum Graecarum usum congestas mihi perlustrandas et, quantum licebat scribendi facultate tum fere destituto, excerpendas concederet; Franzii, quo nihil est sincerius et officiosius, qui reliqua sua in me beneficia inscriptiones Cyrenaicas in meum usum nitidissime describendo cumulavit; Meinekii, quem Tuo amore, qui est summus, amplecti didici: ceterorum praeter Te et Meine-

kium nostrum Graecae illi societati clarissimae adscriptorum, qui me hospitem admittere non dedignati doctrinae elegantia et morum urbanitate ita ceperunt, ut horas cum illis peractas inter laetissimas vitae habeam; denique omnium, qui id effecerunt, ut mutila dextra, quem unicum tenotomiae fructum abstuli, itineris Berolinensis quotidie lubentissime admonear.

Aegre me revoco ad pauca de opere meo praefanda. Primus liber benevolos judices nactus est, Schneidewinum meum in Ephemeridibus Gottingensibus a. 1840 nr. 132 et K . . . . quendam in Ephemeridibus Darmstadinis antiquitatis studio dicatis a. 1841 nr. 145. 146. Quorum uterque quum operam nostram ita probaverit, ut in paucis quibusdam dissensum significarit, in Additamentis ad Librum Primum huic libro adjectis, admonitiones eorum, quatenus operis nostri ratio postulare visa est, non neglexlmus. Unum est, quod hoc loco commemorandum ducimus. Omnibus enim iis paragraphis, quae vel singularum dialectorum Aeolicarum indolem describunt vel omnes tres in comparationem vocant, §. 31. 49. 51, parum satisfecimus Censori Darmstadino, qui ampliore et accuratiore disputatione opus fuisse contendit. Nos in istas paragraphos non minus curae cogitationisque impenderamus quam in reliquas et ne hodie quidem intelligimus, quae sint illa aut vera aut probabilia, quae addi potuerint. Itaque primum Te, mi Lachmanne, omnesque lectores benevolos rogatos volo, ut, si et illa et quae in hoc libro sunt ejusdem generis, minus bene disputata esse videantur, ne diligentiam meam in culpam vocetis, sed aut ingenii tenuitatem aut ipsam rerum tractatarum indolem et naturam; Censorem autem oro et obsecro ut, quae melius dici posse scit, publice privatimve communicet mecum, quo

edoceri nemo magis concupiscit. Ceterum severissimum operis mei censorem me ipsum egisse, Additamenta ad L. I abunde patefacient.

Illorum igitur censorum nec minus Tuo aliorumque, quibus plurimum tribuo, judiciis permotus sum ut neque operis absolvendi consilium abjicerem et eadem via atque ratione pergerem, quae omnium assensum tulisse videretur. Neque, nisi faciliore primi libri labore vires antea exercuissem atque firmassem, hujus mediocriter perficiendi gravissimum onus me sustenturum fuisse arbitror. Quod quam recte sentiam, quanquam Tu ex ipso opere satis intelliges, duo tamen molestissima impedimenta, quae facilius latere possint, paucis commemorabo. Primum nimium quantum desudavi, priusquam, quid quibusque fontibus, quorum plerique parum limpidi sunt, fidei haberi possit, satis perspectum haberem. Deinde in iis, quae recentiores et recentissimi (adeo qui jure doctissimi habentur) de Dorica dialecto protulerunt, incredibilem errorum copiam inveni, contra paucissima, unde aliquid praesidii peti posset; ne ea quidem, quae Boeckhius in secundo Corporis Inscriptionum volumine de dialecto Cretica commentatus est, quanquam reliquis multo praestantiora, omnia probari poterant, quum accurata omnium Doridis varietatum comparatio haud raro alia doceret. Utinam tantum laboris Te judice ne male impensum esse videatur! — Ceterum, de qua re in primi libri praefatione monere neglexeramus, consilio et ea omissa sunt, quae ad syntacticam rationem spectant, quo pertinent schemata singulis populis apud grammaticos adscripta, et glossarum e dialectis depromptarum, quatenus in etymologicam partem nihil lucri afferunt, ingens numerus. Quod aliquoties, maxime in §. 46, ultra fines, quibus ipsi nos circumscripseramus, evagati esse videmur, apud

benevolos lectores excusatum volumus; iidem facile perspicient et clementer condonabunt incommoda quaedam inde orta, quod post longam moram invitis obtrusam, quo celerius hoc volumen in lucem prodiret, prelo prius uti coeperamus, quam totum opus absolutum et perpolitum esset. Postremo iterum a librorum penuria aliquid excusationis petendum est; haud paucos, quibus libenter usus essem, ne Gottingenses quidem thesauri suppeditarunt, quorum in numero Annales Instituti Archaeologici post a. 1837 fuisse mirabuntur qui legerint.

In Appendice Epicharmi Sophronisque fragmenta, quae quidem ipsorum poëtarum verba plus singula continerent, aliaque emendatiora exhibuimus; quibus annotationem paullo ampliorem adjicere oportuit, quia minus quam in primi libri appendice suppetebant, quo ablegaremus. Nam Epicharmeorum collectio Krusemaniana, Sophroneorum Blomfieldiana in paucorum manibus sunt neque idoneae esse videbantur quibus pro fundamento uteremur. Lectiones codicum, a quibus emendationes receptae proxime absunt, in margine sine indicibus adnotavimus; accentus rationem Doricam, id quod in reliquo libro praeterquam in paradigmatis non ausi eramus, tacite restituimus.

In Additamentis ad utrumque librum ea, quae latuerant nos e titulis et libris vel olim cognitis vel sero allatis, non addenda censuimus, nisi aut nova inde apparerent aut dubia magis confirmarentur. Alioquin enim ingens locorum numerus apponendus fuisset, praesertim e Crameri Anecdotorum Parisiensium Voll. III. IV et Choerobosco ad Theodosii Canones ed. Gaisford, qui libri post magnam hujus voluminis partem absolutam et typothetis traditam ad nos pervenerunt. Neque fieri poterat ut addenda et corrigenda singulis paginis et versibus

accurate accommodaremus, sed semel monuisse, quae ad plures locos pertinerent, satis habuimus.

Accipe igitur, mi Lachmanne, hunc qualemcunque librum, quem si priore non inferiorem judicaveris neque leve hoc animi mei erga Te documentum contempseris, satis amplum laboris mei praemium nactus esse videbor. Spero fieri posse ut breviore intervallo succedat tertius, qui erit de dialecto Ionica. Quum enim in ipso libro aliquoties indicaverim, sequentem de mixtis lyricorum et bucolicorum dialectis acturum esse, consilium mutandum erat, postquam comperi Zieglerum egregiis librorum manuscriptorum copiis in Italia conquisitis Theocriti editionem parare.

Vale et mihi favere perge.

Dabam Ilfeldae Calendis Majis a. MDCCCXLIII.

I N D E X.

Index siglorum et abbreviationum.

Ad ea, quibus in Libro Primo usi sumus, pauca accedunt, quae explicatione egere videntur.

Acr. Inscriptiones Acrenses vid. p. 13.

Agr. Decretum Agrigentinorum ibid.

Amph. Decretum Amphictyonum C. I nr. 1688 vid. p. 11.

Chal. Tituli Chalienses vid. ibid.

Cyr. Tituli Cyrenaici vid. p. 17.

Gel. Decretum Gelensium vid. p. 13.

Herm. Tituli Hermionenses.

Ign. 2670 vid. p. 15.

Iss. Tituli Issenses vid. p. 13.

L. aut Leak. numeris additum indicat inscriptiones a Leakio in Morea aut in Itinere per Graeciam septentrionalem editas.

Lac. Tituli Laconici et Lac. rec. recentiores post a. 200 scripti.

Megal. Tituli Megalopolitani.

R. aut Ross. numeris additum indicat titulos a Rossio in Inscriptionibus Graecis Fasc. I. II. et Actis Academiae Monacensis, vid. p. 15, editos.

Teg. Tituli Tegeatici, et Teg. H. L. is quem Rossius edidit in Ephemeridibus Halensibus vid. p. 9.

Si qua praeterea obscura videantur, eorum potestatem facile e §. 2 cognosces. Numeri, quibus nihil additum est, ad Corpus

Inscriptionum Graecarum pertinent. **A l c m a n i s** fragmenta vulgo secundum Schneidewini Delectum attulimus; numeri uncinis inclusi et qui W. additum habent, Welckeri editionem spectant.

In **A p p e n d i c e** asteriscus (*) numeris fragmentorum additus indicat, ea sine auctoris nomine legi. Idem verbis praepositus corruptelam prodit. Crux (†) Sophroneorum numeris adjecta significat, ea ad *Μίμοις Ἀνδρείοις* vel *Γυναικείοις* e conjectura referri; idem signum in annotatione nostrarum emendationum index est.

§. 1.

Praemonenda.

1) Dorica stirps quas terras urbesque intra Graeciae fines et extra tenuerit, satis in universum constat. Neque tamen soli Dorienses Dorica, quam dicimus, dialecto usi sunt, ut Aeolicis dialectis soli, quantum scimus, Aeoles: verum ad alios quoque populos diversae stirpis vel antiquitus pertinebat vel publica Doricarum civitatum auctoritate privatoque commercio permanavit. Strabo testatur, sua aetate omnes Peloponnesios (Eleosne et Arcadas excipiat, non liquet) *δωρίζειν* [1]), etiam eos, qui non sint Doricae stirpis. Et Cynurii quidem jam Herodoti tempore Doricam linguam assumpserant [2]), Coloni-

---

1) Strab. VIII. p. 513. *ὅσον μὲν οὖν ἧττον τοῖς Δωριεῦσιν ἐπεπλέκοντο, καθάπερ συνέβη τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις — οὗτοι Αἰολιστὶ διελέχθησαν· οἱ δ' ἄλλοι μικτῇ τινὶ ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον αἰολίζοντες· σχεδὸν δ' ἔτι καὶ νῦν κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν*, cf. L. I §. 1 not. 2. — Theocrito Peloponnesiacam linguam pro Dorica nominante XV, 92 uti nolumus nec grammatico Peloponnesios Dorice loquutos esse tradente, vid. not. 5.

2) Herod. VIII, 73. *Κυνούριοι δὲ αὐτόχθονες ἐόντες δοκέουσι μοῦνοι εἶναι Ἴωνες, ἐκδεδωρίευνται δέ.* Thierschius in Actt. Acad. Mon. Vol. I. p. 513 seqq., Cynuriorum posteros existimat esse hodiernos Zacones atque in horum dialecto a Neo-Graeca lingua valde diversa antiquissimae Iadis multa vestigia deprehendit. Nos pauca quaedam Doricae et Laconicae maxime dialecti admonere intelligimus, qualia sunt *α* pro *η* in *ἁ φωνά*, *σάμερε* pro *σήμερον*, *ἐτάκατε* pro *ἑστήκατε*, *ου* pro *υ* in *θοῦρα*, *γουναῖκα*, *ττ* pro *κτ* in *δάττυλο* pro *δάκτυλος*; sed plurima horrendum in modum corrupta et mutilata

dum in Messenia incolae, qui Atticam originem jactabant, certe Pausaniae tempore, vid. IV, 34; Eleutherolaconum, qui erant perioecorum Laconicorum Achaicae stirpis posteri, decreta secundi a. Chr. saeculi puram Doridem referunt [3]), nec minus Dryopum Hermionensium tituli [4])

---

potius quam e remotissima antiquitate per tot varios casus servata. Quid vero, quod Thierschius etiam Pseudartabea illa Acharn. 104. *οὐ λῆψι χρῦσο* ad antiquissimam Iadem refert?

3) C. I. nr. 1325. 1331. 1335 etc., vid. §. 2, 2; de Eleutherolaconibus cf. Müll. Dor. I. p. 22.

4) vid. §. 2, 3. — Strabo VIII. p. 572 narrare videtur, Hermionen ab Argivis dirutam esse: *ἠρήμωσαν δὲ τὰς πλείστας οἱ Ἀργεῖοι πειθούσας. οἱ δ' οἰκήτορες οἱ μὲν ἐκ Τίρυνθος εἰς Ἐπίδαυρον ἀφίκοντο, οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἑρμιόνης εἰς τοὺς Ἁλιεῖς καλουμένους.* At ipse in proximis docet, Hermionen sua quoque aetate non ignobile oppidum esse; Persici et Peloponnesiaci belli tempore non dirutam jacuisse, adeo liberam fuisse ab Argivorum imperio et Spartanorum Argivis infestissimorum partes sequutam, apparet ex Herod. VIII, 43 et Thucyd. II, 56. VIII, 3. Itaque quum Strabonis codices Par. et Mosc. praebeant *οἱ δὲ τῆς εἰς τοὺς Ἁλιεῖς* et quum e Steph. Byz. s. v. *Ἁλιεῖς* et *Τίρυνς* satis constet, Tirynthios ab Argivis expulsos in terram vel oppidum *Ἁλιεῖς* fugisse, quam regionem antea Hermionenses tenuerint, aut legendum est *οἱ δὲ εἰς τοὺς Ἁλιεῖς* aut *οἱ δὲ τῆς Ἑρμιονίδος εἰς τοὺς Ἁλιεῖς*. Nec vulgatam apud Strabonem lectionem Pausanias tuetur, quum II, 31, 5, postquam Hermionen ab Hermione Phoronei nepote conditam dixit, haec tradit: *ἐπῴκησαν δὲ καὶ Ἑρμιόνην ὕστερον Δωριεῖς οἱ ἐξ Ἄργους, πολεμὸν δὲ οὐ δοκῶ γενέσθαι σφισίν· ἐλέγετο γὰρ ἂν ὑπὸ Ἀργείων.* Nam et bellum fuisse negat neque quidquam de Dryopibus Hermionae incolis compertum habet, id quod lucide docet locus de Dryopibus IV. c. 34. Ubi quum praeterea narret, solos Asinaeos tum temporis non puduisse Dryopicae originis, satis certum habemus, Hermionenses mala fraude Argivam coloniam ementitos esse, ut Dorienses esse viderentur. Vides, quo jure Mullerus Dor. I. p. 175 Hermionen post bellum Persicum ab Argivis captam dicat, et Boeckhius ad C. I. nr. 1193 Hermionae incolas, quo tempore is titulus scriptus sit, Argivos fuisse contendat, quanquam in eo ipso cognationem Asinaeorum agnoscunt. Potius, si quid videmus, Hermione nunquam

haud malae aetatis. Adeo Achaei Aegialenses saeculo a. Chr. secundo Dorice loquuti esse videntur (vid. L. I §. 54) et Arcadum recentiores tituli lingua omnino Dorica utuntur, quanquam antiquiores peculiarem dialectum exhibent, vid. L. I §. 53.

Extra Isthmum Argivi Amphilochici, qui erant barbarae originis, ab Ambraciotis in civitatem acceptis Graecam linguam, Doricae procul dubio dialecti, assumpserant Thucydide teste II, 68. Nec minus Dorica Acarnanum dialectus, quae in titulis secundi saeculi conspicitur, a Corinthiorum in ea parte coloniis duci potest. Contra haud facile credideris, Aetolos a Messeniis, qui aliquantisper Naupactum tenuerant, Doricam dialectum accepisse, qua circa a. 200 usos esse tituli docent, sed eo libentius antiquam linguae cognationem statuemus, quod Aetoli uno saltem testimonio (L. I §. 1 not. 5) contra vulgarem antiquitatis opinionem inter Dorienses referuntur. Delphos, quorum tituli non minus Doridem referunt, Müllerus Dor. I p. 211 Dorienses fuisse credidit, de qua re infra accuratius videbimus. Phocenses, Locrenses, Thaumacenses (quae est Phthiotidis urbs) Doride usos esse inscriptiones patefaciunt, quos nec Doricam dialectum mutuatos esse neque ipsos Dorienses fuisse quisquam crediderit. Itaque per septentrionalem Graeciae partem antiquitus id linguae genus regnasse, quod a Doriensibus ex illa regione egressis Doricum appellatum est, jam nunc ponere licet. Infra ad eam quaestionem recurremus.

In Creta multas urbes Dorice loquutas esse, quas omnes Dorienses colonos accepisse nec traditum est nec verisimile, inscriptiones docent, vid. §. 2, 9. Igitur hic Dorica lingua non minus ad populos barbaros aut certe non Doricos propagata est, quam in Sicilia, ubi inscriptiones Segestanorum et Alaesinorum, qui erant barbari,

---

ab Argivis nec diruta est nec bello capta nec sine vi colonis aucta, sed per omne tempus libera erat et Dryopica.

et Tauromenitarum, qui erant Chalcidicae originis, Dorica dialecto utuntur, vid. §. 2, 6, ut omittamus nummos populorum barbarorum, qui saepe et in Sicilia et in Italia Doricas formas offerunt. Nam in Magna Graecia Doridem ad populos vicinos pervenisse non minus constat; Ennius teste Festo s. v. bilingues Bruttates bilingues dixit, quod et Graece et Osce loquerentur, neque alia de causa Horatius Sat. I, 10, 30 Canusinos. Utrosque Doricam dialectum assumpsisse patet.

In Asia Pamphylii dialectum habebant Laconicae aut Argivae simillimam (vid. §. 9 not. 1, §. 5 not. 7 et nr. 5 sub *ἀβέλιος* et *αἴβετός*), procul dubio a colonis Doribus acceptam; nam et Aspendus teste Strabone XIV p. 983 et Mela L. I c. 14 ab Argivis condita erat et Phaselis in Pamphyliae confiniis sita a Rhodiis, vid. Müll. Dor. I. p. 110.

Non male igitur, quanquam paullulum *ὑπερβολικῶς*, Joannes Grammaticus [5]) Cretes, Siculos, Epirotas, Libyas Dorice loquutos esse testatur. Nam in Epiro, Creta, Sicilia Doricam extra Doricas urbes propagatam esse vidimus; idem in Cyrenarum vicinia factum esse verisimile est.

2) Varia fuisse Doricae dialecti genera jam antiqui grammatici monent [6]). Quorum quaedam vix minus inter

---

5) J. Gr. 236, b. *Δωρίδα, ᾗ χρῶνται Ῥόδιοί τε καὶ Κῷοι καὶ Πελοποννήσιοι καὶ Κρίσκοι καὶ Σικελοὶ καὶ Λίβυες καὶ οἱ τὴν ἤπειρον λεγομένην οἰκοῦντες.* In recentioribus editionibus (ut Const. Lasc. p. 316) pro *Κῷοι* legitur *Κρῆτες*, omittitur *Κρίσκοι*, postremo scribitur *τὴν παλαιὰν ἤπειρον οἰκοῦντες*, neque minus Meerm. p. 612 praebet: *Πελοποννήσιοι καὶ Κρῆτες καὶ οἱ τὴν παλαιὰν Ἤπειρον οἰκοῦντες.* *Κρίσκοι* e *Κρισαῖοι* corruptum esse dubitanter conjecimus L. I §. 1 not. 6.

6) J. Gr. 242, b. *τῆς Δωρίδος πολλαί εἰσιν ὑποδιαιρέσεις τοπικαί· ἄλλως γὰρ Κρῆτες διαλέγονται, ἄλλως Ῥόδιοι καὶ ἄλλως Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι*; item Meerm. 656. omissis Rhodiis et Greg. C. 299, ubi adduntur in nonnullis libris *Συρακούσιοι καὶ Σικελοί.* Deinde J. Gr. 243, b. *διαφέρει δὲ ἡ τῶν Κρητῶν διάλεκτος, ᾗ νῦν κέχρηται Κυψέλας, καὶ ἡ τῶν Λακώνων, ᾗ κέχρηται Ἀλκμάων, Σώφρων.* Item Gr. C. 371,

se distant, quam Aeolicae Lesbiorum et Boeotorum dialecti, ut si Laconicum et Rhodiacum comparare velis. Diversissima tamen genera aliis intercedentibus, quae vel huic vel illi similiora sunt, ita inter se cohaerent et, quo antiquiorem linguae formam investigamus, ita apertius cognationem suam produnt, ut multum cogitantibus nobis rei non convenire visum sit, singula Doridis genera singulis capitibus describere, quam disquisitionis viam in libro de dialectis Aeolicis optimo jure tenuimus. Ne tamen minus appareat, quae cujusque generis sit indoles, ita rem instituendam duximus, ut in extrema libri parte singulorum generum proprietates succincte enarraremus.

Nunc praemonendum est, duas potissimum Doridis differentias conspicuas esse, quae quum multis aliis rebus tum eo discrepant, quod altera genitivum secundae declinationis cum Lesbiis, Boeotis, Arcadibus in ῶ exeuntem habet, ut ἵππω, altera cum Ionibus et Atticis in οῦ, ut ἵππου. Illam, quae a vulgari ratione magis recedit, severiorem Doridem vocabimus, hanc mitiorem, quanquam aptiora nomina aegre desiderantes 7). Illa est La-

---

nisi quod ultima scribuntur: ᾗπερ Ἀλκμὰν καὶ Σώφρων ἐστοίχησαν. Rectissime apud Joannem suppleri jusserunt: Ἀλκμάων (καὶ ἡ τῶν Συρακουσίων, ᾗ κέχρηται) Σώφρων, vid. Intt. ad Gr. C. —

7) Mitior Doris significari videtur in Arg. Theocr. Id. I. Δωρίδι καὶ Ἰάδι διαλέκτῳ χρῆται ὁ Θεόκριτος, μάλιστα δὲ ἀνειμένῃ καὶ χθαμαλῇ Δωρίδι παρὰ τοῦ Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος. Valckenarius ad Roev. p. 59 et ad Adon. p. 209 (Aldinae tamen lectionem spectans, quae hoc scholion cum alio, quod in sequenti nota exhibebimus, male miscet) correxit παρὰ τὴν Ἐπ. vel παρὰ τὴν τοῦ Ἐπ., eamque emendationem in Theocriti editione ad scholion recte separatum transferens recentiorum editorum assensum tulit. Voluit autem eam praepositionis παρὰ vim esse, ut discrimen Theocriteae dialecti ab Epicharmo et Sophrone indicet. Nos nihil mutandum censemus, sed Theocritum dialectum ab Epicharmo et Sophrone accepisse dici, quod quatenus verum sit, alio tempore quaeremus; Epicharmi certe et Sophronis mitior Doris non male ἀνειμένη et χθαμαλή dicitur. — Severiorem Doridem intellige, quum τόνῃ in

conum, Tarentinorum, Heracleensium aliorumque, ut videtur, Italiotarum, deinde Cretensium et Cyrenaeorum; haec reliquorum, qui Dorica dialecto usi sunt, quantum quidem compertum habemus, omnium.

3) Inter antiquiorem et recentiorem vel universae Doridis vel singulorum generum formam haud leve discrimen intercedere neque antiquos grammaticos latuit [8]) et infra accuratius demonstrabitur. Noli tamen Diodoro [9]) fidem habere, qui Dioclis Syracusani leges septuaginta annis praeterlapsis Timoleontis aetate propter antiquam dialectum difficiles ad intelligendum fuisse tradit, appellationem ἐξηγητοῦ male interpretatus. Nam dialectus Syracusana, quali Epicharmus et Sophron, Diocle antiquiores, usi sunt, ne Attico quidem homini difficilis esse poterat neque aetate erat mutata praeterquam in levissimis rebus.

Inde ab Alexandri aetate Attica lingua paullatim ad Dorienses transmanare coepit, ita ut saeculo tertio et secundo a. Chr. paucissima quaedam ad ejus rationem mutata conspiciantur, deinde majore in diem temeritate Dorica Atticis misceantur. Dorice tamen loquebantur in ipsa Graecia non solum Strabonis aetate (vid. not. 1),

---

Scholl. Il. ξ, 262. ἄκρως Δώριον vocatur; nam Laconum et Tarentinorum est νη pronominibus additum. Vide etiam §. 21 not. 1.

8) Arg. Theocr. Id. I. ἄλλως· ἰστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος Δωρίδι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ νέᾳ, δύο γάρ εἰσι, παλαιὰ καὶ νέα· καὶ ἡ μὲν παλαιὰ τραχεῖά τίς ἐστι (Ald. addit καὶ ὑπέρογκος καὶ οὐκ εὐνόητος)· ἡ δὲ νέα, ᾗ καὶ Θεόκριτος χρῆται, μαλθακωτέρα καὶ εὐκολωτέρα. Ceterum haec parum accurate dicuntur. — In Ann. Oxx. I, 171, 20. οἱ παλαιότεροι τῶν Δωριέων dicuntur εἷς proferre, contra Rhintho ἧς, etiam hoc minus recte; ibid. p. 278. optime μῶσα Laconibus tribuitur, μῶα vero τοῖς μεταγενεστέροις Λάκωσι.

9) Diod. XIII. c. 35. postquam de Diocle legum latore dixit: οἱ δ' οὖν Συρακούσιοι κατὰ τοὺς νεωτέρους χρόνους κατὰ μὲν Τιμολέοντα νομοθετήσαντος αὐτοῖς Κεφάλου, κατὰ δὲ τὸν Ἱέρωνα τὸν βασιλέα Πολυδώρου, οὐδέτερον αὐτῶν ὠνόμασαν νομοθέτην, ἀλλ' ἢ ἐξηγητὴν τοῦ νομοθέτου· διὰ τὸ τοὺς νόμους γεγραμμένους ἀρχαίᾳ διαλέκτῳ δοκεῖν εἶναι δυσκατανοήτους.

sed etiam Pausaniae, qui Messenios Doridem puriorem servasse testatur quam reliquos Peloponnesios [10]); Rhodios Tiberii aetate Dorice loquutos esse Suetonius tradit c. 56.

Attamen si solas inscriptiones consulas, vix credideris Doricam dialectum, quae quidem aliquo jure dici possit, in plerisque Doricis civitatibus ad id temporis perdurasse. Recentissimi enim tituli, qui Doridem mediocriter puram exhibent, sunt Byzantius Tiberii vel Caligulae aetate scriptus C. I. nr. 2060, Cyrenaei nonnulli, quos frequentatum Ti. Claudii nomen non ante Tiberium scriptos esse arguit, Delphicus apud Rossium nr. 71, quem simili ratione Vespasiano non antiquiorem esse apparet. Sed in Peloponneso et Megaride maturius patria lingua in publicis documentis obsolevit. Non credimus quidem titulum Methanae prope Troezenem repertum, C. I. nr. 1191, vulgaris dialecti, qui est circa a. 160 a. Chr. scriptus, a Peloponnesiaca civitate positum esse, sed aut a peregrina in Isidis templo collocatum aut casu quodam Methanam delatum existimamus; Megarica tamen decreta a. u. 719 scripta C. I. nr. 1053. 1054. 1055 vulgarem dialectum praebent, nec minus Messenius titulus nr. 1297 a. u. 764—765 scriptus et alias nr. 1301 e Caligulae aetate, Laconicus nr. 1389 ejusdem fere aetatis. Levissima sunt Doridis vestigia, quae usque ad tertium p. Chr. saeculum in titulis aut resederunt aut post Hadrianum antiquorum resuscitatorem quaerebantur, ut *ἁ πόλις, ὁ δᾶμος* et nominum propriorum formae Doricae.

Jam vero si quis hinc colligere velit, Doricam dialectum primo aut certe secundo nostrae aerae saeculo omnino extinctam esse, non rectius judicaverit, quam qui Teutonicae linguae dialectum Sassicam per tria saecula in publicis documentis spretam plane ex ore populi evanuisse

10) Paus. IV. c. 27. extr. *οὔτε τὴν διάλεκτον τὴν Δωρικὴν μετεδιδάχθησαν, ἀλλὰ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι τὸ ἀκριβὲς αὐτῆς Πελοποννησίων μάλιστα ἐφύλασσον.*

suspicetur. Non minus Doricam dialectum, certe Laconicam, postquam scribi desita erat, apud plebem rusticam haesisse, quae ad nostra usque tempora ejus reliquias quasdam servavit, infra demonstrabimus.

§. 2.

De fontibus.

1) Inscriptiones et multae et bonae frugis plenae adsunt quaerenti de Dorica dialecto variisque ejus generibus, quanquam dolemus, quod paucae tertium a. Chr. saeculum superant, paucissimae quartum, deinde quod nonnullarum urbium, quarum dialectos penitius cognoscere enixe cupimus, nulli fere tituli supersunt, unde certiora discamus. Qui Romanorum imperatorum tempore scripti sunt, raro quidquam utile praebent; metricis inscriptionibus caute utendum est, quia mixtam ex arbitrio dialectum habere solent. — Jam eos titulos, quibus maxime usi sumus, locorum temporumque ratione habita, perlustrabimus.

2) Tituli Laconici et Messenici:

Leake nr. 71 Sellasiae antiquae loco repertus, antiquae scripturae (h. e. ε, ο pro η, ω etc.), ita mutilatus ut tantummodo singula quaedam verba certius legi possint.

Corp. Inscr. nr. 13 Geraniae in Messenia aut Laconica a Fourmonto repertus, antiquae scripturae, pauca verba continens.

Ibid. nr. 15 Spartanus e schedis Fourmonti, antiquae scripturae; pauca verba legi possunt.

Ibid. nr. 1511 Tegeae positus sed recensum rerum Lacedaemoniis in belli usum donatorum continens, ita ut dialectum Laconicam judicare oporteat. Scriptura est antiqua, aetas tituli Müllero et Boeckhio judicibus fortasse Lysandrea: sed potest etiam antiquior haberi. Ceterum valde lacer est et parum accurate a Fourmonto descriptus.

Ross nr. 33 Misthrae repertus antiqua scriptura solam vocem *ΕΠΟΙΕΗΕ* exhibet i. e. ἐποιεέ pro ἐποίησε; neque enim recte Rossius ἐποιήθη legit. Eundem titulum Leakius nr. 52 per errorem inter Arcadicos retulerat, quem in L. I §. 53 male sequuti eramus. — Ibid. nr. 34, a. b. item Misthraei, qui solas voces *ΗΙΑΡΕΩΝ* et *ΗΙΑ(ρ)ΕΥ(ς)* habent.

Corp. Inscr. nr. 1325 Gytheaticus paullo post a. u. 559 scriptus. — Nr. 1331 decretum Spartae repertum, sexti u. c. saeculi, mutilum et corruptum. — Nr. 1332 fragmentum decreti Paroreae repertum. — Nr. 1334 Geronthratarum decretum valde corruptum. — Nr. 1335 decretum τοῦ κοινοῦ τῶν Λακεδαιμονίων mutilum et corruptum. — Nr. 1336 Gytheaticus et nr. 1338 Amyclaeus a peregrinis ibi versantibus positus, Romanorum imperatorum aetatis. — In his titulis Laconicis inde ab a. 200 a. Chr. scriptis Doricam quidem dialectam conspici sed eam mitiorem, non severiorem, qua Lacones usos esse aliunde satis constat, valde memorabile est, quod qua ratione explicari possit, infra quaeremus.

Messenici tituli sunt: in Corp. Inscr. nr. 1339 fragmentum decreti Boeckhio judice imperatorum Romanorum tempore scripti; nihil tamen obstat, quin paullo antiquius habeatur. — Leak. nr. 46 descriptio finium agri Messenici et Phigalici, lacera, ejusdem fere aetatis. Nonnulla Laconicae proprietatis vestigia recentissimi tituli, circiter secundum p. Chr. saeculum scripti servarunt, maxime in nominibus propriis. — Ceterum Fourmontiana commenta, a Boeckhio optimo jure explosa, silentio praetermisimus.

3) E reliqua Peloponneso et Megaride hi tituli Dorici suppetebant:

Ex Arcadia Megalopolitanus C. I. nr. 1534 valde lacer et corruptus; Tegeaticus a Rossio in Ephemeridibus Halensibus a. 1838 *Intelligenzblatt* nr. 40 et alius ab eodem in Inscr. Gr. nr. 1 editus, quem ad primorum imperatorum aetatem pertinere suspicatur.

Argivae inscriptiones antiquissimae C. I. nr. 2. 14. 18. 19 tam incertae lectionis, ut vix quidquam fructus inde redundet; nr. 29 inscriptio galeae, quam Boeckhius conjectura Argivam fecit; nr. 17 et accuratius apud Ross. nr. 55, unde veram lectionem eruit Müllerus in Ephem. Gott. 1836 p. 1152, epigramma metricum. His titulis, qui antiqua scriptura utuntur, multo recentiores sunt nr. 1119 misere mutilatus et nr. 1120, fragmentum catalogi.

Hermionenses: nr. 1194. 1195 antiquae scripturae; nr. 1193 paullo longior sed valde corruptus; nr. 1197. 1200. 1205 paucorum verborum; nr. 1207—1211 catalogi virorum et mulierum male habiti, qui quum Romanis nominibus careant (nam praenomen *Αἰ.* in nr. 1211, 25 dubium videtur), ante nostram aeram scripti existimari possunt.

Calaureaticus nr. 1188 brevis inter Ol. 145, 4 et 155, 3 scriptus.

Troezenius nr. 1183 paucorum verborum.

Epidaurii nr. 1172. 1177. 1178. 1179 bonae aetatis sed paucissima verba exhibentes.

Aeginetici: nr. 2138 antiquae scripturae, nr. 2140 valde corruptus et lacer, a. u. c. 671—672 scriptus, nr. 2140, b brevis.

Phliasius nr. 37 antiquissimus paucorum verborum et similis apud Ross. It. Pelop. I p. 31.

Cleonaeus (si quidem Boeckhius recte conjecit) Athenis collocatus nr. 166 antiquae scripturae, militum defunctorum catalogus.

Megaricus nr. 1052, post conditam Megalopolin ante Romanorum dominationem scriptus.

4) Ad Graeciam extra Isthmum sitam (excepta Megaride) hi tituli pertinent:

Crisaeus antiquissimus C. I. nr. 1, quem multo accuratius descripsit Ulrichs in Itinere Graeco I p. 31, quanquam etiam nunc paullo certiora non sunt nisi haec: *ἴχοι καίFος ἄνθαιον αἰFεί.* — Delphicus titulus C. I.

nr. 25 circa Ol. 102 antiqua scriptura exaratus; Amphictyonum decretum Athenis Ol. 100, 1 positum, mutilum quidem et lectionis valde dubiae, sed nihilominus summi pretii, quare, quum complura sint, in quibus a Boeckhio discedamus, in Appendice hunc titulum accuratius tractabimus; Delphicus titulus bonae aetatis nr. 1690, sed valde mutilus et corruptus. Paullo recentiores sunt Delphicae inscriptiones hae: nr. 1691. 1692 decreta de proxenia, quorum hoc valde corruptum; nr. 1693 decretum a. 275 a. Chr. scriptum, incertissimae lectionis, sed quod e titulo Rossiano nr. 67 saepe restitui possit; nr. 1699—1709, a, tituli de servis Apollini venditis, omnes male habiti, quos secundo vel primo a. Chr. saeculo scriptos existimo; recentior est nr. 1709, b ejusdem argumenti, qui ad primorum imperatorum aetatem pertinere videtur. Rossii titulus nr. 67 Boeckhiano nr. 1693 pro parte simillimus est; nr. 71, cujus pars extat in C. I. nr. 1710, a de serva vendita Vespasiano non est antiquior. Ulrichsius p. 67 Delphicum decretum de proxenia exhibet, haud malae aetatis.

Phocici tituli: Stirienses C. I. nr. 1724, b, quem corrigas e variis lectionibus a Rossio p. 34 allatis, Ross. nr. 73 recentior et negligentissime incisus, nr. 74, a. b; Daulienses C. I. nr. 1725 recentior, lacer et pessimae fidei, apud Rossium nr. 81 difficilis lectionis et nr. 82 fragmentum; Hyampolitanus Ross. nr. 86 paucorum verborum; Elateensis, quem ineditum vidi apud Boeckhium.

Locrici tituli, qui in Corp. Inscr. e Meletio descripti habentur, tam incertae sunt fidei, quibus vix uti liceat, Throniensis nr. 1751 et Opuntius nr. 1752. Praeterea titulos nr. 1567. 1594. 1607 in eodem lapide exaratos, quos Boeckhius Chaliae, Boeotiae oppidulo tribuit, potius Chalaei, oppidi Locrici Delphis vicini, esse demonstravimus L. I §. 54, 2. Addimus jam eo minus offendi posse in scriptura *Χάλειον,* quae est in lapide,

quod Theognosto auctore (Ann. Oxx. II, 121, 3) *Χαλεὼν ἡ πόλις διὰ τοῦ ε* scribitur.

Thaumacorum, oppidi in Phthiotide siti, tres tituli extant nr. 1771. 1772. 1773 pejus habiti, quorum dialectus est Dorica.

Aetolorum sunt tituli Naupactii nr. 1756. 1757, a. b post Philippum Amyntae scripti, quo tempore Naupactus Aetolorum erat; nr. 2350 Aetolorum et nr. 2351 Naupactiorum decreta ad Ceos, hoc valde mutilum, utrumque Cei positum; nr. 3046 Aetolorum decretum ad Tejos, Tei circa a. 190 a. Chr. positum.

5) Acarnaniae, Ambraciae, Corcyrae inscriptiones conjungimus, quia has terras Doricam dialectum a Corinthiis accepisse partim certum est, partim verisimile.

Acarnanici sunt nr. 1793, a. b. c., decreta concilii Acarnanum in templo Apollinis Actii non multo post Ol. 140 Boeckhio judice posita; nr. 1794 in Anactorii agro repertus, pauca verba continens.

Ambracici nr. 1797—1800 nihil fere nisi nomina propria exhibentes, quorum nr. 1798 et 1800 recentiores sunt.

Corcyraei: nr. 20 fragmentum antiquae scripturae; nr. 1838 mutilus, quem quum Boeckhius non valde antiquum esse dicat, tertii tamen a. Chr. saeculi esse putaverim; nr. 1839 fragmentum decreti ad pugnam quandam navalem pertinentis; nr. 1840 dialecto docente bonae aetatis i. e. quarti a. Chr. saeculi; nr. 1841—1844 decreta de proxenia circa Ol. 140 scripta, optime servata; nr. 1845, quae inscriptio tertii, nisi fallor, saeculi et ampli ambitus inter gravissima Doridis documenta esset, si accuratius descripta teneretur; nr. 1846—1850 breviores vel mutilati.

6) Siciliae tituli Dorici hi aliquid frugis suppeditarunt:

Syracusanus, praeter antiquam inscriptionem in galea Hieronis C. I. nr. 16, unicus in Torremuzzae

Siciliae inscriptionum nova collectione ed. II 1784 Cl. XVIII nr. 3, isque mutilus et exigui fructus.

Acrenses, quae est Syracusarum colonia, a Goettlingio a. 1834 singulari libro editi, cf. *Raoul-Rochette sur quelques inscriptions Grecques de la Sicile* in Mus. Rhen. Nov. Vol. IV p. 73 seqq.

Gelensium decretum Torremuz. Cl. VIII nr. 3; ante a. 208 scriptum, quo anno urbs a Phintia Agrigenti tyranno funditus eversa est.

Agrigentinorum decretum ibid. Cl. VIII nr. 1, Gruter. I p. 401, Rose Inscr. Vet. p. 290, paullo recentius, quum legatio Romam missa commemoretur.

Messanius, catalogus *νεωρῶν* (nam *ναωροὶ* legendum videtur pro *ναυροι*) apud Torremuz. I nr. 19.

Tauromenitanus brevis Torrem. VIII nr. 9; alius longissimus et bene servatus, cujus aetas non est infra primum saeculum, a Franzio editus est in Annall. Inst. Arch. Vol. X. Fasc. I n. 1838, unde prima tabula repetita est in Franzii Epigraphice, quam solam inspicere nobis licuit.

Alaesinorum terminorum descriptio apud Grut. I p. 210, Torrem. VII nr. 11. Titulus recentior est, ut decet iota subscriptum semper neglectum, et haud pauca semibarbara continere videtur.

Segestani breviores apud Raoul-Rochette l. l.

Addimus hic titulos Issae, Syracusanorum in insula Dalmatica coloniae: nr. 1834 fragmentum bonae aetatis et nr. 1835 paucorum nominum.

Praeterea nescimus, quo loco melius commemorari possit Marmor Farnesianum, in quo Herculis res gestae enarrantur, praeter alios a Marino in Inscriptionibus Albanis p. 155 editum. Aetas recentior est, id quod docent iota subscriptum saepe omissum et vulgares formae intermixtae: lectio difficillima; Dorica dialectus mitior.

7) Italioticis tituli:

Tessera hospitalis aerea prope Petiliam in Bruttiis reperta C. I. nr. 4, vetustissimis literis inscripta.

Tabulae Heracleenses, quae erat Tarenti colonia, a Mazocchio Neapoli a. 1754 editae, postquam fragmentum in Britanniam delatum jam antea a Maittairio publici juris factum erat. Inter omnes titulos Graecis dialectis illustrandis idoneos sine ulla controversa palma dignae sunt. Nam et ampli sunt ambitus et facilis lectionis, ut rarissime conjecturam desiderent, et bonae aetatis, quippe quae secundum Mazocchium exeunte saeculo a. Chr. quarto scriptae sint, denique ad severiorem Doridem illustrandam utilissimae. Ceterum altera tabula Mazocchio p. 135 paullo recentior videtur, quanquam iidem in utraque *ὁρισταὶ* nominantur. Nam in hanc et recentior orthographia et Attica dialectus aliquoties irrepserunt, quae a priore alienae sunt, ut *Fείκατι* II, 55. 57. 71. 75, *τρεῖς* 15. 53. 70, *τέσσαρες* II, 50, *τεσσαράκοντα* 49, *διακόσιοι* 35, quum in priore tabula ubique et in altera plerumque scribantur *Fίκατι*, *τρῖς*, *τέτορες*, *τετρώκοντα*, *διακάτιοι*. At in tabulae prioris fragmento Britannico l. 41 *τετρακόσιαι* legitur pro *τετρακάτιαι*, quod in reliquis scriptum est. Quod an cum aliis Maittairii errori debeatur dubitari potest; nam de Britannici fragmenti lectione minus certo constat quam de reliquis.

Inscriptio in Bruttiis reperta, quae est inter Rosii Inscriptiones Vetustissimas p. VIII, quarti, si quid video, a. Chr. saeculi. Paucorum lectio certa est.

8) E Doricis coloniis ad Bosporum et Pontum Euxinum sitis pauci tituli adsunt, unde earum dialectus cognosci possit:

Byzantiorum decretum Olbiae positum C. I. nr. 2069 e Tiberii vel Caligulae tempore, cujus dialectus pro recenti aetate et pro eo quod in urbe non Dorica exaratum est, satis pura est.

Chalcedonius titulus apud Caylus *Recueil d'antiquités* Vol. II Pl. 55, dialecti, ut nunc quidem legitur, parum purae.

Messembrianorum decreta de proxenia C. I. nr. 2055, b. c.

9) E Sporadibus Doricis hi tituli suppetunt:

Melii C. I. nr. 2424. 2433 brevissimi.

Pholegandrius a Rossio editus in Actis Academiae Monacensis Hist. Phil. Vol. II, 1837 p. 401 seqq. nr. 29, unde nihil apparet nisi Pholegandrios Dorice loquutos esse.

Theraci vetustissimi cum recentibus aliis a Boeckhio editi in Actis Acad. Berol. 1836 Hist. Phil. p. 41 seqq., omnes fere nihil nisi nomina propria exhibentes. Summi pretii est Epictetae testamentum C. I. nr. 2448, ampli ambitus et bene servatum, quanquam subinde negligenter descriptum videtur. Alii tituli nr. 2450 etc. pauca fere nomina exhibent et maximam partem recentiores sunt.

Anaphaei a Rossio editi in Actis Monn. l. l., quorum primus e pejoribus schedis in C. I. nr. 2477, sed etiam apud Rossium lacer et dubiae saepe lectionis. Magis etiam mutilus est nr. 2 Rossii, cujus reliqui, ut in C. I. nr. 2477—2480, et breviores et recentiores sunt.

Astypalaeensium decreta nr. 2483. 2484 et recentius nr. 2485 anni a. Chr. 105, praeterea nr. 2487. 2488. 2489 paucorum verborum.

Calymniorum decretum ad Iasenses C. I. nr. 2671, Iasi positum, bene paucissimis exceptis servatum, quod Boeckhius ad Alexandri M. aetatem refert. Eodem forsitan pertinuerit Doricae urbis cujusdam epistola ad Bargylietas nr. 2670 Bargyliae posita, valde mutila.

Coi tituli nr. 2503 et 2513 paucorum verborum.

Rhodii nr. 2524. 2525 et maxime nr. 2525, b, summi pretii titulus, quia et longus est et optime servatus, nr. 2527 et alii breviores vel recentiores, postremo nr. 2905 sententiam judicum Rhodiorum de finibus Prienensium continens, Prienae positus inter Ol. 140 et 155, cujus satis multa supersunt bene servata.

10) Cretici tituli:

Latiorum et Olontiorum foedus C. I. nr. 2554 ampli ambitus, sed incertissimae lectionis. Nam singulare folium, quo olim Venetiis editum est, quum Boeck-

hius sibi comparare non posset, Chishullo confidere coactus est, qui tantum l. 14—25 et 104—176 majusculis idque vix religiose ex illo apographo descripsit, reliqua suis (si diis placet) correctionibus inquinata minusculis edidit. Paullo certiora sunt l. 176—186, quae Seldenus majore, ut videtur, fide ex illo apographo tradidit.

Hierapytniorum foedus cum cleruchis nescio quem locum tenentibus C. I. nr. 2555, lectione aliquoties satis dubia.

Priansiorum et Hierapytniorum foedus nr. 2556 certioris lectionis et magni pretii.

Allariotarum ad Parios epistola nr. 2557. II, quae Pari in lapide exarata fuisse videtur, unde factum est, ut haud paucae vulgares formae irrepserint, vid. infr.

Decreti fragmentum Minoae Cydoniatarum in agro repertum nr. 2558; Apteraei tituli nr. 2559. 2561 et Gortynius nr. 2560, valde laceri, unde nihil discas; Hierapytniae genealogiae fragmentum nr. 2563 et brevior titulus ejusdem oppidi nr. 2567; Eleuthernaeus brevior nr. 2566.

Decreta Creticarum urbium de asylo Tejorum circa a. 190 a. Chr. Tei posita, omnia Teji lapicidae culpa magis minusve vulgaribus formis aspersa: nr. 3047 Eleuthernaeorum, nr. 3048 Istroniorum, nr. 3049 Sybritiorum, nr. 3050 Vaxiorum (Oaxiorum), nr. 3051 Rhauciorum, nr. 3052 Arcadum Cretensium, nr. 3053. A. Cnossiorum, nr. 3053. B. incerti decreti fragmentum, nr. 3054 Polyrrheniorum decreti fragmentum, nr. 3055 Cydoniatarum decreti initium, nr. 3056 Lappaeorum decreti initium praeter τῷ vulgaris dialecti, nr. 3057 Priansiorum decreti initium ejusdem conditionis, nr. 3058 Latiorum decretum. — In omnibus his titulis Tejo-Creticis lectio incertissima est, ubi sola Chishulli, hominis pessimae fidei, auctoritate nititur, qua de causa potissimum in nr. 3051. 3052, ubi schedae Sherardianae parum accurate collatae sunt, circumspectione opus est. Quod et in his Tejo-Creticis et in Al-

lariotarum ad Parios epistola nr. 2557 multae vulgares formae reperiuntur, Hoeckium et Boeckhium C. I. II p. 401 movit, ut titulos purioris dialecti nr. 2554. 2555. 2556 antiquiores judicarent, id quod minus certum videtur, si lapicidis Tejis et Pario illas deberi recte suspicamur, vid. nr. 12.

11) Cyrenaicos titulos, unde dialecti aliqua cognitio hauriri possit, paucos della Cella in Itinere Cyrenaico vulgavit; plures et utiliores e copiis in Corporis Inscriptionum usum congestis insigni Franzii humanitate accuratissime descriptos accepi. Utrosque numeris significabimus, quo brevius singulos advocare possimus.

1) Titulus Asclapi, qui erat Apollinis sacerdos, statuae subscriptus, qui incipit *Ἀσκλαπὸν Ἀσκλαπῶ ἱαριτεύοντα.*

2) Catalogus feminarum sacerdotum Junonis, qui incipit *θεὸς τύχα ἀγαθὰ ἱάρεαι.*

3) Stemma, quod incipit *Κλέαρχος Κλεάρχω.*

4) Inscriptio sepulcralis: *Ἀριστοτέλης Σώσιος ἱαρεύς· μηθένα ἐντίθη.*

5) Titulus statuae subscriptus, qui incipit *Ὀλ... ἀνθης Ἀνάξιος.*

6) Catalogus apud Cell. p. 145 valde corruptus. — In his sex titulis nullum Romanorum dominationis vestigium conspicitur et dialectus antiquior est; sequentes vel Romanis nominibus vel dialecto monstrantibus Romanorum tempore scripti sunt.

7) Catalogus sacerdotum Apollinis, qui incipit *θεὸς τύχα ἀγαθὰ ἱαρές*, non antiquior Tiberio, ut docet nomen *Τι. Κλαύδιος.* In iisdem Franzii schedis pars hujus tituli reperitur, aliunde haud dubie missus, inde a *Μ. Ἀσίνιος;* alia pars apud Cellam p. 144. Ceterum titulus corruptior est.

8) Titulus statuae subscriptus Cell. p. 142.

9) Similis, qui incipit *Ὀλυμπιάδα Φιλίσκου*, mutilus.

10) Fontis inscriptio Cell. p. 143.

11) Titulus statuae subscriptus, qui incipit *τῶ σεβαστῶ.*

12) Titulus, qui incipit *Τ. Κλαύδιος*.

13) Titulus lacer, qui incipit *τῶ Ἄμμωνος*, non antiquior Vespasiano, ut indicat Flavii nomen.

Praeterea brevissimi quidam tituli et antiquiores et recentiores nonnulla utilia suppeditarunt.

12) Quanquam constat, inde a tertii saeculi initio plura in dies vulgaria in Doricam dialectum irrepsisse, cavendum tamen est, ne (id quod ipsi Boeckhio accidit) dialecto corruptae ea tribuamus, quae a lapicidis peccata sunt. Nam si quando Dorica decreta in urbe non Dorica lapicidae Doridis ignari opera exarata sunt, facillime accidere poterat, ut formas consuetas in Doricarum locum substitueret, ut Lampsacenum lapicidam in Aeolico decreto nonnulla corrupisse suspicati sumus L. I §. 2, 2. Jam vero Doricorum titulorum haud pauci simile fatum passi sunt. Primum Amphictyonum decretum Athenis positum C. I. nr. 1688 quantam inde dialecti inconstantiam traxerit, accuratius in Appendice videbimus; in decreto Aetolico Cei posito nr. 2350 lapicidae Atticum *θάλατταν* vindicamus; in Aetolorum decreto ad Tejos nr. 3046 huc referimus *πρός* l. 13 pro *ποτί* et l. 16 *εἰς τοὺς νόμους* pro Aetolico *ἐν τοὺς νόμους*, quod l. 18 rectissime in Hesselii apographo traditur. In Byzantiorum decreto Olbiae lapidi inciso nr. 2060 num qua ejus generis insint, difficilius judicatur, quia recens ejus tituli aetas majorem dialecti corruptionem statuere permittit: vel sic tamen non crediderim ipsos Byzantios *ἡγήσατο* l. 22 pro *ἁγήσατο* scripsisse. In Calymniorum decreto ad Iasenses nr. 2671 pulcherrime scripto lapicida nihil peccasse videtur; nam excusationem habet *Ἀγακοντίδου* in nomine legati Iasensis et *βασιλέως*, quo Macedonicus rex significatur. In Dorico decreto ad Bargylietas nr. 2670 contra male exarata videntur *Βαργυλιητῶν* (quanquam hoc excusari potest) pro *Βαργυλιατᾶν* et *ἀρχιθέωρον*, quum postea *θεαροδόκον* scriptum sit. In sententia judicum Rhodiorum de finibus Prienensium nr. 2905 *ἀπεδείξαμεν* et similia pro *ἀπεδείξαμες*, *ἱερεῖς* et *βασιλέος* dialecto Rhodio-

rum tum jam corruptae tribuenda videntur. Contra in Allariotarum epistola ad Parios nr. 2557 non dubitamus quin lapicida saepe lapsus sit et huic vindicamus *βουλά* pro *βωλά*, *οὕς* pro Cretico *ὥς*, *ὑπάρχουσα* pro *ὑπάρχωσα*, *ὑπάρχειν* pro *ὑπάρχεν*, *εἶναι* pro *ἦμεν*, *φυλάττω* pro *φυλάσσω* etc. Nec minus in Tejo-Creticis eadem ratione explicamus plerasque vulgares formas, quibus dialectus Cretica horribilem in modum mixta est. Neque tam barbaram dialectorum confusionem in titulis, quos Dorici lapicidae inciderunt, reperies ante imperatorum Romanorum aetatem et ne tum quidem aeque absurdam. Quomodo igitur fieret, ut Cretes, qui minus quam plerique Doriensium vulgaris linguae contagio patebant, jam circa a. 190 hybrida illa dialecto uterentur?

Itaque hanc legem sequuti sumus, ut vulgares formas in titulis ejus generis obvias plerasque silentio praeteriremus. Eodem modo versati sumus in titulis recentioribus i. e. Romanorum dominantium aetate scriptis et in iis, qui parum accurate descripti sunt, ut Corcyr. nr. 1845, Cret. 2554.

13) Deinde Doricae dialecti cognitio ex antiquis scriptoribus haurienda est, qui ea vel potius singulis ejus generibus usi sunt. Qui fons minus vel uber est vel limpidus ideo, quia eorum, qui pura Doride usi esse videntur, haud ita multa supersunt et ea ipsa librariorum culpa corruptiora.

L a c o n i c a dialecto Alcmanem usum esse, antiqui testantur [1]). Qui quum potius dialectos Laconicam, Lesbiacam, epicam ex arbitrio miscuerit, gravis quidem est antiquioris Laconum linguae auctor, sed cum summa cau-

---

1) Praeter ea testimonia, quae §. 1 not. 6 attulimus, vid. Suid. s. v. *Ἀλκμάν*: *κέχρηται Δωρίδι διαλέκτῳ καθάπερ Λακεδαιμόνιοι*. — Pausan. III, 15: *τῷ Ἀλκμᾶνι ποιήσαντι ᾄσματα οὐδὲν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήνατο τῶν Λακώνων ἡ γλῶσσα ἥκιστα παρεχομένη τὸ εὔφωνον.* Minus accurate *δωρίζειν* dicitur ab Apoll. de synt. p. 279, 25 et Gramm. Leid. 635. De Alcmanis Aeolismo vid. L. I §. 2, 4.

tione adhibendus, ne Laconica putemus, quae aliunde ascivit, vel a Laconibus ejus aetatis aliena, quae in suum usum convertere noluit. Ceterum in tertio operis nostri libro quaeremus, quas leges in dialectis miscendis sequutus sit.

Spartanorum decretum de pace cum Argivis ineunda apud Thucydidem L. V c. 77 Laconica dialecto conscriptum fuisse apparet e verbis *τῶ σιῶ σύματος* pro *τοῦ θεοῦ θύματος*, Laconica proprietate insignibus. Nonnulla tamen vel Thucydidis vel librariorum culpa ad vulgarem rationem redacta sunt. Illi tribuimus digamma in *εἴκοντι* omissum, his *ου* saepius pro Laconico *ω* scriptum (nam Thucydides antiquam scripturam sequutus utrumque eadem litera *ο* expressisse videtur); nescimus illine an his *ἀναιροῦντας* pro Laconico *ἀναιρίοντας* et *ἐσσοῦνται* pro *ἐσσίονται*. Pessime de dialecto et hujus decreti et foederis V, 79, quod Argivorum linguam refert, judicavit Poppo Proll. Thuc. I p. 234, neque quisquam intellexit, quid interesset inter decreti et foederis dialectum. Quare utrumque in Appendice denuo recensitum exhibebimus.

Insignissimum Laconicae dialecti specimen Aristophanes nobis reliquit, Laconum orationem in Lysistrata satis accurate imitatus, quanquam, si qua peccata videntur, ea noli omnia librariis imputare. — Simili modo Eupolis in Helotibus (Meinek. Fragmm. Comm. Gr. II p. 481 seqq.) et Epilycus in Coralisco, cujus fragmentum in Appendice emendatius apponemus, Laconica nonnulla Atticis intermiscuerunt.

Chilonis epistola apud Diog. Laert. I, 73 spuria est, quanquam Laconicam dialectum imitatur. Variae fidei sunt cantilenae, epistolae, apophthegmata Laconum a Plutarcho potissimum servata, quorum ea, quae Laconicam dialectum paullo accuratius exprimunt, in Appendice colligemus.

Decretum in Timotheum a grammaticulo fictum esse, qui quum nonnulla de Laconica dialecto fando percepisset, pleraque foedissimis erroribus turparet, verissime Müllerus

judicavit Dor. II p. 324, ubi simul priores editiones enumeratae sunt. Quid tandem fidei tribuamus ei, qui satis constanter ι pro υ et τ pro ϑ scripserit, scilicet Laconicas esse eas mutationes opinatus?

14) Argivorum dialectum agnoscimus in Spartanorum et Argivorum foedere apud Thucydidem V, 79. Quod quum aut Laconica aut Argiva dialecto scribi posset, nihil fere inest, quod Laconum sit proprium, vid. Append. De Dercyllo, quem Argiva dialecto usum putaverunt, vid. §. 9, 5.

Ad Corinthiorum dialectum cognoscendam non sine fructu sunt ficticiae Periandri epistolae apud Diogenem Laertium I, 99. 100, quanquam et vulgares formae intermixtae sunt et Lesbiaca *ποιήσαις* pro *ποιήσας* et *κατακαύσαις* in altera.

Megaricam dialectum Aristophanes in Acharnensium parte expressit; sed neque ipse neque librarii Megaricam proprietatem tanta cura servarunt, quanta Laconicam in Lysistrata.

Addimus hic Byzantiorum, qui erant Megarensium coloni, decretum in Demosthenis oratione de corona §. 90. Droysenius in Zimmermanni Ephemeridibus 1839 nr. 102 dubitat an cum reliquis ejus orationis documentis spurium habendum sit, in dialecto tamen nihil fere videt, quod offendere possit. Nos inde potius certissima fraudis argumenta petimus. Non enim solum vulgares formae haud paucae leguntur, ut *βοηθήσας* pro *βοαθήσας*, *ἑκκαιδεκαπήχεις* pro *-πάχεις*, *θεωρίας* pro *θεαρίας*, *πανηγύριας* pro *παναγύριας*, *ἡμῶν* pro *ἁμέων*, sed etiam, id quod fraudem maxime evincit, multa e severiore Doridis genere intermixta sunt, quum Byzantii mitiore uterentur, alia adeo e dialectis Lesbiaca et Ionica. Nam Dorica quidem sed a Byzantiorum dialecto aliena sunt ω et η pro ου et ει in his: *Βοσπορίχω*, *βωλά*, *Φιλίππω τῶ*, *τὼς νόμως καὶ τὼς τάφως*, *τῶ δάμω*, *τὼς στεφάνως*, *ἦμεν*, quibuscum non concinunt *ἐξείλετο*, *κατοικεῖν*, *ἐθέλουσι*, *ἀλειτούργητος* et *λειτουργία*, *στεφανούμενος*, *ἀποστεῖλαι*, in quibus seve-

rior Doris *η* et *ω* postulat, vid. §. 20. Lesbiaca sunt *πλοίοισιν* et *ἄμμε*, Ionicum *ἐπιστέωνται*.

15) Ampliora et certiora specimina Siculorum dialecti nobis restant. Epicharmus et Sophron, quos grammatici locupletissimos Doridis testes habere solent, et Dinolochus, Epicharmi successor, Syracusanorum dialectum accurate expresserunt neque eorum reliquiae librariorum culpa, si solam dialectum spectes, valde corruptae sunt. Eas emendatiores in Appendice subjiciemus. Archimedis librorum pars Doricam dialectum prae se fert: libri de quadratura paraboles, de planorum aequilibriis, de helicibus, de conoidibus et sphaeroidibus, arenarius. Quod dialectus in his multis vulgaribus formis mixta est, partim ipsius scriptoris culpa factum est, cujus aetate Doris etiam in Sicilia minus pura erat, partim librariorum res magis quam verba spectantium, partim editorum, qui multa aperta menda e codicibus corrigere neglexerunt. Rarissime tamen librarii ita peccarunt, ut ficticium quendam Dorismum inferrent. Itaque ex Archimede et iis uti licet, quae a vulgari lingua recedunt et iis, quae ipsum scriptorem ab hac non diversa scripsisse librorum constantia arguit.

Contra Theocritus, Bion, Moschus minime, id quod vulgo existimant, Syracusana dialecto in carminibus suis usi sunt, sed et Doricam dialectum Lesbiaca atque epica temperaverunt et varia Doridis genera ex arbitrio miscuerunt, adeo formas hyperdoricas finxerunt, Doricis mutationibus male ad ea adhibitis, quae Dores cum vulgari lingua communia habent. Accuratius de bucolicorum dialecto in sequente libro agemus; nunc rariores quasdam vel universae Doridis vel Syracusanae dialecti formas eorum ope illustrabimus.

2) Epicharmus et Sophron *ἀνειμένῃ καὶ χθαμαλῇ Δωρίδι χρῆσθαι* dicuntur in Arg. Theocr. Id I, Epicharmus Dorice scripsisse a gramm. Leid. 635; de Sophrone vid §. 1 not. 6. Saepe apud grammaticos in singulis Doricae vel Syracusanae dialecti auctores habentur.

16) Italica Doride et Tarentinorum maxime dialecto Italicae comoediae poëtae usi sunt, Rhintho, Sciras, Blaesus, quorum quod paucissima fragmenta supersunt, quae plus quam singula verba complectuntur, valde dolemus. — Uberrima specimina Italioticae linguae in reliquiis Pythagoreorum adesse videntur: Timaei Locri libro de mundo, quem accuratissime edidit Imm. Bekkerus in Platonis editione P. III Vol. III p. 373 (varietas lectionis est in Comm. Crit. T. II p. 260); deinde in Philolai, Archytae multorumque aliorum fragmentis, quorum pleraque servavit Stobaeus in Eclogis et in Florilegio, alia Iamblichus, Porphyrius, Simplicius etc. [3]; postremo in Pythagoreorum epistolis, quas collegit Orellius in Socratis et Socraticorum, Pythagorae et Pythagoricorum epistolis Lips. 1815. At diu est, ex quo nonnulla istorum, ut Timaei librum, suppositicia esse inter omnes constat, de aliis dubitatum est; nuper Gruppius (*über die Fragmente des Archytas und der ältern Pythagoreer. Berlin 1840*) omnia, solis Philolai fragmentis exceptis, spuria judicavit. Qui multo etiam confidentius eam sententiam pronuntiasset, si e dialecto argumenta petere potuisset. Tantum enim abest ut Italiotica Doris, qualem exspectamus in Italorum ejus aetatis libris, conspiciatur, ut non solum vulgares formae admixtae sint, sed etiam Lesbiacae et Ionicae, ut varia Doridis genera temere perturbata sint, postremo ut etiam hyperdoricae formae fictae sint, potissimum $\bar{\eta}$ contra Doridis leges in $\bar{\alpha}$ mutato. Credibile est, multa eorum, quae contra dialectum peccata sunt, librariorum vel oscitantiae vel temeritati deberi; adeo ipsi editores dialecti perturbationem auxerunt. Heerenius quidem in Stobaei Eclogis Doricum idioma partim neglectum ubivis etiam

3) Multa collegit Orellius in Opusculis veterum Graecorum sententiosis et moralibus, Archytae fragmenta Hartensteinius in dissertatione de Archyta Lipsiae 1833, Philolai reliquias Boeckhius in praeclaro libro de Philolao.

sine libris, saepe ne monito quidem lectore, restituere conatus (vid. Praef. p. XXI et P. I p. 710) haud dubie, quae erat dialectorum illa aetate cognitio, multa potius corrupit quam correxit. Sed ne audacissima quidem et violentissima critica id efficiet, ut aut pura Doris Italiotica aut certe dialectus certis quibusdam legibus obtemperans restituatur. Neque tamen istorum ad Italioticam dialectum cognoscendam nullus est usus. Nam qui antiquis Pythagoreis libros et epistolas supposuerunt, dialecti cognitionem aliquam e genuinis scriptis hausisse videntur, quum haud raro etiam reconditiorem Italicae Doridis proprietatem imitati sint.

Philolai reliquias a suppositionis suspicione Boeckhius vindicavit. Neque dialectus tantum offensionis habet, quantum in reliquis Pythagoreorum fragmentis. Nam si ultimum fragmentum p. 164 B. (e Stobaei Ecl. I, 21, 2) excipias, quod ab omni parte corruptissimum est et dubitationis plenum, reliqua certe nihil Lesbiaci, nihil Ionici, nihil hyperdorici habent; notatu dignissimum est, quod nunquam, uti infra demonstrabimus, Bucolicorum et reliquorum Pythagoreorum more *ἐντί* scriptum est pro *ἐστί*, quam formam Doris infucata cum reliquis dialectis communem habet. Multa tamen et e vulgari lingua et e mitiore Doride admixta sunt, ita ut dialectus longe distet non solum ab ea, qua Italiotas Philolai aetate usos esse certum est, sed etiam ab ea, quam philosophum ad poetarum exemplum sibi finxisse credi possit. Itaque ne hinc quidem ad Italioticae linguae cognitionem multum proficimus.

17) R h o d i o r u m dialectum Timocreon in parte carminum satis accurate expressisse videtur, cujus fragmenta Dorica in Appendice emendatiora exhibebimus, nec minus puerorum Rhodiorum Chelidonismum, quo et ipso uti licet. Cleobuli epistola apud Diog. Laert. I, 93 homini debetur Rhodiorum dialecti non omnino ignaro.

18) C r e t i c a dialecto Cypselas usus esse traditur (vid. §. 1 not. 7), de quo nihil praeterea constat. Epi-

stola Epimenidi supposita apud Diog. Laert. I, 105 aliquatenus genuinam dialectum refert. — Cyrenaeorum dialectum noli quaerere in Aristippi Cyrenaei, quae feruntur, epistolis (Orell. Epist. p. 16 seqq.), quae, si quando Dorici quid sapiunt, tantam inscitiam produnt, quae *Σωκράτας* et similia Dorica existimaverit.

19) Pindarus reliquique poëtae Lyrici (Alcmane, de quo supra vidimus, excepto) mitiorem Doridem Lesbiaca et epica dialecto temperaverunt, quas leges sequuti, in tertio libro docebimus. Nunc in tanta dubitatione, unde quaeque arripuerint, cautissime eorum auctoritate utemur. Cautius etiam in Callimacho et aliis poëtis recentioribus versandum est, ubi accedit suspicio, ne qua secundum Doridis analogiam male finxerint. — Paucissima e dramaticorum lyricis partibus intelliguntur.

20) Postremo de grammaticis dicendum est, quibus eadem ratione usi sumus qua in libro primo. Apollonius Dyscolus Doridis auctores Sophronem potissimum habet et Alcmanem, rarius Epicharmum et Tarentinorum dialecti Rhinthonem, ita ut, quaecunque Doridis specimina auctore non nominato affert, satis confidenter Alcmani tribuere liceat, quum poëtam sapiunt, Sophroni, quum pedestrem sermonem, cf. quae monuimus in Mus. Rhen. 1839 p. 234. Cautissime Theocriti auctoritate utitur, nunquam Pindari et reliquorum lyricorum. Neque aliter Herodianus egisse videtur, qui in libro *περὶ μονήρους λέξεως* p. 10, 27 seqq. Sophronem, Epicharmum et Helotas apponit. Haud pauca bonae frugis plena Joannes Grammaticus suppeditavit. Contra quae Gregorius Corinthius de suo addidit, maximam partem inepta sunt; scilicet bonus episcopus pro Doricis venditat, quaecunque apud Pindarum et Theocritum invenit. Tales ineptias anxie recoquere saepe nos piguit. Ceterum quae apud hos scriptores leguntur inde a verbis *Κρῆτες δὲ τὸ διαπαντὸς ἀές* (Gr. C. p. 345), vulgo Cretica putantur, perperam, quippe quae aut omnibus Doriensibus communia sint, aut aliis generibus propria, ut *βέντιον* et *ἔβασον*

Syracusanis (vid. §. 15 et §. 5) ἐν pro εἰς septentrionalis Graeciae incolis, quum Cretica essent βεύτιον et ἐνς §. 15 et §. 14.

Plurima Laconicae dialecti specimina Hesychius servavit, pauciora Italioticae et Creticae, pauca reliquorum Doridis generum. Quorum pleraque Hesychius, vel potius Diogenianus doctissimo Pamphili operi accepta debere videtur, qui ipse antiquioribus glossariis usus erat, Aristophanis glossis Laconicis, Artemidori libris de Doride, Hermonis glossis Creticis, Diodori Italicis etc., vid. Ranke de Lex. Hesych. p. 72 seqq. Nostra maxime interesset, si singula quaeque ad primum fontem reducere liceret, ita ut pateret, e quibus scriptoribus et, si qua e populi ore, quo tempore hausta sint. Nam Laconicas certe glossas ad diversas aetates pertinere, infra demonstrabimus.

§. 3.

De accentu.

1) Dorienses contrario Aeolibus studio acutum in fine vocabulorum amasse ideoque etiam praepositionum anastrophen aversati esse dicuntur [1]). Alia ejus moris exempla nulla reliqua sunt, praeter φράτηρ, quod Dorice acutum in ultima habuit [2]), et ea quae in ᾱν contrahendo ex ᾱων natum exeunt, ut Ποτιδάν pro Ποσειδάων, Ποσειδῶν, Ἀλκμάν pro Ἀλκμαίων, Ἀλκμάων [3]). Eodem vero

---

1) Apoll. de pr. 119. A. Δωριεῖς ἐπὶ τὸ τέλος φιλοῦσι τὴν ὀξεῖαν προάγειν. — Ann. Oxx. I, 171 de ποτί antistrophen non admittente: Δωρική ἐστι πρόθεσις· Δωριεῖς δὲ ἥδονται τῇ ὀξείᾳ· ἡ δὲ ἀντιστροφὴ διαλέκτῳ ἐναντία.

2) Ann. Oxx. I, 346, 16. φράτηρ Ἀττικοὶ μὲν βαρύνουσι, οἱ Δωριεῖς ὀξύνουσιν.

3) De Ποτιδάν vel Ποσειδάν vid. §. 31; Arcad. p. 8. τὰ εἰς ᾱν λήγοντα ἁπλᾶ ὀνόματα ὀξύνεσθαι ἐθέλει, ἐπ' εὐθείας πτώσεως μὴ τροπὴν ἀναδεξάμενα ἀπὸ τῶν εἰς ην βαρυτόνων, οἷον Παιάν, Ἰάν, δαμάν, Ἀλκμάν, Τιτάν, πελεκάν. Inter haec etiam Παιάν et Ἰάν e Παιάων

pertinet, quod monosyllaba apud Dores oxytona sunt [4]), quae apud Lesbios perispomena vid. L. I §. 3, 2, vulgo vel oxytona vel perispomena; Dores igitur secundam longae vocalis vel diphthongi partem accentu efferebant ut Aeoles priorem. Exemplo sunt *σκώρ* [5]) pro vulgari *σκῶρ*, quod etiam apud Epich. 24 in antiquis Athenaei editionibus recte acuto ornatum est, et *γλαύξ* pro Attico *γλαῦξ* [5]). Quanquam Doricum *βῶς* pro *βοῦς περισπᾶσθαι* fertur [6]). — Pauca quaedam apud Dorienses barytona esse perhibentur, quae vulgo accentum in ultima habent: *φάλης* pro *φαλῆς* Scholl. Arist. Ach. 262 et *βίσχυν* pro *ἰσχὺν* vid. §. 5 not. 17.

2) Deinde Dores ubique diphthongis *αι* et *οι* vocem claudentibus ut reliquis diphthongis et vocalibus longis eam vim tribuisse videntur, ut acutum in antepenultima, circumflexum in penultima poni vetarent. Ea enim lex non solum valebat in declinationis secundae nominativo pluralis [7]), ut *ἀγγέλοι*, *ἀνθρώποι*, *τυπτομένοι*, unde in

---

et *Ἰάων* contracta esse constat. Non recte Bekkerus apud Apoll. de adv. p. 570, 10 *μεγιστᾶν* et *ξυνᾶν* scripsit. Confer de hac contractione §. 24.

4) J. Gr. 243, a, Meerm. 657. *τὰ μονοσύλλαβα ὀνόματα* (Meerm. *ῥήματα*) *βαρυτονοῦσι*. Monosyllaba barytona sunt atona, vid. Apoll. de pr. 61, B, unde non recte ista praecipi et corrigendum esse *ὀξυτονοῦσι* jam nunc probabile videtur, infr. nr. 9 certissime apparebit.

5) Joann. Al. 7, 20 *σκῶρ· τοῦτο δὲ φασὶ Δωριεῖς ὀξύνειν*. — Scholl. Arist. Vesp. 1081 *τὸ γλαῦξ ὄνομα, Εὐφρόνιός φησιν, Ἀττικοὶ μὲν περισπῶσιν, οἱ δὲ Δωριεῖς ὀξύνουσιν*, cf. Eustath. 1451, 64.

6) Arcad. 126, 24. *Τὰ εἰς ως ἀρσενικὰ μονοσύλλαβα περιττοσύλλαβα ὀξύνεται, Τρὼς, θὼς, πλὼς ἰχθύς τις. τὸ μέντοι κατὰ διάλεκτον τροπῇ γινόμενον βῶς ἀπὸ τοῦ βοῦς βοός περισπᾶται.* Inde corrigas Et. M. 277, 20 *τὰ εἰς ως λήγοντα μονοσύλλαβα ἀρσενικὰ ὀξύνεται, εἰ μὴ ἐκ συναλοιφῆς εἴη ὡς σόος σῶς, ἢ ἐκ μεταθέσεως, ἢ* (del.) *ὅτι οἱ Δωριεῖς καὶ οἱ Ἴωνες τὸ οἶς ὦς λέγουσι*, leg. *τὸ βοῦς βῶς*, quod propter Hom. Il. *η*, 238 Ionicum vocatur. Non recte Lobeckius Parall. p. 86 Sylburgio *τὸ οὖς ὦς* corrigenti calculum addit, quum sola masculina spectentur.

7) J. Gr. 243, a. *τὰ εἰς οι λήγοντα πληθυντικὰ ὀνόματα κατὰ τὴν*

prima quoque declinatione *ἀγκύραι*, *κράναι* pronuntiatum esse videtur, sed etiam in verbis, ubi Dorica dicuntur *φορεῖται* et *ἐσσεῖται* 8). Quanquam Theocriti scholiasta docere videtur, in barytonis ut *λέγεται* Doricum accentum non diversum fuisse a vulgari.

3) Similiter Doris non antepenultimam sed penultimam acuit in tertia persona pluralis praeteritorum objectivi, ut *ἐλέγον*, *ἐλύσαν*, *ἐφιλάθεν* 9). Apparet etiam hic

---

παραλήγουσαν ποιοῦσι τὸν τόνον, φιλοσόφοι· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν μετοχῶν· πωλουμένοι, καλουμένοι. Item Meerm. p. 657 cum exemplis: *ἀνθρώποι, ἀγγέλοι, ἀποστόλοι, φιλοσόφοι, λυπουμένοι, τυπτομένοι*, et Greg. C. p. 314 cum exemplis *φιλοσόφοι, Μενελάοι, πωλουμένοι, καλουμένοι, δωρουμένοι.*

8) Scholl. Theocr. I, 83. *φορεῖται· καθόλου τὰ εἰς ται λήγοντα ῥήματα ὅταν ἔχῃ τὸ ῡ* (leg. *ει*) *παραληγγόμενον* (leg. *παραλῆγον*) *καὶ προπερισπώμενον, παροξύνουσιν οἱ Δωριεῖς· ὅταν δὲ βαρυνόμενον, ὁμοίως ἡμῖν ἐκφέρουσιν.* Scholl. A Il. *β*, 393. *προπερισπαστέον τὸ ἐσσεῖται, οὐ γὰρ προπαροξυντέον, ὡς τινές, ἐπεὶ Δώριον· ἤδη γὰρ πολλὴ χρῆσις τῶν τοιούτων παρὰ Ἀττικοῖς.* Itaque Dores pronuntiabant *ἐσσεῖται*, neque si *πεσεῖται* et similia, quae etiam ab Atticis non sunt aliena, Dorica vocantur, eorum accentus Doricus habendus est.

9) J. Gr. 243, a, Meerm. 657, Gr. C. 316. *ἔτι δὲ καὶ τὰ εἰς ᾱν λήγοντα ἀπαρέμφατα παροξυτονοῦσι· ἐστάσαν, ἐφάσαν, ἐλύσαν, ἐδείραν, ἐκράξαν, καὶ τὰ εἰς ον λήγοντα παροξυτονοῦσι: ἐλάβον, ἐφάγον, ἐλέγον, ἐτρίχον.* Pro *ἀπαρέμφατα*, quod corruptum esse patet, apud Gregorium nunc editum est *τρίτα πρόσωπα τῶν πληθυντικῶν ἐπὶ τῶν ἀορίστων*, quum olim legeretur, ut est in codicibus nonnullis, *τὰ τρίτα πρόσωπα τὰ εἰς ᾱν λήγοντα τῶν ἀορίστων.* — Joann. Alex. 3, 16. *παρὰ Δωριεῦσι τὸ ἐλέγον ἐκεῖνοι παροξύνουσιν* (leg. *παροξύνεται*). — Macrob. de diff. p. 310 »Unde *Δωριεῖς* in illis verbis, quae in ον mittunt paratatícon et propter *βραχυκαταληξίαν* tertiam a fine patiuntur accentum, tertiam numeri pluralis discretionis gratia *βαρυτονοῦσιν: ἔτριχον ἐγὼ προπαροξυτόνως, ἐτρίχον ἐκεῖνοι βαρυτόνως*«, ubi corrigendum est *παροξυτονοῦσιν* et *παροξυτόνως.* — Eodem spectat Apoll. de synt. 213, 15. *ἀπεληρήσθω τὰ Δωρικά· ἡ γὰρ παρ' αὐτοῖς καταβιβαζομένη ὀξεῖα ἐπὶ πληθυντικῶν ἀφίστησι τὴν πρὸς τὰ ἑνικὰ συνέμπτωσιν* (ut *ἔλεγον* et *ἐλέγον*) et Et. M. 119, 45, Gud. 64, 30. *πᾶν ῥῆμα εἰς ᾱν λῆγον χρόνῳ βραχεῖ παραληγγόμενον ἁπλοῦν ἢ σύνθετον, ὅπερ ἐστὶν ὑπὲρ δύο συλλαβάς, προπαροξύνεται, εἰ μὴ Δωρικὸν εἴη.* —

ultimam syllabam Doribus pro longa fuisse. Et fuit longa positione antiquissimis temporibus, priusquam extremum τ abjectum est, quod Latini servarunt, ἔλεγοντ, ἔλυσαντ, ἐφιλάθεντ. Itaque antiquissima lingua syllabis finalibus positione longis id tribuisse videntur, ut neque antepenultimam acuto neque penultimam circumflexo instrui liceret, quum Attica dialectus illo quidem abstineat, sed hunc admittat, ut καλαῦροψ. Deinde Dores in ἐστάσαν, ἐλέγον etc. antiquum accentum retinuisse videntur, quanquam abjecto τ ultima correpta erat.

4) Aeque in nominativo et accusativo pluralis declinationis tertiae apud Dorienses paroxytona fuisse traduntur, quae vulgo sunt proparoxytona vel properispomena, ut παίδες, γυναίκες, πτώκας [10]). Quod valde mirum esset, nisi et in Latinorum declinatione tertia nominativus et accusativus pluralis ultimas longas haberent, ut pedēs, et in Gothorum iis deslinationibus, quae Graecorum et Latinorum tertiae respondent, ut a fisks piscis, descendit fiskôs n. pl. et fiskans acc. pl., et apud ipsos Graecos pronomina personalia, quae priscas formas servare amant, ut ἡμεῖς et ἡμᾶς. Inde augurari licet, antiquitus eos tertiae declinationis casus ultimas produxisse et in Dorica dialecto accentum certe priscum haesisse.

5) Jam judicare licet de accentu earum formarum, quae apud Doriensium nonnullos ultimam corripiunt, de

---

Scholl. Theocr. VII, 60. ἐφίλαθεν — Αἰολικὸν ὡς τὸ ἐκόσμηθεν· Καλλίμαχος δὲ τοῦτο παροξύνει (in Doricis, puto, carminibus).

10) Choerob. Bekk. 1236. οἱ Δωριεῖς ὀξεῖαν παρέχουσιν ἐπὶ τῶν τοιούτων· οἷον παῖδες, αἶγες, γυναῖκες· ταῦτα γὰρ ἡμεῖς μὲν περισπῶμεν, οἱ δὲ Δωριεῖς παροξύνουσιν. — J. Gr. 243, a. τὰ εἰς ες λήγοντα θηλυκὰ ὀνόματα πληθυντικὰ ὀρθῆς πτώσεως παροξυτονοῦσι, γυναίκες, χείρες, νάες, ὀρνίθες. — Scholl. Theocr. I, 109. τοῦ δὲ πτῶκας τὸ ας μακρόν. οἱ γὰρ Δωριεῖς τῶν εἰς ες ληγόντων εὐθειῶν τῶν πληθυντικῶν ὁμοίως παροξύνουσι καὶ μακρὸν ἔχουσι τὸ ᾱ, ὅτι τὰς παρ' ἡμῖν εἰς ες ληγούσας εὐθείας τῶν πληθυντικῶν ἐκεῖνοι διὰ τῆς αι προφέρουσιν. Grammaticulus, qui recte Dorico more πτώκας scriptum invenit, quae profert, inde male collegit.

quo nihil apud antiquos praeceptum reperimus, nisi circumflexum ultimae in acutum transisse, ut *ἁμές*, *νοέν*, *ποιές* pro *ἡμεῖς*, *νοεῖν*, *ποιεῖς* (vid. §. 21 not. 7 et 9). Quid vero, ubi vulgares formae acutum in penultima habent? Primum in accusativo pluralis primae declinationis codices et editiones accentum nominativi imitari solent ut *πᾶσας* Theocr. I, 83. IV, 3, *Ἅρπυιας* Hesiod. Theog. 267, ut Gaisfordius e libris rescripsit pro *Ἁρπυίας* vel *Ἁρπυῖας*, quod Reizio jubente scriptum erat, cf. *πᾶσαι*, *Ἅρπυιαι*, et sicubi libri acutum in penultima servarunt, ut *Μοίρᾶς* Theocr. II, 160, *τρωγοίσᾶς* IX, 11, errore id factum facile existimaveris. In accusativo declinationis secundae accentus a penultima non retrahitur, ut Pind. Ol. I, 43 *κακαγόρος*, Theocr. IV, 109. 112. 114 *ἀμπέλος*, *δασυκέρκος*, *κανθάρος*, sed ubi licet, in circumflexum mutatur, ut *νᾶσος* pro *νήσους* Pind. Ol. II, 78. In nominativis tertiae declinationis rarius propter ultimae correptionem accentus mutatus reperitur, ut *πρᾶξας*, *τιμῆες* pro *τιμήεις* vid. §. 21 not. 2. Contra in secunda persona $\overline{\text{εις}}$ in $\overline{\text{ες}}$ et in infinitivis $\overline{\text{ειν}}$ in $\overline{\text{εν}}$ corripientibus semper fere libri acutum in penultima servant, ut *συρίσδες* Theocr. I, 3, *ἐρίσδεν* IV, 8, *ἐνεύδεν* V, 10, quanquam Meinekius cum Reiskio *ἐνεῦδεν* scripsit. Tantum in simillimis rebus ipsam dialectum variasse, credi non potest, quae aut debebat nunquam mutare acutum penultimae, aut eum accentum assumere, quem cognatae formae in breves syllabas exeuntes habent, aut accentum ita in penultima relinquere, ut in longa circumflexus fieret, sed unum ex his cum constantia. Librarii autem inter tres illas rationes incerti fluctuarunt et id potissimum consilium sequuti sunt, quod probari nequit, ut ultimae correptio appareret. Itaque, ubi breves vocales in ultima erant, vulgarem accentum retinere malebant, ut *ἀμπέλος*, *ἐνεύδεν*, *συρίσδες*, nam circumflexus in *τιμῆες* fortasse Bekkero editori debetur et pro *νᾶσος* apud Pindarum in bono libro est *νάσος*. Contra, ubi in ultima est anceps *α*, accentum mutant, maxime in prima declinatione. Jam quae ipsius Doridis in his consuetudo

fuisse videtur? Eam vidimus in ἐστάσαν, ἐλέγον, γυναίκες, πτώκας penultimam ideo acuto instruere, quia antiquissima lingua ultimam produxerat. Quid igitur eam fecisse arbitremur in iis formis, quarum ultimas syllabas poëtae Dorici ex arbitrio modo producebant, modo corripiebant? Haud dubitamus quin ubique acutus penultimae servandus sit, etiam in iis Doridis generibus, quae constanter corripiunt, ita ut scribatur πάσᾰς, τὸς τοιούτος, τιμάες, ἀείδες, ἐνεύδεν.

6) Antiquum accentum Dores etiam in genitivo pluralis femininorum servabant, ut ἀμφοτερᾶν, ἀκρᾶν pro vulgaribus ἀμφοτέρων, ἄκρων [11]. Quae quum ex ἀμφοτεράων et ἀκράων contracta sint, circumflexum res requirit, ut in reliquis declinationis primae genitivis pluralis; sed masculinorum aequisonorum analogia in Attica dialecto fecit, ut accentus in penultimam retraheretur.

7) Aequalis causa est, cur Dores secundae declinationis genitivum pluralem perispomenon habeant in pronominibus τουτῶν, τηνῶν, ἀλλῶν, non in nominibus [12]. Nam quum hujus casus terminatio sit $\overline{\text{ων}}$, stirps autem secundae declinationis in ŏ exeat, dubitari non potest, quin antiquissima forma fuerit ἀλλό-ων ut ἀλλά-ων in feminino. Masculini tamen soluta forma mature obsolevit, quam ne Boeoti quidem solutarum formarum alioquin tenaces retinuerunt. Dores contractarum certe eum accentum, quem antiquitus fuisse apparet, in pronominibus

---

11) Arcad. 135, 15. ὅτε δὲ κατὰ διάλεκτον ἡ γενικὴ τροπὴν ὑπομένει τοῦ $\overline{\text{ων}}$ εἰς $\overline{\text{αν}}$, περισπᾶται, κυανεᾶν, ἀμφοτερᾶν. — (Herod.) Ann. Oxx. III, 241, 11. οἱ γὰρ Δωριεῖς τρέπουσι τὸ $\overline{\text{ω}}$ εἰς $\overline{\text{α}}$· πρῶτος πρᾶτος, ἐπρίω ἐπρία, ἄκρων ἄκραν (leg. ἀκρᾶν) καὶ φυλάσσουσι τὸν τόνον πλὴν τῶν πληθυντικῶν (add. τῶν παροξυνομένων).

12) Apoll. de pr. 41, A de ἄλλος: τὴν γενικὴν πληθυντικὴν περισπῶσι Δωριεῖς ἐπεὶ καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἀντωνυμιῶν· τουτῶν γὰρ καὶ τηνῶν, cf. de adv. 581, 24. — Ann. Oxx. I, 45, 17. οἱ Δωριεῖς — οὐ λέγουσι Πριαμῶν ἀλλὰ Πριάμων· τῶν μέντοι ἀντωνυμιῶν τῶν εἰς $\overline{\text{οι}}$ ληγουσῶν τὰς γενικὰς περισπῶσι· τουτῶν καὶ τινῶν (leg. τηνῶν). εἰ τοίνυν τῶν (leg. τὸ) ἀλλῶν περισπῶσιν, οὐκ ἔστιν ὄνομα ἀλλ' ἀντωνυμία.

nonnullis servarunt; scilicet in pronominibus prisca firmius haerent.

8) In genitivis pluralibus monosyllaborum, quae tertiam declinationem sequuntur, Dores genitivi et dativi singularis et dativi pluralis analogiam sequuti ultimae circumflexum tribuunt etiam in iis vocibus, quae apud Atticos analogia laesa acutum in penultimam asciscunt, ut *παιδῶν*, *Τρωῶν*, *παντῶν* [13]) cf. Göttl. de accent. p. 58, Buttm. Gr. Gr. §. 43 not. 4.

9) De adverbiorum in $\overline{ως}$ exeuntium accentu mira praecipiuntur apud Joannem Grammaticum et qui hunc exscripserunt [14]), ea, quae vulgo sunt perispomena, Doriensibus barytona esse, contra quae vulgo barytona, in Dorica dialecto circumflexum in ultima habere, ut *κάλως*, *σόφως* et *οὑτῶς*, *παντῶς*, *αὐτοματῶς*. Alterum praeceptum quatenus verum sit, doctissimus Grammaticus Apollonius [15]) aperit, eorum errorem castigans, qui in universum adverbia vulgo barytona circumflecti apud Dorienses dixerint. Adverbiorum enim in $\overline{ως}$ accentum eundem esse, quem Genitivorum pluralium; itaque Dorienses *παντῶς*, *ἀλλῶς*, *τηνῶς* pronuntiare ut *παντῶν*, *ἀλλῶν*, *τηνῶν*, non

---

13) Apoll. de pr. 33. B. *ἐκ τοῦ παρὰ Δωριεῦσι μὴ περισπᾶσθαι* (sc. *τίνων*) *καθὸ παιδῶν, παντῶν, Τρωῶν*, cf. de adv. 581, 21. — J. Gr. 243, a, Meerm. 658, Gr. C. 317. *περισπῶσι δὲ τὰ τοιαῦτα· παιδῶν, Τρωῶν, παντῶν καὶ τὰ ὅμοια τούτοις.* — Ann. Oxx. I, 45, 17. *Δωριεῖς μόνας τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ī* (leg. $\overline{ες}$) *ληγουσῶν εὐθειῶν γενικὰς περισπῶσιν· μῆνι* (leg. *μῆνες*) *μηνῶν*, quanquam hoc etiam Atticum est.

14) J. Gr. 243, a, Meerm. 657, Gr. C. 311. *ὁμοίως δὲ* (i. e. *βαρυτονοῦσι* vid. not. 4) *τὰ ποιότητος δηλωτικὰ ἐπιῤῥήματα, κάλως, σόφως, κόμψως, ἅπλως· τὰ δὲ ὑφ' ἡμῶν βαρύτονα περισπῶσιν· οὑτῶς, παντῶς, αὐτοματῶς.*

15) Apoll. de adv. p. 581. *τὰ προκείμενα τῶν ἐπιῤῥημάτων — περισπᾶται ἢ βαρύνεται καθὸ πᾶσα γενικὴ πληθυντικὴ ἤτοι περισπᾶται ἢ βαρύνεται*, deinde *ἐκ τοῦ Δωριεῖς συμπερισπᾶν τὸ ἐπίῤῥημα* (*παντῶς*), *ἐπεὶ καὶ τὴν γενικὴν παντῶν φασίν. οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἀλλῶς καὶ τηνῶς. τοῦτο γὰρ καὶ ἐνίους ἠπάτησεν ἀποφήνασθαι ὡς τὰ παρ' ἡμῖν βαρύτονα τῶν ἐπιῤῥημάτων περισπῶσι Δωριεῖς. ὅπερ οὐκ ἦν ἀληθές· οὔτε γὰρ τὸ κούφως οὔτε τὸ φίλως οὔτε τὰ τοιαῦτα περισπῶσι*, cf. p. 586, 32.

φιλῶς vel *κουφῶς*. Ergo Joannes non recte praecipit de *αὐτοματῶς*, melius de *οὑτῶς*, quum *τουτῶν* Doricum sit, accedente praeterea Eustathii testimonio, qui *οὑτῶς* ut Doricum affert e Theocr. X, 47 [16]. In adverbio *ὅπως* judice Apollonio utraque accentus ratio, *ὅπως* et *ὁπῶς*, defendi potest [17]. Quid vero de priore illius regulae parte judicandum est? Optimi auctores docent, nonnulla adverbia apud Dorienses acutum in ultima habuisse, ut *καλώς*, *σοφώς* [18], et apud ipsum Joannem in ea regula, cui haec adnexa est, pro *βαρυτονοῦσι* restituendum esse *ὀξυτονοῦσι* supra monuimus not. 4, quod jam certissime confirmatum vides. Neque tamen omnia adverbia vulgo circumflexa vel, quod Theognostus docet, ab adjectivis *ὀξυνομένοις* derivata apud Dorienses acutum in fine habuisse, Apollonius significat. Nam et eam regulam, quam proponit, adverbia genitivorum pluralium accentum sequi, ad Doricam dialectum adhibet vid. not. 14, et nonnulla tantum adverbia, quum enclitica fiant, acutum assumere docet. Itaque pauca quaedam, quarum vis ita debilitari posset, ut encliticae fierent, eo praecepto tangi arbitramur, ut *καλώς*, *σοφώς*. Non credimus Joanni de *κόμψως* et *ἅπλως*.

---

16) Eustath. 630, 29. *Δωριεῖς κατὰ τὸ καλῶς, σοφῶς, δυνατῶς φασὶ καὶ οὑτῶς, οἷον· πιαίνεται ὁ στάχυς οὑτῶς.* In bono Theocriti libro (Ben. 2) est οὕτῶς.

17) Apoll. de adv. 584, 19. *δοκεῖ μοι καὶ κατὰ τὴν Δωρίδα διάλεκτον τῷ μὲν προκατειλεγμένῳ λόγῳ ὅ π ω ς ἀναγινώσκειν, οὐδ᾽ ὅπως ἄ ρ ι σ τ α· τῷ μέντοι μᾶλλον αὐτοὺς συγκαταβιβάζειν τὰ ἐπιῤῥήματα ὁ π ῶ ς, ὥστε ἀμφοτέρας τὰς ἀναγνώσεις λόγον ἔχεσθαι.*

18) Apoll. de adv. 580, 33. *παρὰ Δωριεῦσιν ἔνια* (adverbia in $\overline{ως}$) *ὀξύνεται, ὥστε* (num *ὅτε*?) *κατ᾽ ἔγκλισιν ἀνεγνώσθη· ἦ ῥ α κ ά λ ω ς* (corr. *καλὼς*) *ἀ π ο κ α θ ά ρ α σ α ἐ ξ ε λ ε π ύ ρ ω σ ε ν*, unde nonnulli *ὥς* Doricum esse putarunt, vid. p. 581, 3 et 583, 20. — Theogn. Oxx. 164, 18 (Ann. Bekk. p. 1123). *Δωριεῖς τὰ ἀπὸ τῶν εἰς* $\overline{ος}$ *ὀξυτόνων ἐπιῤῥήματα ὀξύνουσιν, οἷον σοφὸς σοφώς, καλὸς καλώς.* — Herod. *π. μ. λ.* 25, 29. *οὐδὲν εἰς* $\overline{ως}$ *λῆγον ἐπίῤῥημα ὀξυνόμενον ὑπεσταλμένης Δωρίδος διαλέκτου.*

10) **Adverbia in** *ᾷ* **locum in quem significantia vel modum, quae a pronominibus derivantur, perispomena sunt,** ut *ἀλλᾷ*, *παντᾷ* [19]), quanquam vulgo paroxytona *ἄλλῃ*, *πάντῃ*. Quippe adverbiorum in *ῶς* analogiam sequuntur; nec minus Dorica adverbia in *εῖ*, quae locum ubi significant, et in *ῶ* quae locum unde, ut *τουτεῖ*, *τηνεῖ*, *τουτῶ*, *τηνῶ* vid. infr. §. 44. Num *ὅπᾳ* et *ὅπει* veriora sint an *ὁπᾷ*, *ὁπεῖ*, Apollonius non minus dubitaverit, quam dubitavit de *ὅπως* et *ὁπῶς*. Nos eo certius circumflexum in his probamus, quia etiam apud Atticos in vocibus duas syllabas excedentibus praepositum *ὁ* nunquam accentum in se recipit, ut *ὁποῖος*, *ὁπόσος*, *ὁπότε*, *ὁπόθεν*, quorum analogiam *ὁπῶς*, *ὁπᾷ*, *ὁπεῖ* opportune sequuntur. Ceterum in codicibus et editionibus genuina omnium eorum adverbiorum tonosis haud raro neglecta est.

11) Praeterea Dores nonnullorum adverbiorum in *ᾰ* exeuntium, quae vulgo et ultimam brevem habent et acutum in penultima, ultimam circumflectunt: *ἁμᾶ* et *κρυφᾶ* pro *ἅμα* et *κρύφα* [20]). Nunc *ἁμᾶ* apud Pindarum legitur Ol. III, 22, P. III, 36 (ubi metrum ultimam longam postulat), N. V, 11. VII, 78 et apud Theocritum metro jubente IX, 4. XI, 39, saepius apud utrumque *ἅμα*; deinde *κρυφᾶ* certum est Ol. I, 47, minus certum fr. 217. Praeterea in fragmento Philolai Boeckhius p. 61 *διχᾶ φρονεόντων* pro *δίχα*, (cf. *τριχᾶ δέδασται* apud Archytam in Stob. Flor. I, 76.) non pro *διχῇ* dictum existimat, et est *δίχα* in talibus locutionibus usitatius. Nihilominus et

---

19) Apoll. de adv. 586, 32. *Δωριεῖς παντᾷ φασίν, ὅτι καὶ τὸ ἐπίῤῥημα παντῶς, καὶ ἀλλᾷ, ὅτι καὶ ἀλλῶς.* — Scholl. Theocr. VIII, 41. *Δωρικῶς παντᾷ περισπωμένως*, cf. de *παντᾷ* Greg. C. p. 213 et not. 20.

20) Scholl. Pind. P. III, 36. *τὸ ἁμα, ὡς Ἡρωδιανός φησιν ἐν τῇ ιθ', οἱ Δωριεῖς περισπῶσι καὶ τὸ παντᾶ, ὥσπερ τὸ κρυφᾶ παρὰ Πινδάρῳ. τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ ἁμᾶ περισπώμενον ἀπὸ τοῦ ἁμῇ γενόμενον. ζητεῖται δὲ ἐν τῷ περισπωμένῳ ἁμᾶ, εἰ προστεθήσεται τὸ ῑ.* — Greg. C. 255 *ἁμᾶ* pro *ὁμοῦ* esse dicit. — Scholl. Pind. Ol. I, 75 *κρυφᾶ Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ κρύφα.*

hoc Doricum putamus pro δίχῃ et κρυφᾶ pro κρυφῇ et ἁμᾶ cum Herodiano pro ἁμῇ, quod non est in usu. Sed apud Dores hoc adverbiorum genus latius patebat. Accuratius de hac re et de iota his formis subscribendo infra videbimus.

12) Postremo consentaneum est, eam accentus rationem, quam recentiorem demum Atthidem assumpsisse constat, a Doride alienam fuisse. Itaque inter alia Dores cum Homero et antiquioribus Atticis ὁμοῖος, ἑτοῖμος, ἐρῆμος pronuntiasse putandi sunt, vid. Boeckh. nott. critt. ad Pind. p. 359, quanquam de solo ὁμοῖος ut Dorico Gregorius p. 318 diserte testatur. Et ὁμοῖος, ἑτοῖμος in Pindari et Theocriti carminibus non sine libris scriptum est, sed ἔρημοι reliquit Boeckhius N. X, 72.

13) Haec fere sunt, quae de Dorica accentuum ratione cognita habemus (nam de futuris contractis infra agemus), quae multo plura et accuratiora essent, nisi Arcadius et Joannes Alexandrinus doctissimos Herodiani libros ita excerpsissent, ut omnia fere ad dialectos pertinentia omitterent. Jam vero quanquam una quaedam summa lex, qualis in Lesbiaca, non magis apparet quam in Attica tonosi, et quanquam haud paucae singulae discrepantiae nos latere videntur, tamen quae traduntur, tam bene inter se conspirant, ut et recte praecipi et praecipuam Doridis in hac re proprietatem continere videantur. Itaque in Doricae dialecti exemplis, quae in Appendice exhibebimus, Doricam tonosin exprimere conabimur.

§. 4.

De spiritu.

1) De spirituum apud Dorienses ratione antiqui grammatici paucissima praecipiunt, quae res eam a vulgari usu non multum discessisse prodit. Plura ex antiquioribus titulis iis discere licet, qui asperi signum appictum habent, praecipue e tabulis Heracleensibus. Nam reliqui ejus generis tituli et breviores vel corruptiores sunt, quam qui multa docere possint (ut in Laconico

3*

Leakii nr. 71 saepius asperi signum conspicitur, neque tamen ulla vox eo instructa certo legi potest), neque omnes constantiam in exprimendo aspero servant, ut in galea Hieronis nr. 16 et *ϝιάρων* scriptum est et *ο* sine aspero, unde articulum asperi sono caruisse colligere noli [1]). Postremo in omnibus titulis de aspero conjicere licet e tenui antecedente in aspiratam mutata, non item e mutatione neglecta de spiritu leni, ut infra videbimus.

2) In tabulis Heracleensibus (neque aliter in reliquis titulis, qui asperi signum norunt), asper etiam in compositis appictus est, ut *ἀνϝελόμενος*, sed omittitur, ubi antecedens tenuis in aspiratam transiit, ut *ἀφομοιώσωντι* et *ἀφᾶς* pro *ἀφ' ἇς*, ita ut tenuem potius cum spiritu aspero in aspiratam coalescere appareat. Jam vero Heracleensium dialectus cum vulgari lingua asperum in his communem habet: in articulo *ὁ*, *ἁ* et omnibus relativis, ut *οἷος*, *ὅσος*, *ὡς*, *ἇς* pro *ἕως*, praeterea *ἅμα*, *ἁμές* pro *ἡμεῖς*, *ἑκάτερος*, *ἕκαστος*, *ἀνέλόμενος* et *ποθέλωνται*, *ἀνέῶσθαι* ab *ἵημι*, *ἕπτα* cum derivatis, *ἧς* i. e. *εἷς*, *ἕξω*, *εὑρίσκω*, *ἥμερος*, *ἧμι* in compositione, *Ἥρα* in compositis, *ἱαρός* i. e. *ἱερός*, *Ἱστίειος* N. P., quod ab *ἑστία* descendere videtur, *ἵστασθαι* in *ἀμφίστασθαι*, *ὁδός*, *ὁμοῖος* et *ὁμο* in compositione, *ὁράω* in derivatis *ἔφορος* et *ἐφορεύω*, *ὅστις* et *ὅτι*, *ὕδωρ*, *ὑπό*, *ὑπέρ*. — Cum Atthide asperam addit voci *ἕργω*, ut docent composita *ἀφέργω*, *ἐφέργω*, *συνἔργω*.

Contra vulgarem morem asper conspicitur in *ἁκροσκιρίαι* I, 17. 23, quod cum *ἀκρός* compositum videtur, *ἅρνησις* I, 108, *ἕννεα* et derivatis, *ἴσος* I, 127, quanquam I, 101. 122 est *ἴσος* sine aspero, *οἵσοντι* futuro a *φέρω* I, 102, *ὅκτω* et derivatis, *πενταϝετηρίς*, quanquam *ἔτος* praeterea digamma habet.

E contrario asper deest in *ὄρος*, finis, ejusque de-

---

1) Franzius Elem. Epigr. Gr. p. 98 ex hoc titulo et ex Attico C. I. nr. 12, ubi *οθ'* (i. e. *ὅθι*) et *ϝερμες* i. e. *Ἑρμῆς* leguntur, colligit, asperi signum primum in voculis omitti coeptum esse.

rivatis ὁρίζω, ὁρισταί, ἄντορος, cujus nominis Ionica forma οὖρος aeque leni instructa est, ἀλία, concio, quod quum ab ἁλής vel ἀλής i. e. ἀολλής descendat, lenis spiritus antiquior esse videtur, ἀμαξιτός cum Homerica et vulgari lingua pro Attico ἁμαξιτός. Postremo numerale ἕξ cum derivatis digamma instructum est.

3) E reliquis fontibus pauca de spiritu apparent. Asper pro vulgari leni e tenuis mutatione cognoscitur in ἐφακεῖσθαι Delph. 1688, 37. 41 ab ἀκεῖσθαι et in καθ' ἐνιαυτόν Ther. 2448, VI, 25, (contra κατ' ἐνιαυτόν Cret. 2556, 65) quod bene conspirat cum ἕνος, ut rectius scribi videtur quam ἔνος. Deinde ἁμός pro ἀμός i. e. τις pronuntiatum esse, docent μηθαμῶς et μηθαμόθεν in titulis Doricis, vid. §. 10, 7, ex antiquo more, quum ἅμα, semel cognata sint, vid. §. 10, 8. Lacones ἄνω dixisse ut Atticos ἀνύω, patet e κασάνεις i. e. καθάνεις, vid. §. 7, 2. Postremo Dores ἕστε pro ἔστε protulisse referuntur [2]), et legitur ita in bonis Theocriti libris I, 6. V, 22. VI, 32. VII, 67, quanquam hoc ex ἐς ὅ,τε ortum est, non ex ἐς ὅτε, quod Dorice ἐς ὅκα sonaret, neque ex ἕωςτε, ut grammatici volunt.

Lenis pro aspero assumpti exempla paullo incertiora sunt. In antiquo titulo Argivo C. I. nr. 2, ubi asper ter legitur in articulo, nomina propria Ιπομεδον i. e. Ἱππομέδων et Υνασιος aspero carent, unde colligere licet, antiquos Argivos neque initiali υ semper asperum addidisse et lenem in ἵππος ex antiquissima lingua (vid. L. I §. 4, 9) traditum servasse. Deinde in antiquissimo titulo Theraeo nr. 11. B. nomen proprium Ιαρον i. e. Ἰάρων aspero caret, quanquam et in vetustissimis illis inscriptionibus Theraeis asperi signum nunquam neglectum esse videtur et Ἱάρων asperum habet in galea Hieronis C. I. nr. 16 et in didrachmo Crotoniata, vid. Raoul-Roch. in Mus. Rhen. 1835 p. 87, ἱαρός in tabulis Heracleensibus

2) Et. M. 382, 8. ἕςτε — Δωριεῖς δὲ δασύνουσιν, ἀπὸ τοῦ ἕωςτε κατὰ συγκοπὴν ἡγούμενοι εἶναι.

et in titulo Laconico C. I. 13; lenis autem in hac voce antiquior esse videtur vid. L. I §. 4, 6. In tessera Petiliensi antiquissimae scripturae C. I. nr. 4, quam asperum expressuram fuisse certum videtur, est *Ἀρμοξίδαμος* sine aspero (unde non spernendum est, quod *ποταρμόξασθαι* legitur apud Pythagoreum Aresam in Stob. Ecl. I, 52, 23), et videtur verbum *ἁρμόζω* a radice *ἀρ* recentius asperum assumpsisse. In antiquo Laconico Leakii, nr. 71, qui asperi signum non ignorat, saepius est *ανιοχιον* i. e. *ἀνιοχέων* sine aspero. *Ἐπιστάμενοι* in Cret. 2556, 65 non dialecti peculiari quadam ratione pro *ἐφιστάμενοι* esse puto, sed cum Valckenario ad Adon. p. 273 errore (lapicidae?) pro *ἐνιστάμενοι* scriptum (quanquam obloquentibus Hoeckio et Boeckhio), quum paullo post eodem sensu *ἐνεστακότες* legatur [3]). Postremo lenem habebat verbum *ἀγέομαι* cum derivatis, certe apud Lacones [4]), ut docent nomina Laconica *Ἆγις*, *Ἀγησίλαος*, *Ἀγήσανδρος*, *Ἀγησίπολις*, quae satis constanter leni instruuntur, deinde *ἀγῆται* Arist. Lys. 1314, (nunc tamen a Dindorfio libris ducibus expulsum) et *Ζεὺς ἀγήτωρ* apud Spartanos cultus, vid. Boeckh. ad C. I. p. 252. Contra fervidius in Lys. 82 ex una Juntina Reisigius Synt. p. 14 arripuit *ἄλλομαι.*

4) Ubi in crasi vel elisione tenuis non mutata est, non licet nisi cautissime de sequentis vocis spiritu leni conjecturam facere. Nam Apollonius auctor est, Dorienses saepe ante sequentem asperam tenues non mutasse [5]),

3) In titulo Megalopolitano nr. 1531, 3 *προκατισε ισ . .* mihi e *προκλήσει σ . .* corruptum videtur, cf. l. 14 *περὶ ὧν προεκαλέσατο*

4) cf. Müll. Dor. II p. 525, Giese de dial. Aeol. p. 417.

5) Apoll. de synt. 335, b. *ἀπειράκις τὰ Δωρικὰ διὰ ψιλῶν ἀντιστοίχων τὰς συναλοιφὰς ποιεῖται·*

κὼ τοξότας Ἡρακλέης·
κάλλιστ᾽ ὕπαυλιν· (leg. *ὕπαυλέν*)
κὰ μεγ᾽ ἀπενήσασα καὶ ἁ Μελάμποδα τ᾽ Ἀρπόλυκόν τε·
ἄρχοιμεν γὰρ κὠθρασίων· (?)

Ex optimo codice A., ubi *καμεγ᾽ ἀσθενησασαν*, corrige *κὰ μεγασθε-*

et exempla ex Alcmane, ut videtur, affert, unde noli colligere, Laconicum poetam ὁ, ἁ, ὑπό, Ἁρπόλυκος pronuntiasse. Idem mos subinde in inscriptionibus reperitur: ἐπ' ἱερέως Rhod. 2525, b et in vase Acrensi apud Raoul-Rochette p. 85, ἐπ' ἱεραπόλων Acarn. 1793 a. c., ubi Boeckhius non debebat ἐπί corrigere, μετ' ὁμονοίας Calymn. 2671, ὑπ' ἁλίῳ in epigrammate Corcyraeo, ubi Boeckhius ἀλίῳ scribit, ἐπ' ἁμέρας Ther. 2448, IV. 11, ἐπ' ἁμέ Cret. 2563, ποργ' ἁμέ Cret. 3050 et incertius ποτ' ἁμέ Ign. 2670, ubi Boeckhius minus recte ἀμέ. Nam pronomen ἁμές apud Dorienses spiritum asperum habuisse et Apollonius de pr. p. 118 silentio testatur et diserte Lex. de spir. p. 214; praeterea additus est in tabb. Heracl. et apparet in ποθ' ἁμέ, quod bis legitur in titulo Cretensi 2557 et in Arist. Lys. 95, ποχ' ἁμίν Sophr. 50, ut Theocritea exempla omittamus. Male enim et scholiasta Theocriteus, quem alius bene refutat, initiale ᾱ Dorice ex η̄ natum excepto articulo lenem asciscere tradit [6]) et Reisigius in Synt. p. 14 levem, qui haud raro in libris reperitur, errorem sectatus, in Doricis Lysistratae et Acharnensium ubique ἀμές etc. reponi jubet. Non magis de aspero a Doriensibus non antiquissimis pronuntiato in ἱερός ejusque derivatis dubitari potest, vid. nr. 2 et Sophr. 98 ἀφ' ἱερᾶς, et in ὁμόνοια, quod ne apud Lesbios quidem lenem assumpsisse putamus cf. L. I §. 4, 9. Facilius credas, ἄλιος recte leni instrui et propter ἠέλιος et quod Pind. Ol. I, 5 pro μηκέθ' ἁλίου meliores

νῆς Ἀσαναία et sequentia ut aliud exemplum dirime. Alcmani haec vindicavimus et emendavimus in Mus. Rhen. VI. p. 234.

6) Scholl. Theocr. I, 1. ἁδύ· ψιλοῦται τὸ ᾱ. οἱ γὰρ Δωριεῖς τρέποντες τὸ η̄ τὸ δασὺ εἰς ᾱ ψιλούμενον τρέπουσιν, ὑπεξαιρουμένων τῶν ἄρθρων· τὸ γὰρ ἡ τὸ ἄρθρον τραπὲν εἰς α οὐ ψιλοῦται, ἀλλὰ δασύνεται. Ἐν ἄλλῳ οὕτως· τὸ ἁδύ τινες λέγουσιν ὅτι ψιλοῦται τοῦ η̄ τρεπομένου εἰς ᾱ Δωρικῶς. καὶ εἰ μὲν οὗτοι ἀληθεύουσι, ψεύδεται ὁ Θεόκριτος, πάνθ' ἅλιος γράφων καὶ οὐχ ἁμῖν τὸν ἔρωτα καὶ τί ποθ' ἁδύ καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐναντιούμενα τῷ κάνονι. — De aspero in ἁμῶν et ἁδύ testatur Lex. de spir. p. 214.

libri μηκέτ' ἀελίου praebent; nec minus ἀμέρα propter ἦμαρ et Pindarica ἐπάμερος P. VIII, 99 et πεμπτάμερος O. V, 6 pro ἐφήμερος et πενθήμερος. Neque tamen quidquam certi constituere audemus. Ceterum ad Apollonii regulam referre licet ἐστ' ἀμῶν, quod Epich. 147 apud Eusebium legitur et Hesychii glossam ἐστόκα, ἐνιότε· Ταραντῖνοι i. e. ἐστ' ὅκα.

5) Vides quam omnia sint incerta. Nam Heracleensium in his consuetudo, de quo paullo melius constat, num ad reliquos quoque Dorienses pertinuerit, satis dubium est, praesertim quum iidem in digammi usu multa singularia habeant a reliquorum Graecorum, qui digamma retinuerunt, usu aliena. Nihilominus nonnullas leges de spirituum apud Dorienses ratione constituere audemus:

Doridis usus cum vulgari in universum conspirabat neque discrepabat nisi in singulis quibusdam vocibus. Lenem pro vulgari aspero vel apud omnes Dorienses vel in singulis generibus non habebant nisi eae voces, quae ab origine et in Lesbiaca dialecto asperum aspernantur, quales sunt ὅρος cum derivatis, ἁλία, ἁμαξιτός (nr. 2), ἵππος, ἱαρός, ἁρμόζω, ἁγέομαι cum derivatis (nr. 3, de Ὑάσιος et ἁνία parum constat), fortasse ἅλιος et ἁμέρα (nr. 4). Ergo Dores nunquam temere lenem pro aspero assumpserunt. Contra pars certe Doriensium asperi amantior fuit, quem Heracleenses quum in aliis tum in numeralibus ὅκτω et ἕννεα novarunt; alii etiam in ἕστε ab ἐς. Interdum asper e digamma factus est, ut apud Heracleenses in ἕργω, ἵσος (ubi fluctuabat pronuntiatio inter asperum et lenem) et πενταέτηρίς, quum ἔτος digamma retinuisset, praeterea, opinor, in ἐνιαυτός, cf. §. 5, 8.

§. 5.

De digamma.

1) Dorienses, praesertim Lacones, digamma usos esse et grammatici testantur [1] et reliqui fontes confir-

1) De Doriensibus Tryph. παθ. λέξ. §. 11, de Laconibus idem

mant. Ut a Laconibus ordiamur, in titulo nr. 1511 est *Fίκατι* i. e. *εἴκοσι*, reliquis antiquis inscriptionibus neque servati neque neglecti digamma certa vestigia offerentibus; nam in nr. 15 Boeckhius vix recte *ἐδήδοFα* pro *ἐδήδοκα* detegere sibi visus est. Alcman, qui digammi usum potius e Laconica dialecto arripuit quam (id quod grammatici arbitrantur, vid. L. I §. 2, 4) ex Aeolica, digamma scripsisse traditur in fr. 76 W. *τὰ Fὰ κάδεα* [2]) et 77 W. *δάFιον* pro *δήϊον* [3]). In similes literas abisse videtur fr. 67 (68) ex Apoll. de pr. 105, ubi pro *καὶ τοί γ' ἄναξ* bene restituerunt *καὶ τοὶ Fάναξ*, et fr. 4, ubi pro *Εὐτείχη τ' ἄνακτ'* Schneidewinus suspicatur *Fάνακτ'*. Deinde hiatus digamma a poëta pronuntiatum testatur in fr. 34 (65) *ἐγώνγα ἄνασσα* et 59 (24) *τὸ ἦρ*, ut recte Schneidewinus e libris restituit; deinde productio syllabae finalis in unam consonantem exeuntis fr. 51 (48) *ὅς ἔθεν* et 17 (26) *Κύπριδος ἕκατι*, quum *ἑκών*, *ἕκητι*, *ἕκηλος* olim digamma habuisse ex Homero et Pindaro satis constet. Minus certum indicium digamma in media voce ab ipso poëta pronuntiati est augmentum syllabicum in *ἔειξε* fr. 80 W., quia etiam in Attica dialecto post digamma pridem ejectum similia remanserunt; quanquam et certum est antiquos Graecos *Fείκω* dixisse et verisimile, Alcmanem *ἔFειξε*. Quae Welckerus minus recte huc traxit, omittimus. Neglectum est digamma in *τοῦθ' ἁδεᾶν* 18

---

et grammaticus in Bekk. Ann. 778, 9 et Ann. Oxx. IV, 323, 3, vid. L. I §. 5 not. 2.

2) Ex Apoll. de pron. 136, qui postquam pronomen possessivum apud Aeoles digamma instrui monuit: *καὶ Ἀλκμὰν συνεχῶς Αἰολίζων φησὶ τὰ ἕα κάδεα*, ubi Bekkerus et Welckerus minus recte correxerunt *τὰ Fεὰ*, vid. L. I §. 5, 4.

3) Prisc. I p. 22. »Hiatus quoque causa solebant illi (Aeoles) interponere digamma *F*, quod ostendunt etiam poëtae Aeolidae usi (corrig. uti) Alcman: *καὶ χεῖμα πῦρ τε δάFιον*« cf. p. 21. Alia Aeolicorum poëtarum apud Priscianum frustula corruptissima, in quibus digamma reperitur, Alcmani vindicare conati sumus L. I §. 5 not. 5.

(27) et *οἶνον δ' Οἰνουντιάδαν* 58 (15), quum et *ἀδύς* et *οἶνος* olim digamma usa esse certum sit et *Οἰνουντιάδας* ab *οἶνος* derivandum esse videatur, et ante consonantem in *τίς ποκα ῥᾷ*, cf. L. I §. 5, 4. In Aristophanis Lysistrata semel hiatus digammi indicium facit v. 1096 *τὸ ἔσθος;* neglecti exemplum unum v. 206 *ποτόδδει γ' ἀδύ* facile ejecta particula tollere licet, alia 156 *παρξενιδών*, 1099 *αἴ κ' εἶδον*, 1052 *θείκελοι* pro *θεοείκελοι* non una de causa suspecta sunt [4]. In Epilyci Coralisco apud Ath. IV. 140, a hiatus est in *μάλα ἀδύς*. In decreto Laconico apud Thucydidem V, 77 digammi vestigia nulla apparere non mirum est.

2) Laconum per Tarentinos coloni Heracleenses digammi satis tenaces erant; mira tamen ratione modo id abjecerant, ubi antiquissimos Graecos eo usos esse certum est, modo asciverant, ubi in reliquis dialectis et linguis cognatis ne ullum quidem ejus vestigium apparet. Antiquum digamma tabulae Heracleenses servant in his: *Fέτος* I, 3. 5 etc., quanquam in composito *πενταέτηρίς* pro digamma spiritus asper legitur I, 57. II, 35; *Fίκατι* vel *Fείκατι* pro *εἴκοσι* cum compositis *Fικατίπεδον* et *Fικατίδειον*; *Fίδιος*, quod etiam apud Pindarum Ol. XIII, 49 hiatum admittit, cf. di-vido, viduus, Pott *Etymol. Forsch.* II. p. 43; postremo *ἐγFηληθίωντι* I, 109 i. e. *ἐξειληθῶντι* a *Fηλέω* pro *εἰλέω* (vid. §. 20, 6 et §. 26), unde simul apparet digamma mediae simile habitum esse. Antiqui digamma vestigium praepositio in *ἐπιοικοδομά* I, 102 elisionem non passa servavit, quanquam in *οἰκία* et *ἐποίκια* I, 98 plane evanuit. Non minus periit in *ἐργάζομαι* I, 64. 120. 121 et composito *ἀμπελωργικά* II, 43

4) In v. 156 *παρενιδών* et *ἅπαξ λεγόμενον* est et in aliis libris *παρεξιδών* vel *παρθενιδών* traditur; praeterea pro *γυμνάς* (quod certe circumflexum flagitaret) *γυμνά* desideratur. In v. 1099 apertissime corrupto libri praebent: *δεινά γ' αἱ πεπόνθαμες, αἰκ' ἴδον ἄμες ἄνδρες ἀναπεφασμένως* (v. l. *ἀναπεφλασμένως*), quae manum emendatricem expectant. De voce *θείκελος* vid. §. 26.

(ab antiquo ἀμπελοϜεργός), in ἔργω, arceo, unde composita reperiuntur ἀφέργω, ἐφέργω, συνέργω I, 83. 85, in ἴσος vel ἴσος, I, 101. 122. 127; ante ῥ in ῥήτρα I, 97. 103 (cf. L. I §. 52, 3), ἄρρηκτος et ἐρρηγεῖα a ῥήγνυμι (cf. L. I §. 5, 4). — Recens accessit digamma in numerali Ϝέξ ejusque derivatis Ϝεξήκοντα, Ϝεξακάτιοι, Ϝέκτος; nam neque apud alios Graecos, neque in cognatis linguis (Sanscr. schasch, Lat. sex, Goth. saíhs) digammi vestigium aliquod apparet.

In tessera Petiliensi nr. 4 legitur Ϝοικία, unde apparet non omnes Italiotas in hac stirpe digamma abjecisse. In vase antiquo, quod in Magna Graecia repertum descripsit Abeken in *Annali dell' inst. di corr. arch.* Vol. VIII fasc. II, est ΑἴϜας, herois nomen.

Cum Laconibus conjunctissimi sunt Cretenses, quorum Vaxii certe satis recenti tempore digamma in ipsorum nomine servarunt, quod Ϝάξιοι scriptum est in nummis, item vel Ϝαύξιοι in titulo nr. 3050, quum oppidi nomen apud scriptores sit Ἄξος vel Ὄαξος, vid. Boeckh. ad C. I. II p. 401, b, Hoeck. Creta I p. 397. — Vix recte Boeckhius Ϝικαδίονος N. P. rescripsit in recenti titulo Cretico nr. 2598.

3) Rarius apud reliquos Dorienses aut ipsum digamma aut olim pronuntiati vel scripti indicia reperiuntur. — In antiquissimo titulo Crissaeo C. I. nr. 1, quem aliquanto emendatiorem exhibuit Ulrichsius, certa videntur κλέϜος et αἰϜεί [5]). Contra jam in titulo Delphico nr. 1688, qui a. 400 scriptus est, nullum digamma extat, vestigium tamen quoddam in ἐπιεργαζόμενος l. 18, praepositione elisionem non passa. In antiquo titulo Argivo nr. 18 videtur Ϝίκα(τι) esse, in alio nr. 19 πεδάϜοικοι i. e. μέτοικοι, quod etiam corruptius in nr. 14 a Boeckhio agnoscitur. In galea ab Argivis, si Boeckhius

5) Ulrichsius praeterea εϜος, quod ab initio habet, legit ἕως (ἧος), de quo valde dubitamus; deinde Ϝεά, quod Ϝά esse debebat vid. not. 2.

recte conjecit, Olympiae dedicata, C. I. nr. 29 legitur *ΔιϜί*; idem latere videtur in *Διει*, quod est in corruptiore titulo Corcyraeo nr. 1869, et in alio Corcyraeo nr. 20 est *Ϝασσ* . . . ., fortasse, Boeckhio judice, forma aliqua ab *ἄστυ* (*Ϝάσστυ* cf. §. 13, 2) [6]).

Apud Epicharmum quoque subinde hiatus (quem praeterea non admittit nisi in *οὐδὲ εἷς*) digammi vim non omnem interisse indicat. Ita fr. 19 *ἥκω οἴκαδις*, 29 *τῷ ἦρι*, 34 *βδελυχραὶ ἀδέαι*, 45 *ὕες τε ἱεράκες τε*, 48 *αὐτῷ τέ οἱ*, 60 *χορδαί τε ἀδύ*, 92 *πίοι ἄρνες* (?), 97 *καὶ ἀνδάνειν*, 98 *σάφα ἴσαμι*, nec minus producta syllaba finalis fr. 113 *ἄγροθεν ἔοικε*. Neque tamen minus saepe nulla digammi vis conspicitur, ut 18 *ἔσθοντ' ἴδῃς*, 51 *δ' ἄδιστον*, 72 *πλατίον οἰκεῖ* etc.

4) Saepe apud Lacones et alios quosdam Dorienses digamma in *β̄* abiit, quod etiam in Eleorum dialecto factum vidimus L. I §. 52, 2. Inde grammatici pleonasticum litterae *β* usum apud Lacones, Pamphylios, Syracusanos fingunt [7]). Et revera interdum *β* vocibus praepositum reperitur, quas non ab origine digamma instru-

---

6) In Hermionensi titulo antiquiore nr. 1194, ubi Fourmontii schedae praebent *EFRAΔΣATO*, Boeckhius suspicatur *Ϝεργάσατο* i. e. *Ϝειργάσατο* aut *Ϝηργάσατο*, non recte, quia digamma non transsilit augmentum. Nos aut *εἰργάσατο* aut *ἐεργάσατο* aut *ἐϜεργάσατο* legi posse putamus.

7) Et. M. 426, 11. *ἔθος τῆς Δωρίδος διαλέκτου τὸ β̄ προσγράφεσθαι ταῖς ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομέναις λέξεσιν.* — Et. Gud. 101, 12 ex Herodiano: *γέγονε δὲ τὸ βαῖνος πλεονασμῷ τοῦ β̄ κατὰ Λάκωνας· οὗτοι γὰρ τὸ ἰδεῖν βιδεῖν λέγουσι.* — Et. M. 257, 52 (Suid. s. v. *δερβιστήρ*) *δερβιστήρ, τὸ δέρμα· παρὰ τὸ δέρος δεριστὴρ καὶ πλεονασμῷ τοῦ β· πλεονάζουσι δὲ τὸ β̄ Συρακούσιοι· ὡς ἐπὶ τοῦ ὀλβάχνιον. ὀλάχνιον γάρ ἐστι τὸ ἀπαθές, τὸ τὰς οὐλὰς ἔχον. σημαίνει δὲ τὸ κανοῦν ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰς οὐλὰς ἢ τὰς ὀλάς.* — Eustath. 1654, 20. *ἐν δὲ ἑτέρῳ τόπῳ λέγει ὁ Ἡρακλείδης τοὺς Παμφυλίους ἄλλως χαίρειν τῷ β̄, προτιθέντας αὐτὸ παντὸς* (!) *φωνήεντος. τὸ γοῦν φάος φάβος λέγουσι καὶ τὸ ἀέλιος βαβέλιος* (leg. *ἀβέλιος*). *οὕτω δέ φησι καὶ τὸ ὀρούω ὀρούβω λέγουσι καὶ περισπωμένως ὀρουβῶ.*

etas fuisse certum est. Sed etiam hic primum digamma, ut in Heracleensium *Ϝέξ*, additum, deinde hoc in *β* mutatum putamus. Jam videamus singula exempla *β* apud Dorienses pleonastice, ut videtur, additi. Adjicimus etiam ea, quae apud Hesychium dialecto non nominata afferuntur, quia vix ad aliam pertinent.

βάγος pro *ἄγος*, *βάξον* pro *ἄξον*, *μουκηροβαγός* pro *μυκηροαγός* i. e. *καρυοκατάκτης* [8]), omnia ab *ἄγνυμι*, de cujus stirpis digamma ex Homero constat, et Laconica.

βαγός pro *ἀγός* ab *ἄγω* apud Lacones [8]), quae radix antiquitus digamma ignorat.

βάδομαι, *ἀγαπῶ* Hesych. i. e. *ἥδομαι*, cui voci digamma erat ut cognatis *ἁνδάνω*, *ἡδύς*.

βαλικιώτης, *συνέφηβος· Κρῆτες* Hesych., quanquam *ἧλιξ* ejusque derivata ab origine digamma aversantur.

βάννας, *βασιλεὺς παρὰ Ἰταλιώταις* Hesych. pro *ἄναξ* cf. §. 12. *Εὐρυβάνασσα* N.P. est in recentiore titulo Laconico 1323, et *Βαναξίβουλος* in recentibus Creticis 2572. 2577.

βάρνες pro *ἄρνες* dictum videtur [9]).

βασκαρίζειν, *σκαρίζειν· Κρῆτες* Hesych.; itaque longiori formae *ἀσκαρίζειν* littera *β* pleonastice addita est.

βείκατι, *εἴκοσι· Λάκωνες* Hesych.

βειλαρμόστας, *βειλάρχας* (Kust. *ἰλάρχας*)· *Ταραν-*

---

8) Hesych. *βάγος, κλάσμα ἄρτου, μάζης. καὶ βασιλεὺς καὶ στρατιώτης. Λάκωνες*, cf. *ἄγος, κλάσμα, τραῦμα, ἀρχηγός*. Duo vocabula confusa sunt, *τὸ ἄγος* vel *βάγος* ab *ἄγνυμι* et *ὁ ἀγός*, *βαγός* ab *ἄγω*. — Id. *βάξον, κατάξιον· Λάκωνες* (Kusterus recte *κάταξον*). — Athen. II, 53, b. *Πάμφιλος ἐν γλώσσαις μουκηρόβατόν φησι καλεῖσθαι τὸν καρυοκατάκτην ὑπὸ τῶν Λακώνων ἀντὶ τοῦ ἀμυγδαλοκατάκτην· μουκήρους γὰρ Λάκωνες καλοῦσι τὰ ἀμύγδαλα*, cf. Hesych. *μουκηρόβας· καρυοκατάκτης*. Lobeckius ad Phryn. p. 610 correxit *μουκηροβάκτας*, Rankius de Hesych. Lex. p. 75 *μουκηρόβαξ*; nos maluimus *μουκηροβαγός* ut *ναυαγός*. De Laconico *μούκηρος* vid. §. 18.

9) Eo ducunt corruptiores Hesychii glossae: *βανεῖα, τὰ ἀρνεῖα καὶ βάννιμα τὸ αὐτό* et *βαρεῖον, πρόβατον*, in quibus *βαρνίον* pro *ἀρνίον* latere videtur, deinde *βάριχοι, ἄρνες* cf. *ἄριχα, ἄῤῥεν πρόβατον*.

τῖνοι, cf. *Fιλαϱχίοντος* in titulo Boeotico, vid. infr. Corrig. ad L. I p. 170.

βείϱακες, *ἱέϱακες* et *βειϱακή* (?), *ἡ ἁϱπακτική*, Hesych. ut *ἱέϱαξ* apud Epicharmum hiatum admittit.

Βείτυλος oppidum Laconicum *Οἴτυλος* vocatur in recenti titulo 1323, vid. Boeckhium, qui etiam *Οἴτυλος* e *Fίτυλος* natum esse monet. A Ptolemaeo *Βίτουλα* vocatur.

βεκάς pro *ἑκάς* 10).

βέκηλος pro *ἕκηλος*, uti corrigendum apud Hesych. *βείκηλα*, *νωχελῆ*, *ἀχϱεῖα*· *Λάκωνες*.

βέλα pro *ἕλη*, *εἵλη* apud Lacones 11). De digamma testatur etiam *γέλα*, de quo mox videbimus, et videtur *ἀFέλιος* cognatum esse.

βέϱγον pro *ἔϱγον* Lacones dixisse prodit Hesych. *γαβεϱγός*, *ὀϱουμισθωτός*· *Λάκωνες* i. e. *γαFεϱγός*, *γεωϱγός*. Nam explicatio corrupta est.

βέϱϱω pro *ἔϱϱω* pronuntiatum esse colligas e glossis *βέϱϱης*, *δϱαπέτης* et *βεϱϱεύει*, *δϱαπετεύει*.

βεστόν vel *βεττόν* Lacones *ἱμάτιον* dixerunt ab *ἕννυμι* 12).

βέτος Laconicum erat pro *ἔτος*, si *διαβέτης*, magistratus cujusdam in recentibus titulis Laconicis nomen, recte inde derivatur, vid. Boeckh. ad C. I. I p. 611.

βήλημα pro *εἴλημα* ab *εἰλέω* Lacones dixerunt 13).

---

10) Hesych. *βεκάς*, *μακϱάν* et antea corrupte *βείκας*, *μακϱάν*, praeterea *βεκῶς* (?), *μακϱόθεν*.

11) Hesych. *βέλα*, *ἥλιος καὶ αὐγὴ ὑπὸ Λακώνων* et *βελλάσεται* (leg. *βελασῆται*), *ἡλιωθήσεται*, cf. *ἕλα*, *ἥλιος*, *αὐγή* et *ἑλᾶται*, *ἡλιοῦται*.

12) Et. M. 195, 44. *βέστον*, *τὸ ἱμάτιον ὑπὸ Λακώνων*· *οἱ δὲ βέττον*· *Διογένης*. Eodem referenda videtur corruptissima Hesychii glossa: *βέσον*, *ἔθος καὶ ὁ τῶν ἐθῶν ἔμπειϱος*. *Λάκωνες δὲ βεστικὸν τὰ ἴσοντ.* Nam latere videntur *βεστόν*, *ἐσθής* et *βεστικός*, *ὁ τῶν ἐσθήτων ἔμπειϱος*. Alii correxerunt *βέσοϱ*, *ἔθος*, quod per se bonum est.

13) Hesych. *βέλημα* (e serie litterarum Salmasius corrigit *βήλημα*), *κώλυμα*, *φϱάγμα ἐν ποταμῷ*. *Λάκωνες*.

βηράνθεμον pro *ἠράνθεμον* ab *ἦρ* [14]).

βιδεῖν (potius *βιδῆν*) Laconicum pro *ἰδεῖν* [7]).

βίδεοι vel *βίδυοι* Spartanorum magistratus quidam vocatur in titulis recentioribus, vid. Boeckh. ad C. I. I p. 609, a. Apud Pausaniam scribitur *βιδιαῖοι* III, 11, 2 et 12, 4, apud grammaticos *βείδιοι* [15]). Jam vero cum hoc Laconico magistratu Boeckhius optime comparat *ἰδύους* sive *εἰδύους*, quo nomine *μάρτυρες*, *συνίστορες* vel judices litium capitalium ab antiquioribus, praecipue in Draconis et Solonis legibus, appellabantur [16]), et stirpem *ἰδεῖν* agnoscit.

βίσχυν Laconum adverbium pro *ἰσχύν* ab *ἴς* [17]).

βιύζω vel *βιούζω*, quod *υ* in *ου* mutato Laconicam dialectum prodit, pro *ἰύζω* [18]), quocum *ἰάχω* cognatum est in Homerica dialecto digammi indiciis abundans.

βίωρ, *ἴσως*, *σχεδόν*· *Λάκωνες*. Hesych.

βοῖνος apud Cretes pro *οἶνος*, si recte inde deducitur *Βοινόβιος* N.P. in recenti titulo Cretico nr. 2576.

---

14) Hesych. *βηράνθεμον*, *νάρκισσος*· *οἱ δὲ τηράνθεμον λέγουσι.* Hoc e *Fηράνθεμον* corruptum esse, recte intellexit Alberti.

15) Ann. Oxx. II, 289, 31. *πᾶσα λέξις ἀπὸ τῆς $\overline{\beta\iota}$ συλλαβῆς ἀρχομένη διὰ τοῦ $\overline{\iota}$ γράφεται, εἰ μὴ ἐστὶν κατὰ γλῶσσαν Λακώνων ἢ κατὰ πάθος*, deinde p. 290, 2. *πρόσκειται, εἰ μὴ ἐστὶ κατὰ γλῶσσαν Λακώνων διὰ τὸ βείδιω* (leg. *βείδιοι*)· *τοῦτο διὰ τῆς $\overline{\varepsilon\iota}$ διφθόγγου γράφεται. βείδιοι λέγονται οἱ ἄρχοντες παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις· βειέλοπες δὲ λέγονται οἱ μάνται* (*ἱμάντες* recte vult Cramerus)· *τοῦτο ὁ Ὧρος διὰ τῆς $\overline{\varepsilon\iota}$ διφθόγγου γράφει, ὁ δὲ Δίδυμος διὰ τοῦ $\overline{\iota}$.* Hinc hausit Eustath. 1453 seqq. *Λάκωνες τοὺς ἱμάντας βειέλοπας ἐκάλουν. ὁ δὲ τοῦτο γράψας τεχνικὸς λέγει καὶ ὅτι παρ' ἐκείνοις βείδιοι οἱ ἄρχοντες· ἀμφοῖν δὲ τούτοιν αἱ ἄρχουσαι διὰ τῆς $\overline{\varepsilon\iota}$ διφθόγγου παραδίδονται.* — Suid. (post *βέχειρες*) *βείδιος ὁ ἔνδοξος, βειέλοπες οἱ λῶροι.* De *βειέλοπες* vide Hesych. et intt.

16) Eustath. 1158, 20, Hesych. s. v. *ἰδυίαι* (Jens. *ἰδύοι*) et *ἰδύους*.

17) Hesych. *βισχὺν, ἰσχὺν, σφόδρα, ὀλίγον* (?)· *Λάκωνες.* — Theogn. Oxx. II, 162, 19. *εἰς $\overline{\upsilon\nu}$ λῆγον ἐπίῤῥημα οὐδέν ἐστιν εἰ μὴ τὸ βίσχυν, βαρύτονον μόνον ὄν.*

18) Hesych. *ἀβίηκτον* (Is. Voss. *ἀβίυκτον* e serie litterarum), *ἐφ' οὗ οὐκ ἐγένετο φωνὴ ἀπολλυμένου*, cf. *ἐκβιούζει, θρηνεῖ.*

Boeckhio in nr. 2554, 126 *Βοίνοπα* N.P. pro *Ῥοίνοπα* corrigenti non possum adstipulari, quia in Creticis titulis ante Romanorum dominationem scriptis digamma potius non expressum quam in *β* mutatum est.

βορθαγορίσκοι sive *ὀρθαγορίσκοι* apud Lacones peculiaris appellatio erat *τῶν γαλαθηνῶν χοίρων* [19]. Vocis etymon dubium est (ridicule enim ab *ὄρθρος* derivatur), neque Boeckhium in antiquo titulo Argivo nr. 2 ad nomen proprium *Βορθαγόρας* putamus recte Doricum *β* praeponendi morem adhibere, quippe qui multo recentior sit. Num Hesychii glossa *βωρθία* (Salm. *βορθία*), *ὀρθία* ad Dianam *Ὀρθίαν* pertineat, nescimus neque ex his omnibus *ὀρθός* aliquando digamma habuisse colligere possumus.

5) In mediis vocibus inter vocales additae litterae *β* haec exempla reperiuntur:

ἀάβακτοι, *ἀβλαβεῖς* Hesych. pro *ἀάαστος*, *ἀάατος*, cf. *ἀυάτα* apud Pindarum i. e. *ἀϜάτα*.

ἀβείδω Lacones dixerunt pro *ἀείδω* [20], de cujus vocis digamma vid. L. I §. 35, 2.

ἀβέλιος pro *ἀέλιος*, *ἥλιος* Cretensium erat et Pamphyliorum [21].

---

19) Hesych. *βορθαγορίσκια, χοίρεια κρέα. καὶ μικροὶ χοῖροι βορθάκιοι* (Salm. *βορθαγορίσκοι*). *Λάκωνες*, cf *ὀρθαγοριχός* (leg. *ὀρθαγορίσκος*), *χοιρίδιον μικρόν*. Athen. IV, 140, b. *ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὀρθαγορίσκοι λέγονται, ὥς φησιν ὁ Πολέμων, οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι* (cf. p. 139, b.), *ἀλλ' ὀρθραγορίσκοι, ἐπεὶ πρὸς τὸν ὄρθρον πιπράσκονται, ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ καὶ Διοσκουρίδης ἐν δευτέρῳ πολιτείας καὶ Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ προτέρῳ καὶ οὗτος τῆς Λακώνων πολιτείας.*

20) Hesych *ἀπαβοῖδορ, ἐμμελῶς. Λάκωνες*, ubi cum Guyeto corrigas *ἀπαβοίδωρ, ἐκμελῶς*, pro *ἀπαοίδως, ἀπῴδως*. — Id. *καλαβίς, τὸ περισπᾶν τὰ ἰσχία, καλαβοῖσθαι* (cod. *καλαβοῦται*) *ἐν τῷ τῆς Δερεατίδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ᾀδόμενοι ὕμνοι*. Si conferas *καλαοίδια, ἀγὼν ἐπιτελούμενος Ἀρτέμιδι παρὰ Λάκωσιν*, intelliges ultimis novam glossam contineri: *ξκαλαβοίδια, οἱ ἐν τῷ* etc. Lacones Dianam non obscoena saltatione (de calabide vel callabide vid. Athen. XIV, 629, f. et Phot. Lex. s. v.) coluerunt, sed pulchris cantibus.

21) Hesych. *ἀβέλιον, ἥλιον Κρῆτες* et *ἀβελίην, ἡλιακόν* (?). *Παμ-*

αβηδόνα, ἀηδόνα Hesych., quae vox cognata videtur cum *ἀείδω*.

ἀβήρ, οἴκημα στοὰς ἔχον, ταμεῖον· Λάκωνες Hesych., quod recte referre videntur ad *ἀήρ*, Lesbiace *αὔηρ*, aër.

ἀβώρ Lacones dixerunt pro *ἠώς*, Lesbiace *αὔως* 22).

αἰβετός, ἀετός· Περγαῖοι. Hesych. et Et. M. 28, 7.

ἀκροβᾶσθαι, ὑπακούειν Hesych., cf. Sanscr. çru, audire.

γραιβία ἢ γραιτία, πανήγυρις· Ταραντῖνοι. In voce ceterum ignota $\bar{\beta}$ et $\bar{\tau}$ permutatae produnt, hanc male pro digamma scriptam, illam inde natam esse, cf. not. 14. 24.

δάβελος, δαλός· Λάκωνες. Hesych. *δαβεῖ, κάθηται· Λάκωνες* (corrig. *δαβῆ, καυθῆ*) et *ἐκδάβη, ἐκαύθη· Λάκωνες* (corr. *ἐκδαβῆ, ἐκκαυθῆ*). cf. *δαελός* Sophr. Et. M. 246, 35, Ionicum *δαυλός*, Alcmanis *δάFιος* (vid. nr. 1) et participium *δεδαυμένος*.

ἐβάω pro *ἐάω* Lacones et Syracusani habebant 23).

θαβακός, θακός Hesych.

λαίβα scutum vocabatur a Cretibus i. e. *λαιά*, quia laeva manu gestabatur 24).

φίλιοι, unde corrigendum est *βαβέλιος* Pamphyliorum, quod literam $\bar{\beta}$ praeponendi praecepto pessime abusus vel Eustathius vel librarius scripsit, vid. not. 7.

22) Hesych. *ἄβωρ, βοὴ ὡς Λάκωνες*, corr. *ἀβώρ, ἠώς· Λάκωνες*. Ad eosdem pertinet *μιργάβωρ, λυκόφως* i. e. *μισγηώς*, quod docet σ bis in ρ mutatum vid. §. 8 Deinde ejusdem stirpis apud Hesychium sunt *ἀβώ, πρωΐ· Λάκωνες* et *ἀβάσαι, ἀριστῆσαι.* Minus recte olim Alcmani fr. 70 Schn. *ἀβώς* obtruseram.

23) Et. M. 308, 27. *ἔβασον ἀντὶ τοῦ ἔασον, συγχώρησον· οὕτως Συρακούσιοι καὶ Λάκωνες· γέγονε δὲ πλεονασμῷ τοῦ* $\bar{\beta}$. *τὸ γὰρ ἔασον ἔβασον λέγουσι καὶ τὸ ἔαται ἔβαται* (leg. *ἐᾶτε, ἐβᾶτε*) *καὶ τὸ ἔα ἔβα.* — Hesych. *ἔβασον, ἔασον· Συρακούσιοι.* — J. Gr. de Doride 243, b. *τὸ ἔα ἔβα, τὸ ἔασον ἔβασον*, pro quibus libri Gregorii Cor. 354 et Meerm. 658 male *τὸ ἔα εὔα, τὸ ἑαυτὸν εὔασον.* Suid. *ἔβασον, ἔασον.*

24) Hesych. *λαίβας, ἀσπίδας· Κρῆτες* et *λαίβα, ἀσπίς*, cf. *λαῖφα, ἀσπίς*, ubi digamma in φ transiit, et *λαῖτα, πέλτη*, quod e *λαιFά* corruptum videtur.

ὀρούβω pro *ὀρούω* Pamphylii vid. not. 7.

φάβος pro *φάος* Pamphylii, vid. not. 7.

ὤβεα, τὰ ὠά· Ἀργεῖοι Hesych., cf. *ὤεα* apud Epicharmum 113 et ovum.

ἐξωβάδια, ἐνώτια· Λάκωνες Hesych. ab *οὖς, οὔατος*.

6) Digamma ante sequens *ρ* Lesbiaco more in *β* mutati apud Dorienses ne ullum quidem exemplum reperitur. Contra unum adest ejusdem mutationis ante sequens *λ*. In Phaestiorum vel Gortyniorum agro a Strabone locus quidam *Ὀλύσσην* commemoratur cum varia lectione *ὁ Λίσσην*, cf. Hoeck Creta I p. 410. Eundem Stephanus Byz. vocat *Λισσής* idque ipsum in Hom. Od. *γ*, 293 legit pro vulgato *λισσή*. Postremo ex Eustathio et scholiis ad Homericum locum discimus, apud recentiores Cretes idem nomen sonuisse *Βλισσή* vel *Βλισσήν* [25]. Itaque apparet, varias ejusdem nominis formas esse *Λισσήν, Ὀλισσήν, Βλισσήν* (ut eam terminationem praeferamus, quae certior videtur), quae quin ex antiquo *Ϝλισσήν* orta sint, vix dubitabit, qui reputaverit, quae infra comparabimus. Eodem forsitan traxeris Hesychii glossam *ἄβληρα, ἡνία* i. e. *αὔληρα*, quo Epicharmus secundum Et. M. 393, 4 pro *εὔληρα* usus est, nisi scribentis lapsu Hesychium in errorem inductum esse putes.

Post aliam consonantem $\bar{\beta}$ e digamma ortum est in

---

25) Strab. X. p. 733. *Γορτυνίων δέ ἐστι καὶ τὸ Ῥύτιον σὺν τῇ Φαιστῷ καὶ Ὀλύσσην δὲ τῆς Φαιστίας.* — Steph. Byz. s. v. *Φαιστός· ἔστι δὲ Φαιστιάδος καὶ ὁ καλούμενος Λίσσης. Ὅμηρος· ἔστι δέ τις Λισσὴς αἰπεῖά τε εἰς ἅλα πέτρη.* — Eustath. 1468, 38. *Λισσὴ δὲ πέτρα ἢ ἡ λεία ἢ ὀνοματικῶς οὕτω λεγομένη κατά τι κύριον ὄνομα. παρὰ δέ γε τοῖς Κρησὶ βλισσὴ σὺν τῷ* $\bar{\beta}$ *κατὰ τοὺς παλαιούς. ἔστι δὲ ἀκρωτήριον τῆς Γορτυνίας. Κράτης δὲ, φασὶ, σὺν τῷ* $\bar{\nu}$ *γράφει βλισσὴν* (potius *Λισσήν*) *καὶ δοκεῖ κατὰ εὐθεῖαν ἀρσενικῶς προφέρειν ὁμοίως τῷ σωλήν.* — Scholl. Q. Od. *γ*, 293. *τινὲς δὲ κύριον ὄνομα τὴν νῦν Βλισσήνην καλουμένην* (Vulg. *ἢ κατὰ μεταπλασμὸν εἶπε τὸν νῦν παρὰ τοῖς Κρησὶ σὺν τῷ β Βλίση*); Q. et Vulg. *ὁ δὲ Κράτης σὺν τῷ* $\overline{\iota\nu}$ *γράφει Λίσσιν* (leg. *σὺν τῷ* $\bar{\nu}$ *Λισσήν*).

Syracusana voce *ὀλβαχόϊον* [26] (ita omnibus perpensis scribendum videtur) ab *οὐλαί*, *ὀλαί*, mola, quae vox non minus ex *ὀλFαί* prodiit, quam *γουνός*, *γονός* e *γονFος*.

7) Rarius digamma apud Dorienses in alias literas mutatum est. Creticum oppidum *Fάξος* (vid. nr. 2) apud Scylacem p. 19 *Πάξος* vocatur; in Hesychiana glossa *ἀμπέσαι*, *ἀμφιέσαι*· *Λάκωνες* eo minus recte *ἀμπί* pro *ἀμφί* agnoverunt, quod verbum *ἕννυμι* aut digamma instructum est aut spiritu aspero, sed verius Meibomius vidit, per rariorem apocopen ex *ἀμφί* factum esse *ἀμ* (cf. §. 42). Itaque *ἀμπέσαι* est pro *ἀμFέσαι*. Eandem mutationem agnoveris in Laconico *ἀπελλάζειν* pro *ἐκκλησιάζειν*, si id cognatum habere licet cum *ἀλία*, *ἀόλλης* a *Fείλω*.

Interdum digamma in *ο* abiit, quod factum vidimus in *Οἴτυλος* (vid. nr. 4 s. v. *Βείτυλος*), in *Ὄαξος* pro *Fάξος* (vid. nr. 2), quod nomen Stephanus Byz. s. v. recte ab *ἄγνυμι* derivare videtur, in *Ὀλίσσην* (vid. nr. 6), quibus addendum est *δοάν* pro *δήν*, quod ex Alcmane affertur in Ann. Bekk. 949, 20. Constat enim *δήν* apud Homerum vestigia habere digamma post *δ* omissi. Simile est apud Hesychium *ἄεϱσαν*, *τὴν δϱόσον*· *Κϱῆτες*, ut Homericum est *ἐέϱση* pro *Fέϱση*, *ἔϱση*.

Digamma Lesbiaco more in *υ* mutati, unicum exemplum reperio nomen proprium *Ἀυαφήτα* in recenti titulo Laconico C. I. 1466. Nam *λαός* non minus digamma medium habuisse videtur quam *ναός*, quod Lesbii *ναῦος*.

Valde memorabilis digammi mutatio est in *τϱέ*, *σέ*· *Κϱῆτες* Hesych. pro antiquo *τFε* (Sanscr. tva); nihil enim corruptelae subesse docet alia glossa *δεδϱοικώς*, *δεδοικώς* (pro *δεδFοικώς*, ut Homerum pronuntiasse constat), quam aeque Creticam existimamus.

---

26) Hesych. s. v. *εὔπλουτον*: *οὐλοχύτας τὰ κανᾶ, ἃ οἱ Δωϱιεῖς ὀλβακήια.* — Id. *ὀλβάχιον*, *κανοῦν*· *Απολλόδωϱος* (Siculus). — In Et. M. 257, 52 et Suid. s. v. *δεϱβιστής* (vid. not. 7) scribitur *ὀλβάχνιον*, in Et. M. 621, 20. *ὄλβαχνον*. — Conferas Hesych. *οὐλοχόϊον*, *ἀγγεῖον εἰς ὃ αἱ οὐλαὶ ἐμβάλλονται* et *ληχοῖον*, *κανοῦν οὐ λοχόϊον*, ubi recte Taylor emendat *οὐληχόϊον*, *κανοῦν οὐλοχόϊον*.

8) Saepe apud Hesychium voces, quas digamma instructas fuisse, aut certum aut probabile est, literam γ in fronte habent. Jam pridem inter doctos viros disputatum est, utrum errore quodam vel Hesychii vel unius ex iis, quos exscripsit, pro digamma similis litera gamma exarata sit, an dialectus quaedam γ pro digamma pronuntiaverit. Hanc opinionem recentiore tempore amplexi sunt Buttmannus Lexil. II p. 161 et Giesius de dial. Aeol. p. 293 seqq. Quibus hoc concedimus, fieri potuisse, ut aliqua Graecae linguae dialectus digamma in γ mutaret, sicuti Franco-Galli e vastare fecerunt gâter; ceterum contrariam sententiam probamus. Primum enim, ipso Giesio monente, mirum esset, ni Hesychius, qui tantum reconditae doctrinae e dialectis servavit, ipsius digamma neque abjecti neque in alias literas mutati vestigia quaedam teneret; deinde nemodum docuit, cujus dialecti ista mutatio fuerit, et glossae illae Hesychianae potius diversarum dialectorum peculiarem indolem prae se ferunt, modo Lesbiacae vid. L. I §. 5, 2, modo Boeoticae vid. ibid. §. 35, modo, ut mox docebimus, Doricae, ita ut eaedem voces interdum e diversis dialectis repetitae sint, ut *γέαρ* et Boeoticum *γίαρ*, Lesbiacum *γέμμα* et Laconicum *γῆμα* pro *εἷμα*, *γέτος* et Laconicum *γέτορ*. Jam vero neque eas dialectos digamma in γ mutasse constat, neque alia quaedam cogitari potest, quae et hanc mutationem propriam habuerit et diversissimarum dialectorum naturas conjunxerit. Praeterea notatu dignum est, quod nulli harum glossarum dialecti significatio addita est. Itaque haustae videntur e glossario aliquo, quod variarum dialectorum voces originis indice non addito congestas praebebat. Quod vero eae glossae ad literam initialem Γ relatae sunt, ejus quem Hesychius exscripsit potius consilio quam errore factum videtur. Qui quum dubius haereret, quem locum obsoletae literae inter reliquas tribueret, haud multo absurdius gamma et digamma promiscua habere constituit, quam qui in vernaculae linguae lexicis a et ä, o et ö, u et ü simili ratione conjungunt. Postea

eo facilius ubique γ pro *F* scriptum est. Quanquam non multum refragor, si quis inscitiae ejus, qui istas glossas in ordinem alphabeticum redegit, errorem assignare malit; certe subinde non minus τ pro *F* scriptum mox videbimus.

Jam quum haud paucas ex his glossis Doricas esse certum sit, plures probabile, omnes hic enumerando, quo melius res appareat, nihil absoni facturi videmur. Eas solas omittemus, quae corruptiores vel incertiores sunt, quam ut quidquam inde colligas. Digamma tacite pro γ reponemus.

Fάδεσθαι, ἥδεσθαι. — *Fάδεται*, ἥδεται. — *Fάδονται*, εὐφραίνονται. — *Fανδάνειν*, ἀρέσκειν. — *Fαδεῖν*, χαρίσασθαι. — **Fαδεδᾶν*, χαίρειν. — **Fαδεώ*, χαρά. — *Fάσσαν*, ἡδονήν. — *Fᾶδος* * * ὄξος vid. intt. — Postremo ad eandem radicem pertinere videtur *Fάδιξις* (ut recte Salmasius pro γάδιξ), ὁμολογία, cf. ἄδιξις, ὁμολογία παρὰ Ταραντίνοις. Ut igitur haec glossa e Tarentinorum dialecto desumpta est, ita reliquae Doricae esse videntur.

Fαίνεται, αἴνυται e Thierschii emendatione pro γαίνεται, ἀνύει.

Fακτός, κλάσμα a *Fάγνυμι*.

Fάλλοι, ἧλοι, Lesbiacum vid. L. I §. 8, 8.

Fάλι (fort. *Fάλις*), ἱκανόν pro ἅλις.

Fατάλαι (fort. *Fατειλαί*), οὐλαί. Apud Homerum neque ὠτειλή neque οὐτάω digammi indicia habent, sed ῶ vel οῦ e *Fα* orta videntur ut in ὦνος, ὠνέομαι, quae voces et ipsae digamma carent, cf. venum.

Fέαρ, ἔαρ et *Fίαρ* (cod. γίαρες), ἔαρ, hoc Boeoticum, vid. L. I §. 38, 2.

Fέκαλον (cod. γέγκαλον), ἥσυχον. — **Fέκαθα*, ἑκοῦσα.

Fέλαν, αὐγὴν ἡλίου. — *Fελοδυτία*, ἡλιοδυσία, ubi τ pro σ Doricam dialectum prodit, vid. §. 6, 6.

**Fέλλαι*, εἶλαι et *Fελλίξαι*, συνειλῆσαι, fortasse etiam *Fελλίζειν*, γαργαρίζειν et **Fελίκη* (ubi ordo literarum

duplicem liquidam postulat) ἕλιξ, quibuscum conferas ἑλλίζων, τίλλων, quam ad stirpem pertineant, dubium est. Explicatio per τίλλω de Latino vello cogitari jubet, συνειλῆσαι de εἴλω, ἕλιξ de ἑλίσσω.

Fέλοντρον, ἔλυτρον malo Laconicum habere (vid. §. 18) quam Boeoticum, quum Hesychius ῡ in οῦ mutati Boeotica exempla nulla servaverit. Nam οὐμαί, ὑμέτεραι, quod Boeotis dedi L. I §. 38, 3, et ipsum Laconicum est. Boeotice sonaret οὐμή.

Fέννος, ἀρχαῖος pro ἔνος propter duplicem liquidam Lesbiacum videri potest, vid. L. I §. 8, 12. Antiqui digamma indicium faciunt hiatus in τετραενής et Hesychii glossa φέννος, ἐνιαυτός.

Fέργανα, ἐργαλεῖα pro vulgari ὄργανα.

Fέρρω, ἀπόλωλα. — *Fερρητηρία* (γερητ.), ἀπώλεια.

Fέμματα, ἱμάτια Lesbiacum est vid. L. I §. 8, 3; contra *Fῆμα*, ἱμάτιον severioris Doridis, vid. infr. §. 20. Doricum videtur etiam *Fεστά* (ut corrigimus pro γεστία), ἔνδυσις μέλη (?), ἱμάτια, cf. supr. nr. 4 βεστόν et Hesych. ἐστά, ἐνδύματα. Incertioris dialecti sunt *Fεστρά*, στολή et *Fεῖθρον*, ἔνδυμα.

Fέτος, ἐνιαυτός et *Fέτορ* (cod. γετορι), ἔτος, aperte Laconicum.

Fήθεα (γήθια), ἤθη.

Fηλιώμενοι, κατεχόμενοι certissime est severioris Doridis pro εἰλούμενοι, vid. §. 20 et §. 26. Inde grammaticus male finxit infinitivum *Fηλιᾶσθαι*, κατέχεσθαι. Melius se habent *Fήλεσθαι* (ut corrigimus pro γήνεσθαι), κατέχεσθαι i. e. εἴλεσθαι et *Fηλομένως* (ut scribendum videtur pro γηλουμένους) συνειλημμένους.

Fία, ἄνθη i. e. ἴα.

Fιμβάναι, ζεύγανα (?), cf. ἥμψας, ζεύξας· Θετταλοί et ἴμψιος Ποσειδῶν, ὁ ζύγιος. De stirpis hujus digamma praeterea non constat.

Fίν, σοί (num οἷ?). — *Fίυ*, αὐτοῦ. — *Foί*, αὐτῷ (cod. γοιαυτῶ). — *Fῷ*, ἑαυτῷ (?), ἰδίῳ καὶ σῷ (ᾧ?).

Priora plane sunt Dorica et *Fίο* quidem Tarentinorum, vid. §. 32. Minus recte *Fίο* Boeoticum diximus L. I §. 35.

Fῖξαι, χωρῆσαι i. e. *εἶξαι* et

Fῖπον, εἶπον Boeotica sunt, vid. L. I §. 40, 3.

Fίς — — ἰσχύς et *Fισχύν, ἰσχύν.*

Fίσγον, ἴσον (Guyet. *Fίσσον*, quod esset Lesbiacum, vid. L. I §. 9).

Fιστία, ἐσχάρα (ut recte corrigunt pro *ἐσχάτη*) cf. Vesta. Doricum est *ἱστία* pro *ἑστία*, vid. §. 17. Eodem pertinuerit *Fιστιῶ, *παύσομαι* pro *ἑστιῶ.*

Fιστίαι, ἱστουργοί cf. *ἱστία, ἡ ὑφαίνουσα γυνή*, quanquam *ἱστός* apud Homerum digamma caret.

Fιτέα, ἰτέα, cf. vitex et *Fίτυς* L. I §. 5, 2.

Foῖδα, οἶδα (vid. Schow.). — *Fοίδημι, ἐπίσταμαι*, quod est Aeolicum vid. L. I §. 26, 3. — *Fίσαμεν* (ut scribimus pro *γισάμεναι*), *εἰδέναι* Doricum est vid. §. 39.

Foῖνος, οἶνος. — *Fοίνακες, βλαστοί* sc. *ἀμπέλου.* — *Fοινάρυτις* (ut emendamus *γοιναῖτις*), *οἰνοχόη*, cf. *οἰνήρυσις, ἀγγεῖον ὡς κοτύλη, μεθ' οὗ τὸν οἶνον ἀντλοῦσιν*, Doricum est propter *ῑ* pro *σ*. — *Fοινέες, κόρακες* cf. *οἰνάς, γένος κόρακος.*

Foῖτος — — πάθος pro *οἶτος*, quanquam haec vox apud Homerum digamma caret.

Fολαμός, διωγμός fortasse pro *οὐλαμός.*

Fόρτυξ, ὄρτυξ, de cujus vocis digamma praeterea non constat.

Fοχάνα (ut corrigo pro *γόλανα*), *ἀγκύλη, ἀντιλαβεύς*, cf. Sanscr. vah, vehere, ferre.

In medio vocabulo *γ* fortasse pro digamma est in *ἀγατᾶσθαι, βλάπτεσθαι* et *ἀγάτημαι, βέβλαμμαι* ab *ἀFάτα*, Pind. *αὐάτα*, vulg. *ἄτη*. Omisimus et alia, quae nimis incerta videntur et *γάμμοροι, ἀμέτοχοι, ἐστερημένοι*, cf. Suid. *γάμβορος, ἀμέτοχος* Nam neque persuadere nobis possumus, ullam dialectum *α* privativo digamma praeposuisse et id ipsum, quod apud Suidam eadem glossa reperitur, aliam quandam rationem latere indicat. Deinde

γέντερ, *κοιλία* non Graeca vox esse videtur sed Latinum venter.

Apud alios praeter Hesychium grammaticos una vox *γρῖνος* pro *ῥινός* in dialecto quadam $\bar{\gamma}$ praefixum habere dicitur, Herodiano haud dubie auctore [27], id quod Giesius ad suam sententiam confirmandam multum valere arbitratur, quum Homericum *ταλαύρινος* vocem *ῥινός* olim digamma habuisse ostendat. At etiamsi duriorem consonantium conjunctionem *Fρ* aliquando in *γρ* transisse concedamus, cujus permutationis similis est in *βλέφαρον* et *γλέφαρον*, non credimus tamen eodem jure digamma ante vocales in *γ* abisse. Erat autem *γρῖνος*, si Eustathius recte de accentu praecipit, Lesbiacum.

Rarius apud Hesychium $\bar{\tau}$ pro digamma scriptum reperitur. Talia vidimus *τηράνθεμον* pro *Fηράνθεμον* not. 14, *λαιτά* pro *λαιFά* not. 24, *γραιτία* pro *γραιFία*, vid. nr. 5 s. v. *γραιβία*. Accedunt glossae *τραγαλέον*, *διερρωγότα* et *τρηγαλέον*, *διερρωγότα* pro *ῥωγαλέος* a *Fρήγνυμι*. Alias casu quodam ea litera initio vocis adhaesisse videtur ut in *τέπτα*, *ἕπτα*.

9) His omnibus perpensis haec de digammi apud Dorienses usu judicanda sunt:

Antiquissima Doris, qualis apparet in antiquo titulo Crissaeo, digamma etiam in mediis vocabulis ibi servavit, ubi ne Boeoti quidem, recentiores certe, ceterum digammi prae reliquis Graecis tenaces, ut in *κλέFος* et *αἰFεί*, quae antiquitus digamma habuisse docent cognata *κλέω*, cluo celeb-er et aevum, ewig. Nec minus *ΔιF.* est in Argivorum galea, cf. Jovis: *ΔιFας* in antiquo vase,

---

27) Choerob. Ann. Oxx. II, 188, 9. *πᾶσα συλλαβὴ ἀπὸ τῆς γρῖ ἀρχομένη ἀποστρέφει τὴν $\overline{\epsilon\iota}$ δίφθογγον· οἷον γρίντις ὁ βυρσεύς, γρῖνος* (leg. *γρῖνος*) *τὸ δέρμα* etc. Similiter Et. M. 241, 46, nisi quod scribitur *γρίντις ὁ οὐρανός*, *γρίνος τὸ δέρμα*. — Eustath. 1926, 55. *ὅτι δὲ καὶ σὺν τῷ γάμμα προσπερισπωμένως λέγεται κατά τινα γλῶτταν γρῖνος, δηλοῖ ὁ τεχνικός, ἔνθα λέγει — γρίντης ὁ γριπεύς.* — Hesych. *γρηντίς*, *βυρσεύς* et *γρίνος*, *δέρμα*. — Verum est *γρίντις*, *βυρσεύς*.

δάϜιος apud Alcmanem. Jam sensim litera Graecis auribus male sonans abjici coepta est et primum quidem in mediis vocibus, ita ut jam in Hieronis galea *ΔΙ* scriptum sit et in Amphictyonico decreto a. 400 scripto ne in fronte quidem vocabulorum servetur. Aliquanto diutius apud Lacones potissimum et cognatos Italiotas atque Cretenses haesit, id quod maxime apparet e tabulis Heracleensibus quarto saeculo exeunte exaratis. Sed hic neque in media voce usquam conspicitur excepto composito *ἐγϜηληθίωντι* (contra *Ἡρακλείδας* a *κλέος*, *ἀεί* et adeo *πενταέτηρίς* a *Ϝέτος*, ut ibidem scriptum est) et in nonnullis stirpibus digamma initiale evanuit, quanquam e contrario in *ἕξ* et derivatis pleonastice additur.

Apud eosdem, qui severiore Doride utuntur, Lacones, Cretenses, Italiotas, praeterea Pamphylios et rarius apud Argivos atque Syracusanos saepe antiquum digamma in *β* abiit. Reliquorum enim praeter Lacones haec exempla habemus.

Cretensium: *ἀβέλιος*, *λαίβα* apud Hesychium; *Βλισσήν* scholiasta Homerico teste a Cretibus sui temporis pronuntiabatur, *Βαναξίβουλος* et *Βοινόβιος* sunt in recentibus titulis post nostram aeram scriptis. Praeterea *β* pleonastice additum est in glossis Hesychianis *βαλικιώτας* et *βασκαρίζειν*.

Italiotarum est *βάννας*, Tarentinorum *βειλαρμόστας* et *γραιβία* apud Hesychium.

Pamphyliorum *ἀβέλιος*, *φάβος*, *ὀρούβω*, Pergaeorum *αἰβετός* Heraclide et Hesychio auctoribus.

Argivorum *ὤβεα* apud Hesychium.

Syracusanorum *ἔβασον* et *ὀλβαχόϊον* pluribus testantibus. Jam vero duplex de his opinio concipi potest, aut literam *β* sono nihil mutato obsoleti digamma vicem suscepisse, aut vere digamma etiam pronuntiatione in *β* mutatum esse. Illam, qui nuper de ea re loquuti sunt, omnes amplecti videntur; nobis haec magis probatur. Apud Lesbios simili modo digamma ante initiale *ρ* in *β*, post vocales in *υ* mutari vidimus, eamque mutationem

non orthographicam sed dialecti fuisse demonstrare studuimus. Quae si recte judicavimus, non aliter de hac Doriensium mutatione judicandum est, qui cur sono non mutato signum temere mutaverint, non magis intelligitur. Praeterea cur *ἀβώς* scriberent, ubi Lesbii *αὔως*, nisi inter pronuntiationem interesset? Neque doctissimi grammatici, Herodianus et Heraclides (vid. not. 7) compertum habebant, illud *β* digammi vicarium aliter pronuntiari quam vulgarem literam. Et videtur idem glossographus ut diversas ejusdem vocis scripturas commemorasse *βηράνθεμον* et *Fηράνθεμον*, *γραιβία* et *γραιFία*.

Quo vero tempore eam mutationem factam existimemus? Ab Italiotis usque ad quartum a. Chr. saeculum ipsum digamma scriptum fuisse constat nec prius apud Lacones et Cretenses obsolevisse credimus. Proximis saeculis tituli et Laconici (quanquam his minus in hac re uti licet, quia proprietatis Laconicae omnino expertes sunt) et Cretici neque digamma neque vicariam literam *β* exhibent. Haec saeculo demum post nostram aeram in nominibus quibusdam propriis conspicitur. Eodem fere tempore grammatici vixerunt, qui de hoc Doriensium more tradiderunt, Heraclides, Herodianus et Pamphilus, unde Hesychius sua haec omnia hausisse videtur, id quod semel apparet, vid. not. 8. Nam ad antiquiores grammaticos, ut ad Aristophanis glossas Laconicas, quibus Pamphilus usus erat, num qua eorum referenda sint, incertissimum est.

Accedit disertum de recenti ejus mutationis origine testimonium. Scholiastes Homericus (vid. not. 23) suo tempore a Cretibus *Βλοοσσών* pronuntiari tradit (quod quum Eustathius apud veteres se reperisse dicit, ipsum hunc scholiasten intelligit). Qui quis fuerit et qua aetate vixerit quanquam obscurum est, attamen vix ante secundum post nostram aeram saeculum vixisse videtur. Strabo certe eundem locum *Ὀλοοσσών* vocavit, digammi vi per vocalem *ο* expressa, Crates Mallotes, Aristarchi adversarius, digammo omisso *Λοοσσών*: male enim apud Eustathium huic

βλισσήν tribuitur. Compares Phrynichum, qui et ipse sub M. Antonino floruit, in Anecdd. Bekk. p. 67, 15: *ὕρισχος, ὃ διαφθείροντες οἱ ἰδιῶται βρίσχον καλοῦσι*, unde apparet, ea aetate adeo genuinum ῡ initiale in plebis ore in β corruptum esse.

Quomodo autem conciliari potest, quod digamma novissimis ante nostram aeram saeculis obsolevisse et abjectum esse videtur, deinde paullulum mutato sono quasi revixisse? Rem satis miram hac ratione explicaverim. Post quartum saeculum rudior digammi sonus ab hominibus paullo elegantioribus, urbanis fortasse omnibus, respui coeptus erat, quare ne in Cretensium quidem publicis decretis, quanquam antiqui situs plenis, conspicitur. Haeserat tamen apud rusticam plebem, sed paullo crassior et durior factus. Inde et grammatici Hadrianeae aetatis popularium dialectorum cognitionem hauriebant (nullum enim indicium adest, apud scriptorem aliquem illud β lectum esse praeter unicum *ὀλβαχόϊον*, quod e Dinolocho, Epicharmi successore, affertur); inde etiam in linguam Neo-Graecam digammi reliquiae quaedam pervenerunt.

Sed ex quo tempore certus digammi usus labare coepit, ita ut modo servaretur, modo abjiceretur, ut fit in tali oris dubitatione, interdum etiam recens additum est. Ita in *Ϝέξ* pro *ἕξ* ejusque derivatis apud Heracleenses, deinde in *Ϝιστίαι* et *Ϝοῖτος* (nr. 8), si recte Hesychio usi sumus, postremo in Laconico *βαγός*, Creticis *βαλικιώτας* et *βασκαρίζειν*, ubi aut ipsum β simili ratione affixum est, aut digamma, quod primo additum erat, postea in β transiit.

De consonantibus.

§. 6.

De τ pro σ.

1) Inter consonantium mutationes eam primo loco commemorandam ducimus, quae et omnibus Doriensibus communis est et magis quam ulla alia Doridem a pleris-

que reliquis dialectis distinguit. Et grammatici [1]) quidem testantur, haud raro apud Dorienses *τ* pro vulgari *σ* reperiri; reliquis vero fontibus comparatis et re diligenter perpensa accuratius praecipere licet, antiquum *τ*, saepe ab Ionibus, Atticis, Lesbiis in *σ* mutatum, apud Dorienses plerumque immutatum teneri.

2) Praecipue id factum videmus in mediis vocibus ante sequens iota et frequentissime quidem in verborum personis tertiis, quae vulgo in *σι* exeunt, vel singularis vel pluralis, ut *φατί* pro *φησί*, *δίδωτι*, *τύπτοντι*, *τιθέντι*, quibus de formis accuratius disputabimus infra §. 35. 38 Ceterum *τ* in iis omnibus antiquum esse docet Boppius *Vergl. Gramm.* §. 456 seqq.

3) Deinde *τ* servatur in adjectivis antiquitus in *τιος* exeuntibus, qui mos quum a grammatico *πλούτιος*, *ἐνιαύτιος*, *πλατίος* pro *πλούσιος*, *ἐνιαύσιος*, *πλησίος* (cf. *πλοῦτος*, *ἐνιαυτός* et *ἄπλητος*) afferente Laconibus tribuatur [2]), ne a reliquis quidem Doriensibus alienus est. Nam *ἐνιαυτία* legitur in decreto Amphictyonum nr. 1688 l. 44 (contra *κατενιαύσιος* in decreto Gelensium paullo recentiore), *πλατίον* Epich. 72, Theocr. V, 28. X, 3, idem cum derivatis *πλατιάζω*, *πλατιασμός* saepius in Pythagoreorum, quae feruntur, scriptis, ut Stob. Flor. I, 67. XLVIII, 62. XLIII, 93. LXV, 16. *πλατίη* Epimenid. vid. §. 44.

4) Non minus *τ* servatur in substantivis, quae ab

---

1) Apollon. de synt. 50, 23 *ἡ γὰρ διάλεκτος (Δωρική) κατάπυκνος ἐπὶ τὴν τοῦ τ̄ χρῆσιν, προτί, λέγοντι, φαντί, πέρυτι, τύ, ἄλλα μυρία.* — Ann. Oxx. I, 147, 27, ubi Dorica afferuntur *φατί*, *τίθητι*, *φαντί*, *λέγοντι*, *εἴκατι* vel *εἴκατιν*; cf. Et M. 300, 48, Gud. 213, 48. 57; Ann. Oxx. 1, 351, 12. 21, ubi *ποτί* et male *τός* (potius *τεός*) pro *σός*, cf Et. M. 685, 25, Gud. 477, 32.

2) Et. M. 156, 16. *οὐ γέγονε δὲ τὸ πλησίος παρὰ μέλλοντα. οἱ γὰρ Λάκωνες τὰ παρὰ μέλλοντα εἰς τ̄ οὐ τρέπουσιν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ τ̄ εἰς τὸ σ̄· ἐνιαυτός, ἐνιαύσιος, ἐνιαύτιος λέγουσιν ὑπόμνησιν δόντες τοῦ προτέρου τ̄· πλοῦτος, πλούτιος, πλούσιος* (leg. *πλούσιος*, *πλούτιος*), *τὸ δὲ πλησίος πλητίος* (potius *πλατίος*) *λέγουσιν, ὥστε οὐ παρὰ μέλλοντα.*

origine adjectiva sunt. Ejus generis est mensis nomen *Ἀρταμίτιος* (a Dorico genitivo *Ἀρτάμιτος*, vid. §. 31) in Cret. 3052 sive *Ἀρτεμίτιος*, ut est in Corcyr. 1845 et multis Siculis apud Torremuz. XV, 10 seqq., et promontorii Artemisii appellatio Dorica *Ἀρταμίτιον* Lysistr. 1251 vel *Ἀρτεμίτιον*, qua forma usus est Philistus *ἴσως Δωρικῶς* secundum Stephanum de urbb., postremo *Ἀρτεμίτιον*, Dianae fanum, in Acrensi titulo Goettlingii nr. 3, ubi promiscue *Ἀρτεμίσιον* vocatur, nescio an ejus, qui descripsit, errore. Deinde Stephanus Byzantius *Ἀφροδιτία* vocat Laconicae oppidum eamque formam apud Thucydidem IV, 33 reperisse videtur, ubi nunc *Ἀφροδισία* legitur, ut *Ἀφροδισίας* apud Pausaniam III, 22, 9 et eundem Stephanum in iis, quae proxime antecedunt. Mulieris nomen *Ἀφροδιτία* pro *Ἀφροδιτία* in Cyrenaico titulo breviore restituendum videtur. *Ἀφροδισία* est in Herm. 1211, *Ἀφροδίσιον*, Veneris templum, Acr. 3.

Eadem Doridis proprietas spectatur in nominibus gentilibus. Selinuntis incolae se ipsi appellabant *Σελινούντιοι*, ut est in nummis, vid. Mionn. Déscr. I p. 286, non *Σελινούσιοι*, quam nominis formam cum altera illa commemorat Stephanus; Opuntis Locricae incolae in nummis et C. I. 1752 audiunt *Ὀπούντιοι*, non *Ὀπούσιοι*, qua de forma vid. Steph. Byz. et Eustath. 277, 12; Siduntis, Corinthii vici, incolae Stephano teste *Σιδούντιοι* appellabantur, Oenuntis Laconicae *Οἰνούντιοι*, Pyxuntis in Magna Graecia *Πυξούντιοι*, Olontis Creticae *Ὀλούντιοι* secundum Stephanum, rectius *Ὀλόντιοι* in Cret. 2554, etc. Subinde Stephanus duplices formas affert, ut *Φλιούντιοι* et *Φλιούσιοι* vel *Φλιάσιοι*, *Ψαμαθούντιοι* et *Ψαμαθούσιοι* in Laconica, *Σελινούντιοι* et *Σελινούσιοι*, quarum priores apud ipsos incolas Doricos in usu fuisse certum habemus.

5) Tum huc pertinent numeralia ordinalia cum *ἑκατόν* composita, ut *διακάτιοι, τριακάτιοι* pro *διακόσιοι, τριακόσιοι* etc., de quibus infra accuratius exponemus §. 34. Sed jam hic monere placet, primum in altera tabularum Heracleensium vulgares formas Doricis intermixtas esse,

postea in omnibus titulis. qui tertium saeculum non superant, solas regnare.

6) Consentaneum est substantiva abstracta in *σια*, quorum *σ* e *τ* natum est, ut in Attica lingua haud raro *τ* retinent, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 505. ita Doriensibus semper in *τια* exire. Tale est *ἀδυνατία*, quo Dinolochus Siculus usus est secundum Ann. Bekk. 345, 28. tale *Ϝελοδυτία*, *ἡλιοδυσία*, vid. §. 5, 8, deinde *εὐεκτία* pro *εὐεξία* apud Archytam Stob. Flor. I, 76, *πλεονεκτία* apud Diotogenem Pythagoreum ibid. XLIV, 62. Hinc satis intelligitur, Spartanorum senatum non ab ipsis *γερουσίαν* appellatam esse, quae vox a *γέρων*, *γέροντος* descendit, quare Dorice eam *γεροντία* sonare oportet. Ea forma legitur apud Xenophontem 3), sed eo sensu, ut munus senatoris Spartani significet, deinde in corruptissimis Hesychii glossis 4), unde hoc colligi posse videtur. etiam

---

3) Xenoph. de rep. Lac. X, 1. *ἐπὶ γὰρ τῷ τέρματι τοῦ βίου τὴν κρίσιν τῆς γεροντίας προσθεὶς ἐποίησε μηδὲ ἐν τῷ γήρᾳ ἀμελεῖσθαι τὴν καλοκαγαθίαν.* — Ibid. X, 3. *καλοὶ μὲν γὰρ καὶ οἱ γυμνικοὶ (ἀγῶνες), ἀλλ' οὗτοι μὲν σωμάτων εἰσίν· ὁ δὲ περὶ τῆς γεροντίας ἀγὼν ψυχῶν ἀγαθῶν κρίσιν παρέχει.* Exscripsit priorem locum Nicolaus Damascenus apud Stob. Flor. XL, 41. *κρίσις δὲ ταῖς γεροντίαις ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου προςτίθεται τοῖς τε εὖ ἢ κακῶς ζήσασιν;* sed corruptum exemplum prae oculis habuisse videtur; nam etiamsi reponas *τῆς γεροντίας*, concinnum sensum desiderabis.

4) Hesych. *Γερούσιον, τὸ τοῖς ἐντίμοις κατὰ γέρας διδόμενον.* — *Γερῶα, γεροντία. ἦν γὰρ σύστημα γερόντων.* — *Γέρων, ἐπὶ μὲν τοῦ ἐντίμου· κικλήσκω δὲ γέροντας ἀριστῆας. γέρας γὰρ ἡ τιμή. ἐπὶ δὲ τῆς ἡλικίας· ὦ γέρον.* Nunc haec scribuntur ut tres glossae continuae, alphabetico ordine turbato, quum antecedat *γέροντες*, sequatur *γέρα* (sic enim corrigendum). At si mediam glossam ejicias, reliqua cohaerere apparet et e scholio ad Il. δ, 259 hausta, sed paullulum mutilata esse. Glossa ista inepte inculcata est e sequentibus, ubi legitur: *γερωνία, γεροντία παρὰ Λάκωσι καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ Κρησίν,* quae jam in hunc fere modum refingenda esse arbitramur: *γεροχία ἢ γεροντία ἡ βουλὴ παρὰ Λάκωσι καὶ Κρησίν. ἦν γὰρ σύστημα γερόντων.* Quid sibi velit glossa *γεροάκται, οἱ δήμαρχοι παρὰ Λάκωσιν,* non assequor. Quod correxerunt *γερωϊάκται* vel ideo falsum est, quod senatores non erant demarchi.

ipsum senatum apud Lacones et Cretes γερουτίαν vocatum esse. Sed quum in iisdem glossis γερῶα et γερωνία ut aliae ejusdem vocis formae afferantur quumque Atheniensium senatus a praecone Laconico in Aristophanis Lysistrata v. 980 γερωχία appelletur, plerique Kustero praeeunte pro variis istis formis γερωία sive γερωΐα restituendum censuerunt (cf. Giese p. 317), quod e γερουσία iisdem Laconicis mutationibus factum esset, quibus μῶα sive μῶά e μοῦσα. Nosmet non credimus, quia γερουσία vel γερωσία a genuina Doride alienissimum est. Potius aliis quibusdam Hesychii glossis comparatis [5]), recte apud Aristophanem γερωχία scribi idque ipsum Hesychio reddendum esse arbitramur, ita ut γερουτία a Laconibus etiam γερωχία vocata sit i. e. γερουχία, ut apud Messenios (vid. Suid. s. v. τιμοῦχος et Ἐπίκουρος), Naucratitas et Massilienses summus magistratus τιμοῦχοι erant. — Ceterum recentiores tituli etiam in talibus σ habent, ut εὐεργεσία Calaur. 1188, Rhod. 2525, b, ἐκκλησία ab ἔκκλητος in Chal. 1567, Delph. 67 R. et male in decreto Laconico Thucyd. V, 67.

7) Raro abstracta feminina in ‾τις apud Dores exeunt, quae vulgo in ‾σις. Ita δῶτις in titulo Amphictyonico nr. 1688 pro δόσις esse videtur cf. Hesych. δῶτις, δώς, φέρνη; Fοινάρυτις, οἰνήρυσις Hesychio restituimus §. 5, 8; ὑποφαύτιες, quod Pind. P. II, 76 Boeckhius e conjectura dedit, valde dubium est. Olim omnia haec substantiva τ habuisse et Sanscrita lingua docet et aliae quaedam reliquiae in reliquis dialectis ut φάτις, μῆτις, πίστις, ἄμπωτις pro ἀνάπωσις. Plerumque Dores cum reliquis Graecis terminationem ‾σις communem habent.

Postremo hae singulae voces accedunt, quae antiquum τ ante sequens iota servarunt: Fίκατι, Fείκατι, βείκατι, εἴκατι pro εἴκοσι, ita tamen ut in titulis ter-

---

5) Hesych. γηρουχεῖται, ὑπὸ γήρως ὀχεῖται ἢ γέρας τῆς ἀρχῆς ἔχει et γηρωπίζεται, γεροντεύεται leg. γερωχίζεται, uti et in priore γερουχεῖται scribendum videtur.

tium saeculum non superantibus vulgaris forma reperiatur, vid. infr. §. 34 (cf. Sanscr. vinçati, Lat. viginti, Goth. tváitigjus); *πέρυτις* vel *πέρυτι* [6]), hoc in Periandri epistola Diog. L. 1, 99, pro *πέρυσι*, quod adverbium e *πρό* et *Ϝέτος* factum videtur (Sanscr. parut); *ποτί* vel Cretice *πορτί* pro *πρός* vid. §. 43 (Sanscr. prati).

8) Ante alias vocales in mediis vocabulis *τ* conspicitur in *Ποτειδάν* vel *Ποτῑδάν* pro *Ποσειδῶν*, quanquam ne *Ποσειδάν* quidem a Doride alienum est vid. infr. §. 31; deinde in aoristo *ἔπετον* a *πίπτω* (quod ipsum e *πι-πετω* natum *τ* antiquum esse prodit), ut *ἐκπέτωντι* Heracl. I, 72. 126 pro *ἐκπέσωσι*, Pind. Ol. VII, 69 *πετοῖσαι*, P. V, 50 *πετόντεσσι*, VIII, 85 *ἔμπετες*, Ol. VIII, 38 *κάπετον* pro *κατέπεσον*. Item Archytae apud Porphyr. in Ptolem. Harm. p. 236 (Hartenst. p. 41) restituas: *πλαγὰν δὲ ἔφαν γίνεσθαι, ὄκκα τὰ φερόμενα ἀπαντιάξαντα ἀλλάλοις συμπέτῃ· τὰ μὲν* etc, pro *ἀλλάλοις· συμπετητὰ μέν.*

Raro Doricum *τ̄* pro *σ* est in fronte vocum. Ita in pronomine secundae personae *τύ, τοί, τέ* (vid. infr. §. 32), ubi *τ* e summa antiquitate traditum esse et Latina et reliquae cognatae linguae ostendunt. Praeterea antiquos Dorienses *τῦκον* dixisse pro *σῦκον* (sicuti Thebani fecerunt, vid. L. I §. 36, 2), concludo e Syracusarum parte modo *Τυκᾶ* modo *Συκῆ* appellata [7]), quae mihi a ficu no-

---

6) De *πέρυτις* Theogn. Oxx. II, 161, 33 et 163, 18 (Ann. Bekk. 1347. 1319), de *πέρυτι* Apoll. de synt. 50, 23, vid. not. 1.

7) Ea *Συκῆ* vocatur a Thucyd. VI, 98 (ubi cod. F. *Τυκῆ*) et *Συκή* a Stephano Byz., qui minus accurate *Συκὴ πλησίον Συρακουσῶν*; apud Diodorum XI, 68 pro vulgato *Τύχη* libri praebent *Ἰτύκη*, unde restituas *Τυκᾷ*. Livii XXIV. c. 21 antiquissimi libri Ticam et Thicam pro Tycham habere videntur. Contra *Τύχη* vocatur a Stephano Byz. *πόλις Σικελίας πλησίον Συρακουσῶν*, eamque nominis formam maxime confirmare videtur Cicer. Verr. II, 4, 53: »tertia est urbs, quae quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit, Tycha nominata est.« At aut Ciceronem de appellationis origine errare, aut ipsos Siculos mala etymologia deceptos nomi-

men accepisse videtur, ut oppidum *Συκαί* sive *Συκή* e regione Byzantii secundum Stephanum s. v., cf. Lobeck. Parall. p. 315 seqq. Ipsae tamen tabulae Heracleenses *συκία* habent I, 124. Ceterum *σῦκον* sive *τῦκον* et ficus nescio an ex antiquissima forma *τϜῦκον* deducenda sint. Contra apud Theocritum I, 3. 14. 16, VI, 9, VIII, 4, XI, 38 male in pejoribus libris per hyperdorismum *τυρίσδω* pro *συρίζω* scriptum est; nec minus male grammaticus in Ann. Oxx. III, 268 Herodiano, si diis placet, auctore ut Doricum affert *τημεῖον*, quum et in Doricis fontibus omnibus *σᾶμα* etc. legatur et adeo in titulo Boeotico 1569, a. III *ἄσαμος*. Idem ineptus homuncio Doricum sibi finxit *ἀποίτωμεν* pro *ἀποίσωμεν*, et similia decreti in Timotheum artifex *κιτάριτιν* pro *κιθάρισιν* et *ἐπαναγκάται* pro *ἐπαναγκάσαι*, nisi praestat *κιθάριξιν* e parte librorum et *ἐπαναγκάξαι* e conjectura rescribere.

Satis comprobatum est, quod supra praecepimus, a Doribus non esse σ in τ mutatum, sed antiquum τ retentum. Et in conjugatione quidem et praepositione *ποτί* haec proprietas perduravit, quamdiu Dorica dialectus aliquatenus pura servata est, etiam primorum imperatorum tempore; in reliquis inde a quarti saeculi exitu vulgares formae magis magisque probabantur.

10) Contraria mutatione antiquum τ apud Dorienses in σ abisse videri potest in *σάμερον*, *σᾶτες* [8]) pro Atticis

---

nis formam paullulum immutasse et fortasse ea ipsa de causa Fortunae aedem in ea parte exstruxisse certum habeo. Nam e *Τύχα* neque *Τύκα* fieri poterat et multo minus *Σύκα*.

8) *σάμερον* Doricum vocatur Et. G. 499, 18 et Greg. C. 182, Tarentinum apud Hesychium. — Et. M. 711, 44. *σῆτες λέγουσιν οἱ Ἴωνες τὸ ἐπ' ἔτους. Δωριεῖς μὲν σᾶτες σφόδρα σύνηθες ἔχουσι τὸ ὄνομα· Ἀττικοὶ δὲ μεταβαλόντες τὸ σ̄ εἰς τ̄ ὡς σεῦτλον τεῦτλον τῆτες λέγουσιν· ὅθεν Δωριεῖς μὲν σατίνους λέγουσιν, Ἀττικοὶ δὲ τητίνους.* cf. Toup ad Scholl. Theocr. IX, 21. — Hesych. *σατεῖς* (leg. *σᾶτες*) *τὸ ἐπ' ἔτους· Δωριεῖς*, deinde *σατός, ἐπ' ἔτος*, et s. v. *τῆτες* — *οἱ δὲ Δωριεῖς σατές, ὅθεν σατανίους πύρους*, quae item leguntur in Scholl. Arist. Nub. 620.

τήμερον, τῆτες, quae recte e τὸ ἦμαρ, τὸ ἔθος facta putaveris. At haec non reperiuntur nisi in stricto Atticismo vid. Piers. ad Moer. p. 364, quum cultior Atthis cum reliquis dialectis σήμερον et σῆτες praeferat, et quum eae voces demonstrativum continere videantur, antiquissima lingua in demonstrativorum stirpe non solum τ, sed etiam σ habet, cf. Bopp. *Vergl. Gramm.* §. 345. Ceterum σάμερον legitur in Eupolidis Helotibus Ath. III, 138. f., apud Pindarum et Theocritum, σᾶτες in decreto Gelensium. De Megarico σά pro τίνα infra videbimus §. 33.

§. 7.

De θ a Laconibus in σ mutato.

1) Θ a Laconibus in σ mutati et grammatici testes sunt [1]) et multa exempla reperiuntur. Primum apud Alcmanem haec sunt: σαλασσομέδοισαν fr. 35 W. pro θαλασσομέδουσαν, σάλεσσιν 64 (66) pro θάλεσιν, σάλλει et ἔσηκε 59 (24), et quae Schneidewinus nunc e libris restituit Σεράπνας 2 (2) et παρσένοις 7 (1); deinde in fragmento apud Apoll. de synt. p. 335, quod Alcmani vindicavimus (vid. §. 4 not. 5) Ἀσαναία, postremo in Hesychii glossa Ἀσαναίων πόλιν· τὰς Ἀφίδνας (uti Palmerius correxit pro Ἀσανέων — Ἀφνίδας), quam C. O. Muellerus Dor. I p. 439 bene ad Alcmanis hymnum in Dioscuros retulit. Saepe tamen ita ut nulla discriminis causa appareat, θ retentum legitur, ut in θίασος, παρθενικαί, ἄνθος, θεοῖσιν etc.

In Aristophanis Lysistrata Laconica ejus generis multa leguntur: σέλει 1080, σίω 1081, σηρουκτόνε 1262, σιγῆν 1004, σιός et σιά pro θεός et θεά saepe, ἀγασός

1) Apoll. de synt. p. 39, 3. οἱ μὲν ἄλλοι Δωριεῖς τηροῦσι τὸ θ, Λάκωνες δὲ καὶ εἰς σ μεταβάλλουσιν. — Ann. Oxx I, 197, 7. Λάκωνες τὸ θ μόνον εἰς σ τρέπουσιν, εἰ μὴ ἡ ἑξῆς συλλαβὴ ἄρχοιτο ἀπὸ τοῦ σ· συμός, σάλλω, σιός. — J. Gr. 242, b, Gr. C. 299, Leid. 631 minus recte hanc mutationem Doricam appellant et exemplum addunt σεός (potius σιός).

1301, Ἀσάνα, Ἀσᾶναι, Ἀσαναῖοι saepe, μυσίδδω, μυσίξαι 1076. 981 pro μυθίζω et μυθίσαι, ἔλση, ἔλσοιμι, ἐλσών 105. 11ϐ. 1081, κυρσάνιος 983. 1248 pro σκυρθάνιος [2]), ὀρσά 995, παρσένε 1263. 1272 [3]). In aliis, quanquam nullum discrimen apparet, ϑ retinetur, ut θείκελοι 1252, θάγοντας 1256, ἴθι 1271, πεπόνθαμες 998, Κορινθία 91 etc. neque raro in illis ipsis libri, etiam Ravennas, variam lectionem cum ϑ praebent.

Apud Thucydidem in decreto Laconico V, 77 est τῶ σιῶ σύματος i. e. τοῦ θεοῦ θύματος, neque ϑ apparet praeterquam in voce ἀμοθεί, quam nunc a suspicione vindicat Theogn. Oxx. II, 165, 6, qui adverbia in θει exeuntia commemorat ἀμοθεί et ἀμοχθεί. — Saepissime commemoratur Laconica jurandi formula ναὶ τὼ σιώ i. e. θεώ, Dioscuros [4]), ab Aristotele laudandi formula σεῖος ἀνήρ [5]).

In recentissimis titulis Laconicis frequentantur nomina propria Σειδέκτας 1241. 1244, Σειμήδης 1261, Σείπομπος 1241. 1245, Σείτιμος 1239. 1241 etc. pro Θεοδέκτας, Σιο-

---

2) cf. Phot. Lex. Κυρσάνια τοὺς μειρακίσκους· Λάκωνες et Κυρσάνια, Λάκωνες τὰ μειράκια, tum σκυρθάνια, τοὺς ἐφήβους οἱ Λάκωνες. — Hesych. Κυρσανίας, Λακωνικῆς. — Κυρσάνιοι, τοὺς μειρακίσκους οὕτως ἔλεγον. — Κυρσίον (leg. Κυρσάνιον), μειράκιον. — Σκυρθαλιάς, Θεόφραστος τοὺς ἐφήβους οὕτω φησὶ καλεῖσθαι, Διονύσιος δὲ τοὺς μείρακας. — Σκυρθάλιος, νεανίσκος. — Σκυρθάλια, μειράκια, ἔφηβοι. Restituas σκυρθάνια et σκυρθάνιος. Praeterea de κυρσάνιος vid. Scholl. Lys. 983.

3) Omisimus ἤνσει 1258, quod pro ἤνθει dictum putant, immemores, Laconicam dialectum potius ἄνση postulare. Quum praeterea ne verbum quidem ἀνθέω loco satis conveniat et quum scholiasta explicet πολὺς δὲ ἀφρὸς ἦν περὶ τὸ στόμα, nescio an ἤνσει ex ἦν$^{\sigma\epsilon}$ natum et $ἦ^{\varsigma}$ reponendum sit.

4) Arist. Lys. 81 cum scholl. et saepius, Pax 214, Xenoph. Anab. VI, 6, 34, Hellen. IV, 4, 16, Plut. Apophth Lac. p. 189. F, 208. E, 233. B, 235. D. E, 241. C, cf. Gr. C. 299, ubi male νὴ τὼ σιώ. Minus accurate Eustath. 92, 25 eam formulam Doricam dicit.

5) Aristot. Eth. ad Nicom. VII c. 1. οἱ Λάκωνες εἰώθασι προςαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα τον, σεῖος ἀνήρ, cf. Plat. Menex. p. 99. D, ubi appellatio θεῖος ἀνήρ Laconica vocatur.

δέκτας etc., deinde *Σήριππος* pro *Θήριππος* 1260. Contra in titulis antiquioribus nullum ejus mutationis vestigium; potius in antiquo Leakiano nr. 71, ceterum proprietatis Laconicae non experti, *ἀνεθεκε* i. e. *ἀνέθηκε* et *Ἀθαναία* certa sunt.

2) Postremo et alii grammatici exempla afferunt *σιμός*, *σάλλω*, *σιός*, *σάλασσα* [6]), et Hesychius multa, quae omnia fere collegit Valckenarius ad Adon. p. 277 seqq. Nos ea tantummodo afferemus, quae paullo certiora videntur:

σαλία, *πλέγμα καλάθῳ ὅμοιον, ὃ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φοροῦσιν αἱ Λάκαιναι· οἱ δὲ θολίαν.*

ἐσάμεθα (ut corrigo pro *ἔσαμεν*, vid. §. 42), *ἐθεωροῦμεν· Λάκωνες* et *σαωμένη* (corrigo *σαμένα*, *θεωμένη*), *θεωροῦσα.*

σαμινά, *θαμινά*, *συνεχῶς· Λάκωνες.*

σεῖν, *θεῖν· Λάκωνες.* Quae si integra essent, eodem pertineret *σῆ*, *τρέχει.* At infinitivum a *θέω* Laconice *σέην* sonare oportebat, quod quominus reponamus, alia suspicio nos retinet, vid. infr. nr. 3. Nec *σῆ* pro *θεῖ* esse potest, vid. §. 20, 10, quare *τρέχε* scripserim.

σερμοί, *θερμοί.*

σῆνα, *θυσία· Λάκωνες*, quod nobis e *σοίνα* i. e. *θοίνη* corruptum videtur.

σηρίον, *θηρίον.*

σίαρ, *θίασος· Λάκωνες* cf. §. 9, 4.

σίγε (cod. *σίγη*), *θίγγανε· Λάκωνες.*

σιόρ, *θεός· Λάκωνες* et *σιοκόρος*, *νεωκόρος*, *θεοκόρος*, *θεραπευτὴς θεῶν*, unde non diversa videtur glossa Photii *σιωκόμος* (cod. *σιωκολλος*) *νεωκόρος· Εὔπολις.* Intelligo Eupolidis Helotes.

---

6) De *σιός* adde Athen. VIII, 362. E, Choerob. Oxx. II, 260, 15, qui accurate *διὰ τοῦ ῑ* scribi jubet, Et. M. 714, 29 et corrupte Et. Gud. 501, 9. Minus accurate Eustath. 631, 42 *σιός* Peloponnesiacum dicit et 1702, 1 Doricum. — Doricum vocatur *σάλασσα* in Etym. Par. apud intt. Gr. C. p. 300.

παρσουλακίρ (cod. παρσουλάκηρ), τὸν τρίβωνα, ὅταν γένηται ὡς θύλακος. Item pro σύλαιον, θύλακον corrigunt σύλακος. Malim συλλίον i. e. θυλλίον a θυλλίς; nam σύλλιρ, θύλακος perperam a Valckenario tentatum est, vid. intt. ad Hesych. et Toup. Emendd. ad Suid. III p. 93, et maxime Arcad. p. 30, 12 θυλλὶς ὁ θύλακος.

ἀκκαλανσίρ, ἀκανθυλλὶς παρὰ Λάκωσιν pro ἀκαλανθίς.

ἀπαλασίξαι, ὀμόσαι· Λάκωνες, quod Heringa bene restituit pro ἀπαλοῖξαι comparata glossa ἀπαλασίξαι, ὀμόσαι, Laconicum verbum ab ἀληθής deducens.

ἐξέσας (Hemst. ἔξεσα?), ἔξωθεν· Λάκωνες.

κάβασι, κατάβηθι· Λάκωνες et ἄττασι (cod. ἀττασία), ἀνάστηθι, insigne Laconicae proprietatis specimen, vid. §. 13, 4.

μούσαξ, ὁ ὑπὸ τοῦ βοῶν τρεφόμενος et μουσίδδει, λαλεῖ pro μύθαξ, μυθίζει. Laconica haec esse satis apparet.

πάσορ (cod. πάσον), πάθος· Λάκωνες.

πισάκνα, πιθάκνη.

πίσορ, πίθος· Λάκωνες.

Postremo loco ea enumeramus, in quibus θ, quod Lacones mutarunt, e τ et spiritu aspero coaluit:

κασάνεις, ἀνύεις· Λάκωνες, uti Lobeckius Parall. p. 80 corruptum κασαρνεῖς bene correxit, i. e. καθάνεις ab ἄνω, ἄνω. De spiritu vid. §. 4, 3.

κασέα, καθέδρα, corrige cum Stephano κασέλα vel potius κασέλλα cf. ἕλλα, καθέδρα· Λάκωνες. Hinc descendit κασελᾶσαι (ut corrigimus codicis scripturam κασελάτιαι), καθίσαι· Λάκωνες.

κασεύδει (cod. κασεύρει), κοιμᾶται.

κασέρηνον, κάθελε· Λάκωνες, pro quo Koenius restituit κασαίρησον i. e. καθαίρησον (?).

κάσσει, κάθες fortasse e κασίει vel potius κασίη i. e. καθίει corruptum.

3) Laconibus hanc mutationem propriam neque reliquis Doriensibus communem fuisse, Apollonius [1]) verissime tradere videtur; suspectissima enim sunt, quae ejus

vestigia apud Cretenses reperire sibi visi sunt. Primum in corruptissimo titulo nr. 2554 l. 185 Valckenario praeeunte pro τὼς ἀλλοσιως legi jubent τὼς ἄλλως σιώς, ubi, quum de Cretico θιός constet, corrigere malumus τὼς ἄλλως θιώς. Deinde huc traxerunt Hesychianam glossam σεῖναι, θεῖναι· Κρῆτες. At Cretes certe σέμεν dixissent i. e. θέμεν, vid. §. 38. Praeterea et haec glossa et antecedens, ipsa paullulum suspecta, σεῖν, θεῖν· Λάκωνες, ordinem alphabeticum turbant, quum sequantur σείεις, Σειθονίη etc. Quare valde vereor ne istae male sint segregatae ex una hac: σεῖαι, θεῖαι· Λάκωνες, Κρῆτες δὲ θεῖναι. De Cretico θεῖνος pro θεῖος vid. §. 11, 11. Extra Doricam dialectum, ut inania commenta omittamus, unicum hujus mutationis exemplum reperitur in glossa Hesychiana: σαρμοί, θερμοί· Καρύστιοι.

Jam vero, quum ne apud Tarentinos quidem et Heracleenses, Spartanorum colonos, levissimum ejus mutationis vestigium reperiatur, apparet, eam non omni tempore apud Lacones viguisse, sed post coloniam Tarentum deductam, haud multo ante Alcmanem invaluisse. Adeo post Alcmanem ab ipsis Laconibus θ scriptum esse, antiquus titulus Leakianus evincit. —

Ceterum mutatio illa certis quibusdam legibus non videtur circumscripta fuisse. Mutatur θ in fronte vocabulorum, mutatur inter vocales, mutatur post λ et ρ ut ἐλσών, ὀρσά, mutatur adeo, quum e tenui et aspero conflatum est, mutatur et in radicibus et in terminationibus. Itaque credideris, nunquam servatum esse, nisi cacophonia obesset. Et tradit doctus quidam grammaticus [1]), eam mutationem non admissam esse, si sequens syllaba a σ inciperet, cui regulae exemplum adversans reperitur nullum. Non magis credo, Lacones pro ἔσθος, quod in Lysistrata v. 1096 legitur, ἔσσος dixisse, vel pro ἄθροος, quod Hesychius Laconicum dicit, ἄσροος, quia literarum σρ conjunctio ab omnibus Graecis respuitur. Retinuerint etiam post ν, ut Κορινθία et πεπόνθαμες apud Aristophanem sunt. Sed num ἴθι, θάκοντες et alia apud eundem,

Laconicum *βοϱθαγοϱίσκος* apud Hesychium etc. contra dialectum peccent necne, haud facile affirmaverim.

Contraria mutatione teste Strabone XIII p. 912 (unde hausit Eustath. 34, 29) Rhodii *ἐϱυθίβη* dixerunt pro *ἐϱυσίβη* et inde Apollinem *Ἐϱυθίβιον* appellarunt.

§. 8.

De σ a Laconibus in ϱ mutato.

1) Lacones saepe *σ*, in exitu potissimum vocabulorum, in *ϱ* mutasse grammatici ne verbo quidem commemorant, quanquam de simili Eleorum et Eretriensium more satis frequenter testati. Res tamen certissima est, quanquam ea mutatio neque in titulis Laconicis usquam reperitur (contra *αὐτός* in Leakiano nr. 71), neque apud Alcmanem neque in Lysistrata praeter unicum exemplum v. 988 *παλαιόϱ* vel potius *παλεόϱ*, ut restituit Dindorfius [1]), cf. Hesych. *παλαιόϱ*, *μωϱός*. Contra multa exempla ab Hesychio tradita sunt, quorum quae certiora et graviora videntur, jam apponemus:

2) Nominativus primae declinationis eam mutationem in his exemplis patitur:

ἐπιγελαστάϱ, ὁ καταγελῶν· Λάκωνες pro *ἐπιγελαστής*.

καλλίαϱ, πιθηκὸς παϱὰ Λάκωσιν pro *καλλίας*, de quo vid. Suid. et Hellad. Chrestom.

Nominativus declinationis secundae in his:

ἀδελφιόϱ (sic corrigo *ἀδελιφήϱ*), *ἀδελφός· Λάκωνες*.

ἀκκόϱ, ἀσκός· Λάκωνες.

βουαγόϱ, ἀγελάϱχης, ὁ τῆς ἀγέλης ἄϱχων παῖς· Λάκωνες.

γῶνοϱ, γωνία· Λάκωνες.

δαιδῶχοϱ (cod. *δαδώχωϱ*), *λυχνία* pro *δᾳδοῦχος* vid. §. 25, 3. d.

---

1) vid. Dind. Praef. Poett. Scen. ad Eur. El. 497 et adde Theogn. Oxx. II, 50, 3, ubi inter nomina in *λεος* commemoratur *παλεὸς ὁ σκωπτής· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἄφϱονος*.

κιττορ, κίστος· Λάκωνες, ut corrigo pro κίττεορ, κισσός vid. §. 13, 4.

πέλανορ, τετράχαλκον· Λάκωνες.

πίσορ, πίθος· Λάκωνες.

σίαρ (fort. σίαορ), θίασος· Λάκωνες.

σιόρ, θεός· Λάκωνες.

In nominativo singulari declinationis tertiae haec:

γονάρ, μήτρα· Λάκωνες pro γονάς.

ἀκκαλανσίρ, ἀκανθυλλίς· Λάκωνες pro ἀκαλανθίς.

ἄππιρ, ὕσπληξ· Λάκωνες pro ἄφεσις [2]).

δᾶριρ (cod. δάρειρ) τὸ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου ἐπὶ τὸν μικρὸν διάστημα cf. δάριν, σπιθαμήν· Ἀρκάδες.

συλλίρ, θύλακος pro θυλλίς et παρσουλακίρ vid. §. 7, 2.

τίρ, τίς· Λάκωνες (post τιτθή).

νέκυρ, νεκρός· Λάκωνες pro νέκυς.

ἀβώρ, ἠώς· Λάκωνες (vid. §. 5, 5) et μιργάβωρ pro μισγήως vid. infr. nr. 3.

Αἰγλάηρ, ὁ Ἀσκληπιός, quod Laconicum est pro αἰγλήεις cf. §. 20, 2.

πόρ, ποῦς· Λάκωνες.

ἀντιβολήρ, στρωτὴρ μικρός· Λάκωνες pro ἀντιβολεύς vid. §. 30, 7.

nec minus in neutris, ubi σ ad stirpem pertinet:

φούρκορ, ὀχύρωμα cf. φύρκος, τεῖχος et Lobeck. Parall. p. 105.

ἀγλευκέρ, αὐλός· Λάκωνες, corrigas ἀηδές cf. ἀγλευκής, ἀηδής.

et in nominativo plurali:

ζύγονερ (leg. ζύγωνερ e serie litterarum), τοὺς ἐργάτας βοῦς· Λάκωνες, et ζούγωνερ, βόες ἐργάται· Λάκωνες (cod. ζουιων ἐρβοες) pro ζύγωνες.

φουλίδερ (leg. φουλλίδερ), παρθένων χόρος· Δωριεῖς

---

2) Valck. ad Adon. p. 287. C. pro ἀσπίς dictum putat novam vocis significationem fingens. At si conferas glossam ἄφεσιν, ἴσπληγα vix dubitabis, quin Laconica vocis ἄφεσις forma lateat, fortasse ἄπειρ, vid. §. 9, 1.

pro *φυλλίδες* i. e. **rami frondosi**, quos tenentes virgines saltabant, aut **flores** (cf. Hesych.), sicuti saltatio quaedam *ἄνθεμα* vocabatur, vid. Athen. XIV, 629, e.

postremo in adverbiis:

ἀπαβοίδωϱ, *ἐκμελῶς· Λάκωνες*, pro *ἀπῳδῶς* vid. §. 5, 5.

βίωϱ, *ἴσως*, *σχεδόν· Λάκωνες*, vid. §. 5, 4.

ἔναϱ, *εἰς τρίτην· Λάκωνες* et *ἐπέναϱ*, *εἰς τετάρτην· Λάκωνες* pro *ἔνας*, *ἐπένας*.

Vides nullas fere formas, quales quidem apud Hesychium reperiri solent, istam sigma finalis mutationem repudiare. Quare non omnino inepte ille, qui decretum in Timotheum finxit, eam ad taedium per quasvis formas et casus quoque obliquos frequentavit.

3) Rarius in mediis vocabulis ante sequentem consonantem in ϱ abiit, quod etiam apud Eleos et Eretrienses factum vidimus. Talia sunt apud Hesychium:

πούϱτακος, Laconice pro *πύστακος*, *πύσσακος*[3].

μιϱγάβωϱ, *λυκόφως· (Λάκωνες)*[4] pro *μισγήως*.

μιϱγῶσαι, *πηλῶσαι* (legas *μίϱγωσαι*, *πηλοῦσαι*)· *οἱ αὐτοί* pro *μίσγουσαι*.

μούϱκοϱ, *μύχος* (corrige *μῦσος*)· *οἱ αὐτοί* i. e. *Λάκωνες*, cf. *μύσκος*, *μίασμα*, *κῆδος*, unde descendit adjectivum *μυσκϱός*, *μυσχϱός*.

παϱτάδες (ut recte Salm. pro *παϱτάδαι*), *ἄμπελοι*

---

3) Hesych. *ποιϱέακος*, *κρίκος σιδηροῦς τετρυπημένος — ᾧ χρῶνται πρὸς δεσμὸν συῶν. Ποιστάκους ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν ἐξηγήσει Λακωνικῶν;* cf. *πύσσαχος* (lego *πύσσακος*), *ξύλον καμπύλον, τοῖς μόσχοις περὶ τοὺς μυκτῆρας τιθέμενον, ὃ κωλύει θηλάζειν* et compara *ὕσσακος*, *ὕστακος*, *ἴσταξ*, *πάσσαλος κεράτινος*, postremo *πάσταξ*, *πάσσαλος* pro *πάσσαξ* Satis apparet diversas ejusdem vocis formas fuisse *πύσσακος* et *πύστακος* et pro hoc Lacones *πούστακος* et *πούϱτακος* dixisse. Itaque hoc pro *ποιϱέακος* restituimus

4) Verissime Salmasius addidit *Λάκωνες*. Laconicam enim dialectum praeter σ in ϱ mutatum produnt β insertum (vid. §. 5, 5) et ω pro ου in *μίϱγωσαι*, vid. §. 20, 2. c.

pro *παστάδες* [5]), quod aeque Laconicum esse verisimillimum est.

Iidem tamen Lacones haud raro σ sequenti consonanti assimilarunt, ut *βεττόν* pro *βεστόν* vid. §. 13, 4. Quas leges sequuti unam alteramve mutationem praetulerint, latet.

4) Ejusdem mutationis apud alios Doriensium factae nunc unicum exemplum extat in glossa Hesychiana *τεόρ, σοῦ· Κρῆτες* pro *τέος*, quo alii Dorienses utebantur. Neque, quanquam in Creticis titulis nullum ejus moris vestigium deprehenditur, confidenter negaverim eum etiam a plebis elocutione alienum fuisse. Contra quod Boeckhius in antiqua inscriptione Theraea nr. 4 legi jubet *Ῥόδιορ* i. e. *Ῥόδιος*, neque in summa vicinorum obscuritate cuiquam certum videri potest neque nos falsum pronuntiare dubitamus. Nam neque praeterea in Theraeorum dialecto simile quidquam reperitur, et, si quis a Laconibus colonis istam proprietatem apportatam postea obsolevisse arbitretur, ne ipsi quidem Lacones ante coloniam Theraeam ea mutatione usi esse videntur, de qua re infra plura disputabimus.

§. 9.

De σ a Laconibus, Argivis et Pamphyliis inter vocales in spiritum asperum mutato.

1) Constat, omnes Graecos saepe et initiale sigma in spiritum asperum convertisse, ut *ἑπτα*, septem, et medium inter vocales ejecisse, ut *τύπτεαι* pro *τύπτεσαι*. Ulterius progressi sunt Doriensium pars cum aliis quibusdam Graecis, quippe qui etiam σ vulgo relictum inter vocales ejicerent vel potius in spiritum asperum mutarent. Insignis est de hoc more Etymologici Magni locus [1]), qui

---

5) cf. Hesych. *παστάδες — ἀμπέλων αἱ συστάδες. — ὑστάς, ἡ δασεῖα ἄμπελος. — ὑστάς, πλαστὰς ἀμπέλων* (leg. *παστάς* cum Perg.).

1) Et. M. 391, 15. *Εὔιος καὶ Εὔσιος ὁ Διόνυσος καὶ τὸ εἰς αὐτὸν*

manasse videtur ex Apollonii Dyscoli libro *περὶ πνευμάτων*. Ubi quum recentiori Doridi tribuatur, nominantur Lacones, Argivi, Pamphylii et, qui non sunt Doricae stirpis, Eretrienses atque Oropii (vid. L. I §. 36, 3), quibus Arcades addendi esse videntur (L. I §. 53), quanquam titulus Leakii nr. 52, quem hoc auctore Arcadicum diximus, Rossio Inscr. Gr. Fasc. I nr. 33 docente potius Laconicus est.

2) Quod recentior Doris eum morem assumpsisse traditur, egregie confirmat alius doctus grammaticus [2]), quum Laconibus *μῶσα*, recentioribus *μῶα* adscribit. Qui quum inde judicasse videatur, quod illud Alcmanis est, qui nusquam sigma ejicit, hoc Aristophanis in Lysistrata, certissimum accedit aliud argumentum, quod Laconum coloni Italiotae Laconico sigma ejiciendi more omnino abstinuerunt. Invaluit igitur post Tarentum conditum et post Alcmanis aetatem, sed ante Aristophanem. Nullam enim fidem habemus Eustathio [3]), qui exempla ex ipso

---

ἐπίφθεγμα εἶσοι καὶ εὗοι κατὰ Λάκωνας. Δωρικῇ γὰρ διαλέκτῳ μεταγενεστέρᾳ κατ᾽ ἔνδειαν τοῦ σ̄ φασὶ γεγενῆσθαι εὔϊος καὶ εὐοί καὶ Εὐάν. ἔθος δὲ ἔχουσι Δωριέων τινές· ὡς γὰρ οἱ Ἀργεῖοι καὶ Λάκωνες καὶ Παμφύλοι (leg. *Παμφύλιοι*) *καὶ Ἐρετριεῖς καὶ Ὠρώπιοι, ἔνδειαν τοῦ σ̄ ποιοῦντες δασεῖαν χαράττουσι τοῖς ἐπιφερομένοις φωνήεσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ ποιῆσαι ποίηαι* (leg. *ποιῆαι*) *καὶ Βουσόα Βοῦα καὶ μουσικὰ μωϊκά. κέχρηται τούτῳ τῷ εἴδει τῆς δασείας καὶ Αἔσχυλλος.* — Apoll. de synt. p. 319, 19 de vocibus, quae spiritum medium habent: *ὡς ἀλόγων ὄντων ἢ ἀπὸ Λακωνικῆς διαλέκτου παρεισδεδικότων εἰς τὰς ἄλλας διαλέκτους, ὑπὲρ ὧν ἐν τῷ περὶ πνευμάτων ἠκριβώσαμεν.* — Contra eos, qui *εὗοί* ex *εἶσοι* omisso sigma natum esse contendant, Herodianus disputat apud Theogn. Oxx. II, 158, 20. — Doricum vocatur *Εὐτρήϊοι* pro *Εὐτρήσιοι* ab Hesychio vid. L. I §. 53 not. 1.

2) Ann. Oxx. I, 278, 14. *Λάκωνες μῶσα καὶ οἱ μεταγενέστεροι Λάκωνες ἄνευ τοῦ σ̄ μῶα.*

3) Eustath. 844, 7 *διασταλτέον δὲ τοῦ εἰρημένου κανόνος τὸ μ ῶ α καὶ τὸ π ᾶ α, ὧν σημασία τὸ μοῦσα, πᾶσα. ταῦτα γὰρ καὶ εἴ τι ἕτερον κατ᾽ αὐτὰ οὐ παραλήγονται τῷ ἰῶτα τῆς παλαιοτάτης Δωρίδος ὄντα.* — Id. Prooem. Comm. Pind. 21 Aristophanea *μῶα* et *πᾶα* ad *σκληροτέραν Δωρίδα* refert.

Aristophane petita ad antiquissimam Doridem refert, neque Giesio adstipulamur, qui de dial. Aeol. p. 310 seqq. ejus mutationis summam antiquitatem inde demonstrare studet, quod Argivi et Pamphylii ejusdem participes fuerint. Nam horum cum Laconibus conjunctio multo longinquior et dialecti cum Laconica cognatio multo minor est, quam Italiotarum vel Cretensium, neque Argivorum coloni Rhodii et alii e metropoli eam dialecti proprietatem avexerunt. Itaque sigma ejiciendi amor, quo omnes Graeci inclinarunt, apud varios Graecorum populos tempore nec valde antiquo neque recenti casu quodam solitos fines excessisse videtur.

3) Apud Lacones spiritus asper pro sigma scriptus extat in titulo antiquo Rossii nr. 33 (Leakii nr. 52), qui unicam vocem ἐποιεέ i. e. ἐποίηέ pro ἐποίησε exhibet. Praeterea omittitur σ in recentissimorum titulorum nominibus quibusdam propriis, Κυνοουρεῖς pro Κυνοσουρεῖς nr. 1347. 1386, Σώανδρος pro Σώσανδρος nr. 1250, et in σαάμων pro σησάμων nr. 1464, spiritu non magis expresso, quam fit in fronte vocabulorum. Aristophanis Lysistrata haec exempla habet: πᾶα 995, μῶα pro μοῦσα 1249. 1298, ἐκλιπῶα pro ἐκλιποῦσα 1297, κλεῶα pro κλεοῦσα 1302, θυρσαδδωᾶν καὶ παιδδωᾶν pro θυρσαζουσῶν καὶ παιζουσῶν 1313, πωτάομαι pro πωτήσομαι 1013, ὅρμαον pro ὅρμησον 1247. Nec minus χάϊος v. 91. 1157 i. e. ἀγαθός secundum scholia, pro χάσιος esse videtur, quod Hesychius per ἀγαθός, χρηστός explicat. Illa Laconica vocis forma latet praeterea in Hesych. χαιά, ἀγαθή — χαιός, ἀγαθός et ἀχαία . . . . . Λάκωνες δὲ ἀγαθά, postremo Scholl. Theocr. VII, 5 χαὸν λέγεται τὸ ἀγαθὸν παρὰ Λακεδαιμονίοις. Ipsius Theocriti χαῶν nobis suspectissimum est et placet Briggsii emendatio παῶν. Etiam ἀπήλαον 1001 jure Giesio corruptum videtur ex ἀπήλααν pro ἀπήλασαν, ut scholiasta explicat. Nec minus pro Μναμόνα 1248, quod nihili est, quum in parte librorum Μναμοσύνα legatur, restituendum putamus Μναμοῖνα. De γερωΐα, quod v. 980 rescripserunt, supra diximus §. 6. 6. Servatum est sigma

et ubicunque e ϑ ortum est et in his: *πορπακιάμενος* 106, *πείσομες* 168, *πείσειεν* 171, *ποιησώμεσθα* 1006, *παυσαίμεθα* 1270, et in voce corruptissima *ἀγκονείουσαι* 1311, quae num Aristophani an librariis an pro parte ipsi dialecto debeantur, parum constat.

4) Grammatici testantur de *ποιῆαί*, *βουὅα*, *μωἵκά* et *μῶα*, *πᾶα* [4]), quorum haec e Lysistrata petita videntur; illa contra num omnia Laconica sint, dubium est. — Neque decreti in Timotheum auctor Laconicum hunc morem ignoravit, qui scripsit *μῶαν*. Apud Hesychium pauca sunt, quae huc referas, quae collegit pleraque Valck. ad Adon. p. 276, C seqq.:

ἀπεϊρ, *ὕσπληξ*· *Λάκωνες* (vulgo *ἄππιρ*, quod correximus supra §. 8 not. 2) pro *ἄφεσις*. Aspirata propter sequentem asperum (*ἄπείρ*) in tenuem mutata est.

βίωρ, *ἴσως*, *σχεδόν*· *Λάκωνες*, cf. §. 5, 4 et §. 8, 2.

κασέρηνον, *κάθελε*· *Λάκωνες*, si quidem Koenius ad Greg. p. 301 recte emendavit *κασαίρηον* i. e. *καθαίρησον*, cf. §. 7, 2.

---

4) Vid. not. 1. 2. 3 et praeterea Et. M. 208, 4. *Βουόα*· *ἀλγεῖ τις*· *τάχα θ' αἱ βουσόαι. ἐλλείψει τοῦ σ καὶ πνεῦμα προςῆλθε τὸ δασύ.* Quum *ἀγέλας παίδων* apud Spartanos *βούας* vocatas esse constet, Hemsterhusius ad Hesych. Vol. II p. 1294 not. 19 *βούα* e *βουὅα* contractum esse putat et corruptum Etymologi locum ita emendat: *βούὁα, ἀγέλη — τετάχαθ' αἱ βούὁαι ἀντὶ τοῦ βούσοαι* Cui quum omnes adstipulati esse videantur, nos valde dubitamus, an *βούα* non sit nova ratione e *βουὅα* natum neque reliquorum audax mutatio probari possit. Si quid licet in tanta corruptione suspicari, in *τάχα θ' αἱ* vocis *βουὅα* explicatio latere videtur *ταχεῖα, θοή*. Nam *βουσόα* a *σεύω* et intensivo *βου* derivari poterat. Deinde *ἀλγεῖ τις* fortasse corruptum est ex *Ἀργεία τις* Tum a Dercyllo (vid. nr 5) Argivam quandam *Βουὅα* commemoratam fuisse putaveris, cujus nomen et maxime spiritum in eo scriptum grammatici illa ratione explicuerint. Sed nolo in tantis tenebris quidquam affirmare. — Et. M. 646, 36. *τὸ πᾶα, ὡς λέγει Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν, ἀπὸ τοῦ πᾶσα γίγνεται* Scholl. Arist. Lys. 995. *πᾶα· οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν.*

λῆϊς — βούλησις Laconicum videtur pro λῆσις a Dorico verbo λῶ, cf. λῆσις, βούλησις, αἵρεσις.

μῶα, ᾠδή ποιά et μωδεῖ, λαλεῖ, ᾄδει, quod e μωΐδδει vel μῴδδει i. e. μουσίζει corruptum esse intellexit Valck. ad Roev. p. 78.

πούρδαιον, μαγειρεῖον· Λάκωνες. Si comparemus πυρδαίσιον, μαγειρεῖον, corrigendum videtur πουρδαῖον, ita ut σ ejectum sit. Hemsterhusius proposuit πούρδαλον, quia πύρδαλον explicatur inter alia per ὀψοποιεῖον et μαγειρεῖον.

σίαρ, θίασος· Λάκωνες, quod quum Koenius ad Greg. p. 252 e σίαορ corruptum judicet, potest etiam contractum putari.

φούιξ, φύσιγξ (cod. σφύσιγξ), quam vocem etiam υ in ου mutatum Laconicam esse prodit.

Omisimus γερωΐα pro γερουσία, quod apud Hesychium restituere voluerunt, vid. §. 6, 6.

5) Argivi quoque sigma in spiritum asperum mutasse traduntur et Dercyllus aspero in eum modum usus esse. Argolicorum is erat scriptor, vid. Valck. ad Phoen. p. 596, neque tamen antiquissimus, id quod Casaubonus et Valckenarius opinati sunt, sed Alexandrinorum potius aetatis, vid. Schneidew. in *Zeitschr. f. Alt.* 1834 nr. 53. Eum non Argiva dialecto nec spiritu aspero pro sigma usum putamus, praeterquam in nominibus propriis Argivorum, quae Argolicorum scriptorem et Argivum non decebat aliter proferre, atque ab ipsis et civibus pronuntiata essent. Et fortasse e Dercylli libro manavit nomen Βοῦα[4]. — Praeterea Argivorum usus pauca exempla supersunt in titulo C. I. nr. 1120, id quod Boeckhii acumen fugit, vulgares formas restituentis. Ibi enim l. 5. Θράϋλλος legitur i. e. Θράσυλλος, l. 3. 4. 8 Τελέϊππος i. e. Τελέσιππος, et pro Ἀγήρδαμος l. 6. fortasse Ἀγήϊδαμος restituendum est i. e. Ἀγησίδαμος. Contra Λύσιππος est l. 9. — De Pamphyliis nihil praeterea constat. In Cretico titulo nr. 2554 l. 39. 45 ἀνεγνώαντι pro ἀναγνώσαντι corruptissimum esse, persuasum habemus.

6) Spiritus asperi signum olim in mediis vocabulis exaratam esse praeter diserta grammaticorum testimonia docet antiqua inscriptio Laconica. Eum in titulis neglectum esse, postquam omnino asper exarari desitus est, consentaneum videtur. Nec magis inde quod apud Aristophanem, Hesychium, alios in codicibus spiritus non indicatur, recentiore tempore non pronuntiatum esse concludi potest. Potius, siquidem apud Hesychium ἄπεϊῤ i. e. ἄφεσις recte emendavimus et illustravimus, asper quanquam non scriptus tantum valebat, ut adeo aspiratam antecedentium syllabae mutari necesse esset. Neque tamen contractionem impedisse videtur, siquidem σίαῤ pro σίαὁῤ, θίασος et μώδδει pro μωΐδδει, μουσίζει vera haberi queunt. — Ceterum sigma inter vocales omissum vidimus in futuro et aoristo primo, ut πωταόμαι, ὅρμαον, ποιήαί, in femininis in σα exeuntibus ut πᾶα, μῶα, ἐκλιπῶα etc., in compositis, quorum prior pars assumit σι, ut Σώανδρος, Τελέϊππος, in abstractis in σις ut ἄπεϊῤ, λῆϊς, postremo in singulis his: Κονοουρεῖς, σάαμος, Μναμοῦνα, Βοῦὁα, βίωῤ, σίαῤ e σίαορ, φοῦιξ. Ergo vix videtur unquam non ejici potuisse, nisi Laconica mutatione e ϑ natum esset.

§. 10.

De aliarum consonantium simplicium et singularium permutationibus.

1) Tenues apud Dorienses in alias tenues mutantur aut mutari perhibentur in his:

τ pro κ Doricum vocatur a Scholl. Theocr. I, 1 ut in τῆνος pro κεῖνος. Ea tamen pronomina diversae originis esse infra demonstrabimus §. 33.

τ pro π in Hesychii glossa τεῖον, ποῖον· Κρῆτες, quam corruptissimam judicamus; nam in interrogativis Dorienses ubique π servant.

κ pro τ in πόκα, ἄλλοκα pro πότε, ἄλλοτε et reliquis ejus generis adverbiis temporalibus, vid. §. 44.

π pro τ esset in πέμπε, quod Doricum vocatur pro

πέντε in Scholl. E. Od. δ, 412. At rectius in Scholl. Q. et Pal. Aeolicum dicitur; nam Dores in πέντε et derivatis servant π.

2) Mediae pro mediis in hisce:

δ pro γ in δᾶ, quod Doricum appellatur pro γῆ [1]). At ubicunque terrae significatio paullo certior est, in omnibus Doricae dialecti fontibus γᾶ legitur, vid. §. 19, 2, et apparet eam grammaticulorum opinionem manasse ex interjectionibus φεῦ δᾶ Lysistr. 198, Eur. Phoen. 1304, δᾶ φεῦ Aesch. Eum. 831, ἄλευ δᾶ Prom. 570 (ut scripsit Dindorfius pro librorum lectionibus ἄλευ ὦ δᾶ et ἄλευ ἃ δᾶ), ex affirmatione οὐ δᾶν Theocr. IV, 17 et VII, 39 (ubi scholia μὰ τὴν γῆν), e deae nomine Δαμάτηρ, postremo e voce δάπεδον. Jam vero Terrae invocatio in interjectionibus istis profecto mira esset et, si cui Demetris etymologia melius placuerit, ea certe nunquam apud Graecos Γημήτηρ nominata est. Itaque in his δᾶ referimus ad eandem stirpem, quae in δῖος, Διός, Δάν pro Ζάν, Διώνη, Diana et multis aliis conspicitur et divinum numen in universum significat, vid. Pott I p. 99. Vocem δάπεδον, quum primam corripit, non posse a δᾶ pro γῆ derivari facile apparet. Quod vero apud Pind. Nem. VII, 83, Aesch. Prom. 835, Eur. Or. 330 prima producitur, ibi γάπεδον reponendum esse Hermannus et Boeckhius demonstrarunt, vid. Nott. Critt. ad Pind. p. 543. Nunquam igitur Dores δᾶ dixerunt pro γῆ. — De Dorico δνόφος (quod Hesychio Aeolicum est) pro γνόφος gram-

1) Scholl. Aesch. Prom. 570 ad ἄλευ ὦ δᾶ: οἱ Δωριεῖς τὴν γῆν δᾶν καὶ τὸν γνόφον δνόφον. — Et. M. 60, 8. ἀλευάδα εἴρηται ὡς τὸ φεῦδα· οἱ Δωριεῖς γὰρ τὴν γῆν δᾶν λέγουσι καὶ δίαν (num ὡς δῖαν) καὶ τὸν γνόφον δνόφον. — Scholl. Aesch. Eum. 835 ad δᾶ φεῦ: δᾶ γῆ Δωρικῶς, ὅθεν καὶ Δαμάτηρ. — Cod. Voss. Greg. Cor. p. 373. ἀντὶ τοῦ γ̄ τῷ δ̄ χρῶνται, οἷον Δημήτηρ Γημήτηρ, γνόφος δνόφος, γνοφερὸν δνοφερόν. — Hesych. δῆ, γῆ. — Tzetz. ad Hesiod. Opp. 32. Δημήτηρ γὰρ ἡ γῆ Δωρικῶς. οὗτοι γὰρ ἀντὶ τοῦ γ̄ δ̄ τιθέασι, δνοφερὸν γνοφερὸν καὶ Δήμητρα Γημήτραν λέγοντες. — Eustath. 436, 41. δάπεδον· γίνεται δὲ παρὰ τὸ δᾶ, ὃ δηλοῖ Δωρικῶς τὴν γῆν.

maticis [1]) non multum fidei habemus, qui si recte praeceperunt, alia certe hujus vocis ratio est, ut indicavimus L. I §. 11, 1. — Postremo huc pertinere videtur Hesychiana glossa *διφοῦρα*, *γέφυρα· Λάκωνες*, mira dialecti varietate, praesertim si compares aliam glossam *βουφόρας*, *γεφύρας* et quod Thebani *βλέφυρα* pro *γέφυρα* dixisse traduntur, vid. L. I §. 36, 5. — Jam habes omnia, unde vulgo docetur, Dorienses *γ* in *δ* mutare solitos fuisse.

δ pro *β* meliore jure a Doriensibus positum esse perhibetur in Ann. Oxx. II p. 422, 15. Nam reperitur ea mutatio in una certe voce *ὀδελός* pro *ὀβελός*, quae Dorica appellatur a Scholl. Nic. Ther. 93 et Greg. Cor. p. 235 et legitur in Megarensis oratione apud Arist. Ach. 762 et Epich. 58; deinde pro *ὀβολός*, quae vox antiquitus ab illa non diversa est, *ὀδελός* in antiquiore titulo Delphico nr. 1690 saepe repetitur. Ibidem legitur *ἡμιόδελον* (corrigendum videtur *ἡμιώδελον*) pro *ἡμιώβελον*. Itaque Dorica est Hesychii glossa *τριώδελον*, *τριῶν ἡμιμναίων σταθμός* pro *τριώβολον*. Postremo eodem spectat Hesychii glossa *ὀδολκαί*, *ὀβολοί· Κρῆτες*. Contra in titulis paullo recentioribus vulgare *β* conspicitur, ut in Rhod. 2525, b *ἡμιώβελον*, in Corc. 1838, b *ὀβελίσκος*.

3) Aspiratarum inter se permutatio, quae Aeolibus propria fuisse videtur, a Dorica dialecto aliena est excepto *ὄρνιχος* pro *ὄρνιθος*, de quo vid. §. 31. Nam quod Alcman fr. 6 (37) *φοίναις* dixit pro *θοίναις* et fr. 14 (25) *πολύφοινος* (e Berghii conjectura) pro *πολύθοινος*, ex Aeolica potius quam e Laconica dialecto prompsisse videtur, praesertim si Lacones *σοίνα* dixisse pro *θοίνη* recte judicavimus, vid. §. 7, 2.

4) Tenues pro aspiratis usurpatae sunt in his:

π pro *φ* in *ἀμπίθυρον*, *πυλῶνα· Ταραντῖνοι* (ut Is. Vossius bene emendavit *ἀμπίουρον*) pro *ἀμφίθυρον*. Neque tamen inde colligere licet, Tarentinos *ἀμπί* dixisse, quia tenuem pro aspirata propter sequentem aspiratam assumptam esse patet ut in *ἀμπέχω* vid. L. I §. 6, 4. Nec magis illud Laconicum putaverim propter glossam Hesychii

ἀμπέσαι, ἀμφιέσαι· Λάκωνες. Id enim pro *ἀμϜέσαι* (vid. §. 5, 7) *ἀμφιϜέσαι* positum est rariore apocopes genere, de quo dicemus §. 42. Quae praeterea huc traxerunt, aut corruptissima sunt aut incerta, ad quam dialectum pertineant, aut dubiae significationis et originis ut adverbia *ἀμπετίξ* et *περιαμπετίξ* in Cret. 2554, quae ipse Boeckhius ab *ἀμφί* descendere existimat, vix recte.

κ pro *χ* est in *δέκεσθαι* pro *δέχεσθαι* in Tabb. Heracl. I, 57 et saepe apud Pindarum vid. Boeckh. Nott. Critt. p. 426, quae stirps apud Iones quoque et Lesbios tenuem habet, in multis derivatis etiam vulgo servatam. Aspirata tamen legitur in Herm. 1193 *δέχεσθαι* et Rhod. 2525, b *ὑποδοχά*, quare non ausi sumus apud Epicharmum fr. 4 *δεχόμεναι* mutare, quanquam crediderimus recentiores demum Dorienses aspiratam e vulgari lingua assumpsisse. — Deinde huc pertinet Hesych. *βρυκετός· ταὐτὸν τῷ βρυγμῷ καὶ βρυκηθμός ὁμοίως Δωριεῖς.* Hoc pro *βρυχηθμός* a Doribus dictum puto propter sequentem aspiratam, illud male a *βρύχω* derivatum, quum descendat a *βρύκω*. — Praeterea *κιτών* et *κύτρα* Siculis adscribuntur [2]) et legitur illud Sophr. 62, sed inter exempla muliebrium soloecismorum, quos Sophron consulto imitatus est [3]). Itaque etiam *κύτρα* ad vitiosam plebis pronuntiationem referendum videtur idque eo magis, quod Epicharmeae fabulae titulus constanter *Χύτραι* scribitur nec minus Epich. 17 *χύτρα* traditum est et apud Athenaeum et apud Herodianum.

---

2) J. Gr. 243, a et Greg. C. 341. *ἰδίως δὲ οἱ Σικελοὶ τὴν χύτραν κύτραν καὶ τὸν χιτῶνα κιτῶνα.* — Ann. Oxx. I, 366, 14. *χύτρα Δωριεῖς κύθρα, χιτὼν κιθών*, ubi pro Doribus Iones reponendi videntur, quos ita locutos esse constat.

3) Et. M. 774, 45. *ζητεῖται τὸ παρὰ Σώφρονι ὑγιώτερον χολοκύντας, πῶς οὐ λέγει ὑγιέστερον; ῥητέον οὖν ὅτι ἑκοντὶ ἥμαρτε τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἑρμηνείας μιμησάμενος· ὃν τρόπον ἐσολοίκισε κἀκεῖ· τετωμένα τοῦ κιτῶνος ἀντὶ τοῦ* (supplemus *χιτῶνος καὶ*) *ἐνέχυρα θείς* (MS. Leid. *ἐνέχυρα καὶ θείς*) — *ὁ τόκος νιν ἀλφηθερώκει* (MS. *ἀλφηρώκει*), vid. fr. 62 — 64.

τ pro *ϑ* in *τίριος, ϑέρεος· Κρῆτες* Hesych. Mira est ea mutatio, neque, etiamsi corruptela non subsit, nisi plebejae, puto, pronuntiationi propria. Noli enim ad Timothei decretum provocare, ubi praeter alia minus certa *μιτω* scriptum est pro *μύθου*, quanquam satis constat, antiquiores Lacones *μύσω*, recentiores *μούσω* scripturos fuisse. De *τ* pro *ϑ* in titulo Megalopolitano 1534 vid. L. I §. 53.

5) Aspirata pro tenui in his paucis:

φ pro *π* in *ἐφιορκέοιμι*, quod legitur in Amph. 1688 pro *ἐπιορκέοιμι*, neque vero Doribus peculiare est, quum etiam in foedere Magnetum et Smyrnaeorum reperiatur *ἐφιορκοῦντι*, cf. Hesych. *ἐφιορκήσαντες, ψευσάμενοι* et Phrynich. 308 *ἐφιόρκους· τοῦτο διὰ τοῦ π λέγε ἐπιόρκους*, vid. Boeckh. ad C. I. I p. 808, b. Contra in Cret. 2555 est *ἐπιορκήσαιμι*, 2554 l. 203 *ἐφορκέοντι*, hoc, nisi fallor, ex *ἐφιορκέοντι* corruptum. Unde mira haec permutatio explicari possit, non magis exploratum habemus quam quomodo praepositio *ἐπί*, si quidem ea est in hoc composito, eam vim habere possit, ut *εὐορκεῖν* et *ἐφιορκεῖν* inter se opposita sint.

χ pro *κ* in *ἀτρεχές*, ut Dores pro *ἀτρεκές* dixisse referuntur [4]). Apud Pindarum *ἀτρεκής* legitur.

6) Media pro tenui *β* pro *π* teste Plutarcho [5]) a Delphis pronuntiabatur in *βατεῖν, βικρός* pro *πατεῖν, πικρός*, quare mensis *Βυσίου* nomen a *πεύϑομαι* derivat. Nullum tamen praeterea ejus mutationis vestigium apud Delphos reperitur et nominis *Βύσιος* etymon obscurissimum est. — Item *'Αμπρακία*, quae est antiquior nominis forma, postea *'Αμβρακία* etiam in nummis dicta est,

4) Et. Or. 5, 1. Et. Gud. 91, 56, Exc. Or. 611., 20. *ἀτρεκές, τὸ ἀληθές, ὃ μηδεὶς παρατρέχει εὖ φρονῶν, ὅϑεν Δωριεῖς ἀτρεχές λέγουσιν.*

5) Plutarch. Q. Gr. II. p. 292. E. *τῷ β χρῶνται οἱ Δελφοὶ ἀντὶ τοῦ π· καὶ γὰρ τὸ πατεῖν βατεῖν καὶ τὸ πικρὸν βικρὸν καλοῦσιν. ἔστιν οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος, ἐν ᾧ πυστιῶνται καὶ πυνϑάνονται τοῦ ϑεοῦ.*

vid. Poppo Prolegg. ad Thucyd. Vol. II p. 140. Quod *δ* pro *τ* in *τῆδες* pro *τῆτες* ab Eustath. 1648, 40 secundum technicos Doricum vocatur, grammaticorum inventum est inde *ἐπιτήδειος* derivantium.

De tenui *τ* pro media *δ* in *Ἀρτέμιτος*, *θέμιτος* infra videbimus. Eadem mutatio est in *π ά ρ τ α ζ ο ν* (leg. *πάρταξον*), *ὕγρανον· Λάκωνες*, Hesych. a *πάρδακος*, deinde *π* pro *β* in *ἀ β λ ο π έ ς*, *ἀβλαβές· Κρῆτες*.

7) Aspiratae pro media usus, *θ* pro *δ*, Doribus tribuitur in *μασθός* pro *μασδός*, *μαζός* et *ψύθος* pro *ψεῦδος* Heraclidis testimonio valde dubio [6]), quum aliunde nihil de his constet. Contra saepe in titulis Doricis leguntur *οὐθείς* et *μηθείς*, ut in Lac. 1335, Megal. 1534, Aetol. 2350. 2351. 3046, Phoc. 73, 74, a. 81 Ross., Corc. 1845, Ther. 2448, Cret. 3047, Rhod. 2905, Cyren. 4. At in titulis tertio saeculo antiquioribus aspirata non est, sed in Tabb. Heracl. ubique disjunctim scriptum est *οὐδὲ ἧς*, *οὐδὲ ἕν*, *μηδὲ ἕνα*, in Amph. 1688 *μηδένα* et *μηδένι*, item in Cret. 2555 quanquam paullo recentiore *οὐδένι*. Quare non recte fecisse putamus Boeckhium, et *οὐθενί*, quod apud Philolaum p. 62 est in Stobaei libris, probantem et in reliquis Philolai locis similes formas sine libris restituentem. Nam illa non sunt in Doride ex antiquiore lingua servata, sed inde ab Alexandri fere tempore apud o m n e s Graecos nescio quo casu invaluerunt, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 181. — Similia sunt *μηθαμῶς*, *μηθαμόθεν*, quae leguntur in Aetol. 2350 et Corc. 1845, cf. §. 4, 3, contra *μηδαμόθεν* Aetol. 3046. Deinde *κ ο λ υ μ φ ᾷ ν* Doricum dicitur pro *κολυμβᾷν* Et. M. 526, 2, Et. G. 334, 14.

Media pro aspirata est in *Ἄ μ β ρ υ σ ο ς*, quomodo *Ἄμφρυσος*, oppidum Phocicum, a nonnullis appellabatur

6) Eustath. 452, 20. *Ἡρακλείδης εἰπὼν ἐκ τοῦ ἔδω τὸ ἔσθω γίνεσθαι Δωρικῶς τροπῇ τοῦ δ εἰς θ, ὡς τὸ ἔθων Οἰνῆος ἀλωήν, λέγει ὅτι καὶ τὸν μασδὸν οὕτω μασθὸν λέγουσιν οἱ Δωριεῖς καὶ τὸ ψεῦδος δέ, φησίν, ἄραντες τὸ ῡ (ε) ψύθος φασί* cf. p. 773, 33.

teste Stephano Byz. et Dionysio in scholl. Apoll. Rh. I, 54.

8) Liquidae pro mutis reperiuntur in his:

λ pro *δ* in *λάφνη*, *δάφνη*· *Περγαῖοι* Hesych. Ejusdem mutationis alia exempla, incertum an Dorica, afferunt Eustath. 289, 38, ut *Ὀλυσσεύς*, et Intt. ad Hesych. l. l., et est in lingua Latina, ut lacrima pro *δάκρυ*, levir pro *δαήρ*. — Contraria mutatione Spartanorum *φιδίτια* a *φίλος* nomen trahere potuisse Plutarchus opinatur [7]), quae etymologia non est verior quam altera ab eodem proposita a *φείδομαι*; nam quod apud Suidam adeo *φιλίτια* vocantur, merus error habendus est. Vocis etymon latet.

μ pro *π* est in glossis Hesychii *ἄμακις*, *ἅπαξ*· *Κρῆτες* et *ἄματις* (quod ex *ἄμακις* corruptum existimo), *ἅπαξ*· *Ταραντῖνοι*. Quibuscum si compares Latinum semel et reliquorum adverbiorum numeralium terminationem, *τετράκις*, *ἑξάκις* etc., non dubitabis, quin *ἄμακις* vel potius *ἁμάκις* sit antiquissima forma a radice *ἅμ* (Lat. sem) derivanda. Praeterea Lacones in paucis *μ* pro *π* pronuntiasse videntur, si fidem habere licet Hesychii glossae *δολομάν*, *μαστροπόν*· *Λάκωνες* cf. *δόλοπα*, *κατασκόπον*, *μαστροπόν*, et recentiori titulo Laconico nr. 1464, ubi *Μερσεφόνα* scriptum est pro *Περσεφόνα*, quod ipsum Boeckhius restituit.

μ pro *β*, quam mutationem barbaram dicit Stephan. Byz. s. v. *Ἀβαντίς*, alii Aeolicam (vid. L. I §. 6, 6), in glossis nonnullis Laconicis Hesychii scriptum est: *ἀμάκιον*, *ἄβαξ*· *Λάκωνες* et *ἄμυσσος*, *κῆτος*· *Λάκωνες* i. e. *ἄβυσσος*, ubi fortasse non opus est cum Valckenario *κῦτος* corrigere, quia grammatici *κῆτος* etiam pro *κῦτος* esse putarunt, vid. Buttm. Lexil. II p. 95.

---

7) Plutarch. Lyc. c. 12 *τὰ δὲ συσσίτια Κρῆτες μὲν ἄνδρια, Λακεδαιμόνιοι δὲ φιδίτια προςαγορεύουσιν, εἴτε ὡς φιλίας καὶ φιλοφροσύνης ὑπαρχόντων, ἀντὶ τοῦ λ τὸ δ λαμβάνοντες, εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν καὶ φειδὼ συνεθιζόντων.*

β pro *μ* apparet in *βάμβα*, *χρῶμα καὶ μύρου τι μέρος* (leg. *γένος*) *καὶ τὸ ἔμβαμμα· Συρακούσιοι* Hesych., quae deinceps fere repetuntur. At valde vereor, ne hoc non recte pro *βάμμα* positum putetur, sed ad peculiarem quandam stirpem referendum sit, unde etiam *βαμβακεύω*, verbum Syracusanis non proprium descendat.

κ pro *ν* esse videtur in *κοῶ* Epich. 19 [8]. Sed quum ipse Epicharmus *νόος* habeat et *νοεῖν*, illud potius ad diversam stirpem similis significationis pertinere arbitror, quae apud Dores potissimum servata erat, quale est Doricum *πάομαι* pro *κτάομαι*, *λῶ* pro *θέλω*, *δήλομαι* pro *βούλομαι*.

λ pro *ρ* in *λάκη*, *ῥάκη· Κρῆτες* Hesych., neque *Λάκιος*, qui Phaselidem condidit, a Rhacio Crete diversus videtur, vid. Müll. Prolegg. p. 139 et Schneid. ad Nicand. Alex. p. 82, sed cf. *λακίς*, *λακίζω*, quae Atticae dialecti sunt.

9) Permutantur inter se *σ* et *ν*. Illud pro hoc [9] est in prima persona pluralis objectivi, ut *λέγομες*, *ἐλέξαμες*, *λέγωμες* vid. §. 35, et in *ἦς* pro *ἦν*, vid. §. 39. Utrobique *σ* ex antiquissima lingua superstes esse infra docebimus. Contra male Dores in infinitivo *ἦμες* pro *ἦμεν*, *εἶναι* dixisse creduntur, vid. §. 39, neque rectius

---

8) cf. Hesych. *κοῶ, αἰσθάνομαι — κοεῖ, αἰσθάνεται — κόν, εἰδός — κών, εἰδώς*, quorum utrumque e *κοῶν* corruptum videtur — *κοεῖ* (cod. *κοθεῖ*), *αἰσθάνεται, νοεῖ — κοᾷ, ἀκούει, πεύθεται — κοᾶσαι, αἰσθέσθαι — ἐκοάθη, ἐπενοήθη, ἐφωράθη — ἐκοᾶμεν, ἠκούσαμεν, ἐπυθόμεθα — ἔκομεν, ἴδομεν, εὕρομεν, ᾐσθόμεθα.* Hellad. Chrest. p. 8 *μακκοᾶν παρὰ τὸ μὴ κοεῖν, ὅπερ τὸ νοεῖν ἐδήλου. Καλλίμαχος δ' ἐν Ἑκάλῃ, ἐκόησεν φησὶν ἀντὶ τοῦ ἐνόησεν.* — Phot. Lex. *μακκοᾶν· παραφρονεῖν· κοᾶν γὰρ καὶ κοεῖν τὸ νοεῖν, τὸ φρονεῖν.* — Id. *παρακοᾶν· παρανοεῖν καὶ παραφρονεῖν· κοᾶν γὰρ καὶ κονᾶν τὸ φρονεῖν.* — Et. M. 523, 47. *κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν καὶ συνιέναι.* — Suid. s. v. *κοάλεμος*: - *κοεῖν γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι* et *κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν.* - Praeterea ea stirps in antiquis quibusdam nominibus propriis haesit, ut *Εὐρυκόωσα, Λαοκόων* etc.

9) Choerob. Bekk. 1198. *τροπὴ ἐγίνετο τοῦ ν εἰς σ κατὰ Δωρικὴν διάλεκτον, ὥσπερ ἦν ἦς, ἤρπομεν ἤρπομες* (additur Theocr. VII, 1) cf. Ann. Oxx. IV, 421, 9.

apud grammaticos de dialectis [10]) in *μές* pro *μέν*, quum hoc ubique integrum reperiatur. Corrigendum censemus *μής* et *μήν* cf. §. 31. De Doricis *αἰές*, *ἀές* pro *αἰέν*, *ἀεί*, de *ἔνδος* pro *ἔνδον* et *πέρυτις* pro *πέρυσι(ν)* vid. §. 45. In his omnibus *σ* antiquius esse quam *ν*, infra apparebit.

Contra *ν* pro *σ* conspicitur in Pindarico *ἔμπαν* pro *ἔμπας* Boeckh. Nott. Critt. p. 476, in *αὖθιν*, quo Rhegini pro *αὖθις* utebantur, teste Theognosto Ann. Oxx. II, 161, 33, et in *ἐξᾶν* quod pro *ἐξῆς* legitur in Rhod. 2525, b l. 108 et Ther. 2448 V, 13, qui loci quum se invicem tueantur, Boeckhius non recte *ἐξᾶς* correxisse videtur. De praepositione *ἐν* pro *ἐς* vid. §. 43, de *ἐντί* pro *ἐστί* §. 39.

10) *γ* omittebatur apud Tarentinos in voce *ὀλίγος*, ut grammatici Rhinthonis versibus allatis docent [11]); conferatur Boeoticum *ἰών* pro *ἐγών* et Arcadiae urbis Phigaliae nomen, quod *Φιαλία* scribitur apud Pausan. VIII, 3, 1. 2, in titulo Messen. Leak. nr. 46 et saepius.

11) *ν* a Doriensibus pleonastice insertum a grammaticis commemoratur in praesenti verborum vid. §. 42. Praeterea nihil eo referri potest praeter Creticum *θεῖνος* pro *θεῖος* quod legitur in titulis 2554. 2557 et forsitan in glossa Hesychiana, vid. §. 7, 3. Recte vero Boeckhius vidit *θεῖνος* formatum esse ut *ἀνθρώπινος*, neque cum Koenio ad Greg. p. 301 *θεῖνα* scribendum esse. Ipsum *θεῖος* legitur nr. 2556. Quid de *ποιτά*, *ποιά*· *Λάκωνες* Hesych. statuendum sit, obscurius est.

12) *ν ἐφελκ.*, in dativo pluralis et in tertia verborum persona, quum in *ε* exit, addi poterat ut vulgo, quanquam in titulis nulla constantia vel additur vel omittitur.

---

10) J. Gr. 243, b. Meerm. 659. Gr. C. 364 τὸ *μὲν μές*.

11) Herod. *π. μ λ.* 19, 23. *ὀλίγος*· — *μήτ᾽ οὖν Ταραντῖνοι χωρὶς τοῦ γ̄ προφερόμενοι τὴν λέξιν ἀναλογώτερον ἀποφαίνονται, ὥσπερ Ῥίνθων ἐν δούλῳ Μελεάγρῳ· ὀλίοισιν ὑμῶν ἐμπέφυκ᾽ εὐψυχία. καὶ ἐν Ἰοβάτᾳ* (cod. *εὐνιοβάται*)· *χρῄζω γὰρ ὀλίον μισθὸν αὐτὸς λαμβάνειν.* Hinc corrigas Et. M. 621, 51.

Ita in Tabb. Heracl. haec dativi exempla leguntur: I, 2 *ποιόντασσιν αὔτα*, 56 *ἔντασσιν πάρ*, 110 *πρασσόντασσι· αἰ δέ*, 127 *ὑπαρχόντασσι δενδρέοις*. — In tertia pluralis verborum in $\overline{\nu\tau\iota}$ exeunte nunquam *ν* assumitur [12]; de tertia singularis *ἐντί*, quae *ν* addito saepius in Pythagoreorum, quae feruntur, scriptis legitur, vid. §. 38. Item de aliis suo loco agetur.

13) Ex antiqua literatura antiquiores Dores literam Koppa, quae a reliquis Graecis mature ut non necessaria usurpari desita erat, soli diutius retinuerant, fortasse simul rudioris soni, quae ei literae fuisse videtur, tenaciores. Reperitur maxime ante sequens *ο*, ut in nummis Corinthi et Crotonis, *ϙορινθόθεν* C. I. nr. 29, *ὅρϙος* in titulis Phliasiis nr. 37 et Ross. It. Pelop. I p. 31, *Λυϙοδόρκας* in titulo, ut videtur, Cleonaeo nr. 166, *Συραϙοσίων* in nummo apud Mionn. Descr. I p. 720, *ϙοῖος* in galea Olympiae reperta incertae originis nr. 31, *ϙόραε* in vase Magnae Graeciae, Annal. del inst. Arch. VIII fasc. 2. Rarius ante alias vocales reperitur nec novi alia exempla praeterquam *ϙειρίλεω* et *ἔθεϙε* i. e. *ἔθηκε* in vase aeneo Magnae Graeciae C. I. nr. 32, ipsa non certissima. Ante consonantem est in vase fictili Magnae Graeciae, vid. Annal. l. l., ubi *Ἑϙτορ*.

Alius antiquae literae, si non signum, nomen tamen Dores retinuerunt, San appellantes, quod vulgo Sigma est [13]. Dorici San sonum paullo rudiorem fuisse Boeckhius suspicatur ejusque vestigium quoddam servare literae duplicationem, quae in Doricis maxime titulis ante sequentem consonantem reperitur, ut *Ἀρισστόδαμος* vid. infr. §. 13, 2.

---

12) Ann. Oxx. I, 147, 31. *τὰ Δώρια τὸ ν οὐ προλαμβάνουσι* (leg. *προςλ.*)· *φατὶν οὐ λέγουσιν οὐδὲ τίθητιν·* — *τὰ δὲ εἰς $\overline{\tau}$* (leg. *τι*) *Δώρια ὀνόματα προλαμβάνει* (leg. *προςλαμβάνει*) *τὸ $\overline{\nu}$· εἴκοσι, εἴκατι, εἴκατιν ἀλλ' ἐπιῤῥήματα οὐχί* (leg. *ἀλλὰ τὰ ῥήματα οὐχί*).

13) Herod. I, 139, Athen. X, 467. A, Scholl. Arist. Eqq. 600, Eustath. 785, 31 et 1127, 21. cf. Pind. fr 47 et Boeckh. Oec. Civ. II p. 356.

§. 11.

De σ in ξ aut consonam palatinam mutato.

1) Dorienses σ in ξ mutare referuntur in futuro et aoristo I verborum in ζω exeuntium [1]). Cujus mutationis quanquam etiam in reliquis dialectis exempla reperiuntur (vid. Buttm. Gr. Gr. §. 92, not. 5. 7), sola tamen Doris, integra quidem et infucata, ad omnia verba in ζω exeuntia eam adhibuit.

Exempla multa primum tituli suppeditant. In tabulis Heracleensibus haec leguntur: ἐδικαξάμεθα II, 26, ἐγδικαξάμενοι B, 49, I, 1, ἐγδικαξῆται fut. I, 81, ἐργαξῆται fut. I, 120. 121 et ἐργάξονται I, 64, δοκιμάξοντι I, 70, ἐτέρμαξαν B, 10. II, 9, ἐρίξαντες II, 26, ὥριξαν ab ὁρίζω et ἐμέριξαν B, 10. II, 8, ἀνχωρίξαντες I, 8. 11, κατεσώξαμες II, 30 (quanquam κατεσώσαμες est B, 47. I, 3). Omnino verba in ζω nunquam non ξ assumunt; nam ἐδασσάμεθα II, 28 alienum est, quum praesens δάζομαι nullo jure fingatur. — Deinde in Creticis titulis haec sunt: nr. 2556 δικάξασθαι, 3048 χαριξιόμεθα, 3050 ψαφίξασθαι; in Tejo-Creticis multas vulgares formas legi non mirum est. — In titulis mitiorem Doridem referentibus haec: Amph. 1688 ὀρκιξέω, Phoc. 73. 81 R. καταδουλιξάσθω, Aetol. 3046 καταχωρίξαι, Corc. 1845 χειριξοῦντας, ἀπολογίξασθαι (sed saepius ἐκδα-

---

1) Scholl. Theocr. I, 12. τὸ δὲ καθίξας Δωρικὸν τροπῇ τοῦ σ εἰς ξ· οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸν μέλλοντα τῆς τετάρτης συζυγίας τῆς ληγούσης εἰς ζω διὰ τοῦ ξ ἐκφέρουσι. — Et. M. 100, 32. τὸ δὲ βαστάξω καὶ νυστάξω Δωρικά ἐστι κατὰ τροπὴν τοῦ σ εἰς ξ. — Ann. Oxx. IV, 419, 13. καὶ ἴσως τὸ ἔξω (leg. παίξω) Δωρικόν ἐστι κατὰ τροπὴν τοῦ σ γενόμενον εἰς τὸ ξ, ὥσπερ καὶ τὸ βαστάζω (leg. βαστάσω, βαστάξω) καὶ νυστάσω νυστάξω καὶ ἁρπάσω ἁρπάξω. — Dorica vocantur θαυμάξω Et. M. 443, 52, θερίξω Theogn. Oxx. II, 85, 18, ἁρπάξω Et. Gud. 70, 42 et Eustath. 1419, 16, ἐστεφάνιξα Eust. 126, παῖξαι Phrynich. p. 240, κλᾳξῶ Scholl. Theocr. VI, 32 et Greg. C. 327. Ut multa ex his Doribus non sunt propria, ita interdum grammatici ea mutatione ad pessimas etymologias tutandas abutuntur, ut Etym. Or. 115, 2 et Et. G. 144, 15.

νεῖσαι et nr. 1839 πολεμίσαντας, pro quo malim πολεμήσαντας), Rhod. 2905 ὁρίξασθαι, Astyp. 2483 διαψαφίξασθαι (contra 2484 διαψαφίσασθαι), Ther. 2448 κατασκευάξαι et ἐξοδιάξαι (sed κομισάσθω IV, 23) nr. 2467. 2470. 2471. 2472 et Anaph. 12 R. ἀφηρωΐξαι, Gel. et Agrig. ἐξοδιάξαι, Alaes. ἐργαξεῖται. In Hermionensibus nr. 1193 καταχωρίσαι et 1194 εἰργάσατο traduntur.

Nec minus hoc formarum genus e reliquis fontibus novimus. Laconica sunt talia in Lysistr. 93 ξυναλίαξε, 981 μυσίξαι, 1244 διποδιάξω (sed 106 πορπακισάμενος metro tuente), in Arist. Eqq. 1225 ex Eupolidis Helotibus ἐστεφάνιξα, in Plutarch. Lyc. c. 6 φυλὰς φυλάξαντα et ὠβὰς ὠβάξαντα, apud Hesychium ἀμβροτίξας, ἀπαρξάμενος — ἀμπάξαι, ἀναπαῦσαι (cf. ἀμπάζονται, ἀναπαύονται) — ἀπέσοιξεν, ἀπέσωσε; Cretica apud eundem ἀγχίξαι — ἐγγίσαι et λιχάξαι, ῥῖψαι. Megarensis in Acharnensibus nullis similibus utitur, sed vulgaribus formis σκευάσας 705 et ἀγοράσοντες 716. Apud Epicharmum et Sophronem casu nulla exempla leguntur, sed σῶσαι Sophr. 27. In Archimedis libris saepius vulgares formae traduntur quam Doricae, ut de Quadr. Par. p. 17 ἐπροχειριξάμεθα, Aren. p. 326 πολλαπλασιαξάντων, de Helic. p. 218, 44 ἐμφανίξαι, quod e codicibus restituendum est, etc. Saepe Doricae formae vulgaribus mixtae leguntur apud Pindarum, Theocritum, Pythagoreos (vid. Valck. ad Roev. p. 61 seqq.), quas nolumus enumerare, quia nihil novi inde apparet. Omittimus etiam similes Hesychii glossas, quas Valckenarius ibid. p. 67 Doricae dialecto vindicavit.

2) Jam enim satis patet, in omnibus genuinae Doridis generibus omnia verba in $\overline{ζω}$ exeuntia hanc formationem communem habuisse. Vulgares enim formae non reperiuntur nisi in iis titulis et scriptoribus, quorum vel dialectus minus pura est vel lectio minus certa. Excipitur verbum δανείζω, unde in Corc. 1845 constanter δανεῖσαι derivatur, et σώζω, unde in tabb. Heracl. σῶξαι et σῶσαι, apud Hesychium Laconice κατέσοιξεν, apud Sophronem σῶσαι (cf. nr. 3 et de subscripto huic verbo iota

§. 22, 7). Post diphthongos igitur Dores maturius ad vulgare σ accipiendum inclinasse videntur.

Apud Theocritum praeterea nonnulla verba assumunt ξ, quae vulgo in praesenti ζ non habent, ut κλᾳξῶ VI, 32, ἀπόκλαξον et ἀποκλάξας XV, 43. 77 (nam κατεκλάξατο XVIII, 5 corruptissimum est), a κλείω [2]); deinde γελάξαι VII, 42. 128, XX, 1. 5, χαλάξαι XXI, 51, ἔφθαξα II, 115 (φλάξαι V, 148. 150 conjecturae debetur, νικαξῇ XXI, 32 corruptissimum est, ὑπαντάξαι apud Hesych. et ἀπαντάξαι Archyt. p. 41 Hart. in -αντιάξαι corrigenda esse videntur). Sed illa potius a κλάζω descendunt, quod servatum est in Hesychiana glossa κατεκλάζετο (ceterum cf. §. 42); nec minus γελάξαι et χαλάξαι (χαλάξαις etiam apud Pindarum P. I, 6 legitur) a Siculis praesentibus γελάζω et χαλάζω derivari possunt, vid. §. 37. Sed φθάξαι, quum praesens φθάζω poni non possit, procul dubio ipsius Doridis leges laedit.

3) Eodem modo Doricum ξ pro σ conspicitur in substantivis abstractis in σις exeuntibus, quae a verbis in ζω derivantur: χείριξις Corc. 1845, ἐγδίκαξις Aetol. 3046, κατονόμαξις Archim. Aren. p. 325, καθίππαξις (cod. καθίπταξις), πομπῆς ὄνομα παρὰ Λακεδαιμονίοις Hesych., κιθάριξις Decr. in Tim.; deinde in compositis, quorum prior pars a verbis in ζω descendens vulgo in σι exit: Ἁρμοξίδαμος Petil. nr. 4, Σοιξιτέλης in recentibus Laconicis 1271. 1282. 1373 et Σοίξιππος 1457, quum in Anaph. 2477, Siculo apud Torrem. XV, 42 etc. Σωσικλῆς et similia legantur.

Praeterea Dores ξ pro σ assumere videntur in κλάξ pro κλείς, κλαΐς et ὄρνιξ pro ὄρνις, de quibus infra videbimus §. 31. Male δίξος et τρίξος, quae sunt Ionica pro δίσσος et τρίσσος, Dorica existimantur propter δίξας et τρίξας, nummorum Siculorum nomina pravis conjecturis

2) Incertior est Hesychii glossa κλᾷξαι, κλεῖσαι. Nam in codice nunc est κλά.αι, fuisse videtur Schowio teste κλάκαι, quod Musurus correxit; itaque suspicari licet, rectius κλαῖσαι corrigi.

Polluci IV, 174 et IX, 80 donata, vid. Bentl. ad Phalar. p. 467.

4) Quum igitur verba in ζω omnia apud Dores palatinam pro charactere habere videantur, eandem expectabis in reliquis conjugationis formis et in derivatis, ubi non potest cum σ in ξ conjungi. Ejus tamen generis pauciora reperiuntur. Primum plusquamperfectum ἐκεκρατηρίχημες Sophr. 71 a κρατηρίζω, quod vulgo sonaret ἐκεκρατηρίκειμες, et perfecta passivi ἅρμοκται Ecphant. Pyth. in Stob. Flor. 48, 64 et νενομίχθαι Sthenid. Pyth. ibid. 48, 63 pro νενομίσθαι; deinde aoristi passivi ἐλογίχθης Theocr. I, 98, ἁρμόχθην Philol. p. 49. 91, πορίχθέντα in Lysidis epistola p. 52 Orell. 3). Omittimus glossas Hesychianas incertae dialecti, quas potius Ionicas judicamus quam cum Valckenario p. 63 Doricas. Postremo nomina verbalia, quae huc pertinent, haec reperimus: *δεικηλικτάς* in dicto Laconico Plut. Ages. c. 20 et Apophth. Lac. p. 211, quanquam ab aliis Lacones δεικηλισταί, δικηλισταί, δεικελισταί dixisse referuntur 4); *ἐπεύνακτοι* apud Spartanos Athen. VI, 271. d, unde non diversi videntur ἐνεύνακτοι Hesychii ab εὐνάζω; *ἀάβακτοι*, ἀβλαβεῖς Hesych. pro ἀάαστοι, quod Laconicum esse videtur, vid. §. 5, 4 (praesens tamen ἀάζω non reperitur); *σκυφοκώνακτος* Hesych. ex Epicharmo a Siculo κωνάζω pro κωνάω; *θαύμακτρον* Sophr. 40, si quidem recte in Et. M. 443, 53 a θαυμάζω derivatur; Πυθαγορίκτας Theocr. XIV, 5, *μελικτάς* Theocr. IV, 30 cf. μουσικτάς Hesych.; *ἁλιακτήρ*, τόπος ἐν ᾧ ἀθροίζονται οἱ Σικελοί

3) Nescio tamen an ex optimi codicis Franequerani lectione πεοιχθέντα restituendum sit τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων σπουδᾷ *στηριχθέντα*.

4) Athen. XIV, 621. E e Sosibio Lacone ἐκαλοῦντο δὲ — παρὰ τοῖς Λάκωσι δικηλισταί, ὡς ἄν τις σκευοποιοὺς εἴπῃ καὶ μιμητάς, et inde Eust. 884, 23 et 1818, 1 atque Suid. s. v. δικηλιστῶν, cf. Hesych. s. v. δεικηλισταί et δίκηλον, Et. M. 260, 42. — Eadem vox Plut. Ap. Lac. p. 220 restituenda videtur, ubi ψάλτης quidam appellatur κηλήκτας, quod pro κηλήτας esse nequit, leg. δεικηλικτάς.

Hesych.; *προμυθίκτρια* secundum Poll. III, 32 Siculorum appellatio pro *προμνήστρια* a *μυθίζω*; *τρηματίκται* secundum Poll. IX, 96 (corrupte Hesych. *τρημαστίκται*, Eustath. 1084, 5 et 1397, 22 *τρηματίται*) Dorica vox a verbo *τρηματίζω*, quo Sophron usus est fr. 99.

5) Contra in omnibus titulis variorum Doridis generum et antiquioribus et recentioribus nihil ejusmodi legitur, sed constanter σ servatur, qualia sunt in tabb. Heracl. *καδδεδικάσθω* I, 123, *κατεδίκασθεν* I, 74. 95. *ψαφισθέν* I, 63, *ὁρισταί* saepe; Amph. 1688 *καταδικασθέντα*, Corc. 1838 *δικασταί*, Ther. 2448 *νενόμισμαι*, Iss. 1834 *λογισταί*, Rhod. 2525, b *ἀρχερανιστάς*, *Ἁλιασταί*, *Διονυσιασταί*, *λογισταί*, *ψάφισμα*, Gel. *ἁλίασμα* etc. Nec minus Epicharmi fabula inscripta erat *Κωμασταί* et leguntur apud eundem fr. 37 *ἀχάριστος* et 97 *θαυμαστός*. Magistratus Spartanorum sociis praefecti constanter *ἁρμοσταί* vocantur et apud Tarentinos secundum Hesychium erant *βειλαρμοσταί*. Adeo *λαπιστής* cum σ Doricum esse, non *λαπικτής* diserto testimonio affirmatur [5]).

Satis superque hinc apparet, antiquam et genuinam Doridem, etiamsi verborum in ζω derivata ea, quorum terminationes a σ ordiuntur, literam ξ asciscere vellet, nihilominus in reliquis vulgarem rationem servasse, solos Lacones et Siculos Doridisque imitatores illorum analogia in errorem inductos etiam his, nulla tamen constantia, palatinam in plebeja potissimum, si quid video, elocutione obtrusisse; Siculae certe ejus generis voces Sophronis et Comicorum sunt. Pindarus talia omnino ignorat et *ἀτάρβακτος* P. IV, 84 etiam hoc nomine suspectum multis aliis indiciis accedentibus in *ἀτάρμυκτος* mutandum est. Ceterum nolumus Philolai *ἁρμόχθην* inter Pseudo-Pythagoreorum commenta referre. Nam in hoc quidem

---

5) Phot. Lex. *λαπήττειν* (leg. *λαπίττειν*) τὸ ψεύδεσθαι καὶ ἀλαζονεύεσθαι καὶ *λαπηκτής* (leg. *λαπικτής*) ὁ ψευστὴς διὰ τοῦ κ̄ ὡς σαλπιγκτής, συριγκτής (leg. σαλπικτής, συρικτής)· οἱ δὲ Δωριεῖς διὰ τοῦ σ· λαμπιστὴν καὶ λαμπίζειν (?).

verbo, cujus praesens apud Atticos ἁρμόττω sonabat et unde vulgo ἁρμογή derivabant, antiquitus ambiguus character fuisse videtur.

6) Restat ut explicemus, quomodo fieri potuerit ut Dores a δικάζω derivaverint ἐδίκαξα, δίκαξις, sed δεδίκασμαι, ἐδικάσθην, δικασταί. Memineris, quaeso, ζ esse pro dj (L. I §. 7, 1. 4). Itaque vulgo in derivatis, ubi tertia consona accedebat, primum media secundum notam Graecae linguae legem ejecta, deinde δ ante sequens σ, μ, τ, θ in σ mutatum est, ita tamen ut tempore paullum recentiore pro duplici sigma simplex poneretur. Jam vero Dorienses ζ rudius pronuntiasse videntur (unde factum est, ut apud Lacones et Megarenses in δδ mutaretur) ita, opinor, ut iota consonum distinctius audiretur. Hoc igitur cum sequenti σ facile in ξ coalescere potuit (quomodo etiam in Dorico κλάξ pro κλείς, κλῄς, κλαΐς ξ ex ις in js mutatis natum videtur), antecedens δ deinde ante ξ abjici oportebat. Contra cum aliis consonis sequentibus iota conjungi non poterat, qua de causa vulgaris ratio hic servata est.

§. 12.

De consonantibus duplicibus.

1) Doricam dialectum ζ in σδ dirimere grammatici tradunt [1]), ut σδυγός, θερίσδω pro ζυγός, θερίζω. Et reperiuntur ζ ita mutati exempla haud pauca apud Alcmanem et alios lyricos, excepto tamen Pindaro, plurima apud poëtas bucolicos et in Pythagoreorum, quae feruntur reliquiis, nonnulla etiam in iis, quae pro Laconicis ven-

---

1) Scholl. Dion. Thr. 780, 16. ἔγραφον τὸ σ̄ καὶ δ̄ ἀντὶ τοῦ ζ̄, ὥσπερ καὶ νῦν εὑρίσκομεν παρὰ Δωριεῦσιν. — Et. M. 412. in. τὸ ζ̄ διαλύουσιν οἱ Δωριεῖς εἰς σ̄ καὶ δ̄· οἷον ζυγὸς σδυγός· ζευκτῆρες σδευκτῆρες· θερίζω θερίσδω· συρίζω συρίσδω· Θεόκριτος, cf. Et. Gud. 233, 6 et Scholl. Theocr. I, 3.

ditantur, ut *ἀτιμάσδει* in decreto contra Timotheum, *μέσδω* pro *μείζω* Plutarch. Lyc. c. 19, *αἰγάσδεο* in cantilena Laconica (vid. Gr. C. 251 et intt.). At nunquam est in titulis, quorum etiam antiquiores, ut Amph. 1688, tabb. Heracl. et Brutt. *ζ* servant, nunquam apud Epicharmum, Sophronem vel Archimedem, denique nunquam in purioribus Doridis fontibus, qui omnes, Laconum et Megarensium dialectis exceptis, *ζ* nihil mutatum tenent. Itaque *σδ* pro *ζ* a lyricis et bucolicis poëtis dialectos consilio miscentibus potius e Lesbiaca dialecto, cui hanc mutationem propriam esse vidimus, assumptum est, quos imitati sunt postea, qui puram Doridem parum gnari simulabant.

2) Meliore jure Dorienses *ζ* in *δ* mutare referuntur [2]), exemplis *δυγόν* pro *ζυγόν* et *δωμός* pro *ζωμός* allatis. Sed ea ipsa et Boeoticae dialecti comparatio (L. I §. 37) primum docent, initiale tantum *ζ* ita mutatum esse; deinde non omnium Doriensium (quorum plerique *ζ* ubique retinuerunt) is mos est, sed solorum Laconum, quibus haud pauca cum Boeotis communia sunt. Nam et alio testimonio *Δεύς* pro *Ζεύς* Laconicum esse discimus [3]) et ipsum *δωμός* certa emendatione in Laconico Epilycei Coralisci fragmento (vid. Append.) pro *δώδεμος* restitutum est. Jam Laconicas potius existimo quam Boeoticas eas Hesychii glossas, quae illam mutationem prae se ferunt, quoniam pauca Boeotica servavit, plurima Laconica: *δᾶλον*, *ζῆλον* — *δατέν*, *ζητεῖν* — *δάγκλον* (cod. *δάγκολον*), *δρέπανον* pro *ζάγκλον*. Quanquam in hac quidem voce ea mutatio non

---

2) Et. M. 316, 56. *ἔδος παρὰ τὸ ἕζω κατὰ τροπὴν Δωρικὴν τοῦ ζ εἰς δ· οἷον ζυγὸν δυγὸν καὶ ζωμὸς δωμός.* Praeterea ea mutatione Dorica abutuntur grammatici ad pessimas etymologias tutandas, ut Et. M. 370, 16. — 411 extr., ubi *δυγόν* commemoratur. — Et. G. 271, 28. — 471, 39, Scholl. Il. *β*, 266, Eustath. 228, 25. Pessime etiam *δ* Dorice in *ζ* mutari dicitur Et. M. 22, 47.

3) Ann. Oxx. IV, 325, 24. *Ζεὺς παρὰ τοῖς Λάκωσι Δεὺς λέγεται*, cf. Hesych. *Δεύς*, *Ζεύς*.

solis Laconibus propria fuisse videtur, quum Zancle, urbs Sicula, in nummis *Δάνκλη* scribatur, vid. Mionn. Suppl. I p. 400. — Attamen ζ retentum est in glossis ceterum Laconica proprietate conspicuis *ζουγῶνερ* et *ζυγῶνερ* vid. §. 9, 2.

3) In mediis vocibus Dores ζ in δδ mutare referuntur [4]), minus accurate, quoniam plerique ζ servabant. At Laconum eam mutationem fuisse, primum docent exempla in Lysistrata: *γυμνάδδομαι* 82, *μυσίδδω* pro *μυθίζω* 94. 1076, *ποτόδδει* pro *προσόζει* 206, *ψιάδδω* 1302, *θυρσάδδω* et *παίδδω* 1313, *παραμπυκίδδω* 1317. — Quae apud Hesychium ejus generis leguntur, omnia fere corrupta sunt. Ea partim ab ipso partim ab Hemsterhusio et aliis emendata collegit Valckenarius ad Roev. p. 77 et ad Adon. p. 277 seqq. Paullo certiora sunt haec:

Ἄδδα (cod. *ἄαδα*), *ἔνδεια*· *Λάκωνες*. *οὕτως Ἀριστοφάνης ἐν γλώσσαις* pro *ἄζη*, ut etiam *αὐχμός* est egestas vid. Valck. Adon. p. 292. — Idem pro *ἄδαλος*, *ἄσβολος* scribi jubet *ἄδδα*, *ἄσβολος* i. e. *ἄζη*, *ἀδδαλέον* pro *ἀδάλαιον*, *ξηρόν* et *ἄδδαυον*, *ξηρόν*· *Λάκωνες*.

Ἀλφάδδει (cod. *ἀλφαδεῖ*), *εὑρίσκει*, vid. Hemst. in Auctar. ad I p. 253.

Ἐκπετριδδειν (cod. *ἐκπετριαδεῖν*), *παχύνειν ἱμάτιον* cf. *περιπετρίζεσθαι*, *περικρούεσθαι*.

Θρυλίδδειν (cod. *θριλιδεῖν*), *θρυλλεῖν*. Neque enim cum Ruhnkenio et Valckenario *θρυλλίδδειν* scribere oportet.

Κωμάδδειν (cod. *κωμαδεῖν*), *ὀρχεῖσθαι*.

Λάδδοιτο, *λαμβάνοιτο* (cod. *λαδοίατο*, *λαμβάνοιτο*, Mus. *λασδοίατο*, *λαμβάνοιντο*, unde Valck. *λαδδοίατο*) pro *λάζοιτο*.

Μονσίδδει (cod. *μουσιαδδεῖ*), *λαλεῖ*, *ὁμιλεῖ* pro *μυθίζει*, aperte *Λακωνικώτατον*, vid. §. 7 et §. 18.

Μῴδδει vel *μωΐδδει* (cod. *μωδεῖ*), *λαλεῖ*, *ᾄδει*, et ipsum haud dubie Laconicum pro *μουσίζει* vid. §. 9.

---

1) Eustath. 226, 8 *ζίδδειν* pro *ζῆζειν* Doricum dicit et 1570, 12 *γυμνάδδω* Doricum et Aeolicum.

Πλαγιάδδοντες, οἱ γυμναζόμενοι ἐν τοῖς ἐφηβείοις. Ita corrigimus codicis lectionem πλατεία, δάοντες οἱ γ. τοῖς ἐφήβοις, quum πλαγιάζειν secundum Pollucem III, 155 sit πάλαισμα et gymnasia Spartae potissimum ἐφηβεῖα vocata sint teste Pausania Lac. c. 14 et 20. Hemsterhusius in Auctar. ad II p. 974 voluit πλατειάδδοντες aut πλατιάδδοντες.

Προμάδδας (cod. προμάλας), μάζας προμεματτωμένας (corrigunt προμεμαγμένας).

Συμβουάδδει (cod. συμβουαδεῖ), ὑπερμαχεῖ, Λάκωνες. A Laconico βούα, ἀγέλη descendere videtur βουάζω.

Σοάδδει (cod. σωαλδεῖ), παραληρεῖ. Ita correximus collata glossa θοάζει, τρέχει, μαίνεται, nisi forte verius est σουάδδει pro θυάζει. Dialectus Laconica apparet.

Φαιρίδδειν, σφαιρίζειν, ubi σ abjectum Laconicam aut Boeoticam dialectum prodit.

Φουάδδει (cod. φουαδδεῖ), σωμασκεῖ, haud dubie Laconicum, vid. §. 18; vulgo sonaret φυάζω.

Ψιάδδειν, παίζειν ut in Lysistrata.

Plerasque ex his glossis Laconicas esse certum aut verisimillimum est, unde de reliquis conjecturam facere licet. Nam quod infinitivus saepius in $\overline{ειν}$ exit pro Laconico $\overline{ην}$, facile vel glossographorum vel librariorum errori tribueris. Nec Boeotici quidquam intermixtum videtur nec Megarici.

4) Nam Megarenses quoque ζ in δδ mutasse docent in Aristophanis Acharnensibus v. 732 μᾶδδαν pro μᾶζαν (quod ipsum v. 735 in omnibus libris est) et 734 χρήδδετε cum scholio ad priorem vocem [5]. Contra φαντάζομαι est v. 823, et in titulis neque servati neque mutati ζ exemplum reperitur. At Megarenses praeterea mitiore Doride utebantur, quare nescio an Aristophanes imitatus sit ru-

5) Scholl. Ach. 732. οἱ Μεγαρεῖς δὲ τρέπουσι τὸ $\overline{ζ}$ εἰς δύο $\overline{δδ}$. Inde Suid. μάζα· οἱ δὲ Μεγαρεῖς μάδδα et Et. M. 573, 21. μάδδα ἀντὶ τοῦ μάζα Δωρικῶς.

diorem plebis elocutionem, a dialecto paullum cultiore, qualis in titulis esse solet, alienam.

5) Tarentini in verbis quibusdam ζ in σσ mutasse referuntur, ut *σαλπίσσω, λακτίσσω, φράσσω* [6]. Quod quam recte praecipiatur, nunc latet, quanquam Latina verba in isso inde manasse existimaveris, ut comissor, *κωμάζω* — Atticisso, *Ἀττικίζω*. Tabulae Heracleenses ζ nunquam ea ratione mutatum exhibent, contra servant in *καρπίζομαι, ὁρίζω, τερμάζω*. Iidem Tarentini, ubi vulgo σσ in verbis est, ζ proferre referuntur, vid. §. 13, 3.

Vix recte se habent ea, quae ζ in ττ mutare videntur, ut *βλιμάττομες* Lys. 1164, quo spectare videtur Suidas *βλιμάττομεν, ψηλαφῶμεν, ἐπιθυμοῦμεν*; deinde *ἁρμόττω*, quod Doricum vocatur in Et. M. 144, 46; *ἄττεσθαι*, quo Sophronem pro *διάζεσθαι* usum esse Valckenarius ad Adon. p. 205. C putavit; Hesych. *ἀγκυρίττει, μεταμέλεται· Κρῆτες*. At *ἄττεσθαι* potius Hermippi est, Attici poëtae comici [7], nec minus *ἁρμόττω* unice Atticum est, vid. Lob. ad Phryn. p. 241; Cretica vero glossa obscurissima est. Itaque pro *βλιμάττομες* Brunckius recte *βλιμάδδομες* restituisse videtur.

Quod Pseudo-Herodianus ζ apud Siculos in σκ dissolvi refert [8], non credimus. De *μασθός*, quod Doricum dicitur pro *μαζός*, vid. §. 10, 7.

---

6) Heracl. ap. Eustath. 1654, 23. *Ταραντῖνοι τὰ διὰ ζω λήγοντα βαρύτονα ῥήματα, ὧν ὁ παρακείμενος καὶ ὑπερσυντελικὸς διὰ τοῦ κάππα ἐκφέρονται, φραζόντων* (sic) *ἐν δισὶ σίγμα· οἷον σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω· οὕτω δὲ καὶ φράζω φράσσω, τὸ λέγω*, cf. p. 824, 28 et Ann. Oxx. I, 62, 17, ubi eadem exempla.

7) Ann. Bekk. 452, 30. (Suid. s. v. *ἆσμα*) *ἄσμα· τὸ δίασμα. καὶ Σώφρων καὶ ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι μεταβολῇ τῶν δύο σσ εἰς τὸ ζ ἐγίνετο* In loco corrupto Hermippo *ἄττεσθαι* datum erat, quod apparet e p. 461, 26. *ἄττεσθαι: ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι Ἕρμιππος*, cujus fragmentum additur. Sophron *ἄσμα* pro *δίασμα* habuisse videtur.

8) Herodian. in H. Ad. 205, b (Append. Et. Gud. 661, 41) *φῶ φάζω καὶ Σικελικῇ διαλύσει τοῦ ζ εἰς σ καὶ κ καὶ κατὰ διπλασιασμὸν*

6) Pro initiali ξ Dorienses σκ habebant in σκίφος pro ξίφος teste grammatico [9]), quod alii Aeolibus vindicant, vid. L. I §. 7, 5. Inde derivata leguntur apud Epicharmum 23. 29 σκιφύδρια et σκιφίας; Hesychius praeter illas voces etiam σκιφίζει dialecto non nominata affert [10]). Sed ξίφος legitur Lysistr. 156.

De ξύν, quod rarius pro σύν scriptum reperitur, vid. §. 43. In nominativo declinationis tertiae σ pro ξ est in Italiotico βάννας pro ἄναξ (vid. §. 5, 4) et in κόϊς pro κόϊξ, quod Pollux X, 174 Doricum vocat, adeo accusativum κόϊν ex Epicharmo fr. 77 apponens.

De ψ pro σφ apud Syracusanos in ψίν pro σφίν etc. vid. §. 32, 9—11. Rhintho ἄσεκτος pro ἄφεκτος dixisse videtur (vid. Hesych. ἄσεκτος, ἀγαθὸς παρὰ Ῥίνθωνι Ταραντίνῳ), de qua mutatione cf. L. I §. 7, 5.

§. 13.

De consonantibus geminatis.

1) Duplex σ, ubi vulgo simplex ponitur, ut in Lesbiaca dialecto, ita apud nonnullos Doriensium erat, Italiotas praesertim et Sicceliotas. Nam et in tabulis Heracleensibus leguntur ὅσσος, μέσσος (sed ἴσος vel ἴσος), ἐδασσάμεθα, ἔσσονται et apud Epicharmum 78. 96 ὅσσος, 82 τοσσαῦται. Deinde grammatici ἔσσεται, τελίσσω et similia Siculis tribuunt, ὅσσος Doribus [1]). Eodem refe-

---

Ἰωνικὸν γέγονε πιφάσκω. Fortasse corrigendum est φῶ φάζω Σικελικῶς καὶ διαλύσει cf. §. 41.

9) Scholl. A Il. α, 221. παρὰ τὸ σκίπτω σκίφος καὶ (leg. τὸ) ξίφος Δωρικῶς. — Et. M. 718, 11. σκίφος τὸ ξίφος διαιρέσει τοῦ ξ εἰς κσ καὶ ὑπερθέσει. — Hesych σκίφος, ξίφος· οἱ μὲν τὸ ἐγχειρίδιον, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τοῦ αἰδοίου.

10) Hesych. σκιφίας, εἶδος ἰχθύος. — Σκιφίζει, ξιφίζει· ἔστι δὲ σχῆμα μαχαιρικῆς ὀρχήσεως. — Σκιφύδρια, εἶδος κογχυλίου.

1) Eustath. 655, 13 ex antiquo technico: λέγει δὲ καὶ Σικελικὸν εἶναι τὸ ἔσσεται, οὐ μὴν Αἰολικόν· Σικελοὶ γάρ, φησι, διπλάζουσιν ἐν

renda videtur antiquior Syracusarum appellatio *Συράκοσαι* sive *Συράκοσσαι*, vid. Boeckh. Nott. Critt. ad Pind. p. 375. Apud reliquos Dorienses nihil simile nunc reperitur praeterquam *Μεσσαμβριανοί* in titulo ejus urbis nr. 2053, c. De antiquioribus tamen titulis judicium minus certum est, quia in his simplex consona pro duplicata scribi solet, neque fere dubito, quin antiqua Doris in hac re nihil a Lesbiaca dialecto diversa fuerit, nisi quod in futuris et aoristis primis verborum in *ζω* pro duplici *σσ* illa *ξ* proferre solebat, vid. §. 11, 1. Quomodo illa duplicatio explicanda sit, diximus L. I §. 9.

2) Aliam rationem habet *σ* ante sequentem consonam duplicatum, qui mos quum ne ab Atticis quidem titulis absit (vid. Boeckh. ad C. I. nr. 25), maxime tamen in Doricis reperitur, ut *Ἀρισστόδαμος* in antiquo Laconico nr. 13, *Ἀρισστογείτων* in antiquo Delphico nr. 25, *Τελέσστας* in antiquo Argolico nr. 166, *Ξενόμνασστος* Anaph. 2478, *Ἀρισστοκλῆς* Herm. 1211, *Ἀσστυτέλης* nr. 2670, *προϊσστάσθω* Ross. Phoc. 74, a, *προσστάντος*, *καταδουλιξάσσθω*, *ἔσστω* et *ἔσστωσαν* ibid. 81, in recenti Laconico 1306 *σεβασστός*, *ἄρισστος*, *κόσσμος*, *Ἀβάσσκαντος*. Nulla tamen constantia in hac re usi sunt, ita ut in iisdem titulis simillimae voces uno *σ* scriptae sint. Plerique tituli Dorici vulgarem rationem servant. Boeckhius l. l. suspicatur, hac scribendi ratione pinguiorem quendam sonum exprimi, ut apud nos *schwarz* ortum est e *swarz* et a multis *Schtein* pronuntiatur pro *Stein*, et eum ipsum sonum literae San proprium fuisse.

3) Duplex *σσ*, quod vulgo est, Dores retinent, ut *θάλασσα*, *πράσσω*. Nam corruptum esse *ἐπιθαλάττιον*

τοῖς τοιούτοις τὸ σ̄. Et. M. 381, 24. *οἱ γὰρ Σικελοὶ τὰ ἀπὸ μελλόντων ῥήματα προηγουμένων βραχέων φωνηέντων διπλασιάζουσι τὸ σ̄ τελέσσω λέγοντες*, cf. Phavor. Ecl. 286, 24, qui *λοισσάμενοι* Doricum et Aeolicum vocat. — Greg. C. 299. *χρῶνται δὲ καὶ διπλασιασμῷ τῶν αὐτῶν συμφώνων ὡς οἱ Αἰολεῖς, ὄττι, ὀππόθεν, ὄσσον*, cf. Meerm. 656, J. Gr. 242, b.

Epich. 68, vel Epicharmeae fabulae *Γᾶ καὶ Θάλασσα* inscriptio evincit. Male apud Sophr. 65 Valckenarius pro corrupto *μάθον* e conjectura scripsit *ἔματτον*. Nec recte Siceliotae (Epicharmus spectatur) *καρδιώττω* dixisse perhibentur [2]), qui potius cum Hippocrate *καρδιώσσω* pronuntiarunt, vid. Franz. ad Erotian. p. 195. Nec melius se habet Hesychii glossa *κίττεος* (corrigunt *κιττός*), *ὁ κιτός· Λάκωνες* pro vulgari *κισσός*, ubi potius *ὁ κίστος* corrigendum ducimus, vid. infr. nr. 4. De *τέτορες* (non *τέττορες*) pro *τέσσαρες* vid. §. 34.

Tarentini verba vulgo in *σσω* exeuntia in *ζω* terminare dicuntur [3]), ut *πλάζω*, *ἀνάζω* pro *πλάσσω* (*πλήσσω*?), *ἀνάσσω*. Qua mutatione quum in nonnullis saltem verbis Lesbios usos esse constet (vid. L. I §. 7, 2), aliquantum dubito an eadem non recte Tarentinis tribuatur et fortasse e contraria mutatione *τοῦ ζ εἰς σσ* (vid. §. 11, 5), ut solent grammatici, ficta sit.

Mirum est *διαφυλάδων*, quod Boeckhius in Cretico titulo Naxiorum nr. 3050, 18 meliorem auctoritatem sequutus recepit, et *διαφυλάδεν*, quod ibidem l. 11 probabili conjectura restituit, pro *διαφυλάσσων*, *διαφυλάσσειν*.

4) Lesbiacam mutarum *κ* et *τ* geminationem (L. I

---

2) Phot. Lex. et Suid. *καρδιώττειν: τὴν καρδίαν ἀλγεῖν Σικελιῶται, ὃ ἡμεῖς βουλιμιᾶν. Ἀπολλόδωρος ἐν ϛ' περὶ Ἐπιχάρμου τοὺς Σικελιώτας φησὶ τὸ τὸν στόμαχον ἐπιδάκνεσθαι ὑπὸ λιμοῦ καρδιώττειν λέγειν, ὅπερ βουλιμιᾶν λέγει Ξενοφῶν.* — Poll. II, 217. *καρδιώττειν· οὕτω δὲ Δωριεῖς τὸ παρὰ Ξενοφῶντι βουλιμιᾶν καλοῦσιν.*

3) Eustath. 1654, 27 ex Heraclide: *Ταραντῖνοι τὰ παῤ ἡμῖν διὰ δύο σίγμα ἔμπαλιν διὰ τοῦ ζ προφέρουσι· τὸ γὰρ πλάσσω πλάζω λέγουσι καὶ τὸ ἀνάσσω ἀνάζω*, cf. 824, 28 et Ann. Oxx. I, 62, 17, ubi praeterea *νίζω* Tarentina hac mutatione ex Aeolico *νίσσω* pro *νίπτω* ortum dicitur. Eadem explicantur *νίζω* Et. M. 605, 43, *μίζων* pro *μέσσων* Ann. Oxx. I, 274, 20, unde corrigas Et. G. 384, 3. Dorica vocatur Et. M. 104, 13 et 573, 25, Et. G. 55, 36. Confusa sunt, quae traduntur Et. M. 124, 22. *νίπτω κατὰ τροπὴν Δωρικὴν γίνεται νίζω· οἱ γὰρ Δωριεῖς τὰ εἰς πτω ῥήματα ποτὲ μὲν εἰς ζ τρέπουσι, ποτὲ δὲ εἰς β' σσ.*

§. 9) in ὅττι, ὁππόθεν grammatici vix recte Doricae dialecto tribuunt [2]), quum nunquam in purioribus fontibus reperiatur. — Nec magis ea liquidarum duplicatio, qua Lesbiaca dialectus insignis est, Doricae communis erat, quanquam Choeroboscus Ann. Oxx. II, 210, 19 aperto errore ἐρατεννός, ποθεννός Doribus tribuit. Contra apud Dorienses, praecipue apud Lacones, Tarentinos, Cretenses geminae et liquidae et mutae aliquoties altera e duabus consonis alteri assimilata ortae sunt. Praepositionibus exceptis (vid. §. 43) haec exempla reperiuntur:

λλ pro πλ in ἀλλανής, ἀσφαλής· Λάκωνες Hesych. i. e. ἀπλανής. Aliam rationem habet Doricum adverbium καλλά pro καλῶς (Apoll. de adv. 565, 13 vid. L. I §. 8 not. 51), quod cum καλλίων, κάλλιστος ita cohaeret, ut ἧκα cum ἥσσων, ἥκιστος et κάρτα cum κάρτιστος. Metri causa Epicharmum fr. 25. 49 συκαλλίς pro συκαλίς scripsisse dicit Athenaeus III, 65 C; neque aliter elocutio anceps erat inter κορυδαλίς et κορυδαλλίς (Arcadius p. 31, 18 et συκαλλίς et κορυδαλλίς geminum λ habere testatur), ἔλλοψ et ἔλοψ (Epich. 48 ἔλοπα) etc.

μμ pro γμ in πούμμα (editum est ποῦμμα), ἡ τῆς χειρὸς πυγμή Hesych., quod Laconicum esse proditur υ in ου mutato.

ρρ pro ρσ in χέῤῥον (cod. χέῤῥονα), τὴν χερσὸν γῆν· Λάκωνες Hesych. sicuti Attici, Ὄῤῥιππος in epigrammate Megarico nr. 1050, qui vulgo Ὄρσιππος vocatur vid. Boeckh., θαῤῥεῖ Epich. 153 pro θαρσεῖ, Τυραν' i. e. Τυῤῥάν' ex antiqua orthographia pro Τυρσηνά in galea Hieronis C. I. nr. 16, πυῤῥός Theocr. pro πυρσός, κόῤῥα pro κόρση (ut Attice κόῤῥη) Theocr. XIV, 34, quae vox apud Alcmanem fr. 70 Schn. κάῤῥα sonare videtur [4]), cf. §. 16. Neque valde diversam originem ha-

---

1) Quum apud Herod. π. μ. λ. 41, 10 legatur: τῷ δὲ σκομύνθια κατ᾽ ἂν κάρραν μάβως ἐπίαζε, jam olim κατὰν κάῤῥαν pro κατὰ τὴν κόρσην esse judicavimus, in reliquis falsi. Nunc suspicamur:

τῷ δὲ σκόλλυν θεὰ κατὰν κάῤῥαν μαλακῶς ἐπίαζε.

bet Doricum κάῤῥων i. e. κρείσσων 5), quippe e καρτίων, κάρσσων natum. Legitur apud Alcmanem fr. 54 (83), Epich. 115, Sophr. 15, in Dorico frustulo incerti auctoris Et. M. 492, 38 (vid. §. 20), in dictis Laconicis Plutarch. Lyc. c. 25 et Lysand. c. 26 atque cantilena Laconica Lyc. c. 21, postremo in fragmentis Pseudo-Pythagoricis Archytae Stob. Flor. XLIII, 134 et Append. p. 47. 48 Gaisf., Aresae Ecl. I, 52, 23 etc.

δδ pro ζ, de cujus mutationis apud Lacones usu in §. 11 vidimus, item e σδ natum videri in L. I §. 37, 4 monuimus.

ττ pro στ, ut Boeotorum ita Laconum et Tarentinorum erat in nonnullis, quo pertinent Laconicum βεττόν sive βεστόν pro ἐστόν vid. §. 5, 4, deinde, si recte emendamus, κίττος, ὁ κίστος· Λάκωνες (cod. κίττεος, ὁ κιττός) Hesych., quod imitatur Decr. in Timoth. in ἐττάν pro ἐς τάν. Laconica praeterea procul dubio Hesychii glossa ἄτταςι (cod. ἀττασία), ἀνάστηθι, quod in vulgari Doride sonaret ἄνσταθι, unde primum ἄσταςι, deinde ἄτταςι factum est. Tarentinis hanc mutationem vindicat Hesychii glossa Ἄφραττος, ἡ Ἑκάτη παρὰ Ταραντίνοις i. e. ἄφραστος. Postremo Laconica potius habuerim quam Boeotica, quae dialecto non nominata apud eundem leguntur: ἐττία, ἑστία et ἔττασαν (ut ἔττακαν correximus), ἔστησαν, nec minus ἧτθαι, καθίσαι, quomodo nunc cum Valckenario pro ἴτθαι corrigere malumus. — Quod in titulo Issensi 1834 Boeckhius πενταкαττίδι scribi jubet a πεντάκαττος pro πεντήκοστος, probari nequit, vid. §. 34.

ττ pro κτ est in nomine Creticae urbis Λύττος pro Λύκτος, vid. Strab. X p. 729, Eustath. p. 313, Spitzn. ad Il. β, 647.

Licet etiam καὶ τάν corrigere. Fortasse poëta de Thetide loquitur et de Achille, qui Spercheo fluvio capillum alebat, vid. de σκόλλυς Poll. II, 30 et Et. M. 120, 26.

5) Memnon in Phot. Bibl. p. 716, ubi Chamaeleo utitur Dorico proverbio Ἡρακλῆς κάῤῥων, addit: κάῤῥων δὲ ὁ ἰσχυρότερος παρὰ Δωριεῦσιν.

κκ pro *σκ* in *ἀκκόρ, ἀσκός· Λάκωνες* Hesych. et *διδάκκει* pro *διδάσκει* in Decr. in Timoth. Fortasse etiam *κακκός, ὁ μικρὸς δάκτυλος* Hesych. pro *κασκός* Laconicum est. — Doricum *ὄκκα* e *ὄκα κα* natum est, vid. §. 45. Vox *μικκός*, qua saepius Theocritus utitur, praeterea Moschus, Callimachus et epigrammatographi vid. Valck. ad Phoen. p. 350, ab Aelio Dionysio ap. Eustath. 217, 29 Ionica dicitur pro *μικρός*, ab Eustathio p. 610, 24 Aeolica. Nos eam cum *μικρός* cognatam putamus, non dialecto diversam. *Σάκκος* Doricum dicitur, *σάκος* Atticum a Phrynicho p. 257, scriptorum Atticorum usu addicente, vid. Meinek. ad Comicc. Graecc. IV p. 102. Illud legitur Acharn. 711.

ππ pro *μπ* est in vici Laconici nomine *Γλυππία* Paus. III c. 20 pro *Γλυμπία*, et Cretici oppidi *Λάμπα* sive *Λάππα*, vid. Hoeck. Cret. I p. 387, Boeckh. ad C. I. nr. 2584.

Ceterum in hoc assimilationis genere nullam constantiam fuisse satis docent duplices formae *βεστόν* et *βεττόν, Γλυμπία* et *Γλυππία, Λύκτος* et *Λύττος*.

§. 14.

De *νσ* apud Argivos et Cretes servatis.

1) Quum pleraeque Graecae linguae dialecti rarissime *ν* ante sequens *σ* tolerent, Doriensium tamen Argivi et Cretes saepe *νσ* habuisse referuntur [1]), cujus pro-

1) Apoll. de synt. 313, 20. *τὸ σ̄ τοῦ ν̄ οὐ προηγεῖται, ἀνάπαλιν μέντοι, ὥς γε παρ' Ἀργείοις παμπολύς ἐστιν ἡ τοιαύτη σύνταξις*, h. e nunquam apud Graecos reperitur *σ̄ν̄*, saepe apud Argivos *ν̄σ̄*. — Eustath. 722, 58 ad Il. *ϑ*, 448 de v. l. *οὐ μέντον* pro *οὐ μέντοι* ex Heraclide: *οὐ μέντον Ἀργείων καὶ Κρητῶν γλώσσης, οἳ πολλάκις ἐξαιροῦντές, φησι, τὸ ῑ ἐντάττουσι τὸ ν̄, τὴν εἰς πρόθεσιν ἐνς λέγοντες καὶ τὸ τιθεὶς τιθένς, οἷς ὅμοιον καὶ τὸ σπείδω σπίνδω καὶ τὸ οὐ μέντοι οὐ μέντον καὶ τὸ αἰεὶ αἰέν. Σικελοὶ μέντοι, φησίν, ἔμπαλιν τὸ ῑ ἀντὶ τοῦ ν̄ τάττουσι, τὸ ἔνδον ἔνδοι λέγοντες ἢ ἐνδοῖ περισπωμένως, καὶ Ὅμηρος εἰσαν-*

prietatis exempla apponuntur *ἐνς* et *τιθένς* pro *εἰς* et *τιθείς*. Alia accedunt e titulis Creticis Vaxiorum nr. 3050 et Latiorum 3058, ubi Boeckhius meliorum apographorum auctoritatem perperam neglexit. Primum nr. 3050 l. 7 pro *πάσας*, quod Boeckhius Chishullum, nullius fidei hominem, secutus recepit, Sherardus praebet *πάνσας*; ibid. l. 14 pro *τούς* apud Chish. et Boeckh. a Sherardo *τόνς* accipiendum est; l. 16 pro *ὑπαρχούσας* Ch. B., quum Sher. *ὑπαρχοντας* tradat, *ὑπαρχόνσας* scribi oportet; nec minus l. 5 pro *πρειγευτάς* Ch. B. e Sherardi *πρειγευτια* . . . legendum est *πρειγευτάνς* altero titulo nr. 3058 docente. Nam in hoc l. 4 pro *πρειγευτάς* Ch. B. in Hesselii accuratiore apographo est *πρειγευτάνς*; deinde l. 7 ex Hesselii *ὑπαρχονσ* . . ., Sherardi *ὑπαρχοντ* . . . non *ὑπαρχούσας* cum Boeckhio scribendum est, sed *ὑπαρχόνσας*, nec minus l. 16, ubi Boeckhius ex Hesselio *τός*, Sherardus *τούς* habet, *τόνς* suspicari licet. In neutro tamen titulo *ἐνς* legitur, sed nr. 3050 l. 23 *εἰς* Ch., *ἐς* Sh., l. 11 *εἰς* sine v. l. et nr. 3058 l. 10 *ἐς* Sh. Hess. Quod non lapicidae Teji culpa factum videtur, sed dialecti inconstantia, antiquiorem ejus voculae formam ea aetate respuentis. Idem consonantium concursus praeterea reperitur in nomine Cretici oppidi *Πριάνσιος*, quomodo scriptum est in C. I. nr. 2556 et nummis, quum praeterea, nisi diversa loca significari credis, *Πρίαισος*,

---

χες ἀντὶ τοῦ ἐννάνυχες· ταῦτα ὁ Ἡρακλείδης, ἐξ ὧν στομοῦνται πῆ μὲν οἱ λέγοντες, τρέπεσθαι τὸ ῑ εἰς ῡ Ἀργολικῶς καὶ Κρητικῶς ἐν τῷ αἰεὶ αἰέν, πῆ δὲ οἱ τὸ ἀνάπαλιν κατὰ τοὺς Σικελούς. — Pseudo-Herodian. in H. Ad. 204, b. *ἐκ τοῦ σπείδω γέγονε κατ' Ἀργείους καὶ Κρῆτας ἀφαιρέσει τοῦ ῑ τῆς ε̅ι̅ διφθόγγου καὶ προσόδῳ τοῦ ῡ σπένδω· οὗτοι γὰρ πολλάκις ἐξαιροῦντες τὸ ῑ τάττουσι τὸ ῡ καὶ τὴν μὲν εἰς πρόθεσιν ἐν* (leg *ἐνς* e MS Leid. ap. Koen. ad Greg. p. 355) *λέγουσι καὶ τὸ τιθεὶς τιθένς· οὕτως οὖν καὶ τὸ σπείδω σπένδω.* — Aeque in Ann. Oxx. I, 137, 28 et Et. M. 302, 2 (corrupte et mutilate Et. G. 165, 51) s. v. *εἴνατος* Argivi ῑ in *ν* mutare dicuntur ut *σπένδω* et *αἰέν*, contra Siculi ῡ in ῑ ut *εἰνάνυχες*, *ἔνδοι*; de Siculis item Eustath. 223, 26 ad *εἴνατος*.

Πραῖσος, *Πρᾶσος* reperiantur, vid. Hoeck. Cret. I p. 413, Boeckh. ad C. I. II p. 405. — De Argivorum hac consuetudine ex inscriptionibus nihil discimus neque ejus vestigium servatum est in foedere Argivorum Thucyd. V, 79, ubi *δίκας*, *ἴσας*, *ὁμοίας*, *Λακεδαιμονίως*, *Ἀργείως* leguntur reconditiore Argivae dialecti proprietate ipsius, nisi fallor, scriptoris vitio deleta: sed non alienum est Argolicae urbis nomen *Τίρυνς* cf. Hephaest. p. 3, 10.

2) Hinc factum est, ut Heraclide duce grammatici [1]), exempla *ἐνς* et *τιθένς* pro *εἱς* et *τιθεὶς* maxime respicientes, Argivos *ῑ* in *ν̄* mutasse docerent atque ab iis *σπένδω* pro *σπείδω* (quod propter futurum *σπείσω* antiquius putabant), *αἰέν* pro *αἰεί*, *οὐ μέντον* pro *οὐ μέντοι* derivarent, contra a Siculis per inversam mutationem *ἐνδοῖ* pro *ἔνδον*, *εἰνάνυχες* pro *ἐννάνυχες*, quae omnia vel vulgaria sunt vel Homerica, excepto Syracusano *ἐνδοῖ* (vid. §. 44), unde Siculorum illa mutatio ficta est. Jam vero Etymologica s. v. *ἀργεννῆσι* Rheginis tribuunt *ι* in *ν̄* mutatum ut *σπένδω*, *ἔνδον*, *ἐρεβεννός* pro *σπείδω*, *ἔνδοι*, *ἐρεβεινός*, Siculis vero *σπείδω* et *οὐ μέντοι* pro *σπένδω* et *οὐ μέντον* [2]). Quae, quanquam aliquantulum confusa et turbata, ita tamen reliquis grammaticorum testimoniis similia sunt, ut sine ulla dubitatione *Ῥηγίνων* nomen ex *Ἀργείων* corruptum esse affirmemus.

3) Iisdem Rheginis in Epimerismorum Homericorum loco reconditioris doctrinae pleno [3]) tribuitur *μοῦσα* et

2) Et. M. 135, 47 (Et. G. 73, 44), Ann. Oxx. I, 31, 32: *ἔθος τῇ τῶν Ῥηγίνων διαλέκτῳ τὸ ῑ τρέπειν εἰς ν̄. τὸ γὰρ σπείδω σπένδω καὶ τὸ ἔνδοι ἔνδον καὶ τὸ ἐρεβεινὸς ἀπὸ τοῦ ἔρεβος ἐρεβεννός· οὕτως τὸ ἀργεινὸς ἀργεννός· οἱ δὲ Σικελοὶ τὸ ἐναντίον· τὸ μὲν γὰρ σπένδω σπείδω λέγουσι καὶ τὸ οὐ μέντον οὐ μέντοι.*

3) Ann. Oxx I, 278, 13. *ἐκ τοῦ μοῦσα καὶ μοισῶ* (leg. *μονσῶ*) *ῥῆμα παρὰ Συῤῥακουσίοις· Ῥηγῖνοι* (leg. *Ἀργεῖοι*) *δὲ λέγουσι μοῦσα* (leg. *μόνσα*) *Αἰολεῖς μοῖσα, ὧν ἐστι καὶ Πίνδαρος· Ἀττικοὶ δὲ καὶ Ἴωνες καὶ Συῤῥακούσιοι μοῦσα· Λάκωνες μῶσα· καὶ οἱ μεταγενέστεροι Λάκωνες ἀντὶ τοῦ σ̄ μῶα. καὶ ἡ γενικὴ τῶν πληθυντικῶν μωσάων* (leg. *μωσᾶν*) *παρὰ Λάκωσι· παρὰ δὲ Σαπφοῖ μοισάων* (fort. *μοισᾶν*)*· τὸ Ἰωνικὸν μουσέων·*

genitivus pluralis μοισᾶν, quarum formarum non altera solum sed utraque corrupta putanda est. Nam μοῦσα ibidem recte Atticis, Ionibus, Syracusanis datur, μοισᾶν vero Lesbiacum esset, vid. L. I §. 10. Itaque, quum quatuor vocis formae μοῦσα, μοῖσα, μῶσα, μῶα praeter Rheginam illam enumerentur, quinta excogitari potest nulla praeterquam μόνσα et gen. pl. μονσᾶν, quam, eadem corruptela agnita, Argivam dictam fuisse persuasum habemus.

4) Vides igitur istam Argivorum et Cretensium proprietatem primum in nominativis tertiae declinationis, ut τιθένς, Τίρυνς, deinde in femininis participiorum et similium nominum, ut ὑπάρχονσα, πάνσα, Μόνσα; tum in accusativo plurali primae et secundae declinationis, ut πρειγευτάνς, τόνς; postremo in praepositione ἐνς et N.P. Πριάνσιος. Jam olim docuimus (L. I §. 10), antiquissimae linguae in his formis vestigia apparere; adde, quod ex antiquo ἐνς etiam hujus praepositionis forma ἐν pro εἰς in septentrionali Graecia prodire potuit, vid. L. I §. 54, 3 et infr. §. 43. Ceterum plerique Dores, etiam Cretensium major pars, cum reliquis Graecis ν ante σ ejecto brevem vocalem antecedentem produxerunt, et severior quidem Doris cum Boeotis ε et ο in η et ω, mitior cum Ionibus et Atticis in ει et ου, vid. §. 20. In syllabis finalibus pars Doriensium brevem vocalem reliquit vid. §. 21.

§. 15.

De aliis consonantium conjunctionibus.

1) Muta cum muta pro simplici consona est in γδοῦπος pro δοῦπος, quod Epirotis tribuitur ab Heraclide ap. Eustath. 1722, 44 et in πτόλεμος, quod legitur in Cret. 2554, 197, quum vulgo Cypriorum esse

---

τὸ Βοιωτικὸν μονσάων (potius μωσάων)· τὸ Ῥηγινὸν μοισᾶν (leg. Ἀργεῖον μονσᾶν).

referatur. Praeterea ubique, etiam in Creticis titulis, ut nr. 2555, *πόλεμος* legitur. Quo jure Eustathius p. 1385, 29 *δίχθα* et *τρίχθα* pro *δίχα* et *τρίχα* Doridi assignet, ignoramus.

Pro *κτήσασθαι* Doriensium pars, maxime Italiotae dicebant *πάσασθαι* (perf. *πεπᾶσθαι*), quod verbum legitur apud Pindarum P. VIII, 76 et fr. 72, Theocr. X, 32. XV, 90 et saepe apud Pseudopythagoreos; descendunt inde *πᾶμα*, Italicum *παμῶχος*[1]), *παμωχεῖν* tabb. Heracl. B. 14, 1, 120 et Hesych., vid. infr. §. 20, *ἑστιοπάμων, οἴκου δεσπότης* apud Dores et Aeoles secundum Poll. I, 75. X, 20. Sed eadem stirpe etiam scriptores non Dorici usi sunt, ut Xenophon (vid. Valck. ad Ammon. p. 187 et ad Adon. p. 383), nec litterarum mutationem agnoscimus, sed diversam radicem ejusdem significationis, quae maxime haesit apud Dores et Aeoles cf. L. I §. 47, 3.

2) **Muta cum liquida** mutatur in his:

κλίβανος Doricum esse dicitur pro *κρίβανος* a Choerob. Oxx. II, 226, 26. At Athenaeus et *κριβανίτας* et *κλιβανίτας* affert e Sophrone fr. 5. 6, ex Epicharmo *κριβανίτης*, neque *κλίβανος* Doribus proprium est, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 179.

γλέφαρον pro *βλέφαρον* Eustath. 1534, 63 Doricum vocat Pindaro auctore usus; *γλάχων* pro Attico *βλήχων* (vid. Greg. C. p. 40) est apud Theocritum V, 56.

ἀγλευκής pro Homerico *ἀδευκής* Siculorum esse dicitur et a Rhinthone[2]) atque Epicharmo fr. 168 usurpa-

---

1) Scholl. A. D. Il. δ, 437. *πάματα* (Scholl. L. *πάμματα*) *γὰρ καλεῖται παρὰ Δωριεῦσι τὰ κτήματα καὶ πάσασθαι τὸ κτήσασθαι ἐκτεινομένου τοῦ ᾱ.* Item Et. G. 471, 30 et fere Eustath. 193 extr., qui recte dicit *μ* duplicatum non esse Doricum cf. L. I §. 8, 9. — Hesych. *παμωχίων* (ita scribendum pro *παμμωχιῶν*), *κεκτημένος* — *παμῶχος* (vulg. *πάμωχος*), *ὁ κύριος· Ἰταλοί. καὶ ἡ δεκάς.* Aperte Pythagorei *δεκάδα* inter alias appellationes (cf. Boeckh. Phil. p. 141. 146) etiam *παμῶχον* i. e. *κύριον* appellaverant.

2) Suid. *ἀγλευκὲς τὸ ἀηδές. Ξενοφῶν εἴρηκεν ἐν τῷ Οἰκονομικῷ.*

tum esse traditur. Idem Laconum erat, quum apud Hesychium ἀγλευκέρ, ἀηδές (pro αὐλός)· Λάκωνες verissime a Valckenario emendatum sit. Eadem tamen voce etiam Xenophon, Hippocrates, alii usi sunt. Contra δεῦκος apud Aetolos τὸ γλυκύ fuisse in Scholl. Nic. Ther. 625 traditur. Utrumque, et γλεῦκος et δεῦκος ex antiquo δλεῦκος natum esse, Latinum dulcis docet.

κλάγος (ut recte pro κλάγγος scribi jusserunt), γάλα· Κρῆτες Hesych. est pro antiquo γλάγος vel potius pro antiquissimo μλάγος cf. Pott. I p. 236.

δνόφος pro γνόφος Doricum esse fertur, vid. §. 10, 2. Simile est ἀδνόν, ἁγνόν· Κρῆτες, nisi et hoc et Creticum nomen Ἀριάδνη potius ab ἁδεῖν derivanda sunt.

ἴδμεν et κεκαδμένος Eustathio perperam sunt Dorica p. 214, 22, nempe propter Pindaricum usum.

3) Sigma cum muta in fronte vocabulorum has mutationes patiuntur:

σπ pro στ est in σπάδιον pro στάδιον (cf. spatium), quod quum Doricum vocetur a J. Gr. 243, b, Gr. C. 364, Meerm. 659, (cf. Hesych. σπάδιον, στάδιον) in antiquo epigrammate Argivo C. I. nr. 17 et Ross. nr. 55, pro .παδιον feliciter ab Od. Muellero restitutum est in Ephem. Gotting. 1836 p. 1152. Item in Lysistr. 173 pro absurdo σποδᾶς pridem rescripseram σπολάς i. e. στολάς, in quod etiam Bergkium nostrum incidisse gaudeo, vid. Mus. Rhen. 1841 p. 94. Igitur σπολά pro στολή non minus Laconicum est quam Lesbiacum cf. L. I §. 6, 1.

σκ et σφ apud Lacones haud raro σ abjiciunt. Talia sunt κυρσάνιον pro σκυρθάνιον vid. §. 7, 1, κουτάλα pro σκυτάλη, quod quum Doricum esse referatur in Etym. Par. ad Greg. C. p. 388, haud dubie est Laconicum, ut docent υ in ου mutatum et nota σκυτάλα Λακωνικά Lysistr. 991. Non minus Laconum est φίν pro σφίν §. 32, 10, unde Laconicae judicatae sunt Hesychii glossae

---

δοκεῖ δὲ ξενικὸν ὄνομα Σικελικόν. Πόλιν γοῦν ἐστὶ πάλιν παρὰ τῷ Ῥίνθωνι. —

φαιρίδδειν, σφαιρίζειν et φαιρωτήρ, σκίτος pro σφαιρωτήρ, quibus addere licet κάφα, λουτήρ cf. σκαφαί, ὀψοπλύνια. — Contra Syracusanos dixisse σπυρός pro πυρός testatur Et. M. 724, 33 cf. Ann. Oxx. I, 362, 18 et Hesych. σπυρρούς, πυρρούς. Iidem pro σφίν et σφέ proferebant ψίν et ψέ vid. §. 32. 10. 11.

Ante μ abjectum est σ in μύραινα pro σμύραινα Epich. 53, et apud Sophronem vid. Athen. VII, 312. C.

4) Saepe grammatici testantur de λ ante τ et ϑ, a Doriensibus in ν mutato [3]) et exempla afferunt βέντιον, βέντιστος, φίντατος, ἦνθεν, δέντα, κέντο, Pindaricum N.P. Φίντις, Alcmanicum κέντο pro κέλετο fr. 117 W. Nunc in purioribus Doricae dialecti fontibus nullum exemplum legitur praeter φίντατοι Epich. 31; nam N.P. Φιντίας, quod et apud Siculos frequentatur et est in tabb. Heracl., non certius quam Pindaricum Φίντις a φίλος derivatur, quum nomina Φιλτίας et Φίλτις apud reliquos Graecos non reperiantur. Saepe apud Theocritum ἐνθεῖν legitur, βέντιστος V, 76. Contra in tabb. Heracl. I, 121 est βέλτιστα, in cantilena Laconica Schneidew. Del. p. 463 βέλτιον, in Lysistrata ἔλσοιμι, ἔλσῃ etc. pro ἔλθοιμι (in Hesychii glossa ἔνσων, ἔλκων Reiskii correctio ἐνσών, ἐλθών incertior est)

3) Scholl. Theocr. I, 77. τὸ λ εἰς τὸ ν τρέπουσιν οἱ Δωριεῖς οὐ πάντοτε, ἀλλ' ὅταν αὐτῷ τὸ ϑ ἢ τὸ τ ἐπιφέρηται· οἷον βέλτιστος βέντιστος, φίλτατος φίντατος· οὕτως οὖν καὶ τὸ ἦνθ' Ἑρμᾶς. Eadem praecipiunt Scholl. Pind. Ol. VI, 37 ad Φίντις. Heraclides ap. Eust. 756, 30 affert φίντατος, ἦνθεν, Φίντις, γέντο, κέντο ex Alcmane cf. 1648, 4. De γέντο, quod male huc trahitur (vid. L. 1 §. 11, 1), praeterea Eustath. 918, 28, Herod. in Il. Ad. 205, b, Et. Or. 42, 13, Et. M. 226, 10. — J. Gr. 243, b, Greg. C. 354 et 197, Meerm. 658 Dorica dicunt βέντιον et ἦνθεν. — Et M. 563, 48. Κένται· ἐστὶ διαλέκτου· ὡς γὰρ τὸ παρ' ἡμῖν φίλτατος φίντατος καὶ δέλτα δέντα (num βέλτιον βέντιον?)· οὕτως κέλται κένται. De his paullulum dubito. Nam aut ad Alcmanicum κέντο pertinere possunt aut ad κένσαι, quod quum Hesychius per κελεῦσαι interpretetur, apparet fuisse, qui Homericum κένσαι pro κέλσαι positum a κέλω, κέλομαι derivarent.

et Creticum est εὐθεῖν pro ἐλθεῖν vid nr. 5. Quare neque apud Epicharmum fr. 126 ἦλθεν et ἀπῆλθεν, neque in Chelidonismo Rhodio ἦλθ' ἦλθε, neque apud Timocreontem ἐλθεῖν etc. mutare audemus. Hoc enim certum est, eam mutationem non omnibus Doriensibus communem fuisse; dubium est, num apud Siculos constanti usu frequentata sit.

5) Cretes λ ante sequentes consonas in υ mutarunt, ut docent glossae Creticae Hesychii: αὐκάν, ἀλκάν — αὐκύονα, ἀλκύονα — αὖμα (vulg. αὖμα) ἄλμη — αὖσος, ἄλσος — θεύγεσθαι, θέλγεσθαι et simillimae, quae dialecti indice carent, αὐγεῖν, ἀλγεῖν et εὐθεῖν, ἐλθεῖν. In titulis Creticis nullum hujus mutationis vestigium reperitur, neque tamen quidquam, quod contra sit praeter Ἀθαναίαν Σαλμωνίαν nr. 2555; promontorium Creticum a scriptoribus modo Σαλμώνιον modo Σαμώνιον appellatur, vid. Hoeck. Cret. I p. 427.

6) Simili modo consonans in vocalem abiit in Cretico πρεῖγυς pro πρέσβυς. Nam alii Doriensium dixerunt πρέσγυς [4] (cf. Lat. priscus), unde et per metathesin σπέργυς factum est et apud Cretenses πρεῖγυς, cujus derivata in titulis haec leguntur: πρείγιστος nr. 2554, 59 (πρήγιστος in titulo valde recenti nr. 2562), πρειγήϊα et πρείγεια nr. 2556, πρειγευταί 3050. 3051. 3058. In reliquis Tejo-Creticis est πρεσβευταί, incertum an lapicidarum culpa. Idem est in Herm. 1193, πρεσβέες in Agrig., πρεσβ . . . in nr. 2670.

Siculos ν in ι mutare grammatici tradunt (vid. §. 14) id quod ex unica voce ἐνδοῖ pro ἔνδον collegerunt, de qua dicemus §. 44. Alienum est a Doride νσ Lesbiaco more in ις mutatum (vid. L. I §. 10); nam male Greg. C. 246 μοῖσα Doricum dicit, Eustath. 1913, 32 μοῖσα et τύπτοισα

4) Choerob. Bekk. 1413. πρέσβυς — παρὰ τοῖς Δωριεῦσι κατὰ τροπὴν τοῦ β εἰς τὸ γ εἴρηται πρέσγυς πρέσγυος. — Et. M. 723, 17. σπέργυς παρὰ τὸ πρέσβυς, τροπῇ τοῦ β εἰς γ πρέσγυς καὶ ὑπερθέσει σπέργυς. περὶ παθῶν. — Hesych. σπέργυς, πρέσβυς.

Dorica vel Aeolica, cujus generis non leguntur nisi apud poëtas Doricam dialectum Aeolica temperantes, Alcmanem, Pindarum, Bucolicos etc. — De Cretico oppido *Πριάνσιος* sive *Πρίαισος* supra vidimus.

Vocalis pro consona est etiam in *θείκελος* Lysistr. 1252 pro *θέσκελος*, quod ipsum nuper Dindorfius restituit; recte, opinor.

E contrario consona pro vocali est in *ἀγρέω*, quod pro *αἱρέω* non minus apud Dorienses quam apud Aeoles (L. I §. 11, 2 et §. 36, 5) fuisse videtur. Nam Laconum sunt *ἱππαγρέται* Eust. 727, 24 et *ἀγρετήματα* Hesych., Coorum *ἀγρεταί* Hesych. Praeterea recens titulus nr. 1395, in quo *ἀγρετεύσας*, Boeckhio Laconicus videtur.

7) Concursus consonantium a plerisque Doriensium, ut ab Ionibus, Atticis, Boeotis altero ejecto evitatus est et brevis vocalis antecedens producta, ubi antiquior lingua *νσ* habuerat, ut *μοῦσα* vel *μῶσα* pro *μόνσα*, vid. §. 20. Simile quid factum est in Cretica Hesychii glossa *πήριξ*, *πέρδιξ* et Laconica *Πηρεφόνεια*, *Περσεφόνεια*. — *Γίνομαι* et *γινώσκω* pro Atticis *γίγνομαι* et *γιγνώσκω* semper in titulis leguntur, ut *γίνομαι* Amph. 1688, Ther. 2448, Rhod. 2525, b, Cret. 2555 et *γινώσκω* Cret. 2554. 2556 etc., illud praeterea apud Epicharmum fr. 95, hoc apud Sophronem fr. 84. Quare *γιγνώσκοντι* Epich. 4 et *γίγνεται* Acharn. 761 non videntur vere Dorica.

Praeterea consona excidit in *ἀδρί*, *ἀνδρί*· *Παμφύλιοι* Hesych., quocum compares, quae collegit Buttm. Lexil. I, 131 seqq. Nam sicuti in *ἄμβροτος*, *ἤμβροτον* euphoniae gratia *β* interpositum est, in *βροτός*, *ἀβροτάζω* *μ* in *β* mutatum, ita in *ἀνδρί* *δ* insertum est, in Pamphylico *ἀδρί* *ν* in *δ* mutatum.

Nec male Greg. C. 213 *ἐσλός* pro *ἐσθλός* Doricum vocare videtur, Pindarum spectans (de cujus usu vide Boeckh. Nott. Critt. ad Ol. I, 99); certius de Aeolico usu constat, vid. L. I §. 11, 2.

Postremo *σκᾶπτον*, quo Pindarus utitur, Doricum dicitur a Greg. Cor. 462 cf. Scholl. Pind. Ol. I, 19, et

φοῦιξ, *φύσιγξ* Hesych. Laconicum est, vid. §. 9, 4 et cf. L. I §. 21, 9, ubi similia Aeolibus adscripta videbis.

Consonans inserta est in *ἐμπρίατο* Corc. 1840, cui Boeckhius non debebat vulgarem formam *ἐπρίατο* substituere. Nam *μ* eadem ratione additum est, qua in *πίμπλημι* et *πίμπρημι* cf. §. 42.

8) Consonantes conjunctae *φρ* transponendo evitantur in *δρίφος* pro *δίφρος*, quod Doricum esse dicunt [5]) exemplo e Sophrone, ut videtur, allato fr. 38, unde *δίφρος* Sophr. 82 corrigendum esse videtur, et *τράφος* pro *τάφρος* in tabb. Heracl. cf. Hesych. *τράφος*, *τάφρος* (cod. *τάφος*) et intt. Aliud transpositionis genus est in *κίρκος*, quod secundum Joann. Gr. 243, b et Gr. C. 360 Doricum est pro *κρίκος*, quanquam ne a vulgari quidem consuetudine alienum, et *βάρδιστος*, quod Gr. C. 337 propter Theocr. XV, 105 Doricum existimavit pro *βράδιστος*.

De vocalibus.

§. 16.

De *α* pro *ε*.

Dores *α* pro *ε* posuisse grammatici [1]) saepissime monent; paucis tamen vocabulis eum usum contineri, e reliquis fontibus apparet. Exempla magis minusve certa haec sunt:

Ἄρταμις [1]), de qua voce praeterea testatur Hero-

---

5) Et. M. 287, 5. *δρίφος Συρακούσιοι· φέρ' ὦ τὸν δρίφον* Hesych. *δρίφον* (cod. *δίφρον*) *τὸν δίφρον Δωριεῖς καὶ Εὐστόχιος*. J. Gr. 237, a. *τὸν δίφρον δρίφον*

1) Vulgo hujus mutationis exempla afferuntur *Ἄρταμις* et *τράχω* Et. M. 356, 9 — Et. G. 162, 13 — 197, 19 — 311, 9 — Ann. Oxx. I, 127, 9 — Choerob. Oxx. II, 212, 15 — Eustath. 969, 7 etc.: *Ἄρταμις* et *ἄτερος* J. Gr. 242, 8 et Greg C. 302; sola vox *Ἄρταμις* Et. M. 33, 55 — Et. G. 17, 23 — Ann. Oxx. I, 3 et 288 — Choerob. Oxx. II, 232, 18 — Scholl. Theod. ap.

dianus π. μ. λ. 8, 23, legitur Amph. 1688, Corc. 1849, Epidaur. 1172; mensis *Ἀρταμίτιος* Cret. 3052, in vase Acrensi Mus. Rhen. IV p. 85 et in multis aliis titulis Siculis brevioribus apud Torrem. XV, 10 seqq.; Euboeae celeberrimum promontorium *Ἀρταμίτιον* vocatur Lysistr. 1251, unde ibid. v. 1262 jure *Ἄρταμις* rescripserunt pro *Ἄρτεμις*, quod libri praebent. Vulgaris tamen forma *Ἄρτεμις* in titulis paullo recentioribus vel incertioribus reperitur, ut Cret. 2554, Anaph. 2481; mensis *Ἀρτεμίτιος* Corc. 1845, promontorium Philistus teste Stephano de urbb. *Ἀρτεμίτιον* appellaverat *ἴσως Δωρικῶς*; postremo locus Dianae sacer in Acrensi titulo nr. 3 Goettl. *Ἀρτεμίτιον* vel *Ἀρτεμίσιον* scribitur.

Ἄπταρα Cretici oppidi nomen est in antiquioribus nummis vid. Mionn. Suppl. VI p. 304, quod in recentioribus et vulgo apud scriptores *Ἄπτερα*. Eadem forma usus est Dicaearchus, cui pro *Ἀγγαραίαν* non *Ἀπτεραίαν* cum Hoeckio Cret. I p. 380 restituendum est sed *Ἀπταραίαν*, et Hesychius s. v. *Ἀπταρεύς*; nec minus in Corc. 1840 pro *Ἀνταραίῳ*, quod Boeckhius in *Ἀντανδρίῳ* mutavit, eo libentius *Ἀπταραίῳ* rescribes, quod in eodem titulo duo Phaestii et unus Cnossius nominantur.

ἄτερος praeter testimonia supra apposita [1]) a grammaticis saepe ad explicandas formas Atticas *ἅτερος* et *θάτερον* crasi ortas adhibetur [2]). Legitur nunc in titulis incertioris lectionis Corc. 1845 l. 18 (*ἕτερος* l. 54), Cret. 2554, 111, deinde Acharn. 814, quum v. 813 libri *ἕτερος* teneant, Archimed. Aren. p. 324 *αἱ μὲν ἄτεραι — αἱ δὲ ἄτεραι*, et saepe in Pseudo-Pythagoricis ut Archyt. Stob.

Bekk. ad Apoll. de synt. p. 352; *τράχω* ibid. p. 353 et Et. M. 443, 27; *τράπω* et *τάμνω* Ann. Oxx. I, 83, 22 et Et. M. 114, 19; *Ἄρταμις, τράπω, τράχω, αἶκα, πιάζω* Eustath. 1573, 63.

2) Apollon. de conj. 429, 21, qui *θάτερον* explicans: *ἄμεινον οὖν παραδέξασθαι Δωρικὴν μετάθεσιν τοῦ ε εἰς α*, Eustath. 1573, 63, Et. Or. 74, 15, Et. M. 443, 27, Et. G. 255, 13, ubi adeo ipsum *θάτερον* Doricum vocatur.

Flor. I, 75. 76. 77. 79, Theag. ibid. I, 69, Ecphant. ibid. XLVIII, 64 etc. [3]). Accedit, quod etiam Lesbii *ἄτερος* dixisse videntur, vid. L. I §. 12, 1, et quod antiquum *α* et crasis ratione in *ἅτερος*, *θάτεροι* apud ipsos Atticos proditur et in *ἄτερθε* (cf. *ἑκάτερθε* ab *ἑκάτερος*), *ἄτερ*, *ἀτάρ* (cf. *ἀλλά* ab *ἄλλος*), quae ad eam stirpem pertinere patet, servatum est. Itaque non dubitavi Epicharmo fr. 94 formam genuinae Doridi propriam *ἅτερος* vindicare.

ἀψίαι, ἑορταί· Λάκωνες Hesych. pro *ἑψίαι*.

γα particula pro *γε*, de qua vid. Et. M. 732, 30 seqq., haud raro in libris servata est, ut Epich. 18. 58, Sophr. 51. 54, Lysistr. 105. 170. 988 etc., saepe apud Theocritum, unde in reliquis, quae vere Dorica habere licet, aut recte restituta aut restituenda est. Non minus *γα* pro *γε* pronominibus additur ut *ἐγώνγα* vid. §. 32, 1. 3.

ἱαρός pro *ἱερός* est in antiquiore titulo Laconico nr. 13, Heracl., Corc. 1909, Amph. 1688; *τὸ ἱαρόν*, *ἱάρωσαν*, *ἱαρομνάμων* Amph. 1688; *ἱαρεύς* Lac. 34 R. Cyren. 1. 4. 7, *ἱαρέα* pro *ἱέρεια* Cyren. 2, *ἱαριτεύω* vel *ἱαρειτεύω* Cyren. 1. 12 praeter breviores nonnullos, *ἀνιαρίζει* Brutt., N.P. *Ἱάρων* in antiquo Theraeo nr. 12 Act. Ac. Berol., in galea Hieronis C. I. nr. 16 et in didrachmo Crotonis vid. Mus. Rhen. IV p. 93. Postremo advocandae sunt glossae Hesychianae *ἱαρεῖον, πρόβατον, βοῦς*. — *ἱαροχρείαν, τὴν ὀσφῦν Ἰταλοί* et *ἱαρόχρης* (Mus. *ἱαρόχρους*), *καθαρός, θύσιμος* (cf. *μελαγχρής* et *ἀχρής* pro *μελαγχροιής* et *ἀχροιής* Lobeck. Parr. p. 256). — *ἱάρωμα, κοσμάριον παιδικόν*. Vulgares formae *ἱερός* etc. leguntur antiquioribus admixtae in Amph. 1688, ubi non dubito quin lapicidae Attico debeantur, solae in titulis paullo recentioribus Corc., Rhod., Agrig. etc. Cyrenaei reliquis diutius antiquum *α* servarunt, quod

---

3) Corruptiores sunt Hesychii glossae huc spectantes *ἄτεροι, ἕτεροι, ἑτέρωθεν* et *ἀτεροῖον, ἑτέρωθεν καὶ χωρίς*.

ne Romanorum quidem imperatorum aetate plane aspernati sunt, quanquam in titulis eo tempore scriptis nr. 7. 10. 11 all. etiam *ἱερεύς*, *ἀρχιερευς*, *ἱερειτεύω* reperiuntur. Valde miramur, quod *Ἱέρων*, non *Ἱάρων* legitur in nummis Hieroni I adscriptis apud Mionn. Déscr. I p. 318 et Suppl. I p. 453, quanquam et aetas adversatur et Dorica nominis forma in galea ab eodem dedicata. Nulline istorum nummorum Hieroni majori recte tribuuntur? Judicabunt qui rei nummariae peritiores sunt. In Hieronis minoris et Hieronymi nummis vulgaris forma aetati convenit. — Non mirum est apud scriptores librariorum culpa Doricam proprietatem oblitam esse, ut *ἱερεῖον* traditur Lysistr. 84, *ἱερᾶς* Sophr. 98, quod correximus.

ἱάραξ, *ἰχθὺς ποιὸς Δωρικώτερον* Hesych., unde correximus *ἱέρακες* Epich. 45.

ἴρανες, *εἴρενες* (ol. *εἴρωνες*), *οἱ ἄρχοντες ἡλικιῶται. διώκοντες* (fort. *Λάκωνες*) Hesych. Ephebos a Laconibus *εἴρενας* vocatos esse constat; jam genuina ejus nominis forma *ἴρανες* esse videtur.

μέγαθος pro *μέγεθος*, quod Herodotus frequentat, in Philoxeni dithyrambici fragmento legitur apud Athen. IV p. 147. C, qui quum reconditiora quaedam Dorica non aspernetur quumque ipsa forma antiquitatem sapiat, nescio an vere Doricum habendum sit.

Πάναμος mensis nomen pro vulgari *Πάνεμος* legitur in tabulis Heracleensibus, Delph. 1702 et in vasis Acrensibus Mus. Rhen. IV p. 85.

πιάζω pro *πιέζω* et Doricum vocatur [4]) et apud Alcmanem legitur fr. 70 Schn. ex Herodiani *π. μ. λ.* 44, 10 testimonio, *πιάξαι* Theocr. IV, 35 et Ep. 6.

σκιαρός Pind. Ol. III, 14. 19 recte Doricum haberi

4) Ann. Oxx. I, 367, 9 — Et. M. 671, 29 — Eust. 1573, 63. Non minus *ὑποπιάζω* Doricum judicatur Ann. Oxx. I, 232, 26 — II, 339, Et. G. 48, 41 — 311, 9, sed id male a grammaticis lectum est pro *ὑπωπιάζω*, quod descendit ab *ὑπώπιον*.

videtur pro *σκιερός*. Idem Theocrito VII, 138 e tribus codicibus bonis reddendum est.

τάμνω Doridi tribuitur [5]), quanquam ne ab epica quidem et Ionica dialecto alienum est; legitur *ἀποτάμνηται* Cret. 2554, 16, *διατάμνω* in tabulis Heracleensibus, *τάμνοισαι* apud Pindarum Ol. XII, 6, ubi alias *τέμνω*. Aoristus *ἔταμον*, quo etiam antiquior Atthis utebatur pro *ἔτεμον*, non minus Doriensium erat neque aliter est in tabulis Heracleensibus, apud Pindarum et Theocritum.

τράπω pro *τρέπω* et a grammaticis Doridi vindicatur [1]) et legitur Cret. 2555 *ἐπιτραφῶ*. In scriptoribus nunquam reperitur, quin liceat aoristum agnoscere. Ceterum non minus Herodoto familiare est.

τράφω pro *τρέφω* legitur Acharn. 754 *τράφεν*, Pind. P. II, 44 *τράφοισα*, IV, 115 *τράφεν* item pro *τρέφειν*, Isthm. VII, 40 *τράφειν*, Theocr. III, 16 et IX, 23 *ἔτραφε*, Archyt. p. 30 Hartenst. *τράφεται*. Recte enim in omnibus his locis praesens agnoscitur et accentu e plurimorum librorum auctoritate significatur vid. Buttm. Gr. Gr. II p. 308. Doricum videtur etiam Hesychii *τράφεται, πήγνυται*.

στράφω pro *στρέφω* Doricam et antiquam formam fuisse et analogia docet (compares *τέτραμμαι, τέθραμμαι, ἔστραμμαι*) et aoristus *ἐστράφθην* Sophr. 78 pro *ἐστρέφθην* et *στραφθέντες* Theocr. VII, 132, quo pertinet etiam *ἀμφιστραφής* apud Diotogenem Pseudo-Pythagoricum Stob. Fl. XLVIII, 62. Vulgare *στρέψαι* est Corc. 1838, b et Rhod. 2905.

τράχω pro *τρέχω* Doricum est e grammaticorum testimonio [1]) et legitur participium *τράχον* Pind. Pyth VIII, 34, *ἔτραχον* Theocr. II, 147, cf. Hesych. *τράχε, πορεύου* — *θραξεῖται, πορεύσεται* — *θρακτικόν, πορευτόν*. Quare, accedente praeterea similium verborum analogia, Epicharmo fr. 20 *τράχων* pro *τρέχων* reddendum duximus. Vulgaris forma *ἀποτρέχουσα* est in recentioribus titulis Del-

---

5) Ann. Oxx. I, 83, 22 — Et. M. 114, 19 — 745, 28 — Et. G. 521, 36.

phicis 1699. 1703. 1705. 1706. — Simile est, quod Pind. Ol. VI, 55 in duobus libris *βεβραγμένος* legitur a *βρέχω*; recte tamen Boeckhius egit, quod formam incertiorem non recepit.

φρασί pro *φρεσί*, quo Pindarus utitur vid. Boeckh. Nott. Cr. p. 385 (quanquam idem *φρήν*, *φρενός*, *φρένες* etc.), ab Eustathio 32, 14 Doricum appellatur, nec male. Nam antiquissimam linguam *α* in ea voce habuisse verba *εὐφραίνω* et *ἀφραίνω* docent; antiquam formam apud Dorienses resedisse e vocis *ἴρανες* analogia colligere licet, nec temere Hesychii *φρανίζω*, *σωφρονίζω* i. e. *φρενόω* Doricum haberi videtur. Ceterum conferas, quae §. 19 de *ποιμήν* adnotabimus.

χάραδος tabb. Heracl. I, 12. 25, ubi via commemoratur *διὰ τῶ χαράδεος ἄγωσα*, Mazocchio temere vocem a *χαραδεύς* derivante, quod Doricum vocabulum esse fingit ejusdem quam *χαράδρα* significationis, potius Doricum est pro *χέραδος* Hom. Il. *φ*, 319 cf. Spitzn. Exc. XXXII, itaque littus maritimum significat, calculis, arena, et quaecunque mare superfusum relinquere solet tectum.

Praeter haec Dorienses *ᾰ* pro vulgari *ε* proferunt in adverbiis loci, quae in *θα* pro *θε* exeunt, ut *ἄνωθα* pro *ἄνωθε*, et adverbiis temporis cum terminatione *οκα* pro *οτε*, ut *ἄλλοκα* pro *ἄλλοτε* vid. §. 44. Heracleenses adeo tertiae declinationis dativum pluralem in *ασσι* exeuntem habent, quem Doris minus severa in *εσσι*, ut *ἔντασσι* pro *ἐόντεσσι* vid. §. 30, 3. — De Cretico *τάως* pro *τέως* vid. §. 24, 8, de Cretico *ἀέρσα* pro *ἔρση*, *ἕρση* §. 5, 7. Alienum ab hoc loco est *κα*, cujus vocalis producitur, pro *ἄν*, *κε* vid. §. 45.

Nonnulla a grammaticis male pro Doricis venditantur, ut *ἀμφιάζω* (Ann. Oxx. II, 339 et Et. G. 48, 41) pro *ἀμφιέζω* i. e. *ἀμφιέννυμι* dictum volunt, quum potius Alexandrina vox sit (vid. Sturz. de dial. Maced. p. 146 et Jacobs ad Goell. p. 259) ab *ἀμφί* derivata ut *ἀντιάζω* aut, id quod nobis magis placet, e futuro *ἀμφιῶ* facta, quod ab *ἀμφιάζω* descendere putarunt, ut *πελῶ* a *πελάζω* et

quae similia sunt; deinde φάρω, quod Doricum esse pro φέρω Syracusanae vocis ἀντιφάρα i. e. ζάλη explicandae gratia fingunt Ann. Oxx. I, 83, 22, Et. M. 114, 19, quum certissimi Doridis fontes vulgarem formam φέρω multis exemplis tueantur.

Jam respectantibus nobis, qualis sit Doricae in hoc genere proprietatis ratio, inde quod lingua Sanscrita breves vocales e et o ignorat et quod alia quoque ratiocinatione efficitur, eas aliquanto recentiores esse quam *α*, *ι*, *υ*, nolumus pro certo affirmare, Doridem ubique illud *α* e summa antiquitate traditum accepisse; quam facile enim fieri poterat, ut Dorienses, id quod multos nostratium facere videmus, rudiore pronuntiatione *ε* in *α* corrumperent! Multa tamen illorum ex antiqua lingua manasse, certum habemus, ut ἄτερος secundum ea, quae diximus, ἱαρός cf. L. I §. 4, 6, τάμνω, quocum compares simillimum verbum κάμνω, φρασί pro iis, quae monuimus. Contra dubitamus aliquantum, an τράπω, τράφω, στράφω, τράχω e τρέπω etc vocali propter antecedens ρ mutata apud Dorienses contra genuinam linguae indolem facta sint. Nam derivata τρόπος, τροφός etc., quae Doridi cum vulgari lingua communia sunt, praesentia τρέπω, τρέφω etc. postulare videntur.

Contraria vocalium mutatio est in γελανής, quo Pindarus utitur Ol. V, 2. P. IV, 181 pro γαληνός et Hesych. γελαρής, γαλήνη (leg. γαληνός)· Λάκωνες cf. γαλερός, γαληρός.

§. 17.

De aliis brevium vocalium mutationibus.

1) *Α* pro *ο* antiquioris et genuinae Doridis est in Ϝίκατι, Ϝείκατι, βείκατι, ἴκατι, εἴκατι pro εἴκοσι, vid. §. 34; deinde in διακάτιοι, τριακάτιοι etc. pro διακόσιοι, τριακόσιοι, quae quam recte ab ἕκατον descendant, facile apparet, vid. §. 34. Rarissima sunt alia ejusdem mutationis exempla: ἄναιρον, ὄνειρον· Κρῆτες He-

sych., quocum conferas ejusdem glossam ἄναρ, ὄναρ; deinde σαλία teste Hesychio Laconice pro θολία; κάῤῥα Alcm. 70 fortasse pro κόρσῃ, vid. §. 13 not. 4. Doridi non proprium est ἄστακος Epich. 13. 17, quae est vulgaris forma Attici ὄστακος. Male ὑπά in Ann. Bekk. p. 928, 15 Δωρικώτερον vocatur, quum sit Lesbiacum.

2) Inversa mutatione ο pro α apud Dorienses est in τέτορες pro τέσσαρες, quae ex antiqua forma τέτϝαρες nata sunt; κόθαρος Heracl. I, 55 pro κάθαρος et ἀνκοθαρίοντι I, 81 pro ἀνακαθαροῦσι, in quibus propter radicem Sanscritam çudh (purificari), quum u facilius in ο quam in α transeat, vocalem ο antiquiorem putaverim et α ideo assumptum, quod praepositio κατά inesse videretur; ἀνεπιγρόφως Heracl. I, 36, quanquam γράφω et in reliquis fontibus et in tabulis Heracleensibus α servat [1]) (γρόφων in columna Melia C. I. nr. 3 incertissimum est, tolerabilius γροφεύσαντα in recenti titulo Argivo nr. 1125 non Dorice scripto), quare propter Doricorum verborum τράπω, τράφω etc. analogiam ἐπίγροφος formatum videtur ut ἐπίτροπος, τρόφος; postremo ἀβλοπές, ἀβλαβές· Κρῆτες Hesych., ubi Is. Vossius literarum ordine suadente correxit ἀβλοβές. Doridi non proprium est μολόχα Epich. 104 pro Attico μαλάχη, vid. Athen. II, 58. d.

3) ε pro ι est in Σεκυών, quo nomine Sicyonios ipsos urbem suam appellasse tradit Apollon. de adv. p. 555, et est in nummis modo ΣΕ. modo ΣΙ., vid. Mionn. Suppl. IV p. 161. Conspirat Hesychiana glossa σεκουάνα (corrigendum videtur σεκούα), σικύα, quam Laconicam esse υ in ου mutatum prodit, et σεκουάνη (?), ἐλαίας εἶδος· Λάκωνες, quod oleae genus a peponis similitudine quadam appellatum videtur.

Contra ι pro ε Dores et nominatim Siculi primum cum Ionibus commune habuisse traduntur in ἱστία et

1) Lacones γροφᾶσθαι pro γράφειν dixisse traduntur ab Hesychio et antiquo technico apud Eustath. 1926, 57.

ἱστιῶ pro *ἑστία* et *ἑστιῶ* [2]), et legitur *Ἱστία* in titulo Syracusano apud Torrem. XVIII, 3, *ἱστιῶντ'* Epich. 19 in Athenaei codice P, *Ἱστιαρ.* i. e. *Ἱστίαρχος* in nummis Tarentinis Mionn. Déscr. I p. 145, *Ἱστίειος* in Heracl., quae accedit *Ϝιστία* apud Hesychium, vid. §. 5, 8. Contra vulgaris forma *Ἑστία* est in Cret. 2555, *ἑστία* in Hermion. 1193 et in Delphico Ulrichsii p. 67; *ἱστιοπάμων* Doricum a Polluce affertur I, 75. X, 20. — Deinde *ι* pro *ε* haud raro est ante sequentes vocales, maxime in adjectivis in *εος* vulgo exeuntibus. Ejus generis codicibus spondentibus apud Epicharmum sunt *ἀργύριον* fr. 5, *φοινίκιαι* 12, *βόϊον* 77, quorum ad normam alia quaedam correximus, apud Timocreontem fr. 1 *ἀργυρίοισι* et *ἀργυρίων*, apud Theocritum XIII, 5 *χαλκιοκάρδιος* in antiquis editionibus, II, 30 *χάλκιος* in codice, II, 2 *φοινικίῳ* in quinque libris; Spartanorum Athene *χαλκίοικος* nomen e *χαλκός* (non *χάλκεος*) et *οἶκος* compositum habere intelliges, si reputes digammi vim atque conferas *χαλκίναος* et Buttm. Gr. Gr. II p. 459. Ceterum in Amph. 1688, Brutt., Rhod. 2525, b et aliis *χρύσεος* scriptum reperitur, *χάλκεος* Delph. 1690. Praeterea *συκία* pro *συκέη* est in Heracl. I, 124; *ὄστιον* et *ὄστια* Theocrito II, 21. 62. 90, IV, 16 et Epigr. VI, 6 ex optimis libris restituenda sunt; *Μνασίας* in titulo Cephallenio nr. 1928 et Phocico Rossii nr. 81, *Στασίας* Locr. 1758 sunt pro *Μνασέας*, *Στασέας*, quanquam in ejusmodi nominibus etiam vulgo elocutio inter *ε* et *ι* anceps fuisse videtur. Pauca quaedam dialectis Creticae et Laconicae propria sunt. Nam Cretes pro *θεός* dixerunt *θιός* (Hesych. *θῖος, θεός· Κρῆτες*) sicut Boeoti, quare in Cret. 2554, 185 pro *τὼς ἀλλοσιως* legendum videtur *τὼς ἄλλως θιώς*, vid. §. 7, 3; Laconica sunt *σιός*

---

2) Et. M. 382, 42. *Ἴωνες καὶ Δωριεῖς διὰ τοῦ ῑ ἱστιῶ καὶ ἱστία.* — Heraclid. apud Eustath. 1562, 43. *Σικελοὶ τὸ ἀρκτικὸν ε ᾧ ἕπεται τὸ σίγμα, εἰς ῑ μετατιθέασιν*, cujus rei exempla affert *ἴσχω, ἴσπω, ἵζω, ἱστίη*, male praeter ultimum. — Eustath. 1579, 47. *κατὰ τοὺς παλαιοὺς οἱ Δωριεῖς ἱστιᾶν λέγουσιν ἐν τῷ ἰῶτα.*

et *σιά* pro *θεός* et *θεά*, vid. §. 7; in reliquis titulis Creticis, nec minus in Cyrenaeis et Heracleensibus vulgares formae tenentur. Deinde Cretensium est *θιήϊον* pro *θέειον*, *θεῖον* secundum Hesychii glossam *θίκιον*, *θεῖον τὸ ὀρυκτόν· Κρῆτες*, quam emendaverunt Hemsterhusius et Valckenarius ad Adon. p. 186. C. In titulo Cretico nr. 2554, 143 est *περιστεριών* pro *περιστερεών*; Laconicum dicitur ab Hesychio *γαλλιῶται*, *ἀσκαλαβῶται* i. e. *γαλεῶται*. Corruptum putamus *Κρητογενία* Cret. 2559, 177 pro *Κρητογενέα* nec valde confidimus glossae Photianae *ψοίδια*, *ψευδῆ· Κρῆτες*. — De aliis, quae *ε* in *ι* mutatum habent, infra disputabimus §. 26, quo licebat etiam ex iis, quae nunc commemoravimus, pauca quaedam referre, ut *περιστεριών* et *γαλλιῶται*. — Addimus Hesychii glossas, in quibus *ε* ratione parum credibili in *ι* mutatum conspicitur: *διφοῦρα*, *γέφυρα· Λάκωνες* et *τίριος*, *θέρους· Κρῆτες*.

4) *ε* pro *ο*, quae mutatio Dorica dicitur Et. Gud. 459, 4, in paucis quibusdam reperitur: *ἑβδεμήκοντα* Heracl. et Delph. 1690 pro *ἑβδομήκοντα*, quod legitur Corc. 1845, 48 et in Tauromenitano Torremuzzae; *ὀδελός* pro *ὀβολός* Delph. 1690, vid. §. 10, 2; *γεργύρα* pro *γοργύρα* apud Alcmanem secundum Et. M. 228, 38; *Ἀπέλλων* et *ἀνδρεφόνος* Dorica Herodiano auctore [3], quorum illud legitur in recenti titulo Megarico nr. 1065 et in Epilycei Coralisci fragmento (vid. Append.) a nobis restitutum est ex *ἀγγέλλω*, antiquiore Latinorum forma Apello, quam servavit Festus, addicente, nec minus mensis nomine *Ἀπελλαῖος* apud Delphos, Heracleenses, Macedones, quem Boeckhius ad C. I. I p. 814 *Ἀπολλώνιον* interpretatur (vulgo *Ἀπέλλων* scribitur, etiam in Amph. 1688); *Fέργανον* pro *ὄργανον*, vid. §. 5, 8. Corruptum est *δύε* pro *δύο* in Lacon. 1511, 7.

E contrario Corcyraeos insulam suam, quae vulgo

3) Herod. ap. Eustath 183, 5. *ὁ διὰ τοῦ ε ἀλετρίβανος μήποτε Δώριόν ἐστιν; οἱ γὰρ τὸν Ἀπόλλωνα Ἀπέλλωνα εἰπόντες καὶ τὸν ἀνδροφόνον ἀνδρεφόνον οὗτοι καὶ τὸν ἀλοτρίβανον ἀλετρίβανον εἴποιεν ἄν.*

Κέρκυρα, appellasse Κόρκυρα et tituli multi docent et nummi, vid. Mionn. Suppl. III p. 428.

5) Temere ab Eustathio ι pro υ Doricum dicitur, vid. L. I §. 12 not. 10. Neque enim incorrupta videntur αἰσιμνῶντες pro αἰσυμνῶντες in titulo Chalcedonio et φιλᾶς pro φυλᾶς (ut longas vocales hic commemorare liceat) in Agrigentino. Incertissimum est υ pro ι, quod Boeckhius existimat, positum in Ὑπάγρα, Ὑπασία Cret. 2554, 106. 127, nec minus in Ἀρτάμυτι Epid. 1172.

υ pro ο est in ὄνυμα, quod quum Lesbiis potissimum usitatum sit, legitur etiam in Aetol. 1756 et Epich. fr. 27, (ὄνομα saepe in titulis recentioribus) eoque magis e genuina Doride petitum videtur, quod etiam Corinna fr. 4 ὀνουμήνω dixit i. e. ὀνυμαίνω, nec minus Pindarus ὄνυμα et ὀνυμάζω, quanquam et hic et Boeoti in reliquis Lesbiacam υ pro ο ignorant. Idem Pythagoreorum usus indicat.

Mero errore factum est, ut σέρκες, quod est Lesbiacum pro σάρκες vid. L. I §. 12, 3, Doricum dicatur Et. M. 708, 31.

6) Vocalis ε inserta est, si spectas vulgarem rationem, in δένδρεον Heracl. et Cret. 2555, ἀδελφεός, quod metro cogente restitutum est Epich. 3, ᾤεον Epich. 103, quae sunt omnia Doridi non propria, sed etiam in aliis dialectis ex antiquitate retenta. Inter consonas insertum aut potius retentum ε habent πέλεθρον Amph. 1688, πέλεθρα et τετραπελεθρία Corcyr. 1840 (sed in hoc eodem titulo πλέθρα, τετραπλεθρία et διπλεθρία). Item vocalis addita videtur in τορόνος, τόρνος· Ταραντῖνοι Hesych. Cretensium magistratus, qui vulgo Κόσμοι vocantur neque aliter in titulis Creticis nr. 2554. 2556. 3048. 3049. 3053. A. B. 3054. 3055. 3056. 3058, Κόσμιοι appellantur in nr. 3047. 3050. 3051. 3052. 3057 et in antiquioribus Strabonis editionibus X p. 738. 741.

Quo jure Dorienses ancipites producere tradantur, ut ῑσος pro ἴσος [4]), non apparet.

4) Et. M. 477, 17, Et. G. 283, 20, Ann. Oxx. I, 210, 23 ad ἶσος: ἴσως ὁ ποιητής (Homerus) Δωρικῶς ἐκτείνει τὸ δίχρονον. J. Gr. 242, b, Gr. C. 302. αἱ ἐκτάσεις τῶν διχρόνων στοιχείων ἴδιαι.

§. 18.

De υ apud Lacones in ου mutato.

Soli Doriensium Lacones pro vocali υ vel longa vel brevi Boeotorum more, vid. L. I §. 38, 3, diphthongum *ου* scripserunt. Neque tamen ea ratio apud antiquiores valuit, quum neque in Alcmanis carminibus neque in Aristophanis Lysistrata neque in titulis vetustioribus neque apud colonos Laconum Tarentinos ulla exempla reperiantur. Antiquissimum ejus scripturae vestigium est in *πούστακος*, quod Aristophanem grammaticum attulisse Hesychius tradit. Itaque apud Lacones illa scribendi consuetudo, qua vocalis priscus sonus a vulgari pronuntiatione discerneretur, certe non prius invaluit quam apud Boeotos, cf. quae disputavimus L. I §. 41. Ceterum de Laconica hac mutatione ne grammaticorum quidem praecepta extant, sed omnis cognitio e glossis ab Hesychio potissimum servatis haurienda est. Jam vero quum quaecunque υ in *ου* mutatum habent, aut Boeotica aut Laconica esse oporteat, Hesychianarum autem glossarum paucissimae Boeoticae sint, innumerae Laconicae et inter illas ipsas, quas nunc spectamus, multae Laconicam originem vel indicibus additis vel certis indiciis prodant, reliquas quoque eodem revocandas esse persuasum habemus. Reperiuntur autem haec exempla:

ἀμοῦχα (leg. *ἀμουσχρά*), *καθαρεύουσα· Λάκωνες* Hesych. cf. *ἀμυσχρόν, καθαρόν.*

ἀπαφουλίστωρ (fort. *ἀσταφούλιστορ*) *σταφυλῖνος· Λάκωνες.*

γακούδια, ἡδύσματα et *γακουττάνης* (?), *ἡδυποτιστής.* Laconica vox *γακύς* pro *γλυκύς, ἡδύς* praeterea in his glossis conspicitur: *γάκα, ἡδέως* (cod. *γῆκα*, vulg. *γάρα*) — *γακεῖαι* (cod. *γαγεῦαι*), *γλυκεῖαι* — *γακύ, ἡδύ, γλυκύς.* — *γάλα* (leg. *γάκα*), *ἡδέως* (Mus. *ἡδύ*).

διφοῦρα, γέφυρα· Λάκωνες.

ἐκβιούζει, θρηνεῖ μετὰ κραυγῆς cf. *ἀβίυκτος* et §. 5,

4 s. v. *βύζω*, ubi apparet propter *β* digammi loco praefixum glossam Laconicam habendam esse.

ζουγῶνερ· βόες ἐργάται· Λάκωνες pro *ζυγῶνες* vid. §. 8, 2.

καμπούληρ, ἐλαίας εἶδος· Λάκωνες cf. *καμπύλος*.

κάρουα, κάρυα· Λάκωνες.

κουτάλα pro *σκυτάλη* Et. MS. Par. vid. §. 15, 3.

μουΐαι, σκώληκες οἱ γενόμενοι ἐν τοῖς κρέασιν pro *μυῖαι*.

μουκηροβαγός Laconice pro *καρυοκατάκτης* a *μύκηρος* secundum Pamphilum vid. §. 5, 4.

μουκίζει — μέμφεται τοῖς χείλεσιν, cf. *μύζω*.

μουκτηριᾷ, σκαρδαμύττει, cf. *μυκτηρίζω*.

μούσαξ, ὁ ὑπὸ τοῦ βοᾶν τρεφόμενος pro *μύθαξ* Laconice vid. §. 7, 2.

μουσίδδει, λαλεῖ pro *μυθίζει* vid. ibid. et §. 12, 3.

μούρκορ, μῦσος· οἱ αὐτοί pro *μύσκος* vid. §. 8, 3.

οὐδραία, ὑδρεία, μέτρον τι, Ἀττικοῦ μετρητοῦ ἥμισυ.

οὐδραίνει, περικαθαίρει· Λάκωνες i. e. *ὑδραίνει*.

οὐμαί, ὑμέτεραι.

οὐφίδρωμα, τοῦ σάγματος ἡ πρὸς τῇ πλευρᾷ διφθέρα pro *ὑφίδρωμα* esse videtur i. e. quod sudorem excipit.

παρσουλακίρ a *θύλακος* vid. §. 7, 2.

πούανοι, κύαμοι ἑφθοί pro *πύανοι*.

πουμμα, ἡ τῆς χειρὸς πυγμή vid. §. 13, 4.

πουννιάζειν, παιδικοῖς χρῆσθαι· πούνιον γὰρ ὁ δακτύλιος cf. *πυννιάζειν, περαίνειν ὡς ἀρραίνειν* et *πύννος ὁ τρώκτης* leg. *πρωκτός*.

πουρδαίϊον, μαγειρεῖον· Λάκωνες pro *πυρδαίσιον* vid. §. 9, 4.

πούρτακος et secundum Aristophanem grammaticum *πούστακος* Laconica pro *πύστακος, πύσσακος* vid. §. 8 not. 3.

σεκουάνα, σικύα et *σεκουάνη, ἐλαίας εἶδος· Λάκωνες* vid. §. 17, 3.

σούκινος, ὁ εὐνοῦχος pro *σύκινος*.

σουνεπτᾶσθαι (corrigunt *συνέπεσθαι*), *συνακολουθῆσαι*.

στούμμα (leg. *στουμνά*) *αὐστηρά* cf. *στυμνά*, *σκληρά*.

τούνη, *σύ*· *Λάκωνες* pro *τύνη*.

τοῦφος, *τάφος* leg. *τῦφος*.

τρούεται, *ἰσχναίνεται*, *τήκεται* i. e. *τρύεται*.

φλουάζει, *φλυαρεῖ*, *ληρεῖ* i. e. *φλυάζει*.

φουάδδει, *σωμασκεῖ* i. e. *φυάζει* a *φυή* et inde derivatum *φούαξιρ* (cod. *φουαέξιερ*), *ἡ τῶν τῆς χώρας* (?) *σωμασκία*, *τῶν μελλόντων μαστιγοῦσθαι*. Emendavit et illustravit Hemsterhusius cf. Müll. Dor. I p. 382.

φούιξ, *φύσιγξ* vid. §. 9, 5.

φοῦαι (leg. *φοῦλλαι*), *ἀλώπεκες* cf. *φύλλες*, *ἀλώπεκες*.

φουλίδερ (leg. *φουλλίδερ*), *παρθένων χορός*· *Δωριεῖς*, pro *φυλλίδες* et a *φύλλον* derivandum.

φυλλόμενοι (leg. *φουλλόμενοι*), *τιλλόμενοι*· *Δωριεῖς* (?).

φύρκορ (leg. *φούρκορ*), *ὀχύρωμα* cf. *φύρκος*, *τεῖχος* vid. §. 8, 2.

χελούειν, *βήσσειν καὶ χελούσειν* (leg. *χελούσσειν*) *ὁμοίως*, cf. Clem. Alex. Protr. p. 33 Pott. *καὶ χελυτίδα δὲ Ἄρτεμιν Σπαρτιᾶται σέβουσιν*, *ἐπεὶ τὸ βήσσειν χελύττειν καλοῦσιν*.

Ceterum in *οὐδραία*, *οὐδραίνει*, *οὐμαί*, *οὐφίδρωμα* lenem, qui apud Hesychium scriptus est, retinuimus, quanquam non credimus asperum, qui antiquitus est in *ἁμός*, *ἁπί*, mutatum esse; meliore jure lenis fortasse ponitur in duobus primis vocabulis, quia in *ὕδωρ* asper recentiorem originem habet. Conferantur, quae disputavimus L. I §. 34 et supra §. 4, 5. 9.

In recentissimis titulis Laconicis 1347 et 1388 *Κορουρεῖς* pro *Κοροσουρεῖς* scriptum est, ita ut *ο* sit pro brevi *υ*, id quod Boeckhius ad Laconicam mutationem modo illustratam refert. Hac quoque scriptura antiquus vocalis *υ* sonus exprimi videtur.

§. 19.

De *α* pro *η*.

1) Nulla re Dorica dialectus apertius ab Ionica et

Attica distinguitur, quam frequenti longi ᾱ pro η usu [1]). Quo in loco quum Graeci non Ionicae stirpis omnes cum Doriensibus fere conspirent, quum ipsa Atthis haud raro Ionicum η aspernata Doricum morem sectetur, quum Latina quoque lingua, si qua cum Graeca communia habet, quae non sunt recenti tempore e vulgari Graecitate assumpta, Doricum ᾱ praebeat: dubitari non potest, quin Ionicum η eadem mutatione ex antiquiore ᾱ ortum sit, qua apud Anglos longum ā pronuntiando in ē transiit. Accuratius autem de insignis illius differentiae ratione atque lege quaesituris primum de fontibus disputandum est, quia et iis, unde reliquam Doridis cognitionem haurimus, in hoc loco majore circumspectione utendum est et alii quidam accedunt, qui ad reliqua nihil fere utilitatis suppeditant.

Inscriptiones non pessimae aetatis, quae nec lapicidarum nec describentium culpa corruptae sunt, et meliorum grammaticorum praecepta etiam hac in re plerumque fide dignissima sunt; de eo erroris genere, quod ne ab his quidem alienum est, mox videbimus. Scriptoribus et poëtis, qui Dorice scripserunt, cautissime utendum est. Nam non solum librarii facile ad vulgare η delabi poterant, sed saepissime etiam factum est, ut accuratiore Doridis cognitione destituti notissimam istam mutationem ultra ipsorum Doriensium consuetudinem usurparent. In eundem errorem haud raro ipsi poëtae et scriptores inciderunt, qui post Alexandri aetatem Doricam dialectum arte imitati sunt, Bucolicos maxime dico et Pseudo-Pythagoreos, nisi credere malis, illos saltem consilio hyperdorica quaedam finxisse, quae vere Dorica non esse

---

1) Aristid. Quint. de mus. II p. 93. *ἡ Δωρὶς τὴν θηλύτητα φεύγουσα τοῦ η̄ τρέπειν αὐτῆς τὴν χρῆσιν ὡς ἐς ἄῤῥεν τὸ ᾱ νενόμικεν.* — Scholl. Theocr. XV, 88. *τὸ πλατειάσδοισαι τοιοῦτόν ἐστιν· οἱ γὰρ Δωριεῖς πλατυστομοῦσι τὸ ᾱ πλεονάζοντες.* — Choerob. Bekk. 1201, J. Gr. 242, b, Gr. C. 182, Leid. 633, Meerm. 656, Ann. Oxx. IV, 172, Eustath. 1481, 50 etc.

haud ignorarent, quo rusticius oratio sonaret. Adeo credibile est, hyperdoricas ejusmodi formas eo tempore, quo vulgaris lingua patriam dialectum opprimere coepisset, ipsorum Doriensium oribus ipso Atthidem evitandi studio usurpatas esse [2]). Unde factum est, ut etiam tituli, quanquam puriore dialecto uti solent, nonnulla ejus generis praebeant; grammatici si qua similia pro Doricis venditant, aut e plebis ore aut e scriptoribus recentioribus hauserunt. Utut est, Bucolicorum et Pseudo-Pythagoreorum, qui hyperdoricis formis scatent, in hoc capite nullus usus est, nisi quod Theocriti Idyllia *Δωρικώτερα* (I—XI. XIII—XV. XVIII) ubicunque vulgare η cum constantia quadam retinent, aliquam fidem merentur; in hanc enim partem ab ipso poëta minus videtur peccatum esse. — In Archimedis libris, ut nunc leguntur, multae vulgares formae sunt, paucae hyperdoricae.

Majorem fidem Pindari carminibus habere licet, qui quum dialectos Doricam, Lesbiacam, epicam miscuerit, omnia, quaecunque ᾱ pro η habent, e Doride hausisse existimari potest, quacum Aeolis in hoc loco nihil differt. Hyperdorica neque poëtae aetati conveniunt et, si qua in libris reperiuntur, aut pridem librariis imputata sunt aut iisdem infra vindicabuntur. Magis dubitare licet an subinde Ionicum η ex epica dialecto asciverit, quae suspicio nec per se absurda est et exemplis nonnullis confirmatur, ubi usus constantia poëtae ipsius manum monstrat. Rara tamen sunt talia, ut non multum erraturi simus, si η, ubicunque a Pindaro servatur neque aliunde alia constant, Doridi ascribamus. Reliquorum lyricorum reliquiae et tragoediarum cantica hyperdoricis commentis rarissime librariorum, saepius editorum prava sedulitate ornata sunt. Et horum quidem erroribus silentio transmissis haud raro

---

2) Non aliter eos, qui Sassico idiomate utuntur, nunc saepe pronuntiantes audiveris *det Avens* i. e. *des Abends*, literae s mutatione Sassica male et hypersassice ad genitivi terminationem adhibita.

ex his fontibus docebimus, ubi Doris α pro vulgari η posuerit; contra ubi η tenuerit, ex his carminibus, qua sunt vel dialectorum mixtione vel librorum mala fide, disci non potest.

2) In universum hanc legem constituere licet: Dorienses cum Aeolibus longum α habuisse pro Ionico η, quod ex α natum esset. Eam vocalis η originem apertam habent ideoque in Doride ᾱ postulant:

a) terminationes declinationis primae [3]), cujus singularis in hunc modum procedit: πύλᾱ, πύλᾱς, πύλᾳ, πύλαν; μοῦσα, μούσας, μούσᾳ, μοῦσαν; Ἀτρείδας, Ἀτρείδᾳ, Ἀτρείδαν.

b) princeps syllaba in praeteritis verborum, ubi η augmento ex α natum est, ut ἀρχέμαν [5]), ἆγον Et. M. 12, 42, ἀνάγγειλαν Delph. 1693, ἄκμαζε Cret. 2563, ἀξίουν Act. 3046 [4]), ἆκται, ἄχθω, ἀγμένος saepe apud Archimedem. Item in diphthongis α servatur, ut ἐπαύξησε Rhod. 2525, b, ἐπαινέθη ibid., αἱρέθη Astyp. 2483 (vid. §. 25, 4. c), διαίτασαν Calymn. 2671, Boeckhio tamen dubitante, an rectius ἐπᾳνέθη scribendum sit. Pindarus et αὔδασα habet N. X, 80. I. V, 39 (cf. Stesichori ποταύδη in Ann. Oxx. I, 191, 32) et ubique καταίσχυνε, καταίνησαν etc. vid. Boeckh. Nott. Critt. ad Ol. XI, 3, in quibus Boeckhius ad P. IV, 40 propriam diphthongum praeferens augmentum poëtice omissum existimare videtur; vix recte. Plura vid. §. 36, 8 et §. 35, 2.

c) omnia verborum, quorum stirps in α exit, declinamenta, ut ἕστα, μεμναμένος, τιμᾶσαι. Eodem pertinent nonnullae stirpes, quae transpositum α in finem acceperunt, ut a θαν, θνα (cf. τέθναμεν, τεθναίην) derivantur θνάσκω, τέθνακα, a ταμ, τμα frequentia apud Archimedem

---

3) Theod. Bekk. 993, Choerob. Bekk. 1366, Ann. Oxx. I, 118, 7, de γᾶ Herod. π. μ. λ. 6, 14.

4) Non debebat Boeckhius Chishulli ἠξίουν recipere, quum Hesselii ἀξίουν genuinam scripturam monstraret.

τέτμαμαι, ἐτμάθην, a *δαμ, δμα ἐδμάθην* apud Pindarum et tragicos.

d) vocabula omnia, quae a vocibus primam declinationem sequutis aut a stirpibus verbalibus in *α* exeuntibus vel derivando vel componendo orta sunt, ut *Μαχάτας* Acarn. 1794 et Ambr. 1796, *ἀλκάεις, ὀδυναρός, σιγᾱλός* Pind., *γάϊος* a *γᾶ* Epich. 23 ex emendatione nostra (cf. §. 22, 4), *γαγενής* Et. M. 229, 31 ex Herodiano, Syracusanorum *γάμοροι* Herod. VII, 155 i. e. *γήμοροι, γεώμοροι* (vid. §. 24, 17), *νικαφόρος* Pind., *βοαθέω* Cret. 2554. 2556 a *βοή* etc. Deinde *βᾶμα* Et. M. 196, 36, *ἀμφισβατεῖν* Rhod. 2905, *στάλα* Heracl., *μνάμα* Epich., *ἱερομνάμων* Amph. 1688, *πτανός* et inserta vocali *ποτανός* Pind. et Tragg., *τίμαμα* Heracl., *θνατός, Ἄδματος* Pind., *τμᾶμα* Archimed.

e) composita, quorum altera pars *α*, unde incipit, vulgo in *η* producit, grammatico quodam bene docente [5]), qui exempla affert *στραταγός* ab *ἄγω*, *ἀνάνεμος* pro *ἀνήνεμος* ab *ἄνεμος*, *ἀνάκεστος* ab *ἀκέομαι*, *νάποινος* ab *ἄποινα*, quibus multa addi possunt, ut *εὐάνωρ* Pind., *Νικάνωρ* vid. Apoll. de adv. p. 546, 17 etc.

f) postremo quaecunque formae verbales et voces derivatae ad stirpes, in quibus *α* est, revocari possunt, ut *λάθομαι, λάθα* cf. *ἔλαθον*, *λάψη* Epich. 18 cf. *ἔλαβον*, *ἐπᾶξα* Heracl. cf. *ἐπάγην*, *ἴᾱλε* Sophr. ab *ἰάλλω*, *κεχάναντι* Sophr. cf. *ἔχανον*; *ἅδομαι, ἁδονά, ἆδος, ἁδύς* (vid. Hesych. et supra §. 5, 8), cf. *ἁδεῖν*; *ἀγεῖσθαι* ab *ἄγω*, *Προμαθεύς* Epich. cf. *ἔμαθον*, *μᾶκος* Heracl. Eustath. 599, 21 cf. *μακρός*, *τραχύς* cf. *ταράσσω*, *θράσσω*; *ἀλλάλων* e geminato *ἄλλος* ortum etc.

---

5) Ann. Oxx. I, 60, 20. ὅσαι δὲ τοιαῦται γίνονται τροπαὶ παρὰ (suppl. τὸ ᾱ κατὰ) τὴν Δωρίδος διάλεκτον, τροπὴ γίνεται τοῦ η̄ εἰς ᾱ μακρόν· οἷον στρατηγός (στραταγός)· ἀνάνεμον κῦμα· ἀνήκεστος ἀνάκεστος· νήποινος νάποινος. ἐὰν δὲ ὦσι ἐκ τοῦ ε̄, οὐκ ἔτι· ἔλατος ἱππήλατος· Ἀλκμάν· λεπτὰ δ' ἀταρπός, ἀνηλὴς δ' ἀνάγκη· ἐκ γὰρ τοῦ ἐλεινή· ἠρχόμην οὖν ἐροῦσι Δωριεῖς (cod. δῶρα), ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ ἔρχομαι· ἀπὸ δὲ τοῦ ἄρχομαι ἀρχόμαν.

3) Pauca sunt, quae optimorum fontium auctoritate ab hac regula excipi videantur. Primum omnes formae vocesque a κτᾶσθαι descendentes η servant, ut κτήσασθαι Pind., κτῆσις Anaph. 2477, ἔγκτησις Chal. 1567, Acarn. 1793, Thaum. 1771. 1772. 1773, Cret. 2554. 2558, Delph. 67, a R. et p. 67 Ulr., ἄγκτησις Lacon. 1334, ubi non ἔγκτασις cum Boeckhio, sed ἔγκτησις corrigendum est, sicuti idem pro ἔγπησις Phoc. 1724, b, quod Boeckhius in ἔππασις mutavit, in ipso lapide legitur teste Rossio ad nr. 75; deinde αὐτόκτητος et Ἐπικτήτα Ther. 2448, Φιλοκτήτας Pind. Solummodo praeter fictitium Byzantiorum decretum apud Demosthenem de corona ἔγκτασις legitur in titulis Corcyraeis optime servatis nr. 1841. 1842. 1844, Ἐπίκτατος in Phocico Romanae aetatis nr. 76 R. Unde nolumus ambiguitatem quandam genuinae Doridis colligere, sed eo libentius hyperdorismum agnoscimus, quod etiam Boeoticum ει in hac stirpe Doricum η confirmat (vid. L. I §. 39, 2) et quod κτέαρ, κτέανον et Ionicum κτέεσθαι radicem antiquitus ε habuisse testantur. — Eadem ratio est eorum, quae a χράομαι descendunt. Leguntur enim χρῆμα et χρήσονται Heracl., χρηματίζω, χρήζω, χρησμός, χρηστήριον Corc. 1845, Rhod. 2525. b, Ther. 2448, Astyp. 2483; χρηστός Chal. 1567, Delph. 67 R., Epich. 16, χρή, ἔχρησα, χρῆσις cum aliis multis apud Pindarum. Nec, si comparemus χρέος, χρεία, optativum χρείη, Ionicum χρέεσθαι et ἀποχρέω apud ipsum Epicharmum fr. 114, dubitabimus, quin ei stirpi antiquitus vocalis ε propria fuerit. — Nec minus alia quaedam verba bisyllaba in αω exeuntia η servant, ut a λάω, λῶ descendunt λῆμα Pind. et Laconicum λῆϊς i. e. λῆσις vid. §. 9, 4, a ζάω ζήσων Epich. 149. Tum verba πιμπλάναι et πιμπράναι, quorum radices πλε et πρε esse multis indiciis proditur vid. Buttm. Gr. II p. 274, apud Dorienses η servant, ut πίμπλη Sophr. 49, ἐνέπλησαν Sophr. 30, πληρής Epich. 6, πλῆθος Rhod. 2525, b. 2905. Corc. 1839, quocum conspirat Boeoticum πλεῖθος L. I §. 39, 2, et a πιμπράναι ἐμπρήσοντι Heracl. I, 97. Contra πλᾶθος legitur Cret.

3048 (πλάθους, πλήθους Hesych.), πλάθουσι in Aeschyli corruptissimo loco Choeph. 582, quorum illud inter hyperdoricas formas refero, hoc male pro πλήθουσι accipi arbitror, quod nisi corruptum est, potius dativus pluralis est a πλάθω i. e. πελάθω ducendus. — Postremo quae derivantur a βάλλω et καλέω, nunquam α pro η asciscunt, quanquam transponendo stirpes βλα et κλα oriri videntur. Sed cum summa constantia leguntur βέβλημαι Pind., κάβλημα Laconicum apud Hesychium, κέκλημαι et κικλήσκω Pind., κατάκλητος Heracl., ἐκκλησία saepe in titulis. Et in priore saltem voce η ex ε natum esse, Homericum βλεῖο et Epicharmeum βλείης fr. 154 satis docent. Quare stirpes βλη et κλη non transpositione e βαλ et καλ, sed syncope e βαλη et κάλη ortae esse videntur, quo tendit etiam Homericum βεβόλημαι.

Magis mirari licet, quod η constanter tenetur in ῥήγνυμι ejusque derivatis, quanquam aoristus ἐῤῥάγην, cognatum verbum ἄγνυμι et Latinum frango radicem Ϝραγ, ῥαγ sistere videntur. Sed non solum apud Pindarum sunt ῥήγνυμι, ῥῆξαι etc., sed etiam in tabulis Heracleensibus, certissimis Doridis fontibus, ἐῤῥηγεῖα et ἄῤῥηκτος, quibuscum conspirant Lesbiaca Ϝρῆξις et αὔρηκτος vid. L. I §. 5, 4. 5.

4) In titulis, qui non sunt pessimae aetatis nec lapicidarum culpa aut describentium errore negligentiave corrupti, nihil praeterea contra regulas propositas peccatur. Reliquorum, qui minoris fidei sunt, menda enumerare piget, nec magis morabimur in librariorum peccatis, quibus purissimam Epicharmi, Sophronis, aliorum Doridem commacularunt. Neque tamen praetereundum videtur, quod apud ipsum Pindarum quaecunque illis regulis adversantur, non poëtae, sed librariis deberi videntur. In Boeckhii editione haec relicta sunt:

κρητήρ Ol. VI, 91. Nem. IX, 49. I. V, 1, quanquam non solum in κεράσαι α apparet et ipsi Attici κρατήρ dicunt, sed etiam Dorienses in cognatissimis vocibus α proferunt, ut ἄκρατος Epich. 19, κρατηρίζω Sophr. 71,

ἀκρατίζεσθαι Sophr. 34, ἐγκίκρα Sophr. 2. Neque enim quidquam Joanni Grammatico f. 243 ejusque sectatoribus Gr. C. 359, Meerm. 659 tribuendum est, qui ἄκρητος Doricum esse pro ἄκρατος tradunt, ubi quid corruptelae lateat, nescio. At in tertio Pindari loco omnes libri Doricum κρατήρ praebent, in primo optimi, in medio boni, quod cur propellamus, nihil adesse intelligo.

ἀναστήῃ P. IV, 155 Boeckhius pro ἀναστήσῃ, quod et sensus et dialecti nomine suspectum est, Hermanno probante scripsit. Vel sic tamen contra Doricam dialectum peccatur et lectio in scholiis commemorata ἀνασταίη verissima est, modo conjunctivum agnoscas et, si placet, iota subscriptum addas; nam conjunctivus ἀνασταίη non minus recte se habet, quam Homericum παραφθαίησι Il. κ, 346, de quo disputavimus in libello de Homerica conjugatione in $\overline{\mu\iota}$ p. 17.

καύχημα I. IV, 57 a καυχᾶσθαι excusationem habet propter Doricam verbi formam καυχέομαι Theocr. V, 77 cf. αὐχέω.

ὁμηγυρής P. XI, 8 Boeckhio monente jam a Dissenio in ὁμαγυρής mutatum est.

Restant μελιηδέα P. IX, 38 (quanquam in fr. 147 Boeckhius sine libris μελιαδέος dedit), προσηύδα P. IV, 119, νήποινον P. IX, 60 vid. not. 4, τέτμηνται I. V, 21, ἄπρηκτος I. VII, 7 (quanquam ubique πράσσω, πρᾶγος etc.), quam formam Boeckhius reconditiorem esse ratus, quam quae possit a librario profecta videri, significationis discrimen quoddam quaerit. Poterat tamen grammaticulus et vulgarem formam ἄπρακτος aspernari et Homericae recordari. Vides, quam ea omnia sint suspecta. Multo plura illis regulis adversantur in Theocriti idylliis etiam iis, quae sunt Δωρικώτερα.

5) Saepissime latet, quomodo η ortum sit, nec potest ex origine quidquam de Dorica mutatione intelligi. Multa tamen, quae praeter illa Doricum α postulant, regulis quibusdam comprehendere licet. In Doride igitur α assumunt haec:

a) tertia persona dualis indicativi praeteritorum et optativi, ut ἐποησάταν Delph. 25, ἐκτησάσθαν Pind., ὀλοίσθαν Tragg.

b) prima persona indicativi praeteritorum et optativi in subjectivo, ut συνεθέμαν Cret. 2555, ἠχθόμαν Epich. 19, ὀλοίμαν Tragg.

c) feminina super bisyllabum vulgo in $\overline{\eta\nu\eta}$ exeuntia: εἰράνα Lysistr. etc., σελάνα Pind. Tragg., γαλάνα Aesch. Ag. 720 et inde γαλάνεια Eurip. Hel. 1458. Iph. A. 546 et γελανής Pind., Ἀθάνα, Ἀθᾶναι etc., Κυράνα, Μεσσάνα, Κυλλάνα, Πελλάνα, Ἀνθάνα oppidum Laconicum Steph. Byz., Πειράνα Pind., adeo Ionicae urbis Prienae incolae Πριανεῖς Rhod. 2905. Nec minus Dorienses ἀπάνα dixisse existimamus, quanquam apud Pindarum Ol. V, 3 et P. IV, 94 ἀπήνα traditum est. Thessali enim καπάνα dixerunt vid. Athen. X p. 418. D et Hesych. s. v. καπανικωτέρους (de κ addito cf. καυχᾶσθαι et αὐχεῖν), unde nostro jure Doricam formam ἀπάνα assequimur. Simili modo e Cypriaco ἀγάνα pro σαγήνη apud Hesychium Dorienses σαγάνα dixisse intelligimus. Apud Pindarum praeter ἀπήνα regulae haec adversantur: τιθήνα P. I, 20, ubi codex non malus Aug. D. τιθάνα praebet, quod Doridi certe, si non Pindaro, vindicaverim; Ἀλκμήνα, pro quo semel inter novem locos v. l. Ἀλκμάνα in Ald. et Rom. reperitur P. IV, 172, ab ipso Pindaro scriptum est: valde tamen vereor ne Dorienses α etiam hic pronuntiaverint, quum forma feminina masculini nominis Ἀλκμάν agnoscenda esse videatur. Postremo Μυκῆναι P. IV, 49 et fr. 216 eo minus Doricum fuerit, quod terminatio $\overline{\alpha\nu\alpha}$ reliquorum analogia maxime in urbium nominibus postulatur. Ceterum contendere nolumus, omnibus nominibus in ηνη exeuntibus in Dorica dialecto α necessarium esse: nam nomen Ismene, quod Boeotice Ἰσμείνα sonaret vid. §. 39, 2, Dorice haud dubie esset Ἰσμήνα.

d) feminina abstracta tertiae declinationis in $\overline{\tau\eta\varsigma}$ exeuntia, ut πρεσβύτας Ther. 2448, οἰκειότας Aetol. 3046,

ταχυτάς Pind., quo pertinet etiam ἐσθάς Pind. [6]), quanquam aspirata in locum tenuis assumpta. Compares Latina vetustas, facultas etc.

e) omnes voces, quae in ηξ gen. ηκος exeunt [7]), ut νάρθαξ, κάχλαξ, σκώλαξ, μύρμαξ, σφάξ, ὄρπαξ Eurip. Hippol. 121, βάρακες Laconice in Coralisco pro βήρηκες cf. Hesych. et intt., Ζάραξ, oppidum Laconicum pro Ζάρηξ vid. Steph. Byz. et intt. Ipsi Attici α purum cum Doribus servare solent, ut θώραξ, ἱέραξ. Contra ἀλώπαξ an non recte Doricum dicatur [7]), dubitare licet, quum et in reliquis casibus ε appareat et apud Pindarum Ol. X, 20. I. III, 65 ἀλώπηξ scribatur.

f) Nomina populorum in ην exeuntia, quae etiam apud Atticos saepe α tenent, ut Ἕλλαν, Ἀξάν pro Ἀξήν vid. Steph. Byz., cf. Αἰνιάν, quod apud Homerum est Ἐνιήν, Ἀκαρνάν, Τιτᾶνες, qui apud epicos Τιτῆνες. Addimus urbis nomen Τροιζάν [6]).

g) adverbia vulgo in ῃ exeuntia, quae modo locum in quem significant, modo rationem, qua aliquid fit, ut πᾷ, παντᾷ, ἁσυχᾷ, κρυφᾷ. Accuratius de his et de iis, quae excipi videntur, infra quaeremus §. 44.

h) adverbia in δην exeuntia, ut ἄδαν Alcm. 25, κρύβδαν Pind. cf. L. I §. 13, 4.

i) composita, quorum prior pars, quanquam non ad primam declinationem pertinens, in η pro vulgari ο ter-

---

6) Herodian. ap. Eustath. 287, 41. ἡ Δωρὶς καὶ ἡ Αἰολὶς διάλεκτοι οὐδέποτε κατὰ γενικὴν περιττοσύλλαβον τὸ η̄ μετατιθέασιν εἰς ᾱ, εἰ μὴ βαρύνοιτο· Ἕλλην Ἕλλαν, Τροίζην Τροίζαν· ποιμὴν δὲ καὶ λιμὴν οὐκ ἂν ἐροῦσι διὰ τοῦ ᾱ, ἐπεὶ ὀξυτονοῦνται· ἐπὶ μέντοι μονοσυλλάβων μετατιθέασι τὸ σφὴξ καὶ μὴν (num χὴν?) σφὰξ λέγοντες καὶ μάν. σεσημείωταί, φησι, τὸ ἐσθὰς ὀξυνόμενον καὶ διὰ τοῦ ᾱ λεγόμενον παρὰ Πινδάρῳ. Grammaticus oblitus est abstractorum ταχυτής, βραδυτής etc. neque in reliquis de accentu recte judicat.

7) Theogn. Oxx. II, 40, 17. τὰ εἰς η̄ξ εἰωθότα Δωρικῶς τρέπεσθαι εἰς ᾱ διὰ τοῦ η̄ γράφεται ἁπλᾶ ὄντα· οἷον νάρθηξ, νάρθαξ αὐτοί· κάχληξ, κάχλαξ ἐκεῖνοι· ὁμοίως σκώληξ ὅτι σκώλαξ· θώρηξ θώραξ· μύρμηξ, μύρμαξ· ἀλώπηξ, ἀλώπαξ καὶ εἴτι ὅμοιον.

minatur. Talia sunt πολεμαδόκος Pind. Ol. X, 13 et in cantilena antiqua Schneidew. Del. p. 462 pro πολεμοδόκος, πολεμηδόκος; στεφαναφορία Pind. Ol. VIII, 10 a στεφανηφόρος, στεφανοφόρος; ἱεραπόλος Gel. Acarn. 1793, a: ὁρκιατομεῖ Timocr. 3 ab ὁρκιητόμος, ὁρκιοτόμος; πολιάοχος Pind. Ol. V, 10 pro πολιήοχος, πολιόοχος, quod in πολιοῦχος contrahitur, Θεαγένης Megarorum tyrannus. Et talia, quae α purum habent, etiam Attica et vulgaris lingua novit, ut βιβλιαγράφος, νεαγενής, ἱεραφόρος, rarius ea, quorum α non est purum, ut νοθαγενής, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 655 seqq. Eodem pertinet ἑκαταβόλος Pind., quanquam ἑκατοβόλος non reperitur, et ea, quae miro quodam pleonasmo Ionice η, Dorice vel Aeolice ᾱ in commissura partium inserunt (cf. Lobeck. ad Phryn. p. 699), ut ὑπεράφανος Pind., Εὐαγένης in titulo Lesbio Deli reperto, quare nunc ἐπάβολος, de quo olim dubitavimus L. I §. 13, 5, vere Aeolicum esse judicamus.

Jam vero ut in his compositis Dorice α est pro Ionico η, quod cum ο permutari potest, ita in tertia persona dualis, quam haud raro in ον pro ην exire constat, et in adverbiis, quae saepe terminationes δην et δον promiscue habent, ut βάδον et ἐμβάδην. Inde aliorum vocabulorum quorundam Dorica mutatio illustratur, quae alioquin mira videri possit. Compares δύστηνος, Dorice δύστανος et δύστονος a στένω, δῆμος, Dorice δᾶμος cum δόμος a δέμω (δόμος et δῆμος significatione non fere magis discrepant quam οἶκος et vicus), postremo μέμηλα, Dorice μέμαλα Pind. Ol. I, 89 a μέλω, unde perfectum μέμολα legitimum esset. Quae quomodo explicanda sint, nunc quaerere non vacat.

6) Postremo haec singula, quae ad leges quasdam revocare non licet:

ἀέλιος Pind., ἀβέλιος apud Cretenses et Pamphylios §. 5, 5, vulgo ἅλιος Pind. Tragg. Plat. Cratyl. p. 409 etc., Ἁλιάδαι et Ἁλιασταί Rhod. 2525, b, Ἅλειον i. e. Ἥλιον ἱερόν apud Rhodios Eustath. 1562, 57.

αἰών pro *ἠϊών* Et. G. 238, 57, Ann. Oxx. II, 446, Pind. I. I, 33.

ἀλακάτα pro *ἠλακάτη*, ut apparet e *χρυσαλάκατος* Pind. Tragg.

Ἄλεκτραι πύλαι pro *Ἤλεκτραι* Pind. I. III, 79.

ἁλία Heracl. Corc. 1841—1844, vel *ἁλιαία* apud Tarentinos [8]) i. e. *ἐκκλησία*, non diversum videtur ab Atheniensium *Ἡλιαία*, quae et *μεγάλη ἐκκλησία* vocata esse dicitur in Ann. Bekk. p. 310, 32, quanquam etiam Ionicum *ἁλίη* antiquum α servat. Inde derivantur *ξυναλίαξε* Lysistr. 93, *ἁλίασμα* Gel. i. e. *ψήφισμα* et *ἁλιακτήρ* Siculorum [8]).

ἀλίβατος pro *ἠλίβατος* Pind. Ol. VI, 64, Eur. Suppl. 80.

ἀλίθιος pro *ἠλίθιος* Pind. III, 11.

ἆλιξ, *ἁλίκος*, *ἁλικία*, *ταλίκος* etc., ut *ἁλικία* Ther. 2448, *ταλίκοιςδε* Sophr. 6, *ταλικοῦτος* et *ἁλίκος* Archim.

Ἆλις pro *Ἦλις* Pind. vid. L. I §. 52.

ἆλος pro *ἧλος* Pind. P. IV, 71 cf. *Fάλλος*, Lesbiacum I §. 5, 2.

ἁμέρα et *ἆμαρ* Ther. 2448. Pind. Herod. π. μ. λ. 43, 6. Theogn. Oxx. II, 87, 30 etc., unde etiam urbs *Μεσσαμβρία* i. e. Mesembria nr. 2053, e et in nummis.

ἁμές pro *ἡμεῖς*, Lesb. *ἄμμες*, vid. §. 32.

ἆμος pro *ἦμος* Herod. π. μ. λ. 43, 6 et *τᾶμος* Ibyc. fr. 6, J. Gr. 243, b. Greg. C. 367.

ἁνίκα Pind. Tragg. nec minus *τανίκα*.

ἁνίον Pind., *ἀνιοχίων* Lacon. 71 L., *χρυσάνιος* Tragg.

ἀπανής et *ποτανής* Dorica erant pro *ἀπηνής* et *προςηνής*, quum Pindarus semidorice *προςανής* proferat P. III, 52. X, 64 [9]).

---

8) Scholl. Arat. 251. *ἁλίαν οἱ Δωριεῖς τὴν ἐκκλησίαν καλοῦσι.* — Hesych. *ἁλιαίαν, ἐκκλησίαν· Ταραντῖνοι* et *ἁλιακτήρ, τόπος ἐν ᾧ ἀθροίζονται οἱ Σικελοί.*

9) Dores etiam *ἀπάνιος* et *ποτάνιος* eodem sensu dixisse videntur. Nam *ἀπάνιος* fortasse Hesychio restituendum est, ubi in codice *ἀπάνος* (Mus. *ἀπάνθρωπος*), *σκληρός, ἀνόητος, ἄφρων, ἀνελεήμων. Σο-*

ἄπειρος pro *ἤπειρος* Pind. Tragg., *Ἀπειρωτᾶν* in nummis cf. §. 20, 6.

ἀπύω Pind. Tragg. Eustath. 685, 23 pro *ἠπύω*.

ἀργάεις Pind. pro *ἀργήεις* ab obsoleta voce *ἀργή* descendere videtur.

Ἀσκλαπιός titt. cf. Aesculapius; apud Pindarum *Ἀσκληπιός* N. III, 52 et idem vix recte ex uno libro repositum P. III, 6.

ἅσυχος Pind. ita tamen, ut nonnullis in locis omnes libri vulgarem formam teneant vid. Boeckh. Nott. Cr. ad Ol. IV, 17; *ἁσυχαία* Soph. Oed. C. 198.

Ἅφαιστος Epich. titt. Pind.

ἀχέω, *ἀχώ*, *ἀχά* pro *ἠχέω*, *ἠχώ*, *ἠχή* Pind. Tragg., quae cognata sunt cum *ἰάχω*.

ἀώς Epich. Tragg. Pind. cf. Ann. Bekk. 694, 20. Suid. s. v. *ἠώς* pro Ionico *ἠώς*, Lesbiaco *αὔως*, Attico *ἕως*.

βάρακες Laconice in Epilyci Coral. pro *βήρηκες* cf. Ath. III, 114. f., Ann. Bekk. 226, 1, Hesych. s. v. *βάρακες* et *βῆραξ* et *βήρηκες*. Eandem vocem in Ther. 2448. VI, 12 pro *πάρακα* bene restituit Meinekius Comm. II p. 888.

βᾶσσα Pind. Soph. Aj. 196. Oed. C. 73 pro *βῆσσα*.

βλαχά pro *βληχή* Aesch. Sept. 330, Eurip. Cycl. 48. 59.

γαθέω Eustath. 670, 62. Tragg., *γεγάθει* Epich. 75, *γαθόσυνος* Et. G. 124, 58.

γαθυλλίς Epich. 89 pro *γηθυλλίς*, cf. Hesych. *γαθία*, *ἀλλαντία*.

γαρύω pro *γηρύω* Pind., *μελίγαρυς* Pind. Alcm. 12.

δαλέομαι pro *δηλέομαι* apparet in *φρενοδαλής* Aesch.

φοκλῆς ἅπαντι . . . Musuri correctio per se valde probabilis incertior fit, si compares *ἀπηναῖος*, *ἀπάνθρωπος*, *ὠμός*, deinde *ἀπηνής*, *σκληρός*, *ὠμός* etc. Certius constat de *ποτάνως* pro *προσηνής*, quam vocem Hesychius per *προσφιλής*, *ἡδύς* interpretatur. Nam *ποτανωτάταν* libri praebent in Cleobuli epistola Diog. Laert. I, 93, ubi *ποτανεστάταν* correxerunt, et *ποτανία* levi mutatione (pro *ποταναί*) Epicharmo fr. 33 restituimus.

Eum. 317, deinde in κεντροδάλητος Suppl. 558, et probabili conjectura in Amph. 1688, 48 a nobis δαλέωνται restitutum est; eodem pertinent glossae Hesychianae δάλαν, λύμην — δαλήσασθαι, λυμήνασθαι etc. Quare neque Latinum delere cognatum videtur neque recte judicavimus L. I §. 13, 5.

Δᾶλος, Δάλιος pro Δῆλος, Δήλιος Pind. Tragg.

Δαμάτηρ Pind. titt.

δᾶμος et quae inde descendunt saepissime.

δάν pro δήν Apoll. de adv. 570, 21, pro quo δοάν Alcm. apud Scholl. Dion. Thr. 949, 20; δαναιός ex egregia Dindorfii emendatione Aesch. Eum. 808; Doricum δαρόν Pind. Tragg. ne ab Attica quidem dialecto alienum est.

δύστανος pro δύστηνος Pind. Tragg.

ἕκαλος pro ἕκηλος Pind.; nam ἕκατι etiam Atticorum poëtarum est.

ἐξᾶν pro ἐξῆς Rhod. 2525, b, 108 et Ther. 2448. V, 13.

ἐξαπίνας et ἐξαίφνας Pind.

ἐπιτάδειος Corcyr. 1840, Byz. 2060, Archimed.

ἐρατύω Soph. Oed. C. 161.

ζᾶλος pro ζῆλος Pind. Ol. VII, 6 cf. Hesych. δᾶλον, ζῆλον.

ζαμία Heracl. etc. pro ζημία cf. Lat. damnum.

Ζανός pro Ζηνός in Cret. 2555 et multis recentioribus Laconicis 1313. 1314 Ross. 36—40, item Eurip. Hippol. 62. 69 etc., cf. Boeotice Δάν I §. 37, 1 et Aeolice Ζάν I, 13, 5, Lat. Janus et Diana vid. Pott. I p. 99. Quare Ζην-ός, quod semper apud Pindarum et in titulis quibusdam minoris fidei, ut Cret. 2554 et 2563, Doricum haberi nequit.

Ζάτας i. e. Ζήτης Boreae filius Marm. Farn., quanquam Ζήτας Pind. P. IV, 182.

ζατεύω pro ζητεύω, ζητῶ Alcm. 13 (23), cf. Hesych. ζατές, ζητεῖ (leg. ζητεῖς) et δατέν ζητεῖν.

ζατρεῖον et ζατρεύω Et. M. 408, 12 pro ζητρεῖον, ζητρεύω Dorica esse videntur.

θαέομαι Pind. pro Homerico θηέομαι, Attico θεά-

ομαι (vulgo Dorice in θᾶμαι contrahitur vid. §. 42.). Item θάα Dorice est pro θέα barytono Theogn. Oxx. II, 102, 21. Conferantur ἔταφον a radice θαφ, θαῦμα, θάμβος.

θάγω Lysistr. 1121 et θαγάνεος Epich. 68 ex emendatione nostra pro θήγω, θηγάνεος. Non Doricum est θῆξαις Pind. Ol. XI, 20.

κᾶδος Alcm. 76 W., ἀποκαδεῖ Sophr. in Ann. Bekk. 428, 23 et Suid., κᾶδος et κάδεσθαι Pind.

κακίς pro κηκίς Theogn. Oxx. II, 79, 4, κακίωσαι Laconice pro κηκίουσαι Hesych.

καλίς Ann. Parr. III, 33, 28.

κᾶπος Anaph. 2477 et Pind., Theogn. Oxx. II, 68, 28.

κάρ pro κήρ Alcm. 81 W. (ubi κᾶρα pro καραν bene a Bastio emendatum est cf. Hesych. καριῶσαι, ἀποκτεῖναι et ἐκαρίωσας, ἀπέκτεινας atque κηριόω apud Hesych. Suid. Et. M.) Κῆρες legitur Pind. fr. 245.

κάρυξ, καρύσσω Pind. Tragg., καρύκειον Heracl., cf. caduceus.

καρχάσιον pro καρχήσιον Pind. N. V, 51.

κίβδαλος pro κίβδηλος Pind.

κλαΐς Pind. pro Ionico κληΐς, Attico κλείς cf. Lat. clavis. Apud recentiores Dores contrahebatur in κλαίς vel potius κλᾴς (quae accentus ratio verior est quam κλᾷς), quo pertinent κλαῖδα Et. Sorb. ap. Koen. ad Greg. p. 584, κλᾷδας Greg. C. 316 (J. Gr. 243, a κλάδας), quae Dorica vocantur, apud Hesychium sine indice dialecti κλαῖς, μοχλός et corrupte κλαῖσι, κλῆσι, et legitur κλαῖδα apud Callim. h. in Cer. 45; κλαδοῦχος Orpheus decadem appellasse traditur Et. M. 253, 50, quod ad Pythagoreos referendum videtur. Consentaneum est, Dores etiam in verbo αι vel ᾳ pro vulgari ει habere. Ita Epicharmus secundum Ann. Oxx. I, 224, 26 κατακέκλᾳται (ita corrigendum pro κατὰ κέκλαται) dixit pro antiquiore Attico κέκληται, vulgari κέκλειται. Apud Hesychium, ubi nunc κλά σαι, κλεῖσαι litera erasa in codice legitur, propter literarum seriem potius κλᾷσαι quam cum Musuro κλῇσαι corrigendum videtur: deinde apud Theocritum VI, 32,

ubi nunc ex optimis libris κλᾳξῶ legitur, olim κλάσω erat, et scholiasta Doricum κλασῶ tuetur, quanquam etiam κλᾳξῶ, unde κλάξ derivetur, Doricum esse suspicatus [10]); postremo eodem referre licet κατεκλάσθης Theocr. VII, 84 et Hesych. κλᾷσθρον (cod. κλάσθεον), κλεῖθρον, quocum compares Pindaricum κλαΐστρον P. I, 8 Contra ἀπόκλαξον et ἀποκλάξας Theocr. XV, 43. 77 et κλαξῶ, quod nunc legitur VI, 32 (nam κατεκλάξατο XVIII, 5 corruptissimum est), pertinent ad praesens κλάζω, quod apertius prostat in glossa Hesychiana κατεκλάζετο, κατεκέκλειστο, κατακεκλεισμένως εἶχε. Quae forma (ceterum rectius iota subscripto instruenda) non minus recentioris Doridis esse videtur, quam κλῄζω pro κλήω, κλείω recentius est vid. Lobeck. ad Buttm. Gr. II p. 221; Doris tamen saepius in verbis puris ζ addit, ut ἀκροάζομαι cf. §. 35, 1. Valde mira forma est κλάξ Theocr. XV, 33 Δωρικῶς pro κλείς teste scholiasta. Nam hoc fieri non potest, ut scholiasta Theocriteo auctore a futuro κλαξῶ derivetur; potius, si integram habere oportet, e κλαίς orta videtur ις in ξ mutato vid. supr. §. 11, 6. Itaque in hac voce iota subscriptum, quod in reliquis accuratior ratio postulat, jure abest.

κλᾶρος Pind., Herod. π. μ. λ. 35, 22, Eustath. 1481 etc., unde ἐπίκλαρος, κλαρονόμος Ther. 2448.

κνακός pro κνηκός, unde κνακομιγές Philox. Athen. XIV, 643, b.

κνάμα pro κνήμη, unde τετράκναμος Pind.

κράδεμνον pro κρήδεμνον Eurip. Bacch. 1490, quod descendere videtur a κάρα.

κράνα pro κρήνη Amph. 1688, Cyren. 10, Messen. 43 L. etc.

---

10) Scholl. Theocr. VI, 32. κλασῶ· κλείω, ὁ μέλλων κλείσω, παρὰ τοῖς κοινοῖς ἐν χρήσει. οἱ ποιηταὶ δὲ κληΐσω λέγουσι διαλύσει τῆς διφθόγγου καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς η, εἶτα τροπῇ τοῦ η εἰς α καὶ προσγραφομένου τοῦ ἰῶτα κλᾴσω καὶ κλασῶ Δωρικῶς. δοκεῖ δὲ καὶ κληΐζειν εἶναι παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τούτου τοῦ σημαινομένου, ἀφ' οὗ μέλλων Δωρικῶς κληΐξω. καὶ τροπῇ τοῦ η εἰς α καὶ προσγραφομένου τοῦ ἰῶτα κλᾳξῶ, ἀφ' οὗ καὶ κλὰξ ἡ κλείς.

λᾶδος pro *λῆδος* Alcm. 118 W. teste Eustath. 1147, 1; sed rectius ut *λῄδος* ita *λᾷδος* scribi, docet Hesychii glossa *λαῖδος, λῆδος, τριβώνιον.*

λαΐς pro *ληΐς* Aesch. Sept. 313, nec minus pro Ionico *ληΐη*, Attico *λεία* Doricum erat *λαΐα* et contractum *λαία* Pind. Ol. XI, 44 cf. Hesych. *λαίαν — κτῆσιν· Δωριεῖς λαῖαν ἐπὶ τῆς λείας.* Dubitari licet, an rectius *λᾴα* scribatur.

λάϊον et *λᾷον* pro Ionico *λήϊον*, Attico *λεῖον.* Nam *λᾷον* rectius scribi quam *λαῖον* Apollonius [11]) gravissimus auctor persuadet, quanquam et apud ipsum in Sophronis fragmento 85 et apud Theocritum X, 3. 21. 42 *λαῖον* in libris est.

Λαμνός pro *Λημνός* Pind.

Λατώ pro *Λητώ* Amph. 1688 etc.

μάκων pro *μήκων* Alcm. 56 (17), Archim. Aren. p. 325.

μᾶλον pro *μῆλον*, malum Theogn. Oxx. II, 91, 3, Lysistr. 155 etc.

Μᾶλος, Melus insula C. I. nr. 1511 et in titulo ipsius insulae nr. 2424 atque nummis Mionn. Suppl. III p. 392.

μάν, conjunctio *μήν* Eustath. 691, 46, Epich. Pind. etc.

μᾶνις pro *μῆνις* Eustath. 8, 42, Tzetz. Epex. 50, 2, Scholl. ad Theod. ap. Bekk. ad Apoll. de synt. p. 352. Pind. Pyth. IV, 159; *μανίω* Eurip. Hippol. 1146, *ἔμμανις* Cret. 2555.

μανύω pro *μηνύω* Pind. Eurip.

μαρύομαι pro *μηρύομαι* in cantilena populari Poll. X, 125.

---

11) Apoll. de adv. 567, 8 postquam dixit de *ῥᾴδιος* et *Λᾷος* e *ῥαΐδιος* et *Λάϊος* ortis: *καὶ λάϊον καὶ λάϊα καὶ ἐν συναιρέσει πάλιν τοῦ ᾱ λᾷα, τίς μοι τὰ λᾷα* (cod. *λαῖα*) *ἐκτίλλει, Σώφρων, καὶ σὺν τῷ ῑ γράφεται.* — Eustath. 193, 34 de *λήϊον*: *τὸ δ' αὐτὸ καὶ λάϊον Δωρικῶς λέγεται. διὸ συνελὼν ὁ Θεόκριτος λαῖον αὐτὸ λέγει, ὥσπερ αὖθις τὰ λήϊα λῆα ποιεῖ ἡ συναίρεσις, καθὰ καὶ τὸ ληΐδιον λῄδιον* etc. Eustathius quoque *λᾷον* voluisse videtur.

μάταν pro *μάτην* Pind. Tragg., qui videtur obsoleti substantivi *μάτη* accusativus fuisse.

μάτηρ pro *μήτηρ* ubique cf. mater.

μαχάνα pro *μηχάνη* Acharn. 704, Pind. Soph. Aj. 181, *ἀμαχανία* Eurip. Med. 645, vid. Theogn. Oxx. II, 87, 17, Et. G. 499, 28 cf. machina.

Μίλατος, unde *Μιλασίοις* in epistola Aetolorum, vid. L. I §. 54 not. 2.

νᾶσος, *Πελοπόννασος* ubique.

νάφω pro *νήφω* Epich. 119.

παγά pro *πηγή* Et. G. 465, 10, Meerm. 656, Greg. C. 270, Pind. Tragg.

Πάγασος pro *Πήγασος* Pind. I. VI, 44, Ol. XIII, 62.

παδάω Sophr. 46. Lysistr. 1321 pro *πηδάω*.

Πάλιον, Pelion mons Pind.

παλός pro *πηλός* Sophr. 44.

πανέλοψ pro *πηνέλοψ* Ibyc. fr. 7.

παός pro *πηός*, unde *παῶται, συγγενεῖς· Λάκωνες* Hesych. Eo pertinet etiam Theognidei Cyrni appellatio patronymica *Πολυπαΐδης*, quam a patris nomine *Πολύπαος*, quod bene convenit homini nobili, descendere olim intelleximus. Ceterum *παός* etiam in vulgarem linguam transmanavit.

πᾶχυς pro *πῆχυς*, unde *παχυαῖος* Epich. 94.

παραιά vel potius *παρᾳά* Dorice dictum videtur pro *παρειά*; nam Pindarica *εὐπάραος* P. XII, 16 et *χαλκοπάραος* P. I, 44. N. VII, 71 vix recte iota subscripto carent, vid. quae disputavimus L. I §. 46 not. 5, ubi praeterea apparet, etiam hic α esse pro Ionico η.

πλάν pro *πλήν* saepe repetitur in marmore Farnesiano.

πλατίον pro *πλησίον* Epich. 72. Vox pertinet ad radicem *πέλα, πλα*, unde *πέλας, πελάζω, ἄπλατος, πλάθω* cf. Buttm. Gramm. II p. 267, *πέπλαμαι*, quod Doricum dicitur Ann. Oxx. I, 148, 29.

πολιάτας pro Ionico *πολιήτης* Pind. I. I, 51.

σακός pro *σηκός* Doricum esse in certiorum fontium silentio suspicor ex Hesychii glossa *σάκωσε, κατέκλεισε*.

σᾶμα pro σῆμα Et. G. 499, 28, Hesych., περίσαμος Eurip. H. f. 1018, σαμαίνεται, σφραγίζεται παρὰ Ἐπιχάρμῳ Hesych., σάμεα (?), τὰ ἐν ταῖς ὤαις τῶν ἱματίων παράσημα· Λάκωνες Hesych.

σάμερον pro σήμερον et σᾶτες pro σῆτες vid. §. 6, 10 (adde σάτινος Eurip. Hel. 131). Illud cum ἆμαρ, ἁμέρα componendum est; hoc, ab ἔτος derivatum, propter illius analogiam α accepisse videtur.

Σᾶμος N.P. pro Σῆμος Pind. Ol. XI, 73.

Σαρπαδών, Aeni rex in Farnesiano marmore, sed Σαρπηδών Lycius Pind. P. III, 112.

σάσαμος pro σήσαμος Alcm. 56 (17), Philox. Athen. XIV, 643, b, σάαμος Lacon. 1464.

σαφανής pro σαφηνής Pind. Ol. XI, 57.

σίδαρος Alcm. 55 (18), Pind. Tragg., Et. G. 500, 27.

σκάνα pro σκήνη Alaes., Et. Gud. 503, 34; σκᾶνος Eustath. 549, 21, σκανάσῃ Sophr. 93.

σκᾶπτον pro σκῆπτρον Pind., σκαπάνιον, ἡ βακτηρία Hesych. i. e. σκηπάνιον.

τατῶμαι pro τητῶμαι Sophr. 62, Pind.

τροπαλίς pro τροπηλίς Acharn. 779.

Τυρσανός pro Τυρσηνός Pind., Τυράν' in Hieronis galea C. I. nr. 16.

ὑανία pro ὑηνία Epich. 99 cf. Hesych. in ὑανία. συανία etc.

ὑσπλαγίς pro ὕσπληξ Lysistr. 1000.

χαλά pro χηλή Eurip. Ion. 1243, El. 474, Hec. 90: μονόχαλος Iph. A. 225, χάλαργος Soph. El. 850.

χάν pro χήν Epich. 103 cf. anser, quod olim hanser sonuisse docent Sanscr. hansa, Germ. *Gans*.

ψᾶφος, ψαφίζω, ψάφισμα ubique.

Haec fere sunt, quae meliorum fontium auctoritate Dorice ᾱ pro η habuisse intelligimus. Quibus haud pauca accessura esse, si universam Doridem cognitam haberemus, satis certum est: singula quaedam fortasse addere licebit, ubi de fontium minus limpidorum rationibus disquisiverimus. Ceterum neque ea enumeranda duximus,

in quibus ipsa Atthis Ionicum ᾱ aversatur, et verbo monemus, omnia vocabula certo cognationis vinculo conjuncta eidem mutationis legi obnoxia esse; testimoniorum fidem magis quaesivimus quam multitudinem.

Subinde Doricum ᾱ pro Attico ε esse videtur, ut ἀώς pro ἕως, θάα pro θέα, λαῖον vel potius λᾷον pro λεῖον; sed ubique ε ex Ionico η natum esse apparuit. Eodem pertinent derivata a ναῦς, ut ναώριον Corcyr. 1838, b, quod Ionice sonaret νηώριον.

7) Contra vulgare η in Dorica dialecto servatur, ubicunque ex ε natum est, Lesbiaca dialecto consentiente, Boeotica η a Doride servatum in ει mutante vid. L. I §. 39. Eam vocalis η originem certam habent haec:

a) nominativi tertiae declinationis, qui in ης, ηρ, ην exeuntes genitivos in εος [12], ερος vel ejecto ε in ρος, ενος terminant, ut εὐγενής Boeot. εὐγενείς, πατήρ Boeot. πατείρ, ποιμήν Alcm. 8 et ex Herodiani testimonio not. 6, φρήν Pind. [13]. In iis nominibus, quae in ηρ exeuntes per plerosque casus η servant, tamen hoc ex ε prodisse e vocativis et femininis aliquoties apparet, ut σωτήρ, σῶτερ, σώτειρα. Quare etiam Dores in illis η proferunt, ut σωτήρ Lacon. 1511 et derivatum σωτηρία Heracl. etc. — Eo pertinent etiam δικαστήριον et ἐπικριτήριον Cret. 2556, quanquam δικαστήρ et κριτήρ pro δικαστής et κριτής non sunt in usu: cogitatione tamen fingenda sunt, unde illa deriventur.

b) praeterita, quae η in fronte habent augmenti vi ex ε factum, ut ἠρχόμαν ab ἔρχομαι vid. not. 4, ἥψετο, ἐξήνεγκε; conjunctivi terminationes, ubi η ex ε natum indicativi comparatio prodit, ut βλάπτη, γίνηται; optativi in

12) Ann. Oxx. I, 118, 7. τὰ εἰς ης, ὅτε ἐπὶ γενικῆς εἰς ους λήγει, οὐ τρέπουσιν οἱ Δωριεῖς.

13) Ex iis, quae §. 16 ad φρασί disputavimus, apparet etiam φράν et εἴραν aliquid excusationis habitura esse; item ποιμάν, quod frequentatur apud Theocritum, verbi ποιμαίνω memores minus confidenter damnaremus, nisi disertum Herodiani testimonium adesset.

ην exeuntes, ut *εἴην*, *ἀδηλωθείη* cf. 3 pl. *εἶεν*; aoristi passivi, ut *ἐδικάσθην*, *ἐφάνην* cf. *ἐδίκασθεν*, *φανείς*.

c) quaecunque a stirpibus verbalibus in *ε* exeuntibus descendunt, ut in Heracl. *θήσω*, *συνθήκα*, *ἄρνησις*, *ἐμετρήσαμες*, *πωλήσοντι* etc., *κινήσω* Sophr. 98, *ἀκίνητος* Rhod. 2525, b, *Ἀγησίδαμος* Iss. 1835 ab *ἡγέομαι* etc. Eo pertinent etiam ea, quae *ε* per transpositionem in exitum radicis acceperunt, ut *γνήσιος* et *κασίγνητος* Pind. a *γεν*, *ἐσκληκώς* Epich. 106 et *σκληρός* Pind. a *σκελ*, *τρηματίζω* Sophr. 99 a *τερ*, *εἴρηκα* Rhod. 2905, *εἰρήσεται* Pind., *ῥήτρα* Heracl. et apud Tarentinos vid. Et. M. 703, 44, *ῥησίαρχος* Epich. vid. Suid. Phot. Hesych. a radice *ῥε*, olim *Fρε*, quod est e *Fερ* transpositione factum cf. *ἐρέω*.

d) postremo multa alia vel derivata vel composita, ut *γῆρας* cf. *γέρων*, *ἦθος* cf. *ἔθος*, *ἀκήρατος* Pind. a *κεράσαι*, *κρήμνημι* et *κρημνός* Pind. a *κρεμάσαι*, *νηλής* ab *ἔλεος*, *ἱππηλάτας*, *διφρηλάτας* Pind. ab *ἐλαύνω* vid. not. 4, *ἐτήτυμος* ex *ἔτυμος* reduplicatione ortum, *τριετηρίς* Rhod. 2525, b et *πενταετηρίς* Heracl. ab *ἔτος* gen. *ἔτεος*.

8) Nonnulla reperiuntur, quae his praeceptis adversentur aut videantur adversari:

a) *Ἱπποκλέας* Pind. P. X, 5. 57, quae est forma maxime barbara pro *Ἱπποκλέης*. At e scholiis apparet, carmen olim *Ἱπποκλεῖ*, non *Ἱπποκλέᾳ* inscriptum fuisse; deinde v. 57 librorum lectio est

τὸν Ἱπποκλέᾳ ἔτι καὶ μᾶλλον σὺν ἀοιδαῖς

ubi *Ἱπποκλέαν* e Rittershusii et Schmidii conjectura receptum est. Jam patet, quam facile *Ἱπποκλεᾶ* scribi possit; nam hiatus quidem nihil offensionis habet et quanquam Pindarus vulgo in iis quae cum *κλέος* composita sunt, correptas formas *εὐκλέα* etc. praefert, semel tamen *εὐκλεᾶ* legitur Pyth. XII, 24. Quid vero altero loco faciendum est v. 5, quo confisi incredibilem formam non moleste tulerunt? Ubi quum legatur *Ἀλεύα τε παῖδες, Ἱπποκλέᾳ ἐθέλοντες*, facillime corrigi potest:

Ἀλεύα τε παῖδ' ἐς Ἱπποκλεᾶ ἐθέλοντες
ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν ἀνδρῶν κλυτὰν ὄπα.

Nam quum Thoracem, qui nominatur v. 64, duos fratres habuisse constet, Eurypylum et Thrasydaeum, nihil obstat, quin cum altero comum instituisse putetur. De plurali participii cum duali juncto videsis, quae Thierschius Gramm. §. 307, 7 post Bekkerum disputavit.

ἀπεσσούα in Hippocratis epistola Laconica (vid. Append.) quum ab aliis tum a Valckenario ad Adon. p. 264, A, quem omnes secuti sunt, pro ἀπεσσύη, Aor. II pass. dictum habetur, idque Batavus ille celeberrimus ita firmatum a se putabat, ut in posterum mutationi non esset obnoxium. Nobis tamen illa vox tribus de causis suspectissima est, primum quod genuina Doris in aoristis passivi η non mutat, deinde quod ου pro υ positum ab hujus epistolae aetate alienum videtur, postremo quod aoristus ἐσσύην ne Graecus quidem haberi potest. Neque illa vocis forma ita librorum auctoritate munita est, ut dubitatio omnis praecisa sit. Apud Xenophontem Hellen. I, 1, 23 libri ἀπέσσυται praebent; idem olim apud Plutarchum legebatur Alcib. c. 28, ubi in libris reperiuntur variae lectiones ἀπέσσονα et ἀπέσσον ἀπεινῶντι (Sintenisii editionem inspicere non licuit). Eustathius p. 63, 1 et 1792, 5 ex eadem epistola ἀπεσσούα affert, ad σοῦσθαι (quod Laconice est σῶσθαι) id pertinere non recte arbitratus et per ἀφώρμησεν, ἀπῆλθε, τέθνηκε interpretatus. Postremo huc traxerunt Hesychii glossam ἀπεσία (cod. teste Schowio ἀπεσσία), ἄνεσις καὶ ἀπέδρα, ἀπηλλάγη, ἠφανίσθη, ubi quum diversa permixta esse appareret, explicationes ἀπέδρα seqq. ad ἀπεσσούα spectare putarunt. Nos ita assentimus, ut ex Hesychio genuinam vocem pro barbara illa ἀπεσσούα eliciendam esse ducamus. Hippocrates enim ἀπέσστα scripsisse videtur i. e. ἀπέστη, qua in forma σ more Doriensibus potissimum paullo incultioribus familiari geminatum est vid. §. 13. Ut illud apud Hesychium per ἀπέδρα etc. explicatur, ita ἀποστάς, φυγών· Αἴσχυλος ἐν Ἰσθμιασταῖς καὶ Ἀλκμήνη. Obscurior forma et in ἀπέσσυται et in ἀπεσσούα corrupta est.

b) Si qua verba in εω exeuntia Doricum α pro η in

ipsis melioribus fontibus assumunt, plerumque suspicari licet, Doridem omnino ea per *αω*, non *εω* formasse; sicuti *ἐπτοάθην* Eurip. Iph. A. 584 haud dubie a *πτοάω* ducendum est, de quo aliunde constat, et Aeoles Ionesque *ἐλεάω* pro Attico *ἐλεέω* dixisse traduntur, vid. L. I §. 13, 3. Eo maxime pertinent verba a nominibus primae declinationis derivata, quae *α* tenere etiam magis consentaneum videtur:

δινέω, unde *ἐδινάθην* Pind. P. XI, 38, *ὠκυδίνατος* I. 4, 7, *δίνασεν* Eurip. Herc. f. 1459, nec minus Pind. fr. 70 pro *καὶ μύχους δινάσσαιο* legendum censemus *κὰμ μύχους δινάσαιο* i. e. *καὶ ἂμ μύχους*. Itaque Dores a *δίνη* derivasse videntur *δινάω*.

φωνέω, unde *φώνασε* Ol. XIII, 65. N. X, 76, quanquam *φωνήσαις* I. V, 49, *ἀφώνητος* P. IV, 237. Illa non audemus in suspicionem vocare, quia a *φωνή* facile *φωνάω* duci poterat.

ὠνασεῖται Sophr. 89, ubi *α* librorum auctoritate certissimam item de Dorico verbo *ὠνάομαι* ab *ὠνή* cogitari jubet.

Praeterea vix dubitamus, quin Dores et Aeoles *πονάω* dixerint; nam ut in Sapphus fragmento *ἐξεπόνασαν* traditum est vid. L. I §. 13, 3, ita leguntur *ἐξεπόνασεν* Eurip. Iph. A. 209, *πονᾱθῇ* Pind. Ol. VI, 11, *πεπονᾱμένον* P. IX, 96, quanquam *ἐπόνησα* N. VII, 36. I, 40, *ἐξεπόνησεν* P. IV, 236 in libris sunt. In ultimo quidem loco Boeckhius e conjectura *ἐξεπόνασεν* scripsit, quod *πονεῖν* de efficiendo dictum *α* assumeret, de molestia *η* retineret, quam distinctionem Hermannus proposuerat Opusc. I p. 259. Nos in tanta exemplorum paucitate eam subtiliorem et arbitrii plenam putamus.

Alia ejus generis a librariis corrupta videntur. Nam *δοναθεῖσα* P. VI, 36 optimorum librorum auctoritate damnatur; item pro *ἐφίλησε* P. II, 16 in optimis, P. IX, 18 in bonis libris *ἐφίλησα* legitur; N. V, 44 *ἐφίλασε* et N. VII, 88 *φιλάσαντα* a Boeckhio sine libris scripta sunt, ne tentata quidem *πεφίληκε* P. I, 13 et *πεφιλημένον* N. IV, 45; quare, quum praeterea Lesbii *φίλημι* et *φι-*

λήσω dixerint, *ἐφίλασα* nec Doricum nec Pindaricum existimari posse videtur. Nec minus dubium nobis est *ἀποροσιάσαντος* N. VI, 52 (*ἐνόσησε* N. XI, 26), quanquam varia lectio non affertur. Expulit Boeckhius vel omnium vel meliorum librorum fide fretus *ἀφθόνατος* Ol. X, 7 et XIII, 24, Heynius I. III, 7 *ὑμνᾶσαι* nescio an sine librorum ope. Non minus hyperdoricum est *κίνασις* in embaterio Laconico, quod Tyrtaeo adscribunt, apud Hephaest. p. 46; postremo in titulo Ambracico 1798 *Ἀγασίδαμος* pro *Ἀγησίδαμος*, quod rectissime apud Pindarum et Iss. 1835 legitur, ab *ἡγέομαι*, nisi forte illud ab *ἄγαμαι* derivari posse existimas ut *Ἀγασικλῆς* vid. Keil. Anall. p. 216.

c) A verbo *δέμω* vocali transposita descendunt *δέδμημαι*, *εὔδμητος* etc., quae etiam in Doride *η* postulare videntur, quippe quod ex *ε* natum sit. At et apud Pindarum semper et in tragicorum canticis saepe ista *α* assumunt, ut *θεόδματος* Pind. (vid. Boeckh. Nott. Critt. ad Ol. III, 7) et Eurip. Bacch. 6, *εὔδματος* P. XII, 3, *νεόδματος* I. III, 89. Nec credibile est *θεόδματος* Dorice fuisse d i v i n i t u s d o m i t u s, *θεόδμητος* d i v i n i t u s a e d i f i c a t u s (vid. nr. 2, c), quum non ad diversas radices revocanda sint.

De Pindarico *μεμαλότας* supra dictum est.

9) Deinde *η* servant haec, quae vocalis originem minus apertam habent:

a) nomina masculina tertiae declinationis in *ης* exeuntia, quae in genitivo *τ* assumunt, ut *Κρής* et inde *Κρῆτα* in omnibus titulis (corruptissimum est *Κρατῶν* in Farnesiano), *Κωρῆτες* Cret. 2554. 2555, *λέβητες* Epich. 58, *Μάγνης* Pind. etc., cf. Boeot. *λέβεις*. Adversatur *χερνᾶτις* in fragmento Dorico, quod Alcmani tribuimus (vid. §. 45, not. 15), a *χερνής*; at *α* non est nisi in codice Apollonii de adv. 583, 5 et apud Eustathium p. 117, 40. Contra *χερνῆτις* et reliquorum auctoritate confirmatur et Apollonii de pronom. p. 61, B atque de adv. 617, 30, ubi codex *χερνίτης*.

b) adjectiva in *ηρος* et *ηλος*, quae non descendunt a nominibus primae declinationis, ut *πονηρός* Epich. Pind.

(Boeot. *πονειρός*) et Pindarica *ὀκνηρός*, *ὀλισθηρός*, *ὑγιηρός*, *ἐλαιηρός*, *οἰνηρός*; *λαιψηρός*, *ὑψηλός* Rhod. 2525, b. Pind., *χαμηλός* Pind.

c) numeralia in *ηκοντα* et *ηκοστος*, ut in Heracl. *πεντήκοντα*, *πεντήκοστος*, *ἑβδεμήκοντα* cf. Boeot. *ἑβδομείκοντα*.

d) formae verbales, quae stirpem addito *η* augent, ut *γεγενημένος* Heracl. Ther. Astyp. (unde corrigas *γεγεναμένος* Pind. Ol. VI, 53, cui nihil commune est cum *γεγενναμένος* P. V, 74), *ἐκελήσατο* Epich. 48, *ἐθελήσω*, *πιθήσας*, *μέλημα* Pind. Hyperdoricum est *μεμέναμα*, quod apud Archimedem saepius legitur, ut de Helic. p. 220, de Conoid. p. 257. 258. 259 etc. — Eodem revocanda sunt nonnulla, quae ab *ἔχω* (Aor. *σχ-εῖν*) descendunt: *σχήσω* Pind., *ἔσχησε τὰν λίμναν* Farnes. (unde apparet Lobeckium ad Buttm. Gramm. II p. 188 non recte de aoristo *ἔσχησα* dubitare), *παρείσχημαι* Rhod. 2525, b et Agrig. pro *παρέσχημαι*, *εὐσχήμων* Anaph. 12 R.; quare ab Et. M. 196, 36 et Eustath. 493, 46 male una cum *βᾶμα* Doricum esse dicitur etiam *σχᾶμα*, quae vox nescio an e *σᾶμα* corrupta sit. Postremo huc pertinere stirpes *βλη* et *κλη* supra vidimus nr. 3.

e) singula haud pauca, cujusmodi sunt

Αἰήτας, *ἀρήγω*, *βληχρός*, *βροτήσιος*, *Γηρυόνης* Pind., *δή* Epich. Pind. et *ἐπειδή* (Boeot. *ἐπιδεί*) titt., *δήλεσθαι* verbum Doribus proprium pro *βούλεσθαι*, quod legitur Heracl. I, 98, Calymn. nr. 2671, 46 [14]), Theocr. V, 27, Plut. Morall. p. 219 in apophthegmate Brasidae, ubi male *δηλῶμαι* pro *δήλωμαι* relictum est, nec raro Pseudo-Pythagorei utuntur: Archytas Stob. Flor. I, 70, Hippodamus ibid. XLIII, 94, Crito Ecl. II, 8, 24 (ubi male *δηλούμενος*), Timaeus Locrus p. 94, D.

14) Ibi de judicibus dicitur: *ἔκριναν — ὄντες ἀνείριθεντοι .... δοκεινδηλόμενοι*, quae Boeckhius in hunc modum supplevit et refinxit: *ὄντες ἀνεγίθεντοι τῷ τὸ κρῖναι ἑλομένῳ*, eo audacius, quod singulae ejus inscriptionis literae optime servatae sunt. Legas ne ulla quidem litera mutata: *ὄντες ἀνεγίθεντοι [οὐδὲ δωρο]δοκεῖν δηλόμενοι.*

Conferantur Hesychiana δήλεσθαι, θέλειν, βούλεσθαι — δήλονται, θέλουσι — ἐδηλόμαν, ἐβουλόμην (ante ἔδειμαν) — δηλή, βουλή leg. δήλη, βούλη, et scholl. Theocr. V, 27 δήλεται Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ βούλεται.

δῆλος ut δηλαδή Epich. 100, ἀδηλωθείη Heracl., προδεδηλωμένος Ther. 2448, unde quum ἀρίζηλος descendat (vid. Buttm. Lexil. I p. 254), non recte olim Boeckhius Ol. II, 55 ἀρίζαλος sine libris scripserat.

διλήμνιον Rhod. 2525, b, ἐπηετανός Pind., ἔρημος Pind., quare Epich. 19 librorum lectio ἔρμος non recte in ἔραμος mutata erat, ἑρμηνεύς Pind., ἤ (Boeot. εἴ) et ἠδέ, ἦ cum composito ἤδη ubique [15]).

ἥβα vulgo apud Dorienses pronuntiatum esse, vel Epicharmeae fabulae titulus Ἥβας γάμος docet, ubi nunquam Ἅβας scriptum est, deinde ἔφηβος Ther. 2448 et Gel. Cast. VIII, 3, ἄνηβος Byz. 2034, Ἥβα et ἥβα ubique Pind. Quare nobis valde dubium videtur, quod in titulo Aeginetico antiquis ductibus scripto nr. 2138 Boeckhius legit: [θεὰ]ν Κωλιάδα ἐς Ἁβαῖον ἐποίησε Ἄλτιμος, quum praeterea neque singularum literarum lectio certa sit, nec locutio ἐς Ἁβαῖον ἐποίησε usitata. Quod Herodianus Ann. Oxx. III, 296, 28 ἁβάσομεν pro ἡβήσομεν et ἄναβος pro ἄνηβος tradit κατὰ διάλεκτον dici, ad Theocritum (qui ἄναβος V, 87. VIII, 3) et similes scriptores referendum videtur. Neque tamen hyperdorismum in his vocibus a recentiore populi elocutione alienum fuisse, indicat ἔφαβος in Aeolico Cumaeorum decreto vid. L. I §. 13, 5; nam in Alcaei frustulo fr. 80 ἄβας facile corruptum haberi potest. Nihil auctoritatis est in epigrammate Chio nr. 2240, quod praeter ἄβας ne ullam quidem Doricam formam exhibet.

ἥκω Lysistr. Acharn. Epich. 19, nisi ubique ἵκω vel εἵκω praeferendum est vid. §. 42.

ἧμαι, κάθημαι Pind. (nam ἅμενος Ol. XI, 34 Boeck-

15) Mire Et. G. 236, 10. ἤδη, ὃ σημαίνει τὸ πρωΐ. δηλοῦσιν οἱ Δωριεῖς, διὰ τοῦ ᾱ λέγουσι ἄδη.

hius meliorum librorum ope expulit), Chelid. Cret. 2554· 2556.

ἥμερος Heracl. I, 124, sed *ἅμερος* ubique sine varia lectione apud Pindarum, adeo Aeschyl. Agam. 703. Vel sic tamen tabulis Heracleensibus majorem fidem tribuimus et librarios notissimae vocis Doricae *ἁμέρα* comparatione in errorem inductos esse arbitramur.

ἥμισυς et *ἡμι* in compositione Pind., item *ἡμιόδελος* Delph. 1690, *ἡμιλίτριον* Epich. 5, *ἡμιούγκιον* Epich. Ann. Bekk. p. 98, *ἡμιάρτιον* Sophr. 56. 57, *ἡμίνα* Sophr. 70. Quare *ἁμιόλιον*, quod legitur apud Archimedem de Plan. II p. 45 (semel cum v. l. *ἡμιόλιον*) et p. 46 hyperdoricum habendum est eoque magis, quod praeterea *ἥμισυς* et *ἡμιόλιον* apud eundem legi solent.

Ἥρα cum derivatis Heracl. Pind. etc.

ἥρως Theogn. Oxx. II, 71, 15, H. Ad. f. 207, a, Amph. 1688. Pind. etc., *ἡρῷον* Ther. 2448, *Ἡρῴδας* Heracl. (Boeot. *εἵρως*).

Ἡσίοδος Pind., *Ἡσιόνα* Farn., *ἥσσων* Sophr. 76, *ἦτορ* Pind., *Θήβα* Pind. (Boeot. *Θείβα*), *θῆλυς* Epich. 96. Pind., *θηλάμων* Sophr. 4, *θήν* particula Epich. Sophr., *θήρ* et derivata Pind., *σηροκτόνος* Lysistr., *θυννοθήρας* Sophr. cf. fera; *Θήρα* insula Pind., *Θήρων* N.P. Pind. (valde dubitamus de *Θάρων* in antiquo titulo Argivo C. I. nr. 2); *θησαυρός* Pind., *Θησεύς* Pind. et Farn., *θρῆνος* Pind., *κάπηλος* Sophr. 28 et Dinolochus Poll. X, 177, *κῆλον* Pind. (nam *κᾶλον* diversa est vox)[16]), *Κηληδών* Pind., *κηρός* et *κηρίον* Pind. fr. 88. 266 et apud ipsum Theocritum saepius quam *καρός* cf. cera; *κῆτος* Farn., *Κλυταιμνήστρα* et *Ὑπερμνήστρα* Pind., *Κρηθεΐς* Pind. Arg. 1120, *κρηπίς*

16) Ne haec quidem recte legitur Lysistr. 1252. *ὄκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ πρόκροον θείκελοι ποττὰ κᾶλα τὼς Μήδως τ' ἐνίκων.* Nam quomodo *κᾶλα* pro navibus esse possint, non intelligimus. Revocetur antiqua lectio *πρόκροον — ποττὰ καλά* i. e. *προὔκοπτον ἐς ἀρετήν.* Conferatur *ἔρρει τὰ καλά* in Laconica epistola Hippocratis, vid. Append.

Pind., λήγω Rhod. 2905. Pind., μή ubique, Μῆδοι Pind. Timocr., Μήδεια Pind., μήδομαι et derivata Pind.

μῆλα, pecora (Boeot. μεῖλα) apud Pindarum a Boeckhio ex omnibus libris restitutum est P. IV, 148. IX, 66, e plerisque saltem et optimis Ol. VII, 63, 80, item ex omnibus μηλοβότας I. I, 48, μηλόβοτος P. XII, 2, μηλοδόκῳ P. III, 27, εὔμηλος Ol. VI, 100, πολύμηλος P. IX, 6, quum Heynius plerumque primus Doricam, quae videbatur, formam invexisset. Restat unicum πολυμάλου Σικελίας Ol. I, 12, quod in omnibus libris esse videtur atque Hermanno de dial. Pind. p. 22 et Boeckhio ad Ol. VI, 100 Aeolicis rhythmis melius convenire existimatur. Nos jam affirmare audemus, α in hac voce nec Doricum neque Aeolicum esse neque ulli carminum Pindaricorum generi aptum, sed hyperdoricum et librariis debitum, quorum correctiones in primis odis Olympiis frequentiores sunt, quam in reliquis carminibus. Quod Eustathius p. 877, 55 ex Aristophane grammatico refert, Simonidem bovem μᾶλον ἤγουν μῆλον nuncupasse, errorem aliquem eo libentius agnosco, quod in ejusdem testimonii repetitione μῆλον Simonidi tribuitur.

μην-ός, mensis a nominativo μής vel μείς (vid. §. 31) Rhod. 2525, b. Cret. 2556 etc. cf. Lesb. μῆννος, Boeot. μειν-ός, Lat. mensis. Male igitur ab Herodiano (vid. not. 6) Dorice μήν in μάν mutari dicitur, ubi fortasse χήν restituendum est. μῆτις Pind., νήπιος Pind., Νηρεύς Pind., ξηρός Heracl., Ὅμηρος Pind., πετεηνός Epich. 103, πηδάλιον, πηκτίς, Πηλεύς, πῆμα, Πηνειός Pind., πρῆστις Epich. 30, σηπία Epich. 32, στῆθος Pind., σωλήν Epich. 23, Sophr. 54, τῆλε cum derivatis Pind., τηρέω Pind., φάσηλος Epich. 102, χῆρος Sophr. 54.

§. 20.

De η pro ει et ω pro ου.

1) Monitum est supra, gravissimam Doridis generum varietatem in hoc loco conspici; partem enim Doriensium

pro diphthongis ει et ου, quae sunt in Atthide et Iade, saepe η et ω proferre, partem easdem ubique fere tenere. Illud genus, quo utuntur Lacones, Italiotae, Cretenses, Cyrenaci, severioris Doridis nomine significavimus, hoc, quo reliqui Dorienses, mitiorem Doridem appellavimus. Antiqui [1]) et recentiores grammatici neque diversa Doridis genera distinxerunt, neque, etiamsi intelligerent diphthongos non ubique mutari, satis perspexerunt, quibus finibus ea Doridis severioris proprietas circumscripta esset. Accuratius quaerentibus hoc apparet, η et ω pro vulgaribus ει et ου in severiore Doride reperiri primum ubicunque istae diphthongi contrahendo ex εε, οε, οο natae sunt (raro ubi ex εο), deinde ubicunque ε et ο propter alteram e duabus consonis sequentibus ejectam producta sunt, postremo in nonnullis, quae originem minus apertam habent. — De iis, quae contracta sunt, infra dicemus §. 25 et 26; nunc reliqua videamus.

2) Productio illa suppletoria, qua vocales ε et ο vulgo in diphthongos ει et ου, a severiore Doride in η et ω mutantur, primum conspicitur, ubi ν ante sequens σ ejectum est, quod ab Argivis et Cretensium parte retentum esse vidimus §. 14, a Lesbiis in ι mutari L. I §. 10.

a) In nominativo declinationis tertiae ἧς pro εἷς ex ἕνς est in tabb. Heracl. I, 88 et apud Rhinthonem Tarentinum [2]), minus accurate Doribus in universum tri-

1) Quam saepe has mutationes universae Doridi per errorem adscripserint, sequentes notae docebunt; accuratius loquitur grammaticus in Ann. Oxx. I, 147. *εἰώθασιν γὰρ οἱ Λάκωνες τὴν ου δίφθογγον τρέπειν εἰς ω· ἐπέπλων οὖν ἐπιπλοὺς καὶ τροπῇ διαλέκτου ἐπιπλώς.* — Pessime Et. G. 497, 45. *τρέποντες ἐκεῖνοι πάντοτε τὴν ει δίφθογγον εἰς η.*

2) Ann. Oxx. I, 171. 19. *φυλάττουσι δὲ τοῦ εἷς τὴν δίφθογγον καὶ Αἰολεῖς καὶ Δωριέων οἱ παλαιότεροι· παρὰ γὰρ Ῥίνθωνι ἐτράπη· οὐδ' ἧς κύων· ἀντὶ τοῦ οὐδὲ εἷς.*

buitur [3]); item severioris Doridis sunt participium *καταλυμακωθής* Heracl. I, 8 pro *καταλυμακωθείς* et adjectiva, de quibus grammatici minus quidem accurate testantur [3]), *χαρίης, ἀστερόης, αἱματόης*. Eodem pertinet Laconica Aesculapii appellatio *Αἰγλάηρ* vid. §. 8, 2 i. e. *αἰγλάης, αἰγλήεις*. Nec fere aliena sunt *ἄρσης* Lacon. 1464 pro *ἄρσην*, quae vox assumpto ς vulgo *ἄρσεις* sonaret et *μής* Heracl. B. 1 pro *μήν*, cujus antiquior forma et apud Iones et apud Atticos est *μείς*. — Nominativus in *ως* pro *ους* gen. *οντος* casu nullus traditus est; neque tamen dubitare licet quin severior Doris *διδώς, δώς* pro *διδούς* et *δούς* dixerit, quemadmodum Homericum *ἐπιπλώς* pro *ἐπιπλούς* e Laconica dialecto repetitur [1]). — Ceterum non omnes, qui severiore Doride utebantur, terminationes eas *ης* et *ως* habebant, sed pars Cretensium e summa antiquitate *ενς* et *ονς* retinuerant vid. §. 14, plerique Cretenses cum Cyrenaeis ultimam syllabam in *ες* vel *ος* corripiebant vid. §. 21, 2.

b) In dativo plurali tertiae declinationis nulla exempla terminationis *ησι* pro *εισι*, quod ex *ενσι* prodiit, supersunt. Sed *ωσι* est in Creticis: 2556, 20 *διδῶσι* pro *διδοῦσι* e *διδόνσι*, 2557, 16. 19 *μετέχωσιν*, nec minus nr. 2558 legendum est *ὑπάρχεν δὲ αὐτοῖς — ἀτέλειαν* (*καὶ*) *ἐςάγ*(*ω*)*σι καὶ ἐξάγωσι* (cf. nr. 2556, 23 *ἀτέλεα ἔστω καὶ ἐςαγομένῳ καὶ ἐξαγομένῳ*), ubi Boeckhius minus recte restituit *ἀτέλειαν* (*ὧν ἂν ε*)*ἰςάγ*(*ω*)*σι καὶ ἐξάγωσι*. Conjunctivi certe sonare debebant *εἰςάγωντι καὶ ἐξάγωντι*.

c) Severiorem Doridem in femininorum terminatione *ησα* habuisse pro *εισα*, quod ex *ενσα* natum est, e Boeoticis *τεθεῖσα, σταθεῖσα* concludere licet vid. L. I §. 39, 2. Saepissime apparet terminatio *ωσα* [4]) et apud Lacones

3) Et. G. 171, 46. *εἰς διὰ τοῦ η̃ παρὰ Δωριεῦσιν ὡς τὸ χαρίεις χαρίης*. Commemoratur *ῆς* ut dialecti mutatione ortum a Theogn. Oxx. II, 134. 30 et Arcad. 126, 9. — Apoll. de adv. 573, 26. *χαρίης ἐν διαλέκτοις*. — Et. G. 86, 58. *αἱ διάλεκτοι τρέπουσι τὴν ει δίφθογγον εἰς η, ἀστερόης, αἱματόης*.

4) Inde Doricae vocantur Homericae formae *ἱδρῶσαι* et *ναιετάωσα* pro *ἱδροῦσαι* et *ναιετάουσα* Et. M. 596, 26.

paullo recentiores ωα pro ουσα, ονσα. Plurima exempla leguntur in tabulis Heracleensibus, ut ἄγωσα, ῥέωσα et similia, nec minus in Rhinthonis fragmento, ubi Hesychius s. v. φαινόλα secundum antiquiores editiones recte ἔχωσα servavit (Poll. VII, 61 ἐχούσῃ). Deinde in titulis Creticis sunt προϊπάρχωσα et ἔωσα nr. 2556, προϊπάρχωσα 2554, 220. Laconicum est apud Hesychium κακιῶσαι (leg. κακίωσαι), ἰδροῦν ἀρχόμεναι· Λάκωνες, i. e. κηκίουσαι, nec minus μιργῶσαι, πηλῶσαι (leg. μίργωσαι, πηλοῖσαι) i. e. μίσγουσαι vid. §. 8, 3. Ejecto σ apud Aristophanem leguntur ἐκλιπῶα 1297, κλεῶα (leg. κλέωα) 1299, θυρσαδδωᾶν καὶ παιδδωᾶν 1313 i. e. θυρσαζουσῶν καὶ παιζουσῶν. Postremo accedit Μῶσα pro Μοῦσα, quod quum saepe minus accurate Doricum appelletur [5]), a grammatico in Ann. Oxx. I, 278, 14 (vid. §. 14 not. 4) optime Laconibus vindicatur, et Μῶα, quod idem recentioribus Laconibus tribuit. Illud ubique apud Alcmanem est fr. 7. 42. 47. 52. 66 (1. 5. 6. 7. 120); nam recte fr. 18 (27) Schneidewinus Μωσᾶν restituit pro Μουσᾶν. Recentior forma Μῶα legitur Lysistr. 1249. 1298 cf. §. 9 not. 1. 3. — Ceterum pars Cretensium antiquam terminationem ονσα tenuit vid. §. 14.

Huc etiam ὠσία pertinere videtur, qua voce teste Platone Cratyl. p. 401. C nonnulli pro οὐσία usi sunt, quos Pythagoreos Italicos fuisse Pseudo-Pythagoreorum usus prodere videtur, ut Archyt. apud Stob. Ecl. I. 43, 2 et Ocell. ibid. I, 21, 4. 5. Valde haeremus. Nam antiquior Doris participii formam breviorem ὤν ignorabat, unde οὐσία et ὠσία derivanda sunt, vid. §. 39, et ab ea ipsa Dorice ὀντία ducendum erat, vid. §. 6, 6. Itaque eam vocem ab hominibus genuinae Doridis parum gnaris fictam judicaremus, nisi Platonis testimonium esset, quod ad aliam dialectum referri nequit. Num forte antiqui Pythagorici vocem οὐσία ab Ionicis philosophis acceptam parum dextre in Do-

5) J. Gr. 212, b, Gr. C. 246. 584, Leid. 634, Vatic. 692, Eustath. 71, 11, Ann. Oxx. I, 439, 30, Et. G. 572, 42.

ricam formam redegerunt? Genuina Italicae Doridis forma est ἐσσία, vid. §. 40.

d) Accusativus pluralis declinationis secundae in severiore Doride [6]) in ως exit, ut νόμως pro νόμους, nisi quod pauci Cretenses antiquum ους tenuerant vid. §. 14, plerique cum Cyrenaeis terminationem in ος corripiebant vid. §. 21, 1. Illius terminationis ως innumera exempla sunt apud Alcmanem et in Lysistrata, in tabulis Heracleensibus (ut τὼς χώρως τὼς ἱαρώς etc.) et titulo Bruttio, nec minus in uno Cretico nr. 2554. Adeo in fontibus minus certis, in epistolis Chilonis Laconis, Epimenidis Cretensis, Archytae et Lysidis Tarentinorum, nec minus in reliquis Pseudo-Pythagoricis ea severioris Doridis proprietas servari solet. In titulo Tegeae reperto C. I. nr. 1511, cujus dialectum Laconicam esse diximus, propter antiquam scripturam, qua O pro ο, ω et ου ponitur, nihil certi apparet; sed l. 22 χιλίους male a Fourmontio tradi persuasum habemus, quum praeterea nullum recentioris scripturae vestigium insit et quum plus semel recte χελίος legatur cf. infr. nr. 7. In Lacedaemoniorum decreto Thucyd. V, 77 libri modo ως modo ους tuentur, hoc tamen rarius omnes, quae inconstantia quomodo explicari possit, supra indicavimus §. 2, 13.

3) Deinde productio illa suppletoria agnoscitur, ubi σ ante sequens μ vel ν excidit cf. L. I §. 8, 3. 4. Itaque severior Doris η pro vulgari ει habet in his:

a) in verbi εἰμί formis nonnullis. Frequentia sunt exempla infinitivi ἦμεν (ubi mitior Doris εἶμεν habet ex ἔσ-μεν pro εἶναι), in tabb. Heracl. et certioribus titulis Creticis 2555. 2556. 2558, etiam 2554, 68. 212 et apud Chilonem, Epimenidem, Apophth. Lac. p. 242 etc. Nec minus severior Doris ἠμί et ἠμές pro εἰμί, εἰμέν dixisse putanda est, quum ista ex ἐσμί, ἐσμές, ἐσμέν (quod Atthis servavit) nata sint. Male in cantilena Laconica Schneidew.

---

6) Dorica vocatur ea terminatio a J. Gr. 243, a, Meerm. 658, unde corrigas Gr. C. 318

Del. p. 464 *εἱμές* legitur. — Simillimum est *Fῆμα* pro *εἷμα* e *Fέσ-μα*, quod supra §. 5, 8 Laconicae dialecto ex Hesychio vindicavimus.

b) Adjectiva vulgo in *εινος*, Lesbiace in *εννος* exeuntia, quam terminationem ex *εσνος* ortam esse demonstravimus L. I §. 8, 4, in severiore Doride per *ηνος* prolata esse, probabile est; certiora tamen exempla vel testimonia desiderantur [7]).

4) Consentaneum est in aoristis primis, ubi *σ* post liquidam excidit vid. L. I §. 8, 2, antecedens *ε* a severiore Doride in *η* produci. Casu tamen quodam unum tantummodo exemplum superest *παραγγήλωντι* Cret. 2556, 43, quod quum plurimorum apographorum auctoritate confirmetur, Boeckhius soli Pricaeo confisus *παραγγέλωντι* recepit. Idem ibidem l. 27 supplendo *νείμῃ* restituit, quod debebat esse *νήμῃ*.

5) Infinitivorum vulgo in *ειν* exeuntium terminatio *ην*, quae est etiam Lesbiaca vid. L. I §. 14, 1, saepe a grammaticis Dorica vocatur [8]). Ut tamen omittamus, quae in fontibus minus puris reperiuntur et quae contractionem experta sunt, exemplum paullo certius nunc nullum legitur praeter *σιγῆν* Lysistr. 1004 pro *θιγεῖν*, cujus ad normam corrigas ibidem v. 169 *ἄγειν*, 118 *ἰδεῖν*, 1076 *μυσίδδειν*. Eadem forma raro apud Theocritum vel omnium vel optimorum librorum auctoritate munitur, ut *χαίρην*

7) Nolumus huc trahere praeceptum Choerobosci Ann. Oxx. II, 210, 19. *ἐρατεινὸς διὰ τῆς ει διφθόγγου· οἱ γὰρ Δωριεῖς ἐρατεννὸς λέγουσιν ὥσπερ ποθεινός, ποθεννός* (item Et. G. 204, 5, ubi *ἐρατενός, ποθενός*). Quanquam enim facile in eam suspicionem incidimus, ut *ἐρατηνός* et *ποθηνός* corrigenda esse ducamus, attamen si comparemus, quomodo idem Choeroboscus p. 232, 29 et 279, 30 Aeolicis *κελαδεννός, φαεννός, φωτεννός* usus sit, non dubitamus *Αἰολεῖς* reponere et haec addere iis, quae L 1 §. 8 not. 7 collecta sunt.

8) J. Gr. 242, b, Leid. 631, Meerm. 656, Vat. 692, qui exempla habent *λαβῆν, ἰδῆν, δραμῆν, ἐλθῆν*; Ann. Oxx. I, 69, 9, ubi *ἀείδην*; Tzetz. ad Hesiod. Opp. 412. *Δωριεῖς πᾶν ἀπαρέμφατον ἠταγραφοῦσιν*.

XIV, 1 (ubi nunc *χαίρεν* e conjectura), *ἕρπην* XV, 26 (ubi nunc *ἕρπειν* e tribus libris), *εὑρῆν* XI, 4; frequentior est apud Pythagoreos. Si certioribus fontibus credis, Laconibus exceptis omnes, qui severiore Doride utebantur, ultimam infinitivorum syllabam corripuisse videntur. Ceterum etiam hic consonam abjectam esse docuimus l. l.

6) Praeterea η productione suppletoria ex ε in severiore Doride natum hae glossae Hesychianae suppeditant:

Πηρεφόνεια, Περσεφόνεια· Λάκωνες.

πήριξ, πέρδιξ· Κρῆτες.

quanquam eae minus huc pertinere videntur, quoniam vulgares formae, in quibus ει sit, non reperiuntur. In aliis quibusdam vocibus severior Doris η pro vulgari ει et ω pro ου ita praebet, ut e sequentis liquidae, quae fit apud Lesbios, geminatione de altera duarum consonantium ejecta suspicio oboriatur cf. L. I §. 8, 8. Talia sunt

ἄπηρος, quod Doricum appellatur pro *ἤπειρος* [9]), quum Lesbiacum sit *ἄπεῤῥος*.

ἄπηρος pro *ἄπειρος*, *ἀπέραντος* Doridi tribuitur in Et. G. 247, 45, quocum compares Lesbiacum *πέῤῥατα* pro *πείρατα*.

Δηράς Cret. 2554, 134. 169 pro *δειράς* esse videtur, quum Lesbiace *δέῤῥα* sit pro *δειρή*.

χήρ, quod Doricum vocatur Et. G. 566, 40 et J. Gr. 243, b, apud Alcmanem teste Herodiano ap. Eustath. 110, 37 genitivum *χηρός* habebat fr. 114 W., neque recte in Lysistr. 1321 *χειρί* vel *χερί* scriptum est. Lesbiis nominativus non minus *χήρ* sonabat, vid. I §. 14, 2; in reliquis casibus liquidam geminabant ut *χέῤῥες*.

ἐγFηληθίωντι Heracl. I, 104 (*αἱ δὲ ὑπὸ πολεμίων ἐγFηληθίωντι, ὥςτε μὴ ἐξῆμεν τὼς μεμισθωμένως καρπεύε-*

9) Etym Par. ap. Bast. ad Greg. Cor. 279. *ἄπερος* (leg. *ἄπεῤῥος*) *λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς — ἄπηρος πάλιν φασὶν οἱ Δωριεῖς τρέποντες τὴν ει εἰς τὸ η καὶ τὸ η εἰς τὸ α ὡς πλείων πλήων*, unde corrigas Et. G. 246, 55, ubi excidit *οἱ Δωριεῖς*. — Choerob. Oxx. II, 217, 10.

σθαι), quam vocem Mazocchius pessime interpretatus est, procul dubio est pro ἐξειληθῶσι ab ἐξειλῶ, cf. Hesych. ἐξιλλεῖν, ἀπείργειν, κωλύειν et ibi intt., ἐξειλεῖν, ἐκβαλεῖν et alia, deinde de locutione C. I. nr. 92 ἐὰν δὲ πολέμιοι ἐξείργωσι. Eandem stirpem cum η pro vulgari ει et cum β pro digamma supra §. 5, 4 vidimus in Laconica Hesychii glossa βήλημα, κώλυμα, φράγμα ἐν ποταμῷ· Λάκωνες i. e. εἴλημα, deinde ibid. 8 in aliis, ubi γ pro digamma scriptum est, incertioris dialecti: Γηλιᾶσθαι, κατέχεσθαι — Γηλουμένους, συνειλημμένους — Γηλιώμενοι, κατεχόμενοι — Γήλεσθαι (cod. γήνεσθαι), κατέχεσθαι. Lesbiacum est ἀπέλλω pro ἀπείλω.

βώλομαι pro βούλομαι est in Cret. 2554. 26 — 2556, 49. 53 — 3050. 3058, βωλά (quod Doricum vocatur a J. Gr. 243, b, Meerm. 659) pro βουλή Cret. 3049, βωλεύω Cret. 2554, 214 — 2555, 8 — 2556, 75. Lesbiaca sunt βόλλομαι, βόλλα, βολλεύω.

χήλιοι severioris Doridis esse pro χίλιοι, non solum Lesbiacum χέλλιοι L. I §. 8, 8, sed etiam Boeoticum χείλιοι I §. 39, 2 prodit. Et in Laconico titulo nr. 1511, qui antiqua scriptura utitur, bis legitur χέλιος l. 12. 19, quod quum vel χήλιος vel χείλιος pronuntiari possit, illud verius videtur (de Fourmonti commento χιλίους l. 22 supra diximus nr. 2, d). Attamen in tabb. Heracl. B. 36. 37 leguntur χίλιαι et διςχίλιαι, quae valde veremur ne Maittairii Britannici fragmenti editoris negligentiae debeantur pro χήλιαι et διςχήλιαι. In titulis mitioris Dorismi non ita antiquis est χίλιοι vid. §. 22, 3.

Neque tamen ubicunque Lesbii post correptam vocalem liquidas geminarunt, severior Doris η pro ει protulit. Neque enim Dorici η ullum exemplum adest, ubi a Lesbiis liquida propter ejectum iota geminatur L. I §. 8. 5. 6, et σπείρω, non σπήρω, legitur Cret. 2556 pro Lesbiaco σπέρρω. Eodem pertinet, quod grammatici testantur, Dorice non esse ξῆνος pro ξένος, ξεῖνος dictum [10]), quanquam

10) Docti cujusdam grammatici (vix dubito quin Herodiani) lo-

Lesbiacum est *ξέννος*; sed hoc e *ξένιος* ortum esse, monuimus L. I §. 8, 6. Regulam ab illis propositam, *ει* Dorice non mutari in *η*, si iota pleonastice additum sit, minus vera videtur, si quidem *δηρά* Doricum est pro *δειρή*, *δέρη*. Nec dissimile est *ω* pro *ου*, quod *ι* pleonastice assumpsisse videtur, positum, vid. seqq.

7) Addimus alia, in quibus non minus de consona ejecta cogitari potest, quanquam Lesbiaca dialectus ipsa longam vocalem pro diphthongo habet. Talia sunt

κῆνος Dorice et Lesbiace pro *κεῖνος* vid. §. 33, 3, ubi *τῆνος* diversae stirpis esse docebitur, et L. I §. 14, 2.

κῶρος, quod Doricum et Aeolicum appellatur ab Eustathio 1535, 49, *Κώρα* dea Cret. 2567, *κωραλίσκος, τὸ μειράκιον· Κρῆτες* Phot., neque aliter Lacones, ut apparet e titulo fabulae Epilyceae. *Κωρῆτες* Cret. 2554, 130. 185 (unde Boeckhius idem pro *Κορῆτες* rescripsit nr. 2555). Frequentissima sunt apud Theocritum et Callimachum *κώρα*, *κῶρος*. Sed in ipsa severiore Doride etiam vulgares formae, quae brevem vocalem habent, usurpatae esse videntur; certe *κόρα* est Lysistr. 1308. Eaedem regnant in mitiore Doride, ut *Κόρα* est in titulis

---

cus huc spectans corruptior legitur in Ann Oxx. I, 370, 4 et Et. G. 456, 3, valde mutilus in Et. M 668, 20, excerptus apud Eustathium p. 101. 5, qui omnibus fontibus comparatis in hunc modum restitui potest: *Πειρίθοον διὰ τῆς ε̄ῑ διφθόγγου, ὅτι ὁ Ζεὺς ὁμοιωθεὶς ἵππῳ περιέτρεχε τὴν μητέρα τούτου Δῖαν καὶ οὕτως συνεγένετο αὐτῇ καὶ ἐκεῖθεν οὗτος ἐτέχθη· παρὰ οὖν τὸ περιθέειν γέγονε Περίθους καὶ ἐν πλεονασμῷ τοῦ ῑ Πειρίθους. ἄλλως τε ἐπειδὴ οἱ Δωριεῖς Πηρίθους λέγουσι διὰ τοῦ η̄. ἔθος δὲ ἔχουσι τὴν ε̄ῑ δίφθογγον εἰς η̄ τρέπειν, ὡς πολλάκις εἴρηται· οἷον πλείων πλήων καὶ μείων μήων. ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ δύο τρόπους τοῦτο ἡμάρτηται· πρῶτον μὲν ὅτι ἀπὸ πλεονασμοῦ ἔχει τὸ ἰῶτα· οὐδέποτε δὲ ἡ περὶ πρόθεσις πλεονάζει τὸ ῑ. δεύτερον δὲ ὅτι διὰ τοῦ η̄ γράφεται παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν· οὐδέποτε δὲ οἱ Δωριεῖς τρέπουσι τὴν ε̄ῑ δίφθογγον εἰς η̄ τὴν ἔχουσαν ἀπὸ πλεονασμοῦ τὸ ῑ· οἷον τὸ ξένος ξεῖνος λεγόμενον οὐ λέγουσι διὰ τοῦ η̄ ξῆνος. εἰ οὖν τὸ Πειρίθους ἀπὸ πλεονασμοῦ ἔχει τὸ ῑ, δῆλον ὅτι παραλόγως παρὰ τοῖς Δωριεῦσι διὰ τοῦ η̄ γράφεται.*

Hermionensibus 1197. 1199. 1200. Lesbios quoque *κέρα* dixisse vidimus L. I §. 16, 3.

ὠρανός pro *οὐρανός* Doricum dicitur a Gr. C. 246, Meerm. 659 (J. Gr. 243, b corrupte *ὠνός* pro *οὐνός*) et traditur *ὠρανίαφι* apud Alcmanem fr. 42 (5). Theocrito II, 147 e codice *K* et V, 144 ex editione Florentina *ὠρανός* restitutum est. Lesbii et *ὤρανος* dixerunt et *ὄρανος*.

Ut in his ω est pro ου, quod aut vulgo aut a Lesbiis in ο corripitur, ita frequentatur apud Theocritum cum magno librorum consensu *ὦρος* in casibus trisyllabis *ὤρεος*, *ὤρεα* etc. pro vulgari *ὄρος*, epico *οὖρος*. Valde tamen veremur, ne eae formae non sint ex ipsa Doride petitae, sed secundum analogiam a poëta fictae; vix enim recte olim L. I §. 14, 5 productam formam apud poëtas Lesbios toleravimus, cf. infr. Addenda ad L. I. Neque aliter se habet *μῶνα*, quod legitur II, 64 e codice *K* et XX, 45 (Callim. Lav. Pall. 132), atque *δῶναξ* XX, 29. Pro *ὤνομα* Theocr. VII, 13 nunc recte ex optimo codice *K* et aliis *οὔνομα* restitutum.

8) Postremo alia sunt, quarum quum neque origo nec Lesbiaca forma cognita sit, tamen de consona ejecta suspicionem concipere licet:

κήρυλος avis cujusdam nomen apud Alcmanem fr. 9 (12), quod Euphronius in scholl. Arist. Av. 300 (Suid. s. v. *κήρυλος*) Doricum esse tradit pro Attico *κείρυλος*, cf. Hesych. s. v. *κείρυλος* et intt.

Νῆλος pro *Νεῖλος* [11]), Aegypti flumen.

Πηρίθοος pro *Πειρίθοος* [10]), herois nomen, quod vix recte e *Περίθοος* factum putatur.

---

11) Choerob. Oxx. II, 210, 27. *Νεῖλος διὰ τῆς $\overline{ει}$ διφθόγγου· οἱ γὰρ Δωριεῖς διὰ τοῦ $\overline{η}$ γράφουσιν· ἢ παρὰ τὸ νέω γέγονε νέϊλος καὶ κατὰ συναίρεσιν Νεῖλος.* Igitur *νέϊλος* grammatici etymologi commentum esse videtur, quare nescio an Herodianus *π. μ. λ.* 14, 11. *Νεῖλος* (sc. *τῇ $\overline{ει}$ παραλήγεται*)· *νόϊλός τε γὰρ λέγεται κατὰ διάλεκτον* in hunc modum corrigendus sit: *νέϊλός τε γὰρ [ἦν καὶ νῆλος] λέγεται κατὰ διάλεκτον*

σήρα pro *σείρα* Doricum secundum Choerob. Oxx. II, 260, 31 et Et. G. 497, 45.

δῶλος est Theocr. V, 5, *δώλα* II, 94 et Callim Cer. 96 pro *δοῦλος*, *δούλη*. Comparentur apud Hesychium *δωλέννετος* (num *δῶλος*, *ἔνετος*?), *ὑπόβλητος* — *δωλοδομεῖς* (num *δῶλοι*, *δμῶες*?) *οἰκογενεῖς*. Quod in Epimenidis epistola *δούλως* et *δουλῶται* scriptum est, nihil contra valet.

9) Minus certa ratio est eorum, quae vocalem post *ει* habentia diphthongum Dorice in *η* mutare traduntur:

ὄρηος et *Λύκηος* Laconica esse dicuntur [12]) et hoc legitur Alcm. 36 W. ex Apoll. de adv. 563, 28.

ὀξῆα Doricum esse dicitur pro *ὀξεῖα*, quocum conferas, quod *ταχῆαι* et *βαρῆαι* e dialectis afferuntur [13]).

πέληα Doricum esse traditur pro *πέλεια* [14]).

πασιχάρηα legitur Alcm. 10 (13), quae vox a *πασιχαρής* derivata vulgo sonaret *πασιχάρεια*.

πλήων et *μήων* saepissime Dorica esse dicuntur pro *πλείων* et *μείων* [15]). At in purioribus fontibus ne severioris quidem Doridis eae formae reperiuntur, sed *μείων* saepe legitur in tabb. Heracl., *πλείων* (pro quo saepius *πλέων*) certe in titulis mitioris dialecti ut Ther. 2448.

---

12) Theogn. Oxx. II, 51, 20 et Et. M. 32, 6. *ὄρηος*, *Λύκηος Λακωνικά*. — Arcad. 39, 11. *τὸ δὲ ὄρηος καὶ αὐτὸ παροξύνεται* (leg. *προπαροξύνεται*) *κατὰ τροπὴν τῆς* $\overline{αι}$ (leg. $\overline{ει}$) *διφθόγγου γεγονός*.

13) Et. G. 430, 44. *ὀξεῖα διὰ τοῦ* $\overline{ει}$ — *ὅτι ὀξεῖα* (leg. *ὀξῆα*) *λέγουσιν οἱ Δωριεῖς διὰ τοῦ ἦτα· ἔθος δὲ ἔχουσι τὸ* $\overline{η}$ *εἰς* $\overline{ει}$ (leg. $\overline{ει}$ *εἰς* $\overline{η}$) *τρέπειν*. — Ibid. 21, 12. *διάλεκτοι ταχῆαι γὰρ λέγουσι καὶ βαρῆαι διὰ τοῦ* $\overline{η}$.

14) Choerob. Oxx. II, 253, 39. *πέλεια — διὰ τοῦ* $\overline{ει}$ — *οἱ Δωριεῖς διὰ τοῦ* $\overline{ι}$ (leg $\overline{η}$) *γράφουσιν αὐτό*. Ita corrigendum esse apparet ei, qui orthographicorum ejus generis praeceptorum non rudis est.

15) Grammatici his exemplis uti solent, ubi loquuntur de diphthongo $\overline{ει}$ Dorice in $\overline{η}$ mutata, ut Ann. Oxx. I, 288, 29 et 370, 8, Choerob. Oxx. II, 206, 9 et 217, 10, Et. M. 321, 35 et 508, 54, Et. G. 176, 27—310, 30—381, 45—566, 37, Et. Par. ad Greg. Cor. 279, Excerpt. Et. Par. post Et. Or. 192, 12, Eustath. 101, 5 etc.

Herm. Praeterea Boeoticum πλίον C. I. nr. 1569, a testatur, etiam severiorem Doridem πλείων non mutasse. Quid quod eadem πλήων et μήων a Prisciano [16]) Attica vel Ionica esse referuntur?

Neque minor dubitatio de reliquis est quam de πλήων et μήων. Omnia ejus generis sunt, quae vocalem ι ab origine postulent, ut ὄρειος ex ὀρεῖος natum est, feminina terminationem ια, comparativi ιων propriam habent, neque ulla certiore ratione vocalis η in illis excusatur, nisi Alcmanicum Πασιχάρηα ita defendere velis, ut rectius iota subscribi contendas sicuti in Lesbiaco Κυπρογένηα vid. L. I §. 14, 3. Deinde nihil ejus generis in melioribus fontibus reperitur; nam nihil auctoritatis est in libris scriptis, quum ει et η saepissime permutentur (παχῆα Epich. 82 etiam aliis de causis corruptum haberi oportet). Reperiuntur similia in titulis infimae aetatis, in nullo magis quam in Byzantio nr. 2060, qui est Tiberii vel Caligulae aetate scriptus. Ibi habes πλήονας, χρήας, ἐπιτάδηος, ἀσαμήωτος, quae sunt omnia a genuina Doride aliena non minus quam ἐπαινῆσθαι a mitiore Byzantiorum Doride. Dicam igitur quod sentio. Nisi vehementer fallor, recentiores grammatici et ipse, ut videtur, Herodianus recentissimae Doridis morem spectarunt, qui ab Alcmane et omnino ab antiqua et genuina Doride alienissimus est.

Rectius ad hanc referenda esse videntur πῆ et alia ejus generis adverbia loci in severiore Doride, pro πεῖ, quod est in mitiore, vid. §. 44, 2; deinde Tarentinum αἰή pro αἰεί, vid. §. 45, 1; postremo ὦς, ὤατος, quae item severioris Doridis esse videntur pro οὖς, οὔατος, vid. §. 31. Certum est in his de productione vel con-

16) Priscian. Vol. I p. 87 Kr.: „hanc vero mutationem ei diphthongi in e longum faciunt more Ionico et Attico. Illi enim ἤδην pro εἰδεῖν dicunt (ἤδην pro ἤδειν) et μῆον pro μεῖον et πλῆον pro πλεῖον."

tractione cogitari non posse, obscurum, quae alia mutationis causa poni possit.

10) Alia quaedam sunt, in quibus aeque grammatici errasse videntur. Primum Choeroboscus in Ann. Bekk. p. 1282 docet in secunda conjugationis persona Aeoles et Dores ει in η mutare ut *λέγης*, quod quam non sit recte de utraque dialecto praeceptum, docuimus L. I §. 14, 4. Adde quod ipsum *λέγεις* est inter Laconica Lysistr. 180. 1013, et quod, si qua ejus generis in Theocriti libris conspiciuntur, ea librariis deberi facile apparet, cf. quae Muehlmannus de dial. bucol. p. 17 collegit.

Saepissime grammatici [17]) testantur de Dorico *βῶς* pro *βοῦς* et legitur in frustulo Dorico *καὶ κάῤῥων βῶς* Et. M. 492, 38, Et. G. 301 et apud Theocritum IX, 7, *βῶν* XXVII, 63, acc. pl. *βῶς* VIII, 48, praeterea saepissime *βωκόλος*, *βώτας* etc. Contra vulgaris forma *βοῦς* est Epich. 97, *βοῦν* in titulo Herm. 1193. — Simillima est vox *χοῦς*, quam apud Argivos *χῶς* sonuisse Athenaeus et eo duce Eustathius testatur [18]). At in tabb. Heracl. I, 55 legitur accusativus pluralis *χοῦς*, qua re eo facilius inducimur, ut Athenaeo e codice B. *χοῦν* reddendum esse judicemus (nam Eustathius saepe malas lectiones apud Athenaeum tuetur), quod Argivi adeo mitiore Doridis genere utebantur. Jam vides eadem tabularum Heracleensium auctoritate, quae plurimum apud nos valet, etiam de *βῶς* suspicionem moveri, ne non recte Doricum habeatur. Nec qui grammaticorum in his rebus rationem noverit,

---

17) Priscian. I p. 264 Kr.: „Aeoles et Dores *βῶς* dicunt pro *βοῦς*, ου diphthongum in o longum vertentes.“ cf. Scholl. A Il. γ, 47, Eustath. 1085, 54, Et Or. 166, 25, Ann. Oxx. I, 302 (ubi *Δωρικῇ τροπῇ* ad *βῶν* referas) et 402, 25, II, 399, Et. M. 815, 35 – 598, 55, Et. G. 558, 37 - 580, 79—584, 3, Joann. Al. p. 8. etc.

18) Athen. VIII, 365. D ex Hegesandro: *τὴν συμβολὴν τὴν εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῶν πινόντων εἰςφερομένην Ἀργεῖοι χῶν* (cod. B *χοῦν*) *καλοῦσι, τὴν δὲ μερίδα αἶσαν*, quae exscribens Eustathius p. 1085, 50 addit: *ἐστὶ δὲ τὸ χῶν ἐκ τοῦ χοῦν — ἀναλογία δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸ βῶν. ὡς γὰρ βοῦς βῶς Δωρικῶς, οὕτω καὶ χοῦς χῶς.*

ejus temeritatem accusabit, qui omnem istam testimoniorum multitudinem e scholio ad Homericum *βῶν* Il. *η*, 238 pertinente fluxisse opinetur, quod Dorica diphthongi *ου* in *ω* mutatione explicatum est. Quod *βῶς* in frustulo illo Dorico scriptum est, in tanta ejus obscuritate parum valet; postremo Theocrito quam in his rebus non possit confidi, in tertio libro accuratius demonstrabimus. Neque tamen silebimus, quae Dorica *βῶς* et *χῶς* ab istiusmodi dubitationibus defendere videantur. Doridi tribuuntur *Τύδης* pro *Τυδεύς* (vid. §. 30, 7) et *νᾶς* pro *ναῦς* (vid. §. 31), quanquam ne haec quidem certissimorum fontium auctoritate confirmata, quibus simillima essent *βῶς* et *χῶς* altera vocali post ejectum *υ* producta. Eam tamen rationem neque omnibus Doribus communem fuisse neque severiori Doridi vindicandam, sed, si quidem grammaticorum testimonio aliquid fidei tribuendum est, paucis quibusdam Doriensium populis propriam, persuasum habemus, neque audemus negare, fieri potuisse, ut Heracleenses, qui severiore Doride utebantur, cum plerisque Graecis *βοῦς* et *χοῦς* pronuntiarent, Argivi, qui mitiore, *βῶς* et *χῶς*. Quid vero, quod praeter Homericum locum *βῶν* etiam apud Herodotum II, 40 et VI, 67 in librorum parte traditur et hic quidem propriam vim tenens, et quod Pherecydes, qui Ionica dialecto usus est, secundum Herod. *π. μ. λ.* 6, 16 *Ζῆς* dixit pro *Ζεύς*, quum *Τύδης* pro *Τυδεύς* Doricum esse perhibeatur? Vides, quantum in hoc loco sit dubitationis, quae vix tolli possit, nisi puriores Doridis fontes novi aperiantur.

πώς, πός (corrigunt *ποῦς*) *ὑπὸ Δωριέων* Hesych. non magis dubitatione caret, quum in tabulis Heracleensibus *ποῦς* legatur II, 34 et *τρίποις* B. 3, I. 48, II. 2. Quare, nisi forte aliud quid latet, nescio an contra literarum ordinem *πός, ποῦς* corrigendum sit, de qua forma vid. §. 21, 4.

11) In aliis quibusdam omnes Dorienses cum Aeolibus et Ionibus *ω* habent, pro Attico et vulgari *ου*. Primum particula *ὦν* pro *οὖν* et inde *γῶν* pro *γοῦν* non

solum severioris Doridis est, ut ὦν legitur Cret. 3053, γῶν Lysistr. 155 (male γοῦν 1181), sed etiam mitioris, quum ὦν reperiatur Sophr. 6, apud Epicharmum fr. 18. 82 et ter fr. 95, ὅστις ὦν fr. 68 ex emendatione nostra pro ὀστέων. At constat ὦν etiam Ionum esse et Apollonius de adv. p. 495, 8 Ionicae, Doricae et Aeolicae dialectis eam formam vindicat. Unde apparet, Atthidem solum et recentiorem Graecitatem οὖν assumpsisse, quod adeo in recentiorem Doridem vel severiorem vel mitiorem immigravit. Nam οὖν est in Cret. 2556, 22, Rhod. 2525, b, Ther. 2448. I, 27, Teg. H. L. Gel.

πώλυπος pro πουλύπους est apud Epicharmum fr. 33. 82 et Simonidem fr. 132 Schn. Dorice e diserto Athenaei testimonio [19]. Quae forma quum in poëtis mitiore Doride usis mira videri possit, omnino ea vox singularis est et dubitationis plena. Quomodo enim explicemus, quod ipsius Atthidis genuina forma est πουλύπους, non πολύπους vid. Athen. VII p. 316—318, deinde quod multo saepius quam reliqua vocis πούς composita secundam declinationem sequitur? Postremo Simonides, cujus frustulum πώλυπον διζήμενος Athenaeus affert, iambographus Amorginus esse videtur, qui Ionica dialecto usus est, non lyricus Ceus, quem intellexit Schneidewinus. Iambographum quidem metro proditum vides, ubi Athenaeus ex Epicharmo et Simonide affert κωρίς pro κουρίς sive καρίς [20]). Itaque πώλυπος etiam Ionicum est nec fortasse recte ex Amphide Attico propellitur a Meinekio Comm.

19) Athen. VII, 318. f. Δωριεῖς δ' αὐτὸν διὰ τοῦ ω καλοῦσι πώλυπον ὡς Ἐπίχαρμος. καὶ Σιμωνίδης δ' ἔφη „πώλυπον διζήμενος". Ἀττικοὶ δὲ πουλύπουν.

20) Athen. III, 106 e. κουρίδας δὲ τὰς καρῖδας εἴρηκε Σώφρων (additur fr. 52) — Ἐπίχαρμος δὲ ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ· κουρίδες τε φοινίκιαι (fr. 12). ἐν δὲ Λόγῳ καὶ Λογίννᾳ διὰ τοῦ ω εἴρηκεν (fr. 67). Σιμωνίδης δὲ

Θύννοισι τευθίς, κωβιοῖσι κωρίδες.

Gr. III p. 314; accedit πῶλυψ, qua forma Diphilus Siphnius apud Athen. VIII, 356. c utitur, pedestris orationis et vulgaris dialecti scriptor et fortasse Epicharmus fr. 32. Quibus omnibus comparatis sic nobis statuendum videtur, antiquum istius animalis nomen esse πῶλυψ vel πώλυπος nescio unde deductum, quod, postquam ad pedum multitudinem referri coeptum esset, in πούλυπος et πουλύπους mutatum, postremo secundum πούς flexum esse, ita tamen ut in populari lingua vel Doriensium vel Aeolensium (Athen. VII, 316, 6) vel Ionum vel aliorum antiquae formae tenerentur, nunquam in genuina Graecitate prima syllaba corriperetur. — Non aliter κουρίς pro κωρίς [20]) scriptum esse videtur, quia vox a κοῦρος descendere putabatur.

12) Jam ad ea redeundum est, quae certius Dorice per η et ω pro Ionicis et vulgaribus ει et ου proferuntur. Nam ut supra docuimus, quae sint ea, quibus severior Doris isto in genere a vulgari ratione differat, ita jam demonstrandum est, mitiorem Doridem in iisdem cum Iade et Atthide conspirare nec posse, quae ejusmodi in Doridis fontibus reperiuntur, ad librorum vitium vel ipsius dialecti corruptionem ingruente Atthide factam cum ulla veri specie referri.

Gravissima in hanc rem duo testimonia sunt exquisitae doctrinae, Ann. Oxx. I, 171, 19 et 278, 17 (vid. not. 2 et §. 14 not. 4). Alterum docet, Δωριεῖς τοὺς παλαιοτέρους dixisse εἷς, Rhinthonem ἧς, ubi noli dubitare, quin Epicharmus potissimum et Sophron antiquioris Doridis auctores intelligendi sint; alterum patefacit Syracusanos cum Ionibus et Atticis μοῦσα dixisse, non μῶσα. Neque mirari licet, quod plura de hoc Doridis genere testimonia non extant. Scilicet grammatici ea parum curabant, quae cum vulgari lingua non discreparent. Sed titulos et scriptores ingenti consensu nostrum judicium confirmare, singulorum perlustratio satis superque docebit.

Ad nr. 2: εἷς legitur Epich. 79. 134 et in titulo Tauromenitano, οὐθείς Rhod. 2905, μηθείς Ther. 2448 et

in Phocicis Rossii etc. Non minus *χαρίεις* et *καταφθαρείς* est Epich. 19, *αἱρεθείς* et *ἐπαινεθείς* in Rhod. Ther. Astypal. Messembr. etc. Quum Herodianus [20]) Siculis morem tribuit, voces, quarum genitivus in *εντος* exit, in nominativo per *ης* efferendi, eodemque Romanorum nominum *Κλήμης* gen. *Κλήμεντος* etc. declinationem revocat, Italiae inferioris incolae intelligendi esse videntur; ea enim haud raro Siciliae nomine significatur, ut a Stephano de urbb. *Σινούεσσα* et *Σκυλλήτιον* (hoc secundum Eudoxum), ab Arcadio, qui omnia sua ex Herodiano derivavit, p. 16, 24 *Σούλμων* Siciliae urbes esse dicuntur. — Dativus pluralis *αἱρεθεῖσι* Corc. 1845, *ὑπάρχουσι* et *παροῦσι* Ther. 2448, *ἀναβαίνουσι* Rhod. 2905, *ἐντυγχάνουσι* Messembr. — Participia feminina in *ουσα* frequentissima sunt apud Sophronem, ut *κάπτουσαι* et *δοῦσα* 17. 50, Epicharmum, Archimedem, in Chelidonismo et in titulis Herm. Delph. Aetol. Rhod. Agrig. Ther. Iss. Alaes. Segest. etc. — *Μοῦσα*, ut Syracusanis luculento testimonio tribuitur, ita est in titulo fabulae Epicharmeae, Timocr. 2 et Ther. 2448. Postremo accusativus in *ους* est in titulis Messen. Teg. Herm. Calaur. Megar. Chal. Delph. (praeter nr. 1688, ubi *ος*) Phoc. Acarn. Corcyr. Rhod. Calymn. Byzant. Agrig. Alaes. Taurom., nec minus in recentioribus titulis Laconicis, quos mitiorem Doridem referre supra indicavimus §. 2, 2. Eandem terminationem apud Epicharmum, Sophronem, Archimedem, Timocreontem, in Chelidonismo, in Acharnensium Megaricis ubique libri tuentur, nisi quod Epich. 94, 13 in Diogenis Laertii libris vulgo male legitur *τὼς ἀνθρώπως*,

20) Theogn. Oxx. II p 47, 25. *Τὰ εἰς ευς ὀνόματά τε καὶ μετοχαὶ διὰ τοῦ εντος ἢ διὰ καθαροῦ τοῦ νος ποιοῦντα τὴν γενικὴν καὶ μὴ Σικελικῷ ἔθει διὰ τοῦ εντος κλινόμενα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφονται· οἷον πυρόεις, πυρόεντος γάρ* etc. — *τὸ Κλήμης, Κλήμεντος καὶ Κρήσκης Κρήσκεντος· Οὐάλης Οὐάλεντος· Μάνης Μάνεντος διὰ τοῦ εντος κλινόμενα καὶ τὰς εὐθείας ἔχοντα διὰ τοῦ η, οὐ τῆς κοινῆς ἀλλὰ τῆς Σικελικῆς ἀρχαιότητος ἴδιον, ὥς φησιν ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ Ὀνοματικῷ.*

ubi e cod. Lobc. *ἀνθρώπους* et cum Hermanno metro jubente *τός* restituendum est. Deinde in foedere Argivorum Thucyd. V, 79 libri praebent *Λακεδαιμονίως καὶ Ἀργείως*, ubi genuina scriptura, si recte judicavimus §. 14, esset *Λακεδαιμονίους καὶ Ἀργείους*. Vides quantum fidei habeat Byzantiorum decretum apud Demosthenem pro corona, in quo accusativus pluralis constanter in *ως* desinit.

Ad nr. 3: Infinitivus *εἶμεν* est in Laconicis titulis recentioribus, Megar. Chal. Delph. (etiam nr. 1688) Phoc. Aetol. Acarn. Corcyr. Byzant., apud Epicharmum fr. 94. 95. 97, et ubique apud Archimedem, *εἶμειν* Rhod. Agrig., *εἶμί* Epich. 19 et *εἶμα* Epich. 98. In Theraeo nr. 2448 quum saepe *εἶμεν* legatur, non moror, quod semel V, 17 *ἦμεν* traditum est, praesertim quum is qui descripsit illum titulum, haud raro *H* et *EI* permutaverit. Nec rectius lectum putamus *ἦμεν* in Rossii inscriptionibus Anaphacis nr. 1 (C. I. 2477) l. 21. 28. et nr. 2 l. 27 (in illo l. 9 non aliter apud Boeckhium male est *ὄπη*, ubi Rossius recte *ὀπεῖ*). Item damnamus *ἦμεν* in Acharn. 707. 738; diphthongum in *εἴμεναι* v. 741, ubi olim *ἤμεναι*, omnium librorum auctoritas tuetur.

Ad nr. 4: *διαφθείρας* Corcyr. 1838, b, *ἀποστεῖλαι* Byzant. Corcyr. 1845, *ἄντεινον* Acharn. 732, *ἐπιτειλάμενος* Ther. 2448 etc.

Ad nr. 5: Infinitivus in *ειν* est in titulis Laconicis recentioribus, Herm. Chal. Delph. (praeter nr. 1688, ubi *εν*) Aetol. Rhod. Calymn. Agrig. Syrac., item ubique apud Epicharmum secundum libros (nam *διελῆν* et *καταφαγῆν* fr. 23. e conjectura scripta erant), apud Sophronem, Archimedem, Timocreontem.

Ad nr. 6: Leguntur *Ἀπειρωτᾶν* in ipsis numeris Epiroticis vid. Mionn. Suppl. III p. 359, *χείρ* Sophr. 50, Epich. 27. 118, *χειρόνιβα* Epich. 58; *ἐκεχηρία* nr. 1688, 48. 50 in inscriptione lectu difficillima male lectum est pro *ἐκεχειρία*. Deinde *εἴκοσθων* est Amph. 1688. 48, *βωλά* cum derivatis in titulis Delph. (etiam nr. 1688), Megar. Locr. Acarn. Corcyr. Messembr. Anaph. Astyp. Agrig.

Gel. Syrac., πρόβουλοι Acharn. 721, συμβουλεύω Sophr. 8; δοῦλος cum derivatis in Delph. Phoc. Aetol.

Ad nr. 7: De κεῖνος in mitiore Doride vid. §. 33, 3; κώρια male a Dindorfio ex Elmsleji conjectura receptum est Acharn. 697, ubi potius legas κόρια κάθλίον πατρός; Δωρικλέος Iss. 1835 a Boeckhio in Δορικλέος mutatum est, nec magis Δωρίμαχος tolerari debebat in Ther. 2458; Οὐρανία est in titulo Segestano R. R. — Addimus quod pro ἀρωραῖοι Acharn. 728 e Ravennate ἀρουραῖοι restituendum est

13) Jam satis demonstrasse nobis videmur ea, quae proposuimus, severius solum Doridis genus η et ω pro vulgaribus ει et ου habere (paucis quibusdam exceptis, quae adeo in Iade ω tuentur), neque illam ubique, sed (praeter ea, quae contrahendo nata sunt et praeter pauca quaedam, quorum origo et antiquissima forma obscura est) in iis solummodo, quae diphthongos ει et ου propter consonam ejectam ex ε et ο productione suppletoria factas habent. Sicubi diphthongi alius originis sunt, a nullis Doriensium mutantur, ut πείθω, λείπω e radicibus πιθ et λιπ, Ἡρακλείδας ex Ἡρακλεΐδας, οὗτος, οὐ etc. Dignum autem est, quo animum advertas, quod in severiore illa Doride per productionem suppletoriam breves vocales in hunc modum immutantur:

	ᾰ	ε	ῐ	ο	ῠ
in	ᾱ	η	ῑ	ω	ῡ.

Vides, quam haec ratio magis sibi constet, quam Attica et Ionica etiam mitiori Doridi propria, qua ε et ο plerumque in ει et ου producuntur; nam eae quoque dialecti interdum η et ω praetulerunt, ut πατήρ et δαίμων pro πατερς et δαιμονς posita sunt. Quanquam neutra ratio antiquissima est, quoniam olim consona ipsa retinebatur, ut ex ἄγονσα et ἄγωσα et ἄγουσα nata sunt, tamen illam longarum vocalium amantem aliquo jure antiquiorem praedicare licet, non eo tamen sensu, ut Iones et qui Doridis mitiore genere utuntur prius ἄγωσα, postea ἄγουσα

pronuntiasse existimentur. Sed de his rebus alio loco disputandum est.

§. 21.

De correptione syllabarum finalium in ς et ν desinentium.

1) Grammatici saepe testantur de extrema syllaba accusativi pluralis declinationis primae a Doriensibus correpta [1]). Quae proprietas quum a nobis non possit nisi apud poëtas perspici, exempla nunc reperiuntur haec: Alcm. 13 (23) *ἠράσθη χλιερὸν πεδὰ τὰς τροπάς*, quum Alcman longam syllabam in exitu tetrametri dactylici acatalecti admisisse non videatur; Epich. 5 *μωρὰς ἅμ πεντόγκιον*, 68 *τὰς πλευρὰς οἷόν περ βαιίς*, 82. *ἀφύας ἀποπυρίζομες*, omnia in exitu tetrametri iambici: Stesich. 5 Schn. *παρὰ παγὰς ἀπείρονας*; Chelid. 2 *καλὰς ὥρας ἄγουσα* (◡ ◡ ʹ ◡ ◡ — ◡); saepissime apud Theocritum, neque tamen semper, ut Meinekius ad I, 83 opinatus est, vid. II, 6. VII, 104 et *τάς* V, 89, quod ipse in Addendis excipi dicit. Hesiodum quoque ea correptione usum esse constat et Tyrtaeum fr. 2, 4 *δημόταις*, fr. 6 *δεσπότας* Schn.

Deinde secundae declinationis accusativus pluralis in *ος*, quem Doricum esse testatur Schol. Vet. Pind. Ol. 1, 84, reperitur in titulis Cretensibus 2555 *τὸς θεός*, *κάρπος* etc., 2556 *κατὰ τὸς νόμος τὸς κειμένος*, *παρ' ἀλλάλος* et ita semper, 2558 *προξένος αὐτός*, 3052 *τὸς προξένος* (sed v. 13 *τοὺς λοιποὺς*), 3053. A *τὸς τοιούτος* etc., 3053. B *τὸς κόσμος*; in Cyrenaicis nr. 1 *τὸς κοινός* — *Ῥωμαίος*, 9 *ποιτὸς (θεός)*; in Theraeis nr. 2448. IV, 24 *τὸς* —

1) Herod. Oxx. III, 296, 17, Drac. 10, 17, J. Gr. 213, b, Greg. C. 339, Meerm. 633 vid. Koen, Scholl. Il. ε, 371 et θ, 378, ubi Scholl. A eum morem *ἄκρατον Δώριον* vocant (leg. *ἄκρα Δώριον* cf. §. 1 not. 7, ubi quae diximus, noli ita intelligere, *τὸ ἄκρως Δώριον* accurate significare severiorem, quam diximus, Doridem), Eustath. 558, 22, Scholl. Hesiod. Th. 60. 267, Scholl. Theocr I, 92 etc.

γενομένος — *παραγειομένος*, 35 *στεφάνος*, V, 1 *τὸς νόμος*, VIII, 34 *τὸς συλλόγος* all. nr. 2450 *προξένος*; in Coo titulo ex imperatorum Romanorum aetate nr. 2508 *ἐς τὸς θεὸς Σεβαστός*; in decreto Amphictyonum nr. 1688, de quo vide quae in Appendice disputabimus, l. 13. 25. 39. 45 *τός*, l. 14 *τὸς ὄνος* (?), 17. 39 *τὸς* — *Αἰγιναίος*, 20 *αὐτός* (contra *τούς* l. 42 bis). — Eadem correptio metro jubente bis Epicharmo restituta est fr. 94, 18 *τὸς ἀνθρώπους*, 98 *τὸς ἄλλους*; frequentat eam Theocritus, rarissime usurpat Pindarus vid. Boeckh. de metris Pind. p. 294.

2) Nominativos tertiae declinationis, qui in *ας* vel *εις* exeuntes in genitivo terminationes *αντος* et *εντος* assumunt, apud Dorienses extremam syllabam corripere grammatici testantur [2]) et exempla afferunt *πράξᾰς*, *Αἴᾰς* ex Alcmane 50 (52), quanquam haec correptio barbara vo-

---

2) Choerob. Bekk. 1282 (Gaisf. 91, 26) cf. p. 1234. *τὸ Αἴας τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι ἔχομεν σεσημειωμένον ὡς συστέλλει τὸ ᾱ. ἐκεῖνος γὰρ συνέστειλεν αὐτὸ εἰπών·*

δουρὶ δὲ ξυστῷ μέμηνεν Αἴας αἷμα τά τε μέμνων

ἔστι δὲ τροχαϊκὸν τὸ μέτρον etc. — *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ Δωρικὰ συστέλλοντα τὸ ᾱ. παρ' Ἡσιόδῳ.*

δήσας ἀλυκτοπέδῃσι προμηδέα (Th. 521, ubi nunc *δῆσε δὲ*) *καὶ παρὰ τῷ ἀριάνῳ* (num *Ῥιάνῳ*!) *λίθος μέγας* (Bekk. suspicatur *μέλας*). Consentit Draco, qui fertur, p. 12, et fluxerunt ea omnia ex Herodiano, in cujus libro *περὶ διχρόνων* vel potius ejus libri epitome Ann. Oxx. III, 283 exempla et Alcmanis et Hesiodi commemorantur. — Et. G. 179, 4. *τινάξας· καί ἐστιν ἀντὶ βραχείας κατὰ τοὺς Δωριεῖς· ἐκεῖνοι γὰρ τὰς εἰς ας μετοχὰς ἀντὶ βραχέων παραλαμβάνουσιν.* — J. Gr. 243, a. *συστέλλουσι δὲ καὶ τὰς εἰς ας πληθυντικὰς αἰτιατικὰς καὶ τὰς προσηγορίας δὲ καὶ μετοχὰς ὁμοίως· νύμφας, κρῆνας, νοήσας, πρᾶξας*; similiter Greg. Cor. 335. — Choerob. Bekk. 1187 (Gaisf. 132, 13). *πολλάκις οἱ Δωριεῖς τῶν εἰς εις τῶν διὰ τῆς ει διφθόγγου ἀποβάλλουσι τὸ ῑ, οἷον· χαρίεις χαρίες, τιμήεις τιμῆες, Μαλόεις Μαλόες· τοιοῦτοι γάρ εἰσι καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ*

ὁ δὲ ἀείδων Μαλόες ἦλθε χόρος.

ἀντὶ τοῦ Μαλόεις. Μαλόεις ἐστιν ὁ Λέσβιος. — Choerob. Oxx. II, 171, 15 de adjectivis in *εις*: *Δωριεῖς ἄνευ τοῦ ῑ προφέρουσιν αὐτά, οἷον ἀστερόες, αἱματόες.*

catur in Et. M. 721, 54, *δήσᾰς* ex Hesiodo, *Μαλόες* e Callimacho, *ἀστερόες*, *χαρίες* etc. Non minus hac correptione afficiuntur voces in *ας*, quae in genitivo *ἄνος* habent, ut *μέλᾰς* a Choerobosco e Rhiano afferri videtur, *τάλᾰς* legitur apud Theocritum II, 4. In iis titulis, quae hac corripiendi proprietate maxime insignes sunt, nullum talis nominativi in *ες* exeuntis (nam in terminatione *ας* quantitas non apparet) exemplum reperitur, sed in Ther. 2448 *μηθείς* et *αἱρεθείς*. Ceterum consentaneum est eandem correptionem etiam nominativos in *ῡς* gen. *υντος* et *ους* gen. *οντος* tetigisse, ita ut *δεικνῠ́ς* et *διδός* pronuntiari potuerit; exempla tamen desiderantur.

3) Reconditioris etiam usus est *Φυκός*, promontorii Cyrenaici nomen apud Hesychium pro *Φυκοῦς* gen. *Φυκοῦντος*, ut est apud Stobaeum et Stephanum [3]; nam *Φυκοῦς* e *Φυκόεις* contractum esse constat. Noli tamen dubitare; quippe in eorundem Cyrenaeorum titulis nr. 7 et nr. 1 *ἱαρές* legitur pro *ἱερεῖς*, illic pro nominativo, hic pro accusativo, ubi sine contractione esset *ἱερέες* et *ἱερέας*, et Callimachus Cyrenaeus *βιοπλανές* dixit pro *βιοπλανεῖς*, *βιοπλανέες* vid. Choerob. Bekk. 1253 (Gaisf. 447, 13). Hinc apparet, recte se habere in Cretico titulo nr. 2556, 30 nominativum pluralem *Πριανσιές* pro *Πριανσιεῖς* a *Πριανσιεύς*, quem Boeckhius in *Πριανσιέες* mutandum duxit, quae forma legitur l. 46 per se bona. Postremo *Λατός* pro *Λατοῦς*, quod est e *Λατόος* contractum, legitur in Amph. 1688, 8. Pronomina *ἁμές* et *ὑμές* pro *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς* omnibus Doribus communia diversam rationem habent, quem et Lesbii in *ἄμμες* ultimam corripiant et antiquissima lingua terminatione *ες* usa esse videatur sicuti in declinatione tertia.

---

3) Hesych. *φυκὸς τὸ προςβρασσόμενον ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῇ γῇ, ὅπερ ἔνιοι καὶ πράσον καλοῦσι. καὶ ἀκρωτήριον Λιβύης. ἢ βρύα ἢ φλεκτά.* Vides, haud facile *Φυκός* N.P. e *Φυκοῦς* corruptum haberi. — Straboni XVII p. 1191 et VIII p. 558 *Φυκοῦς* (gen. *Φυκοῦντος*) est Cyrenaicae *ἄκρα* et *πολίχνιον ὁμώνυμον*, Stephano s. v. *πόλις Λιβύης*. Minus credibile est *Φῦκος* neutr. pro derivato *Φυκοῦς* usurpatum esse, de quo usu Lobeckius dixit Parall. p. 316.

4) Aliam rationem habet *πός* pro *πούς*[4]), quod Doricum videtur, quum *πόρ, πούς· Λάκωνες* apud Hesychium sit. Nam *πός* est antiquissima forma, quam ab antiquiore lingua in compositis *τρίπος, ἀελλόπος* servatam recentiores (etiam Heracleenses vid. §. 20, 10) in *πούς* produxerunt eam legem sequuti, quae voces monosyllabas correptam vocalem habere vetat. Itaque Lacones et quicunque *πός* pronuntiabant, non corripuerunt syllabam, sed correptam servarunt.

5) Secunda persona verborum in *εις* desinens testibus grammaticis[5]) ultimam apud Dorienses subinde iota ejecto corripit, ut *συρίσδες* Theocr. I, 3, *ἀμέλγες* IV, 3. Accuratius Eustathius[6]) *λέγες* pro *λέγεις* Theraeorum proprium dixit. Adeo ubi terminatio *εις* contractione nata

---

4) Choerob. Bekk. 1361. *πός, ὅπερ ἀπὸ τοῦ πούς γέγονε κατὰ ἀποβολὴν τοῦ υ, οἷον ὡς πὸς ἔχει μαινομένοισιν.* Item Et. M. 635, 22, nisi quod exemplum scribitur *ὡς πὸς χειμαινόμενος*, unde correxeris *ὡς πὸς ἔχει μαινόμενος*, ut metrum choriambicum aut pentametri fragmentum agnoscatur. cf. Mosch. V, 78 *μαινομένοισι πόδεσσι* (audacius nec venuste Lobeckius Parall. p. 86 *ᾧ* (!) *πὸς ἄγ' ἱεμένοισι*). At mira est istius frustuli similitudo cum Theocr. XIII, 70. *ὁ δ' ᾇ πόδες ἆγον ἐχώρει μαινόμενος*, unde suspicio aliqua oritur, verba *ᾇ πόδες ἆγον* e XIV, 42 male intrusa esse et ipsum poëtam ita fere scripsisse: *ὁ δ' ἔδραμεν, ὡς πὸς ἐχώρει μαινόμενος* i. e. quantum pes insaniens valebat. Ceterum apud Choerob. in Theod. a Gaisfordio p. 182, 32 editum est *ὡς πὸς χειμαινομένοισι*, et 218, 27 *ὡς πὸς ἔχει μαινομένοισιν.* — Hesych. *πῶς, πὸς ὑπὸ Δωριέων*, ubi *πός, πούς* corrigendum videri supra §. 20, 10 indicavimus.

5) Choerob. Bekk. 1282 de secunda persona: *Δωριεῖς ἔσθ' ὅτε τὸ ι ἀποβάλλουσιν ἐκ τῆς ει διφθόγγου, οἷον συρίζεις συρίσδες*, cf. Scholl. Theocr. I, 3, Ann. Oxx. IV, 171, 18 et 412, 4, ubi idem locus spectatur, (Choerob. in Theod. 496, 1 et 497, 8).

6) Eustath. 1872, 46. *Θηραῖοι, ὧν τῆς γλώσσης τὸ ἴδιον τὸ λέγεις λέγει καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα ῥήματα δίχα τοῦ ἰῶτα προφέρειν· λέγες γάρ φασι καὶ λέγε, ἀκολούθως δὲ καὶ τύπτες τύπτε καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως. καὶ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι δωρίζειν.* (Deinde comparat Doricos infinitivos *λέγεν, τύπτεν*) Pessime grammaticum Theraea *λέγε* et *τύπτε* finxisse, tituli Theraei, ne alia commemoremus, luculentissime docent.

est, Apollonio teste [7]) Dorice corripi poterat, ut ποιές pro ποιεῖς. Titulos nulla hujus correptionis exempla suppeditare in secunda persona, quae rarissime legitur, non mirum est.

6) Postremo infinitivi, qui vulgo in ειν, Lesbiace et Laconice in ην exeunt, ea correptione apud Dorienses afficiuntur, id quod non solum e grammaticorum praeceptis [8]) discimus, qui et praesentis et aoristi secundi infinitivos afferunt, sed etiam e reliquis fontibus. Nam leguntur ejusmodi formae primum in titulis Creticis nr. 2555 φέρεν, τίκτεν, ἐξελέν, ἐμβαλέν, 2556 σπείρεν et ἀναγινώσκεν, 2558 ὑπάρχεν et in iis, quae minoris sunt fidei, vulgaribus formis intermixtis, nr. 2554 l. 35. 36 ἀναγινώσκεν et ἐξορκίζεν, 2557 χαίρεν et διαφυλάττεν, 3050 διαφυλάδεν, ut videtur; deinde in Theraeo nr. 2448. IV, 15. VI, 14. θύεν, VI, 33 ἐγγράφεν, I, 24 συναγαγέν (describentis errori tribuimus λαμβάνειν IV, 9); in Amphictyonico nr. 1688 ἄγεν l. 21, φέρεν l. 23, θύεν l. 34; postremo in tabulis Heracleensibus, quae reliquas hujus generis correptiones ignorant, ἔχεν, ἀγγράφεν et ita ubique.

Praeterea ἀείδεν est apud Alcmanem fr. 1 (7) in libris Prisciani, metro non cogente, quum aliis in locis codices terminationem ειν tueantur: in Acharn. 754 γράφεν est sine varia lectione, quanquam φέρειν, θύειν, παίειν leguntur v. 705. 758. 802; in epitaphio Bacchidae cujusdam apud Athen. VIII, 336. D πιέν et φαγέν; frequentant correptionem Theocritus et Pseudo-Pythagorei, rarius admittit Pindarus, vid. Boeckh. de metr. Pind. p. 293.

7) Apoll. de pr. 119. ἔπειτα Δωριεῖς ἐπὶ τὸ τέλος φιλοῦσι τὴν ὀξεῖαν προςάγειν, παρ' οἷς πάλιν ἡ ἀφαίρεσις τοῦ ῖ ὀξείας γίνεται ἐμποιητική, ἐπεὶ ποιεῖς — ποιές.

8) J. Gr. 242, b et 243, a, Meerm. 656. 658, Leid. 634, Vat. 692, Gr. C. 308, Eustath. 69, 42, qui exemplis utuntur φαγέν, ἰδέν, λαβέν, ἐλθέν, δραμέν. — J. Gr. 237, a cum exemplis φέρεν, λέγεν; Ann. Oxx. I, 69, 9 cum ἀείδεν, Eustath. 54, 35 — 1872, 20 — 1878, 48 cum λέγεν, γράφεν, τύπτεν, Scholl. Il. α, 78, Scholl. Pind. Ol. I, 5 et Pyth. IV, 206.

Rhintho apud Herod. π. μ. λ. 19, 26 in versus exitu λαμβάνειν habet, quod malumus in λαμβάνεν quam in λαμβάνην mutare.

7) Adeo terminatio εν pro ειν in verbis contractis fuisse traditur a grammaticis [9]), ut νοέν, ποιέν, δασμοφορέν, φρονέν, et leguntur talia in titulo Theraeo nr. 2448. I, 7 τεκέν, I, 8 διοικέν, IV, 28. 31 λειτουργέν, in Amphictyonico nr. 1688, 23 ἐνοικέν, in fragmento Alcmanico (vid. §. 4 not. 5) ὑπαυλέν, nec raro in scriptis Pseudo-Pythagoreorum, ut Metop. ap. Stob. Fl. I, 64 κρατέν, θεωρέν etc. — Eodem pertinent futuri infinitivi ἀπογραφέν in Amphict. 1688 et καρπευσέν in Alaesinorum terminis (si quidem hoc recte traditum est), quum in Doride futura omnia contractione utantur.

8) His omnibus comparatis primum apparet, illud correptionis genus non omnes syllabas finales tangere in ς vel ν exeuntes; neque enim unquam eam patiuntur declinationis primae genitivus et accusativus [10]) singularis, vel omnium declinationum genitivi et dativi plurales, vel tertiae declinationis nominativi in ης (gen. εος aut ητος), ως, ᾱν, ην, ων exeuntes, vel adverbia in ως, vel alia multa. Sed eae potissimum syllabae finales corripiuntur, quarum longa vocalis vel diphthongus productione suppletoria propter consonam ejectam facta est. Nam, ut

9) Apoll. de pr. 119. παρὰ τοῖς Δωριεῦσι τὸ νοὲν καὶ τὸ δασμηφορέν ὀξύνεται πάλιν τῇ αὐτῇ ἀφαιρέσει τοῦ ῑ. — Arcad. 148, 14. ὀξύνεται — παρὰ Δωριεῦσι τὰ συνῃρημένα ἀπαρέμφατα εἰς ειν ἀφαιρέσει τοῦ ῑ, ποιὲν ἀντὶ τοῦ ποιεῖν, δεσμοφορὲν ἀντὶ τοῦ δεσμοφορεῖν (cod. Havn. δασμοφορέν et δασμοφορεῖν). (Item Choerob. in Theod. 651, 22 de ποιέν et δασμηφορέν.) — Choerob. Bekk. 1282, (Gaisf. 495, 35), Et. M. 249, 29, Ann. Oxx. IV, 411, 30. τὸ γὰρ δασμηφορεῖν ἀποβάλλει τὸ ῑ παρὰ τοῖς Δωριεῦσι καὶ γίνεται ἐν ὀξείᾳ τάσει δασμηφορέν. — Eadem νοέν et δασμηφορέν Dorica vocantur a Macrobio II p. 326 ed. Bip. Ceterum verius est δασμοφορέν apud Arcadium et in Et. M., quum δασμηφορεῖν η in α mutare debeat. — J. Gr. 243, a φρονέν.

10) Nihil moramur commentum grammatici in Scholl. Il. β, 152 τὸ δὲ δῖαν Δωρικῶς συνέστειλεν.

satis demonstravimus L. I §. 10, L. II §. 14, ὥρᾰς pro ὥρᾱς natum est ex antiquissimo ὥρανς, θεός pro θεούς vel θεώς e θεόνς, πράξᾰς e πράξανς, χαρίες e χαρίενς, quibuscum compara etiam ἐς pro ἐνς, εἰς; deinde λέγεν et βαλέν e λεγεμναι, βαλεμναι vid. L. I §. 14. Neque adversatur, quod in ὥρα et similibus α natura longum est; nam in antiquissima forma ὥρανς duae consonae sequentes effecisse videntur, ut vocalis corriperetur, sicuti ex ἔγνωντ, ἐδάμηντ facta sunt ἔγνοντ, ἐδάμεντ, postremo ἔγνον et ἔδαμεν, vid. dissert. nostra de conjug. in μι p. 10. Magis offendi possis, quod δαίμων, ποιμήν, ἀληθής et similia ultimam non corripiunt, quanquam accurata investigatio docet, eos nominativos e stirpibus δαιμον, ποιμεν, ἀληθες adjecto ς, qui est nominativi character, prodisse et ultimam productione suppletoria longam habere. At in his tam mature sigma abjectum et vocalis producta esse videtur (Iade quoque et Atthide testantibus, quae in istis longas vocales, non diphthongos proferunt cf. §. 20, 13), ut eo tempore, quo extremae syllabae a Doriensibus corripi coeptae sunt, nulla antiquissimae rationis memoria superesset.

Paullo diversam, similem tamen rationem in secundae conjugationis persona agnoscimus, quum λέγεις e λεγεσι iota transposito ortum sit, vid. L. I §. 14, 4; nam etiam hic vocalem vides potius non productam esse quam correptam. Magis etiam id apparet in πός pro ποῦς et πᾰν pro πᾶν, quod a Doriensibus corripi docent Herodian. Oxx III, 290, 5 et Draco 29, 20 — 85, 11 sicut in Aeolide vid. L. I §. 21, 9, et corripuit Pindarus Ol. II. 93 τὸ πάν, ubi Boeckhius aliam excusationem quaerens τόπαν scripsit.

Difficilior eorum est ratio, quae ultimam corripiunt, quanquam contractione affectam, ut Φιχός pro Φιχοῦς, ἱαρές pro ἱερεῖς, Λατός pro Λατοῦς, ποιές pro ποιεῖς, ποιεν pro ποιεῖν. Sed etiam hic vides ante correptionem non adesse syllabam longam: nam ποιες et ποιεν e ποιέες et ποιεεν orta existimare oportet, Φιχός e Φιχόες. Itaque ut

in accusativis ὥρᾰς, θεός consona ν ejecta est, ita hic altera vocalis omissa videri potest.

9) Deinde apparet, non omnibus Doriensibus has correptiones aeque usitatas fuisse; sed maxime valebat is mos apud Cretensium plerosque, certe apud Hierapytnios, Allariotas, Arcades, Cnossios, quorum tituli habentur nr. 2555. 2556. 2557. 2558. 3052 3053. A. B. (de Olontiis, Vaxiis, Latiis mox videbimus; de reliquis nihil affirmari potest); deinde apud Cyrenaeos, unde etiam Callimachus Cyrenaeus rariores correptiones in Μαλός et βουπλανές hausisse videri potest; tum apud Theraeos et Coos, postremo apud antiquiores Delphos, quorum dialectus in decreto Amphictyonico nr. 1688 conspicitur, quum in Delphicis titulis recentioribus ne ullum quidem ejus moris vestigium detegatur. Et apud hos quidem, quorum Cretenses et Cyrenaei severiore Doride utuntur, Theraei, Coi et Delphi mitiore, correptio semper valuisse videtur in accusativo secundae declinationis et, quod ex illius analogia colligitur, primae, in infinitivis, qui vulgo in ειν exeunt, etiam verborum contractorum, et in secundis personis in εις exeuntibus, ne hic quidem verbis in εω exceptis. Nam quae accusativorum et infinitivorum formae non correptae leguntur in titulis iis, quibus usi sumus (Ther. 2448. IV, 9 λαμβάνειν, Amph. 1688, 42 bis τούς, Cret. 2557 ὑπάρχειν, 3052 τοὺς λοιπούς), lapicidarum aut describentium culpa, quae est illorum titulorum ratio, corrupta habere et licet et oportet; de secunda persona, quae non legitur in titulis, Eustathii testimonio ad Theraeos pertinenti et infinitivi analogiae confidimus. Plus dubitationis in reliquis est. Nominativorum in ας correptio in titulis non apparet, neque in iisdem nominativi terminatio ες pro εις reperitur, contra in Ther. 2448 ter αἱρεθείς VII, 6. VIII, 1. 16, neque alienum est ibidem μηθείς II, 11. VIII, 5. Deinde, quum ἱαρές in Cyrenaicis sit pro ἱερεῖς, Πριανσιές in Cret. 2556 pro Πριανσιεῖς, in eodem forma non contracta Πριανσιέες legitur, in Theraeo 2448. III, 11 ἀσφαλεῖς. Vocum in ω geniti-

vus praeter Λατός nr. 1688 non legitur. Itaque in his usus sibi minus constitisse videtur. Ceterum in iisdem titulis praepositionem ἐς pro εἰς esse (nisi quod εἰς nescio quo casu nr. 2556, 11), docebimus §. 43.

In tabulis Heracleensibus, quae reliquas correptiones ignorant (nam praebent τὼς χώρως, καταλυμακωθῇς), infinitivus non contractus praesentis saepissime et semper ultimam corripit, nec fere dubitamus, quin infinitivi aoristi secundi et verborum in εω item in εν exituri essent, si exempla adessent; Pseudo-Pythagorei enim cum Dorismum paullo reconditiorem e genuinis Pythagoreorum scriptis Italiotarum Doride usis adoptasse videntur. Eadem ratio est tituli Cretici nr. 2554, qui Olontiorum dialectum exprimit; nam et accusativus in ως exit et infinitivus in εν, ita tamen ut vulgares formae, quae est ejus conditio, intermisceantur. In Vaxiorum decreto nr. 3050 accusativus pluralis desinit in ους vid. §. 14, infinitivus διαφυλάδεν pro διαφυλάσσειν ultimam corripit (vulgaris forma συνεπαύξειν lapicidae debetur), neque Latiorum decretum, quod cum illo priscum istud ες commune habet, infinitivi aliam formam habuerit, quare pro εὐχαριστει. Chishulli vel εὐχαρεσται Sherardi potius εὐχαριστέν scribendum videtur quam cum Boeckhio εὐχαριστεῖν. Si τρέφεν Acharn. 754 certius habendum est, quam formae ibidem in εν exeuntes, etiam Megarenses solos infinitivos corripuisse videntur, nec minus Alaesini, si in eorum terminis καρπευσεῖν recte traditum est. Vides, infinitivum prae reliquis ad correptionem inclinare.

Apud reliquos Dorienses, et Lacones et mitiore Doride usos, vulgo ultima syllaba producta tenebatur ita, ut ad correptionem proclivis poëtarum arbitrio in utramque partem serviret. Ita factum est, ut Alcman Spartanus corripere posset, quae vulgo in Laconica dialecto producuntur (τροπὰς, Δίας, ἀείδεν, ἐπαυλὲν), nec Tyrtaeus ex alio fonte δημότας et δεσπότας hauserit. Eadem ratio est correptionis in ἐφέτας etc. atque τώς apud Epicharmum, καλὰς ὥρας in Chelidonismo,

quanquam Syracusanorum et Rhodiorum dialectos vulgo accusativorum extremas syllabas produxisse certissimum est. Hesiodi et Pindari usum cum aliqua probabilitate ad Delphorum dialectum revocari posse, infra §. 48 demonstrabimus; de Theocrito et Stesichoro (qui Siculorum Doridem satis accurate expressisse videtur) alio tempore disputabimus.

§. 22.

De aliis longarum vocalium et diphthongorum mutationibus.

1) Saepissime Dorienses *α* longum pro *ω* (quae mutatio Dorica vocatur in Ann. Oxx. III, 241, 12) proferunt, ubicunque *αο* vel *αω* contractionem passa sunt, vid. §. 24. Praeterea in paucis quibusdam ea mutatio deprehenditur:

πρᾶτος pro *πρῶτος* Doricum esse traditur in Ann. Oxx. I, 340, 17. III, 241, 12 et legitur in titulis Heracl. Ther. Corcyr. Rhod. Messembr., *πρατιστεύω* Byz. 2060., *Πρατόλας* et alia Nn.Pp. in recentibus titulis vid. Keil. Anall. p. 77. Male se habet *τὰ πρῶτα* in titulo Delphico antiquiore nr. 1690, ut Boeckhius scripsit pro *ταπρατα*; in nr. 1706 *πρώταν* recentiori aetati condonari potest, quanquam ibidem est N.P. *Πρᾶτος*. Deinde plus semel *πρᾶτος* legitur in Epicharmi fr. 94, nec vulgaris forma tolerari poterat fr. 9 et 19. Mirari possis, unde *α* in ea voce, quae e *πρότατος* facta videatur. At antiquissimo tempore *πρά*, *πράτερος*, *πράτατος* pronuntiata sunt, unde *πρᾶτος* recte factum, nec tamen male ab Ionibus mutatum est in *πρῶτος*, quod cum recentioribus *πρό* et *πρότερος* melius concinit.

θεαρός pro *θεωρός* in Herm. 1193, Aetol. 1756. 1757. 1758 (*θεωρός* Aetol. 2351 lapicidae est) et in titulo fabulae Epicharmeae, *Θεαρίδας* N.P. apud Plutarch. Ap. Lac. p. 221. In decreto ignotae urbis Doricae nr. 2670 *θεαροδόκος* legitur, sed ibidem *ἀρχιθέωρος*, quod male lectum videtur, ut fortasse etiam in Delph. 1693 *θεωρός*

et *θεωροδόκος*. De vocis origine ambigitur. Antiquorum et recentiorum plerorumque opinio, qua e *θεός* et *ὥρα* compositum putatur, propter ipsam Doricam formam probari nequit; quomodo enim *α* illud explicaretur? Nec magis recte alii a *θεάομαι* derivare videntur; tum enim apud Dorienses *θαωρός* sonaret vid. §. 19, 6 s. *θαέομαι*.

ἆτα, *ὦτα*· *Ταραντῖνοι* Hesych. valde dubium videtur, vid. §. 31.

ὀπάρα vel potius *ὁπάρα* pro *ὀπώρα* est apud Alcmanem fr. 59 (24) in libris Athenaei (A. *χῳ παρ αν*, B. *χω παραν* i. e. *καὶ ὀπώραν*), fortasse recte, quanquam fr. 60 (28) est *κηρίναν ὀπώραν*. De vocis etymo parum constat.

κοινάσαντες pro *κοινώσαντες* Pind. P. IV, 115, cf. *παρεκοινᾶτο* ibid. 133 paullo diversam rationem sequitur, quippe quod derivetur a *κοινάω* pro *κοινόω*, ut in Lampsaceno titulo Aeolicae dialecti est *ἀξιάσει*, vid. L. I §. 15, 1.

πολύφανος Alcm. 14 (25) pro *πολύφωνος* vix incorruptum est. Placet Bergkii emendatio *πολύφοινος*, vid. §. 10, 3.

θᾶκος, quod Doriensibus cum Atticis commune esse putaveris pro epico *θῶκος* (cf. *θάβακος* §. 5, 5), apud Alcmanem legitur fr. 68 (53), sed *θωκεῖτε* Sophr. 41 et *σύνθωκοι* Sophr. ap. Poll. X, 5; quo jure, latet.

θαχμῆναι, *θωρηχθῆναι*· *Δωριεῖς* Hesych. Corrigunt *θαχθῆναι*, quod verius Dorice *θαχθῆμεν* esse debet. Jam si compares glossas *θᾶξαι*, *μεθύσαι* — *τεθαγμένοι*, *μεμεθυσμένοι* — *τέθαξαι*, *μεμέθυσαι* et ex altera parte *θῶξαι*, *μεθύσαι* — *θωχθείς*, *θωρηχθείς*, *μεθυσθείς*· *Σοφοκλῆς Διονυσιακῷ* cf. Phot. *θωχθείς*, *θωραχθείς* — *τεθωγμένοι*, *μεμεθυσμένοι*, apparet, Dorienses rarius verbum *θῶξαι* i. e. *θωρῆξαι*, *μεθύσαι* (cui cum Dorico *θῶσθαι*, de quo vid. §. 42, nihil commune est) per *ᾱ* protulisse.

πράν, quod frequentat Theocritus, non minus *α* pro *ω* habet, si comparas *πρῶν*, quo Callimachus usus est fr. 84 Bentl. teste Suida, qui quum *πρῶν περισπᾶσθαι*

doceat, fortasse rectius scriberetur *πρᾶν*, nisi acutus Doriensium *φιλοξυτονία* debetur. Utrumque e *πρώην*, *πρώαν* mira contractionis ratione factum videtur; male enim Eustath. Prooem. Pind. p. 12 Schn. tradit *πράν* Doricum esse pro *πρίν*, quocum ne significationem quidem communem habet.

α pro *αι* est in *ἄνεγμα* (cod. *ἄνεγκα*), *αἴνιγμα· Ταραντῖνοι καὶ ἐκβολῇ τοῦ ἑτέρου ι καὶ τροπῇ τοῦ δευτέρου εἰς ε ψιλόν* Hesych.

2) Male *η* Dorice in *ει* mutatum dicitur in *μείς* pro *μήν* Et. M. 583, 4, vid. §. 31. Nec genuina haberi possunt ejus mutationis exempla, quae in titulo Theraeo 2448 traduntur: *προαιρεῖται* II, 19. III, 36, *ὀφείλειται* pro *ὀφείληται* VI, 36, *διοικεῖται* pro *διοικῆται* VII, 26, *προνοειθήτω* VIII, 21, *δεείση* pro *δεήσει* VIII, 5, *εἰ* pro *ᾗ* VII, 5. 31. VIII, 6, *ποτείριον* IV, 24, quorum ultimum Boeckhius reliquis recte emendatis nullo jure retinuit. Videntur enim *H* et *EI* in lapide ita exarata esse, ut a describentibus facile permutari potuerint. Aliter res se habet in terminatione tertiae personae conjunctivi, quae et in hoc titulo et in aliis fide dignissimis per *η*, *η* et *ει* promiscue scripta est vid. §. 36, 3. — Apud Alcmanem Schneidewinus recte expulit, quae Welckerus toleraverat, *Πολυδείκεις* fr. 1 (3) et *τριείρης* 23 (13).

η pro *ι* est in *οἰκήα*, quod in Delph. 1690 sexies legitur pro *οἰκία*, quum hoc semel traditum sit v. 20. Nihilo secius inauditam illam formam in titulo pessime habito corruptam esse judicamus.

ῑ pro vulgari *η* est in *ἵκω* pro *ἥκω*, qua forma non solum Pindarus usus est cum Homero vid. Boeckh. Nott. Critt. ad Ol. IV, 11, sed omnes, ut videtur, Dorienses. Certe *ἵκει* legitur Acharn. 786, Lysistr. 87, *ἵξειτε* Acharn. 708, *ἵκομες* Acharn. 716 nunc e Rav., unde *ἥκομες* Lys. 1077 corrigendum esse videtur. Apud Epicharmum librorum lectiones *εἶκω* fr. 19 et *εἶκαι* i. e. *ἧκε* vel *ἷκε* fr. 24 in utramque partem trahi possunt, nisi forte in his

latet verissima scriptura *εἴκω*, de qua accuratius infra disputabimus §. 42 s. v. *ἴκω*.

3) *ι* pro *ει* est in *Fίκατι*, quod in antiquioribus titulis legitur, et *ἴκατι* pro *εἴκοσι*; *Fείκατι* jam est in tabularum Heracleensium altera, *εἴκατι* in Corcyr. 1840; in titulis Alexandro recentioribus Atticum *εἴκοσι* assumptum est, vid. §. 34. Deinde *Ποτῑδάν* et *Ποτῑδᾶς* antiquiores Doricae formae esse videntur pro *Ποσειδῶν*, recentiores *Ποτειδάν* et *Ποσειδάν*, vid. §. 31. In titulo Laconico nr. 1511 l. 2. 15 *Δαριχός* esse videtur pro *Δαρειχός*. (Alienum est *εὐσεβίας* pro *εὐσεβείας* Cyren. l. 9 cf. Buttm. II p. 416). Certius constat, antiquiorem Doridem longum *ῑ* servasse, quod contrahendo ex *ια*, *ιε*, *ιι* natum est. Leguntur enim dativi *πόλι* Heracl. I, 108, *Ἀγδάμι* et *Σχινοῦρι* Corcyr. 1840, quum in omnibus titulis Alexandro recentioribus vulgaris terminatio *ει* conspiciatur, vid. §. 30, 5 (nam *Στεῖρι* in Phocico Rossii nr. 73 non minus lapicidae negligentia exaratum videtur quam l. 14 *γενηθῖσα*); deinde *τρῖς* pro nominativo et accusativo *τρεῖς* e *τρίες* et *τρίας* legitur in Heracl. et Brutt., *τρεῖς* jam in Delph. 1690, qui bonae aetatis est, quater reperitur nec minus in recentioribus omnibus, vid. §. 34.

Contra *ει* pro vulgari *ῑ* scriptum reperitur in futuro et aoristo I verbi *τίνω*, ut Heracl. I, 61 *ἀποτείσει*, Amph. 1688, 40. 46. 47 *ἀποτείσῃ* et *ἀποτεισάντων* Iss. 1834 et Rhod. 2525, b. 101 *ἀποτεισάτω*, Ther. IV, 2. 36 *ἐκτείσῃ*, *ἀποτεισάτω* etc., item derivatum *Τεισάνωρ* III, 25, *Τείσανδρος* Messan. Torremuz. I, 16. Contra praesens servat *ι* in *ἀποτίνῃ* Amph. 1688, 29, unde colligi potest, iota correptum esse ut in *τίνεσθαι* apud Pindarum P. II, 24, qui *ι* producit in *τίσομεν* Ol. XI, 12, *ἔτισαν* Ol. II, 64. Cave existimes, illud *ει* malae scripturae deberi, quum optimorum titulorum consensu, a quibus *ει* pro *ι* scribendi mos alienissimus est, confirmetur. Potius *τείσω* e radice *τι* eadem mutatione factum est, qua *λείπω*, *εἴσομαι*, *δείσω* e radicibus *λιπ*, *ἰ*, *δι*. — Eodem pertinet *εἴω* pro *ἴω* Sophr. 2 *διὰ διφθόγγου* testante Etym. M. 423,

24. Quanquam enim ι in hoc conjunctivo vulgo corripitur, analogia tamen potius ει postulat, vid. quae disputavimus de conjug. in μι §. 9. Antiquiorem Doridem mitiorem χείλιοι protulisse, ea docere videntur, quae disputavimus L. I §. 8 not. 30 et II §. 20, 6. At in Theraeo 2448 et aliis non antiquioribus χίλιοι legitur, vid. §. 34. — A genuina Doride aliena sunt, quae in titulis recentissimis post nostram aeram scriptis cum ει pro ι reperiuntur, ut in Byzant. 2060 Ὀλβιοπολείτας, πολειτᾶν, τειμά, τειμᾶσαι, in Delph. 1709, b τειμά et Νεικοστράτα, εἱρός pro ἱερεύς Ambrac. 1798, γεινόμενος Anaph. 2, ἐπιτειμέοντες Phoc. 81 R. etc., quum in omnibus antiquioribus constanter scripta sint πολίτας, τιμά, νίκα etc. Eodem pertinuerit ἔρρειψαν in marmore Farnesiano

4) ω pro αυ Doricum esse dicitur in ὦλαξ pro αὖλαξ Et. M. 625, 38 et in Ζεὺς (?) Καππώτας, lapidis cujusdam appellatione, quae secundum Pausaniam III c. 20 κατὰ γλῶσσαν τὴν Δωρίδα a παύσασθαι descendit.

Quum Dorienses ω in οι mutare traduntur [1], in χελοίνη pro χελώνη, recenti errore illud pro χελύνη scriptum videtur, quod Aeolibus tribuunt vid. I §. 15, 5, et Δωριεῖς pro Αἰολεῖς.

5) De diphthongo ει Dorice in αι mutata grammatici saepissime testantur. At, ut omittamus, quae etymologiarum suarum causa male finxerunt [2]) et quae αι vel potius ᾳ pro Ionicis ηι vel ῃ posita habent, paucissima quaedam remanent, quae aliquo jure eo referri possint.

αἰ et αἴθε pro εἰ et εἴθε [3]), vid. §. 45.

---

1) Et. G. 263, 49. Δωριεῖς τὸ ω̄ εἰς τὴν οι̅ δίφθογγον τρέπουσι· τὸ γὰρ χελώνη χελοίνη λέγουσι· οὕτω καὶ τὸ θώνη θοίνη.

2) Dorica hac mutatione Αἰγαῖον πέλαγος ab αἴγειον ducitur Ann. Oxx. I, 127, 9, Et. M. 28, 35, Et. G. 197, 21; item αἰνός a δεινός secundum Heraclidem ap. Eustath. 1648, 5.

3) Priscian. II p. 91, Ann. Bekk. 946, 5, Et. M. 33, 55 — 356, 8 — 385, 30, Et. G. 16, 53 — 17, 24 — 162, 13 — 163, 48 etc.

κύπαιρος pro *κύπειρος* [4]), ut teste Heraclide apud Eustath. 1648, 5 cf. 969, 8 etiam Alcman scripserat et pro librorum lectione *κύπερος* restitutum est fr. 15 (29) nec minus *κυπαιρίσκω* pro *κυπαρίσσω* fr. 20 (34).

ἄναιρον, ὄνειρον· Κρῆτες Hesych. cf. *ὄναρ*.

οὐδραία, ὑδρεία apud Hesychium pro Laconico habendum est, vid. §. 18.

φθαίρω pro *φθείρω* saepe a grammaticis *ῥαίω* inde derivantibus Doricum esse traditur [5]), et futurum certe *καταφθαρέει* (potius *καταφθαρεῖ*) legitur in apophthegmate Laconico apud Plutarchum p. 240. D, quare existimaveris, Dorienses in radice *φθερ* ε in α mutasse (quod non minus in Ionico futuro *διαφθαρέομαι* apud Herodotum factum est), et inde in praesens diphthongum *αι* recepisse. Dubia tamen res videtur, quia grammaticorum istae etymologiae nimis ineptae etiam Doricum *φθαίρω*, quo utuntur, suspicionis contagio afficiunt, et *διαφθείρας* legitur in Corcyr. 1839. Nec magis certum est *κταίνω*, quod *Δωρικώτερον* apud Alcaeum fuisse traditur ab Heraclide apud Eustath. 1648, 5. Quod si, Homerico *κατακτανέω* comparato, vere Doricum esse credideris, Alcman pro Alcaeo restituendus esse videtur, quae nomina non semel permutata reperiuntur; olim, L. I §. 8 not. 8, antiquo errore *κταίνω* pro Lesbiaco *κτέννω* scriptum esse suspicati sumus.

In aliis Doricum *αι* vel *ᾳ*, quod pro Attico *ει* esse videtur, notissima Doridis proprietate Ionico *ηι* vel *ῃ* respondere monuimus, et attulimus §. 19, 6 ejus generis haec: *κλαΐς* vel *κλᾴς* pro Ionico *κληΐς*, Attico *κλείς*, *λαία* pro Ionico *ληΐη* et Attico *λεία*, *λαῖον* vel *λᾷον* pro

4) Et. M. 28, 35 — 269, 50, Theogn. Oxx. II, 5, 11 — 71, 2 — 131, 13 155, 31, Choerob. Oxx. II, 232, 18, Et. G. 13, 56 — 197, 50 — 355, 1 etc.

5) Heraclid. ap. Eustath. 1618, 5 cf. 969, 7, Et. M. 269, 50, Et. Or. 18, 2, Et. G. 21, 18 — 144, 35, Ann. Oxx. I, 112, 6 etc. — Et. Or. 139, 10 simili modo a *φθαίρω* derivat *θαίρω*, *ῥαίθω*, *ῥαιστήρ*.

Ionico λήϊον vel Attico λεῖον. Accedunt nonnulla, quae derivantur a γῆ, γᾶ: μεσόγαιον Doricum pro μεσόγειος teste Heraclide ap. Eustath. 1648, 8, κατώγαιον Theogn. Oxx. II, 71, 2, ἀνώγαιον ibid. 131, 13, ἔγγαιος in titulo Theraeo nr. 2448. V, 8, quae in ipsa Attica dialecto et vulgari lingua modo ει modo αι habent, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 297. Diphthongus ει etiam hic ex Ionico ηι nata est. Ceterum intelligis, propriam diphthongum in talibus optima auctoritate niti, quo facit etiam dativus pluralis πύλαις pro Ionico πύλῃσι, πύλῃς, quare dubitare licet an Apollonius nimis anxie λᾷον potius quam λαῖον scribi jusserit.

Ubi diphthongus ει ex ε aut ι orta est, Dorice eam non in αι mutari apparet, quare Welckerus apud Alcmanem fr. 1 non recte e suspectissima Prisciani lectione λίγαια scripserat, quum λιγεῖα a λιγύς gen. λιγέος descendat.

5) Diphthongus ει pro οι esset in τεῖον, ποῖον· Κρῆτες Hesych., nisi gravissima corruptionis suspicio adesset, vid. §. 10, 1.

ει pro ευ est in Ἐλεισινίαρ pro Ἐλευσινίας in decreto contra Timotheum, cui nullam fidem habendam esse constat, et in Ζείς pro Ζεύς, quod quum a Torremuzza in nummo Syracusano legi tradatur, aut errorem aut fraudem subesse suspicamur. Alia, in quibus ea mutatio conspici videtur, vid. §. 26, 4.

ει pro υι est in feminino participii perfecti, vid. §. 41.

ευ pro ει in Ἐλεύθυα Cret. 3058, i. e. Εἰλείθυια, quae apud Pindarum Ἐλείθυια vocatur P. III, 9. N. VII, 1 et Ἐλευθώ Ol. VI, 42.

ου pro ευ singulari Creticae dialecti proprietate est in glossa Photiana ψούδια, ψευδῆ· Κρῆτες, deinde in ἐξοδούσαντες et βωλουομέναις Cret. nr. 2556, 53. 74 ab ἐξοδεύω et βουλεύω, quanquam βωλεύω legitur nr. 2554, 214 et 2555, 8.

6) Lesbiorum mos iota, quod alteram diphthongorum partem efficit, ante sequentem vocalem omittendi ne a Doride quidem alienus est. Nam et certum testimonium

adest [6]) de desiderativa forma *ὤψεον* a Sophrone fr. 39 pro *ὤψειον* usurpata, et *ἀσάλεα* pro *ἀσάλεια* ex eodem in Et. M. 151, 47 affertur et *γενεᾶπις* legitur fr. 55; deinde *ἀδέαι* metro confirmatum legitur Epich. 34, *ἀδέα* Theocr. III, 30, *εὐρέα* VII, 78, *ἀδεᾶν* metri causa a Schneidewino apud Alcmanem fr. 18 (27) correctum est, *ἡμίσεα* saepius repetitur apud Archimed. de Conoid. p. 260 seqq. Postremo in titulis, quae huc pertineant, haec reperiuntur: *ἀτέλεα* Cret. 2556, 23 pro *ἀτέλεια* (neque enim recte Boeckhium *ἀτελέα* scripsisse, docet *ἀτέλεια* in simillima formula nr. 2558, vid. §. 20, 2. b), *ὑγιέᾳ* Cret. 2557, 24, *ἱάρεαι* Cyren. 2 pro *ἱέρειαι*, Heracl. II, 2 *Ἡράκλεα*, urbis nomen, quod saepius in eadem tabula *Ἡράκλεια* scribitur, Herm. 1207 *Νικοκράτεα*, *Εὐκράτεα*, *Νικόκλεα*, 1211 *Δαμόκλεα*, *Ἱερόκλεα*, Ther. 2473, b *Σωσικράτεα*, Sicyon. 1112 *Ἡράκλεα*, mulierum nomina; deinde *πόη* et *ποήση* Ther. 2448. VI, 37. VII, 17, ubi praeterea *ποιέω*, *ἐπόησε* Acarn. 1794, *ἐποησάταν* Delph. C. I. 25, *πεπόηνται* Herm. 1193, *πόη* Lysistr. 1318, quod e libris restituendum est (cf. §. 26, 1 de *ποΐω* in Heracl.), *πλέων* Amph. 1688, Calymn. 2671, quum vulgo *πλείων* scribatur, *υἱός* et *ὑός* promiscue in Ther. 2448 et *ὑοθεσία* Rhod. 2524. De *ἀεί* vid. §. 45. Nulla tamen in his constantia servatur.

Item *υ* omittitur in *ἐπισκεάζειν* et *σκεοθήκα* Corcyr. 1834, b (cf. *κατεσκέασεν* in titulo Tenio Romanae aetatis), quanquam in ea ipsa stirpe vulgo diphthongus legitur, ut in Ther. 2448; simile est *πρῶκροον* Lysistr. 1255 pro *προύκρουον*. — Simili correptione *ζοός* pro *ζωός* est apud Epich. fr. 158.

Ante sequentem consonam diphthongus, quae vulgo est, ejecto iota corripitur ut apud Iones in comparativis *μέζων* et *κρέσσων* pro *μείζων* et *κρείσσων*. Illud legitur Epich. 32 et saepe apud Pythagoreos, ut Stob. Flor. I, 69. 71. 79. XL, 133 (*μέσδων* minus Dorice in apophtheg-

6) Choerob. in Theod. p. 526 et Oxx. IV, 213, 10 *ὤψειον* — *ἐγένετο ὤψεον παρὰ Σώφρονι κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ῑ· οἷον ἐγὼ δέ τοι καὶ πάλαι* (Gaisf. *πάλιν*) *ὤψεον*, cf. Choerob. Oxx. II, 246. *ὠψείω* — *εἴρηται καὶ χωρὶς τοῦ ῑ.*

mate Lycurgi Plut. Lyc. c. 19), hoc apud Pindarum et Theocritum et eosdem Pythagoreos, ut Stob. Flor. I, 75. XLIII, 134, ubi promiscue κάῤῥων, quod vereor ne meliore jure Doricum habeatur, vid. §. 13, 4, quum κρέσσων non reperiatur nisi in fontibus minus puris; neque enim recte in Herm. 1193 statuarii Cydoniatae nomen *ΚΡΕΣΙΛΑΣ* a Boeckhio Κρεσσίδας lectum et a κρέσσων derivatum est, quum nuper Meinekius in Anthologiae delectu *ΚΡΕΣΙΛΑΣ* i. e. Κρησίλας corrigendum esse optime intellexerit. Ceterum apparet iota in μείζων et κρείσσων (e μεγίων et κρετίων) recentius additum esse.

7) E contrario iota vocalibus ante sequentem vocalem additum, ut diphthongum efficiat, in πνοιά (quo semel Pindarus utitur Ol. III, 33, qui praeterea πνοά), χροιά et similibus Doriensium esse dicitur a Gregorio [7]), cui non multum crederemus, nisi in Astypal. 2483 στοιά legeretur, quanquam in Ther. 2448 est στοά. Hinc in Acharn. 757, ubi librorum lectionem κἀι αχνοανθῇ Elmsleyus in κἀναχνωανθῇ mutavit, potius κἀναχνοιανθῇ scribendum esse videtur. Pro Attico ἐλάα vulgaris forma ἐλαία ubique est in Heracl.

Longae vocali iota additum est in ζῷον Ther. 2448. I, 12, quae scriptura etiam in bonis codicibus reperitur, vid. Bast Epist. p. 82, Jacobs. ad Anth. Pal. III p. 8. Mirum est ἡρῴων ibid. II, 5. 14. 27 (ἡρώων II, 12, ἥρωσι IV, 7), quod quum ter repetitum sit, non audeo cum Boeckhio corruptelam agnoscere, cf. quae disputabimus §. 31. — Ante consonam iota additum est in σῳζόμενα ibid. I, 8, κατεσῴξαμες Heracl. II, 30, κατεσῴσαμες B. 47. 1, 3 (unde correximus σῶσαι Sophr. 27), deinde apud Lacones ἀπέσοιξεν, ἀπέσωσε secundum Hesychium, Σοιξιτέλης in recentibus titulis Laconicis nr. 1271.

---

7) Gr. C. 220. τὸ ἐπεντιθέναι τὸ ῑ τῷ ō τῶν Δωριέων ἐστί cum exemplis πνοιά e Pindaro, χροιά, ψοιά, ῥοιά, ποιά, cf. Scholl. Il. γ, 236 et Et. M. 289, 16, qui δοιώ Doricum praedicantes addunt: οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν ἐν τοῖς ῥήμασιν ἀναλογίαν φυλάττοντες καὶ ἐν τοῖς ὀνόμασι πλεονάζουσι τὸ ῑ.

1282. 1373 et Σοΐξιππος nr. 1457 cf. Keil. Anall. p. 117, quum in Anaphaeo nr. 2477 et in aliis recentioribus Σωσικλῆς et similia legantur. Iota in σῴζω secundum Et. M. 741, 27 ἡ παράδοσις etiam in vulgari lingua habebat, nec raro codices et tituli offerunt, vid. Keil. Anall. p. 115. Jam Dorica dialectus docere videtur, σῴζω, quod est e σωΐζω natum, verius esse, quum Lacones adeo in σοΐξαι etc. propriam diphthongum assumere potuerint, nisi σοΐξαι scribere praestat, quocum compares ἀφηρωΐξαι Ther. 2467. 2471, quod Boeckhius fortasse non recte in ἀφηρωΐξαι mutavit. Contra χρήζω sine iota (cf. Et. M. 815, 4) legitur in Ther. 2448. VIII, 15 et Rhod. 2525, b. 94, quanquam χρῄζω (Boeckhius maluit χρηΐζω) in Astyp. 2483. Mero errore τέτρῳρος scriptum videtur Heracl. I, 42, quum ibidem I, 111 τέτρωρος legatur.

Non omnino temere κεινός pro κενός Doricum vocari videtur in Scholl. Pind. Ol. III, 81. Nam et N.P. Ξεινιάδας legitur in Rhod. 2538, quam ad normam corrigimus Ξηνιάδας in Agrig., et ξεῖνος apud Timocreontem Rhodium fr. 1, ut Rhodii antiquam formam tenuisse videantur, quanquam plerique Dores ξένος et κενός proferebant. Contra φανειρός, ειν, ἐπιφανείστατος in corruptissimo titulo Aeginetico nr. 2140 non magis cum Müllero et Boeckhio ad singularem quandam dialecti proprietatem referenda ducimus quam εὐδοχεινῆ Delph. 1699 vel πείδιον in Corcyr. 1840, quae correxit Boeckhius.

8) Iota vocalibus finalibus subscriptum non omittitur in titulis paullo antiquioribus et integrioribus, praeterquam in conjunctivo, ut ἄγη pro ἄγῃ, vid. §. 35, 3. Quod in Herm. 1193, Corcyr. 1843 et in titulo Alaesino saepius in dativis neglectum est, describentium incuriae tribuas; tituli Romanorum imperatorum aetate scripti hac in re non diligentiores esse solent, si quid Dorici tenent, quam qui vulgari lingua utuntur. Quanquam adeo Byzantiorum decretum nr. 2060 non ante Tiberii aetatem scriptum nunquam iota non adscriptum habet praeterquam in conjunctivo.

9) Addimus, quanquam res ab hoc capite aliena est, apocopen a grammaticis Doridi tribui [8]), non praepositionum, quae ab antiquis potius syncope appellatur (vid. §. 43), sed audaciorem illam in *δῶ*, *κρῖ* pro *δῶμα*, *κρῖμνον*, de quibus dixit Lobeckius Parall. p. 115. Ista tamen exempla Homerica sunt, quocunque modo de grammaticorum opinione judicabis, Attica *Ποσειδῶ* et *κυκεῶ*, quae Gregorius et Trypho addunt, *κίνδυν* pro *κίνδυνος*, quod Trypho, Aeolicum, vid. L. I §. 22 not. 4. Itaque nullo jure hoc apocopae genus Doriensibus adscribi videtur, nisi id propter Epicharmum factum est, qui et *ἀπότρωκτον* primus invenisse traditur [9]) et Strabone VIII p. 560 teste *λί* dixit pro *λίαν*, *Συρακώ* pro *Συράκουσαι*, quare recte Schneidewinus Conjectt. p. 73 frustulum in Etym. M. sine nomine servatum [10]) ad Epicharmum retulit et in eodem *Συρακοῦς* genitivum esse intellexit. Hoc non recte ad apocopen referri, sed poëtam stagni *Συρακώ* nomen, unde Syracusas appellatas esse constat, ad ipsam urbem adhibuisse vidit Lobeckius. Quid de *λί* judicandum sit, latet.

Syncope Cretica *αἰπόλος* ex *αἰγοπόλος* factum esse dicitur in Etym. Gud. 14, 25.

§. 23.

De diaeresi.

1) Diaereseos duo genera distinximus L. I §. 18. Alterum, quum diphthongus, quae antiquitus fuit, in singulos sonos dirimitur, ut *ὄϊδα* pro *οἶδα*, Lesbiorum

8) J. Gr. 242, b, Vatic. 693 cum exemplo *δῶ*, Meerm. 656 cum *δῶ* et *κρῖ*, Gr. C. 309 cum *δῶ*, *Ποσειδῶ*. — Tryph. *παθ. λεξ.* cum exemplis *δῶ*, *κυκεῶ*, *κίνδυν*. — Draco p 161, 13 apocopen et Doricam et Atticam esse tradit.

9) Suid. s. v. *ἄλφι*, *ἄλφιτον· τοῦτο δὲ καλεῖται ἀπότρωκτον, ὅ φασι πρῶτον εὑρεῖν Ἐπίχαρμον.*

10) Et. M. 736, 26. *καὶ τὰς κλεινὰς Συρακοῦς· ἀποβολῇ ἐκ τοῦ Συρακούσας.* Correxit Schneidewinus *καὶ τᾶς κλεινᾶς Συρακοῦς*, quod idem Schleusnerus proposuerat.

fere proprium est, alterum, quo vocales antiquitus separatae non conjunguntur in diphthongum, ne ab antiquiore quidem Doride alienum erat et apud Cretenses paullo diutius vigebat; praeterea e Laconica dialecto et antiquiore Delphica singula exempla supersunt.

In titulis diaeresis diphthongorum non potest cognosci, nisi simul prior vocalis, quae in diphthongo corripitur, ita producta apparet, ut *ηϊ* sit pro *ει*. Talia leguntur in Cret. 2554 l. 51. 52 *πρυτανήϊον*, *ἀνδρήϊον*, quibus simile est N.P. *Δωρηΐα* l. 86, nr. 2556, l. 5 mensis *Δρομήϊος*, l. 29 *πρειγήϊα δὲ ὦ κα χρείαν ἔχῃ πορήϊω*, *παρεχόντων* etc., ubi *πορήϊον* est pro *πορεῖον*, *πρειγήϊα* (vid. §. 15, 6) a Boeckhio pro *πρεσβεῖα* accipitur, vix recte, quum et constructio impeditior sit et in proximis legatur: *αἰ δὲ μὴ παρίσχαιεν — ἀποτεισάντων — τᾷ πρειγείᾳ στατῆρας δέκα*, unde apparet, *πρειγήϊα* esse pro *πρείγεια*, *πρέσβεια*; postremo l. 39 *ἀνδρήϊον*. Accedit Creticum *θιήϊον* apud Hesychium pro *θεῖον*, *θεεῖον*, vid. §. 17, 2. Laconibus tribuitur *τοπήϊα* i. e. *τοπεῖα*, *ὅπλα νεώς* a Scholl. Callimach. in Del. 315. In Amphictyonum decreto nr. 1688, 14 est *ἱερήϊα*. Contra in Delph. 1705 non credimus Boeckhium cum Chandlero recte dedisse *Ἀπελληΐου*, sed e Fauveliana lectione *Ἀπελλριου* malumus *Ἀπελλαίου* restituere, quae est ejus mensis appellatio apud Macedones et in tabulis Heracleensibus. Postremo Choeroboscus Ann. Oxx. II, 244, 28 *οἰκήϊος* Doricum esse dicit pro *οἰκεῖος*.

In reliquis purioribus Doridis fontibus nullum talis distractionis vestigium reperitur: adeo in ipsis illis titulis, qui antiquiorem usum servarunt. contra constantiam peccatur. Nam in Cret. 2556 non solum *πρειγήϊα* et *πρείγεια*, ut vidimus, reperiuntur, sed etiam plus semel *ἀρχεῖον*. Ceterum unde oriatur *η* in illis formis distractis, melius quaeretur, quum de dialecto Ionica disputabimus. Hoc apparet, in omnibus, quae congessimus, exemplis iota ad terminationem pertinere neque ab origine diphthongos fuisse. Idem judicare oportet de *Ἀτρεΐδας*,

quod Pindarum e Doride duxisse testatur Eustathius p. 20. Diaeresin ἐύμαρέα Epicharmo concessimus fr. 23.

2) Plerumque diaeresis notio etiam latius extenditur, ut omnia comprehendat, quaecunque, quum vulgo contrahantur, in dialectis vocales non conjunctas exhibent. Pleraque ejus generis, quae in antiquiore Doride reperiuntur, infra commemoranda ducimus, quum de contractione, de declinatione et de conjugatione agemus. Nunc varias vocalium conjunctiones, quae vulgo contractionem postulant, perlustrantes paucis indicabimus, si quae apud Dorienses non contrahantur:

αε, αει, αη, αῃ in conjugatione nunquam non contrahuntur, vid. §. 24. Non coalescunt vocales in δαελός, quo Sophron secundum Et. M. 246, 35 pro δαλός usus est, et ἀείδω, ut Lysistr. 1243, quae voces antiquitus digamma intersertum habebant.

αο, αοι, αου, αω in declinatione et conjugatione semper coalescunt, plerumque in reliquis, vid. §. 24.

εα in declinatione tertia modo contractionem patiuntur, modo non coalescunt, vid. §. 30. Non contrahuntur nomina in εα desinentia, ut φακέα Epich. 17, συκέα Heracl. I, 24 pro φακῆ et συκῆ. In nonnullis vocibus Doris contra vulgaris linguae usum contrahit, ut κρῆς pro κρέας Doricum esse traditur a Gregorio p. 235, e dialecto affertur ab Arcadio p. 126, 9 et Theognosto Oxx. II, 135, 2, et legitur Acharn. 761, quo spectat Gregorius, Sophr. 51, Theocr. I, 6 et κρῆ, quod Doricum esse pro κρέα tradunt J. Gr. 243, b, Gr. C. 359, Meerm. 659, quanquam κρέα scriptum extat Epich. 82; βλῆρ, quo Alcman usus est pro δέλεαρ, vid. L. I §. 6 not. 5, deinde δέλητα, quod Theocrito XXI, 10 probabili conjectura restitutum est, δέλητι apud Hesychium, quod jam Doricum videtur, δελήτιον Sophr. 20, quae vox commemoratur etiam ab Eustathio 1721, 1 et Hesychio (cf. φρήτια in titulo Acrensi nr. 3); ἀλήτων pro ἀλειάτων ab ἄλειαρ Rhintho apud Athen. XI p. 500. f., ἦρ Alcm.

59 (24) et ἦρι Epich. 29, *Καρνήδας* i. e. *Καρνεάδης* Cyren. 2.

εε in declinatione tertia ab antiquioribus Doriensibus non videntur esse contracta, vid. §. 30: in conjugatione *εε*, *εει*, *εη*, *εῃ* ubique coalescunt etiam in stirpibus monosyllabis, vid. §. 38, praeterquam in *νέεσθαι* Cret. 2555.

εο, *εοι*, *εου*, *εω* ubi contrahantur vel non contrahantur, videbimus §. 26. Nunc monitum volumus, adjectiva in *εος* exeuntia ut *χρύσεος* nunquam contractionem pati, cf. §. 17, 2.

ια, *ιε* in declinatione tertia nunquam coalescunt; *τρῖς* vel *τρεῖς* pro *τρίες* et *τρίας* e contrario nunquam diaeresin admittit.

οα, *οε*, *οο*, *οω* in declinatione tertia (excepta voce *βοῦς*) et in conjugatione verborum in *οω* semper contrahuntur. Nomina in *οος* exeuntia in antiquiore Doride saepe non contrahuntur, ut *πλόος* Sophr. 6, *νόος* Epich. 133, *χόον* Corcyr. 1838, *εὐνόως* et *εὔνοοι* Cret. 3048. 3052, *ἁπλόως* Cret. 2554. 2555, *δυωδεκάπλοα* Brutt. (sed *διπλοῦν* Ther. 2448. VII, 28, adverbium *διπλῆ* Corc. 1845, *διπλεῖ* Heracl. I, 61, *ἔξαπλα* (?) Cret. 2554, 65): *ἐπιπλόῳ* Epich. 8. Non minus nomina in *οεις* apud Dorienses antiquiores vel antiquae rationis tenaces contractionem aversabantur, ut Cret. 2554, 135 *Ἀρκαδόεντα*, l. 139 *Σπινόεντα*, l. 141 *Πυρνοέσσας*, in antiquis Selinuntis nummis Mionn. Déscr. I p. 285 *Σελινοες* i. e. *Σελινόεις* (in aliis *Σελινος* et *Σελινοντιον* i. e. *Σελινοῦς* et *Σελινουντίων*), alia contractionis exempla vide §. 25, 4. d.

Hoc loco etiam antiqua forma *Ἀθαναία* pro *Ἀθάνα*, *Ἀθήνη* commemoranda est, quae legitur in antiquo titulo Laconico nr. 71 Leak., Cret. 2554. 2555. 2556, *Ἀσαναία* in fragmento, quod Alcmani restituimus, vid. §. 4 not. 5; contra contracta forma *Ἀσάνα* est Lysistr. 1300, *Ἀθάνα* Heracl. etc.

§. 24.

De α cum sequentibus vocalibus contracto.

1) Dorienses vocales αε in η, non in ᾱ contraxisse, grammatici saepissime testantur [1]), exemplis e conjugatione contracta petitis. Nunc in melioribus fontibus haec exempla leguntur: in antiquo titulo Laconico Leakii nr. 71 ἐνίκη pro ἐνίκα ex ἐνίκαε, in epigrammate Argivo nr. 55 Ross. νίκη, Epich. 117 ὁρῇ ex ὁράει, 94, 12 ὅρη imperativus, 115 σιγῆν (unde correximus σιγᾷν 130), ῥογκιῆν Epich. apud Hesychium; apud Sophronem fr. 45 ὁρῇς, 46 παδῇ pro πηδᾷ, 66 ἐλωβῆτο; Archim. Aren. p. 322 ὁρῆται; Alcm. 9 (12) ποτῆται; Acharn. 766 ἐρώτη, 700 πεινῆν, 744 σιγῇς [2]), 800 πειρῆσθε; Lysistr. 1080 ὁρῆν, 171 πλαδδιῆν, 990 πλαδδίη, 1321 πάδη imperativus pro πήδα. Exempla a stirpibus monosyllabis ducta nunc omittimus, vid. §. 42 de λῶ, ζῶ, βῶ.

Adversatur ἐπερωτᾷ in titulo Anaphaeo Rossii nr. 1 l. 24, quod non recte lectum est aut recentiori aetati debetur. Contra ἐπελάσθω in tabb. Heracl. I, 79, quae est tertia pluralis imperativi, quum ex ἐπελαέσθω contra Doricam consuetudinem natum videatur, accuratius quae-

---

1) Et. M. 410, 49 — 413, 13, Gud. 231, 24 — 233, 22, Ann. Oxx. I, 181, 25, Herod. in Il. Ad. 190, b et 207, a, Choerob. Bekk. 1282, Ann. Oxx. IV, 172, 3, qui fere Attica ζῇς, πεινῇς, διψῇς e Dorica contractione explicant, ut Homericum τῇ e ταε Dorice ortum dicitur Et. M. 756, 23, Gud. 528, 5. Doridi propria afferuntur in Et. M. 201, 52 βοῇς et γελῇς, 751, 7 βοῇς, ὁρῇς, τιμῇς; Ann. Oxx. I, 191, 32 ἐφοίτη, ἐσύλη et e Stesichoro ποταύδη pro προςηύδα. Adde de ὅρη et Sophroneo πίμπλη (fr. 49) Herod. in Et. M. 478, 13, Gud. 288, 21; de ὁρῆτε, quod Zenodotus Homero vindicavit, Scholl. Il. α, 56. 198; de ὁρῆν Macrob. II p 325 ed. Bip. Hinc ᾱ Dorice in η mutari dicitur Et. G. 156, 28 — 193, 15 etc.

2) Recte Bergkius in Mus. Rhen. Nov. I p. 89 scribi jussit οὐ χρῆσθα; σιγᾷς; nisi quod e scholiorum lectione σιγᾷς vulgarem formam restituit, quum omnium librorum lectio σιγῇς potius Doricum σιγῇς monstret.

renti analogiam tuetur. Nam activa forma *τυπτόντων* et reliquis tertiis personis pluralibus docentibus, etiam in passivo olim *ο* erat (*τυπτονσθων*), quod *ν* ejecto in *ε* mutatum est, vid. dissert. nostr. de conjug. in *μι* p. 8. Itaque *ἐπελάσθω* potius ex *ἐπελαόσθω* contractum est et reliquarum personarum tertiarum analogiam servat. — Ceterum nonnulla verba in *αω* apud Dorienses *ε* assumunt, ut *τιμεῖν* pro *τιμᾶν* vid. §. 38, 4.

Eadem contractionis ratio spectatur in crasi, vid. §. 27, non item in reliquis. Nam *ἆλιος* Doricum est ex *ἀέλιος*, *ἀργᾶς* [3]) ex *ἀργάεις* pro *ἀργήεις*, unde apud Pindarum Ol. XIII, 66 *ἀργᾶντα*, nec minus Ol. II, 93 *φωνᾶντα*, IX, 77 *ἀλκᾶντα*.

2) Aeque *αη* in *η* coalescunt in conjunctivo, ut *ὄκχ' ὁρῆ* pro *ὅταν ὁρᾷ* Epich. 10, *ἐπιβῆ* Heracl. I, 80 ex *ἐπιβάῃ* ab *ἐπιβάω*. Aliter in conjunctivo conjugationis in *μι* vid. §. 39, 2.

3) Doridem *αο* et *αω* in longum *ᾱ* conjungere [4]) omnis generis exempla docent. Primum ea contractionis ratio valet in declinationis primae genitivo plurali et masculinorum genitivo singulari. Nam Doricas formas *Ἀτρεΐδα* et *τιμᾶν* ex *Ἀτρεΐδαο* et *τιμάων*, quas antiquissimas formas Boeotica potissimum dialectus servavit, natas esse, certissimum est, vid. §. 28.

Deinde in conjugatione contracta grammatici [5]) testantur de participiis *γελᾶν*, *ἐλᾶν*, *σιγᾶν* pro *γελῶν* e *γε-*

---

3) Ann. Bekk. 412, 32. *Δωριεῖς καὶ μάλιστα Ἀργεῖοι τὸν ὄφιν ἄργαν ἐκάλουν. Τίμαρχος δὲ ὁ Ῥόδιος οὐ κατὰ γλῶτταν οὕτω καλεῖσθαί φησιν, ἀλλὰ γένος εἶναι ὄφεως τοὺς ἄργας* (Hesych. *ἀργάς*, *ὄφις*). Timarchus recte, quum apud Hippocratem *ὄφις ἀργῆς* commemoretur. Ceterum vix dubium est, quin rectius *ἀργᾶς* scribatur (cf. Meinek. ad Comm. Gr. III p. 288) et ex *ἀργάεις* contractum putetur; ad declinationem primam, si quid grammaticis in ea re dandum est, facile vox delabi poterat, vid. §. 28. Iota subscriptum recte in *ἀργᾶς* et similibus omittitur, quia antiquissima forma est *ἀργάεις*.

4) Choerob. in Theod. 16, 2 — 30, 33 — 92, 13 (Bekk. 1181).

5) J. Gr. 213, a, Gr. C. 305, Meerm. 657.

λάων etc., et de *γελᾶντι*, *βοᾶντι* (Heraclid. ap. Eustath 1557, 14) e *γελάοντι*, *βοάοντι* pro vulgaribus *γελῶσι*, *βοῶσι*. Exempla nunc in titulis casu nulla leguntur, apud scriptores pauca: Epich. 82 *ὀπτᾶντες*, Sophr. 41 *ἐπεγγυάμενοι* pro *ἐπεγγυώμενοι*, Acharn. 717 *διαπεινᾶμες* pro *διαπεινῶμεν*, in proverbio Dorico apud Poll. IX, 74 *τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι*; in dicto Leonidae Plutarch. Apophth. Lac. p. 225 *ἤδη γὰρ ἤκαμες τοὺς βαρβάρους ἢ αὐτοὶ τεθνάναι μέλλομες* corrigendum est *ἤδη γὰρ ἢ νικᾶμες* (in nova editione Parisina ita Latine redduntur: a u t v i n c e n d i b a r b a r i). Apud Theocritum ejusmodi formae nunc duae solae receptae sunt: *ἀμάντεσσι* (VI, 41) X, 16 et *πεινᾶντι* participium XV, 148; sed e bonis libris praeterea restituenda sunt *γελᾶσα* I, 86, *γελᾶντι* 3 plur. I, 90, *παργελᾶντα* V, 89. VIII, 73, *ἐρᾶντι* VII, 97 vid. *Zeitschr. f. A. W.* 1840 nr. 110.

Neque tamen raro vulgaris contractionis ratio in fontibus Doricis reperitur: in titulis Rhod. 2527 *νικῶντα*, Chalced. *αἰσιμνῶντες*, Aetol. 2350. 3046 *ὁρμωμένους*, Rhod. 2525, b *ζῶντας*, *ζῶντι*, Corcyr. 1845, 119 *λῶντι*. Quae quum recentiori aetati tribui possint, similia leguntur apud antiquiores auctores: Epich. 19 *ἱστιῶν*, *λῶντι* participium et tertia pluralis, 65 *ἱστιῶν*, 96 *ζῶντα*, 137 *λῴη* optativus; Sophr. 62 *τατωμένα* pro *ἡττωμένη*, cf. Hesych. *τατωμένα*, *στερουμένη*; Lysistr. 1005 *ζῶντι*, 1253 *ἐνίκων*, 1162 *λῶμες*; Thucyd. V, 77 *ἐκβῶντας*. Hinc valde fit dubium, an Dorienses non ubique peculiarem suam contractionis rationem tenuerint, sed etiam vulgarem subinde probaverint. Et primum quidem stirpes monosyllabae tanta constantia *ω* praebent, ut ipsi Dorienses in his Doricum *ᾱ* aversati esse videantur. Deinde nullum adest vestigium, etiam in prima persona praesentis *αω* in *α* coaluisse, ut *τιμᾶ* pro *τιμῶ* e *τιμάω*. Nam quod Herodianus *περὶ σολοικισμοῦ* in Boissonadii Anecdotis III p 250 Simonidem lyricum in verbis *ὡς δὴ ἐγὼ γελᾷ* (fr. 129 Schn.) tertiam personam pro prima posuisse tradit, inde non audemus Doricum *γελᾶ* efficere, quum Simoni-

des tam recondito Dorismo praeterea non usus sit. Postremo etiam Sophroneum *τατωμένα* accedente Hesychii glossa satis certum videtur, et *τεταμένα* fortasse ob cacophoniam spretum est. Nec reliqua corrigere audemus, quanquam in his corruptelae suspicio gravior est.

4) Aoristi medii secunda persona apud Syracusanos testibus grammaticis [6]) in *α* exibat, ut *ἐγράψα* pro *ἐγράψω* et antiquiore *ἐγράψαο*, ut eadem contrahendi ratio appareat. Inde recte in loco Theocriti, ad quem id adnotatur, IV, 38 bonis libris addicentibus *ἐπάξα* scriptum est, cui V, 6 *ἐκτάσα*, quanquam e pejoribus libris, pro vulgata lectione *ἐκτάσω* addendum videtur. Postremo pro *ἔρασσαι* Theocr. I, 78 *ἐράσσα* corrigendum videri, in Emendationibus nostris Theocriteis docuimus.

Persimile est *ἐπρία* pro *ἐπρίω* (ex *ἐπρίασο*, *ἐπρίαο*), quod Doricum esse testatur grammaticus in Ann. Oxx. III, 241, 11 (Herodianus, ut videtur), cf. not. 6. Inde Epicharmo fr. 93 *πρία* pro imperativo *πρίω*, qui aeque e *πρίασο*, *πρίαο* ortus est, reddendum duximus.

Nec minus eadem contractionis ratio spectatur in verborum in *μι* conjunctivo: Heracl. I, 68 *αἰ δέ κα μὴ φᾶντι*, Cret. 2556, 68 *ἀφ' ἇς κα ἁμέρας ἐπιστᾶντι*, Cret. 3053 *ὁπᾷ* (i. e. *ὅπως*) *ὧν ἰσᾶντι*, Theocr. XV, 22 *βᾶμες*, Sophr. 42 *θάμεθα* i. e. spectemus a *θᾶσθαι* vid. §. 42, quae sunt pro vulgaribus *φῶσι*, *ἐπιστῶσι*, *βῶμεν* e *φάωντι*, *βάωμες*, *θαώμεθα* contractione nata.

5) Deinde hanc contractionem patiuntur nomina antiquitus in *αων* exeuntia: *Ποτιδάν*, *Ποτειδάν*, *Ποσειδάν*, vid. §. 31, pro *Ποσειδάων*, *Ποσειδῶν* et inde *Ποτιδανία* Aetoliae oppidum Thuc. III, 96 et Steph. Byz. atque

6) Scholl. Theocr. IV, 28. *τὸ δεύτερον πρόσωπον τοῦ πρώτου μέσου ἀορίστου οἱ Συρακούσιοι διὰ τοῦ ᾱ προφέρονται· ἐνοήσω, ἐνοήσα — ἐγράψω, ἐγράψα· οὕτω καὶ τὸ ἐπάξα ἀντὶ τοῦ ἐπάξω.* — Et. M. 579, 19. *Μενέλας — ἀπὸ τοῦ Μενέλαος, ἀμφίβολον εἴτε συγκοπῇ Μενέλας καὶ Λορύλας, εἴτε κράσει τοῦ ō καὶ ᾱ εἰς ᾱ μακρόν, ὡς ἐλέξαο ἐλέξα· ἐπρίαο ἐπρία· ἐπαιδεύσαο ἐπαιδεύσα*, quae omnia Dorica esse patet.

Ποσειδανία, ut Posidonia Magnae Graeciae in nummis scribitur, vid. Mionn. Déscr. I p. 163 et Suppl. I p. 306 seqq.; *Ἀλκμάν* 7) ex *Ἀλκμαίων*, *Ἀλκμάων*, herois nomen Pind. P. VIII, 48. 59 et inde *Ἀλκμανίδαι* P. VII, 2, et vulgo Spartani poëtae nomen, qui se ipse *Ἀλκμάων* appellat fr. 20, ab aliis etiam *Ἀλκμαίων* vocatur, vid. Welck. p. 2; *Ἀμυθάν* Pind. P. IV, 29 pro *Ἀμυθάων*; *Παιάν* Pind. P. IV, 270 et *παιάν* pro *παιών*, Ion. *παιήων* (e *παιάων*), quae forma a Doribus etiam ad alios manavit; *ξυνᾶν* Pind. N. V, 27 pro *ξυνάων* Ion. *ξυνήων*, nec minus *κοινᾶνι* P. III, 28, alia ejusdem vocis forma pro *κοινὼν* (e *κοινάων*) et inde verbum *κοινανέω* Thucyd. V, 79; Doricum est etiam *Ἰᾶνες* pro *Ἰάονες*, qua forma utitur Aeschylus in canticis Pers. 911. 972.

6) De compositis cum *λαός* eandem contractionem apud Dorienses passis testantur grammatici 8) *Μενέλας*, *Πτερέλας* pro *Μενέλαος*, *Πτερέλαος* afferentes, et leguntur talia: *Περίλας* in antiquissimo titulo Theraeo nr. 1, *Σθενέλας* in antiquo Argivo C. I. nr. 2, *Ἀριστόλας* Ambr. 1799. Lac. 1457, *Ἀρκεσίλας* Astyp. 2483 et apud Pindarum, *Νικόλας*, Spartani nomen Herod. VII, 137, quum apud Thucydidem II, 67 sit *Νικόλαος*, *Πλειστόλας* Spartani nomen Thucyd. V, 19. 24 et alia haud pauca, cf. §. 28. Soluta forma *Ἀγελάου* legitur Corcyr. 1847, *Ἀρχελάου* 1846.

7) Huc traxeris etiam *γαμέτρας* Heracl. I, 139, *γαμετρία* apud Pythagoreos ut Stob. Flor. I, 63, Archyt. p. 23 Hart., *γάμοροι*, qui erant apud Syracusanos, Herod. VII, 105 (eadem voce Aeschylus utitur Suppl. 608), Laconicum *γαβεργός* apud Hesychium, vid. §. 5, 4, et si-

7) Eustath. 138, 8. *Παιήων — Παιάων, εἶτα ὥσπερ Ἀλκμάων Ἀλκμᾶν παρὰ Πινδάρῳ, οὕτω Παιάων Παιᾶν.*

8) Choerob. Bekk. 1181. *κατὰ κρᾶσιν Δωρικὴν τοῦ ᾱο̅ εἰς ᾱ μακρὸν γίνεται ὁ λᾶς ὥσπερ Μενέλαος Μενέλας, Πτερέλαος Πτερέλας* (Gaisf. 16, 2 — 30, 33 — 92, 13). — Apoll. de adv. 585, 22 ex Heraclide: *συναλοιφῆς γενομένης τοῦ ᾱ καὶ ο̅ εἰς ᾱ μακρόν, ὡς τὸ Μενέλαος Μενέλας, Δορύλαος Δορύλας, Πτερέλαος Πτερέλας*, cf. not. 6.

milia pro γεωμέτρης, γεώμοροι, γεωργός, quum et Ionico-Atticum γεω et Doricum γᾶ ex antiquo γαο, γαιο nata esse videantur. Licet tamen in illis Doricum γᾶ pro γῆ accipere, quum Attica quoque et Ionica lingua in aliis utraque compositionis ratione utatur, ut γεώλοφος et γήλοφος. Tum γαμέτρης esset pro γημέτρας, forma insolita, sed analogiam servante.

Similia sunt Λασθένης et Λαφάνης Acarn. 1794, Λαβώτας, Λαδίκα, Λακράτης et alia Doriensium nomina (vid. Papii Lex. Nn.Pp.) e Λαοσθένης pro Ionico et Attico Λεωσθένης etc., nec credimus Λευτυχίδας, quae est Ionica nominis Laconici, quod vulgo Λεωτυχίδης, forma, recte apud Timocreontem fr. 1 scribi; ceterum ne Attici quidem Dorica ratione abstinebant, ut Λάμαχος, Λαχάρης. Deinde huc pertinet λαοργός, ἀνόσιος· Σικελοί Hesych. pro λεωργός e λαοοργος (cf. Λυκόοργος); vix enim recte λεουργός Doricum dicitur a Photio (cf. §. 25, 4. d), quod male scriptum putaverim pro λαουργός, quae forma non minus apud Dorienses oriri poterat.

8) Eodem contractionis genere πάραρος Theocr. XV, 8 natum est e παράορος, quod Ionice est παρήορος, cf. Valck. ad Adon. p. 242; deinde Doricum haberi oportet πόταρος, γνώριμος Hesych., quod Ionice sonaret προςήορος; nec minus apud eundem αὐλαρός, αὐλωρός ex αὐλαορός vel αὐλαωρός (cf. πυλαωρός) Dorice ortum esse patet. Adversari videtur τέτρωρος Heracl. I, 42. 111, si compares τετράορος. Vox tamen obscurioris significationis a Mazocchio nihil cum τετράορος commune habere et potius ad ὅρος referenda esse putatur.

Postremo commemoranda est Dorica particula ἆς, quae legitur Heracl. I, 52, Lysistr. 173, Epich. 19 Pind. Ol. XI, 53, Theocr. XIV, 70, cf. Hesych. ἆς, ἕως, μεχρὶς οὗ. Est enim ex ἄως contracta, ut docet Hesychii glossa τάως. τέως· Κρῆτες. Cretenses solutarum formarum amantes non minus ἄως dixisse videntur. Ionico-Atticum ἕως in recentiorem Doridem irrepsit et

legitur Ther. 2448. III, 29. IV, 34, Megalop. 1534, Phoc. 73 R.

9) Vulgaris contractionis ratio conspicitur in τραγῳδός, κωμῳδός Corcyr. 1845, Astypal. 2483, quae ab antiquioribus Doriensibus haud dubie τραγαοιδός et κωμαοιδός pronuntiabantur, et in crasi vid. §. 27. Vides igitur, Dorienses, recentiores potissimum, in vocalibus his contrahendis non ubique proprietatis studiosos fuisse. Scilicet ᾱ contractione ex αο vel αω natum sonum vocali ω similem habuisse videtur, unde fieri poterat, ut nonnulla ipsum ω praeferrent.

§. 25.

De εε, οε, οο contractis.

1) Heraclides tradit [1]) Dorienses εε in η conjungere. Accuratius tamen quaerentibus apparet, severiorem solum Doridem ita a vulgari ratione discedere, cujus in fontibus fide dignioribus ejus generis reperiuntur haec:

a) Primum in conjugatione contracta, unde φιλήτω, νοήτω, αἱρῆσθαι pro Doricis afferuntur [2]), ad severiorem Doridem pertinent: ἐπαμώχη Heracl. B. 14 a παμωχέω, Lysistr. 1314 ἁγῆται pro ἡγεῖται, 1318 πόη imperativus (male ὕμνει 1321). Eodem pertinere videtur Hesych. κάκκη, κάθευδε· Λάκωνες a κατακέω, neque alienus est infinitivus κοπραγωγῆν Lysistr. 1174, quanquam Lacones etiam infinitivos non contractos in ην terminant, vid. §. 20, 5. Saepius infinitivi in ῆν apud Theocritum leguntur (ubique tamen varia lectio cum terminatione εῖν adest) et apud Pseudo-Pythagoreos. — Non recte Boeckhius in Cret. 2556, 68 pro τέλεται scripsit τελεῖται, quod

1) Heraclid. ap. Eustath. 1892, 40. παρὰ δὲ Δωριεῦσιν τὰ τοιαῦτα δύο ε̄ε̄ εἰς η̄ν̄ (leg. η̄) συναιρεῖται. τὸ γὰρ ἔπλεεν, ἔῤῥεεν ἔπλην καὶ ἔῤῥην παρ' αὐτοῖς.

2) Heraclid. ap. Eustath. 1411, 23. οὕτω Δωριεῖς μεταποιοῦσι τὰς τοιαύτας παραληγούσας, τὸ φιλείτω, νοείτω φιλήτω, νοήτω λέγοντες. — Ann. Oxx. I, 118, 22. ἀπαρέμφατον Δωριστὶ πλῆσθαι, ἐνεστῶτος ὡς ἡρῆσθαι. Apparet corrigendum esse αἱρῆσθαι.

certe *τελῆται* esse debet, nisi forte Cretes verbo non contracto *τέλεσθαι* (ut *πέλεσθαι*) usi sunt. Pro *ἀπεῤῥόφεις* apud Rhinthonem Athen. XI p. 500. f. corrigas *ἀπεῤῥόφης*. Ceterum in secunda et tertia persona singularis praesentis *ει* servatur, ut *παμωχεῖ* Heracl. I, 120. Accedente enim iota vocalis *η*, quam contrahendo fieri oportebat, in *ει* transiit, id quod etiam in conjunctivo subinde factum est.

b) In futuro Dorice contracto: Tabb. Heracl. I, 90. 103 etc. *ἐσσῆται* pro *ἐσσεῖται* ex *ἐσσέεται*, I, 93 *οἰκοδομησῆται*, I, 83 *ἐγδικαξῆται*, I, 111. 113. 120 *καρπευσῆται*, I, 120. 121 *ἐργαξῆται*. Hic quoque *φυτευσεῖ*, *ἐμβαλεῖ* et similia vulgarem rationem non relinquunt.

c) Eodem pertinent *ἦχον* et *ἧλκον*, quae Dorica esse traduntur pro *εἶχον* et *εἷλκον* [3]), quippe quae ex *ἔεχον* et *ἔελκον* contrahendo facta sint. Similia in fontibus severioris Doridis nunc casu nulla reperiuntur, neque tamen magis, quae contra sint.

d) Postremo huc referenda sunt *Ἡράκλητος* Heracl. B. 5. 9 etc., in nummis Heracleensibus apud Mionn. Suppl. I p. 298 et Tarentinis Déscr. I p. 142, *Κλήτα*, Gratiae nomen apud Lacones, quod pro *Κλειτή* esse videtur, Pausan. III, 18, 4 et Alcm. 43 W., *Δαμοκλήτα*, *Εὐρυκλήτα* Cyren. 2, *Κλησθένης* pro *Κλεισθένης* Cret. 2558. Nam ut hoc e *Κλεεσθένης* (vid. §. 26, 4) factum est, ita illa ex antiquissima forma *κλεετός*, *κλεϜετός* prodierunt a verbo *κλέω*, *κλέϜω*.

2) Mitiorem Doridem hac in re a vulgari lingua non differre, meliores fontes satis superque docent. Exemplorum quantum satis est eundem ordinem sequuti afferemus:

3) Et. M 419, 40 ex Apollonio: *οἱ γὰρ Δωριεῖς πολλάκις τὴν ει δίφθογγον εἰς η τρέπουσιν, οἷον ἦχον, ἧλκον. ἀλλ' οἱ Δωριεῖς τότε τρέπουσιν, ἡνίκα τὸ ι ἐν τῇ μετοχῇ ἀποβάλλεται. ἔχων γὰρ καὶ ἕλκων ἡ μετοχή. ὅτε δὲ μὴ οὕτως ἔχει, οὐ τρέπεται· τὸ γὰρ εἰκόνιζον καὶ εἶργον οὐ γράφεται διὰ τοῦ η· εἰκονίζων γὰρ καὶ εἴργων ἡ μετοχή.*

a) E verbis contractis: Amph. 1688 ἐφακείσθων, ἐφακεῖσθαι, Corcyr. 1845 αἱρεῖσθαι (recte Boeckhius non toleravit ποιήτω l. 94), Rhod. 2525, b ποιείσθων, ποιείσθωσαν, εὐχαριστεῖν, κινεῖν, 2905 ἀμφεσβάτει, Astypal. 2483. 2484 ἐπεστάτει, διετέλει, Ther. 2448 πωλείτω, αἱρείτω, προνοεῖσθαι, ποιεῖσθαι, ἐπιχεῖσθαι, Agrig. τιμεῖν, εὐεργετεῖν etc. Deinde Epich. 135 δωρεῖται, 19 καλεῖν, 97 δοκεῖν etc., Sophr. 35 εἰλισκοπεῖται, 41 θωκεῖτε, apud Archimedem ubique, Acharn. 743 φώνει.

b) Futura: Alaes. ἐργαξεῖται, Epich. 98 ἐσσεῖται, 106 πνιξεῖσθε, Dinoloch. ap. Phot. p. 639, 15 δραμεῖται. Sophr. 23 ἐσσεῖσθαι, 88 ὠνασεῖται; Archim. de Helic. p. 219 ἐσσεῖται, de Conoid. p. 276 δυνασεῖται etc.; Acharn. 707 δοξεῖτε, 708 ἰξεῖτε, ut nunc Dindorfius e Ravennate pro ἴξετε rescripsit, 709 πειρασεῖσθε, 712 γρυλλιξεῖτε, 717 ἡσεῖτε. Praeterea vulgo ejusmodi formae Doricae vocantur, vid. §. 35 not. 3.

c. d) Saepius εἶχεν est in titulis Delphicis, ἀφείλετο Corcyr. 1838, b, ἀνειλόμαν Acharn. 776, Ἡράκλειτος Acarn. 1793, a etc.

3) Eadem ratione severior Doris οο et οε in ω conjungit, quae in mitiore Doride sicut vulgo in ου coalescunt. Illa contractionis ratio in his spectatur:

a) Genitivi secundae declinationis terminatio ω a grammaticis Dorica vocatur [4]) et reperitur in his severioris Doridis fontibus: Tabb. Heracl., Brutt., Cret. 2554 — 2558. 3047. 3050 — 3054 et in recentibus Creticis 2563. 2566. 2567. 2598, Cyren. 1—3. 4—9. 11—13 (in titulis nr. 6. 7 vulgaris genitivi forma subinde intermixta est, fortasse solo describentium errore). Deinde ejusdem formae exempla plurima sunt apud Alcmanem et in Lysistrata, Ποτιδᾶ ποντίω in Eupolidis Helotibus apud Herod. π. μ. λ. 10, 34, ἑπτὰ μαθαλίδας ἐπίχε᾽ ἡμῖν (leg. ἐμὶν) τῶ γλυκυτάτω in Blaesi Itali Saturno apud Athen.

---

4) Apollon. de pron. 98. C Doricos vocat genitivos τήνω, τούτω, αὐτῶ, cf. Greg. C. 191, Scholl. Theocr. VII, 149.

XI, 487. C. Postremo recte hanc severioris Doridis proprietatem exprimunt epistolae, quae feruntur, Archytae et Lysidis Tarentinorum, Epimenidis Cretensis, Chilonis Spartani, fragmenta Philolai et Pseudo-Pythagoreorum.

b) Femininorum in ω genitivos in ως exeuntes Choeroboscus in Il. Ad. 268, b (vid. L. I §. 21 not. 10) bene praeter Aeoles Laconibus vindicat, ut Σαπφῶς a Σαπφώ pro Σαπφοῦς; utrumque e Σαπφόος contractum esse constat. Reperiuntur talia in recentissimis titulis Laconicis Ξενῶς nr. 1365, Ἀφροδῶς 1386, quae tamen ad aliam causam revocare licet, ut videbimus infra §. 30, 8. — Ad declinationem tertiam pertinet praeterea ἐλάσσως Lysistr. 1260, quod est ex ἐλάσσονες, ἐλάσσοες natum pro vulgari ἐλάσσους.

c) E conjugatione verborum in οω exempla genuina haec adsunt: μισθῶντι Heracl. I, 50 pro μισθοῦσι e μισθόοντι, δουλῶται Epimenid., ὑπνῶν Lysistr. 143 e ὑπνόειν, σῶμαι in Epilyci Coralisco pro σοῦμαι e σόομαι cf. Hesych. σῶμαι, ἔρπω· Δωριεῖς et σῶται, ὁρμᾶται, ἔρχεται, πορεύεται. Infinitivus ῥιγῶν, qui Doricus dicitur in Scholl. Arist. Av. 935, ne ab Atthide quidem alienus est, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 105 not. 16; praeterea Homericum σάω pro σάου ad Doricam dialectum refertur Et. M. 708, 38, Gud. 530, 13.

d) Nec minus in compositione ea ratio apparet. Eo pertinent: παμῶχος, ὁ κύριος· Ἰταλοί Hesych., παμωχεῖ et ἐπαμωχη Heracl. I, 120 et B., 14, παμωχίων, κεκτημένος Hesych. (vid. §. 15 not. 1); δαδώχωρ, λυχνία Hesych., ubi restituto literarum ordine δαιδῶχος scribendum est, aperte vox Laconica pro δᾳδοῦχος eodem sensu, quo etiam vulgo λυχνοῦχος utitur, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 60; γερωχία Lysistr. 980, vid. §. 6, 6 et cf. κληροῦχος. Nam haec e παμόοχος, δαιδόοχος, γερόοχος contracta esse apparet. Deinde ἀμπελωργικά Heracl. II, 43 ab ἀμπελοεργός, quod vulgo in ἀμπελουργός contrahitur. πρώγγυος Heracl. I, 52 etc. et πρωγγυεύω I, 107 pro προύγγυος e προέγγυος (unde pro πρόκροον Lysistr. 1252 πρώ-

κρoον rescribendum videtur, nec Laconicum est *φροῦδος* v. 106. Addimus hic etiam *λωτρόν*, *δειλινὸν ἄλειμμα· Λάκωνες* Hesych. et *λωτήριον* Heracl. I, 136, quae sunt pro *λουτρόν*, *λουτήριον* e *λοετρόν*, *λοετήριον*. Postremo in erasi eandem legem valere videbimus §. 27.

4) Contra mitior Doris in illis omnibus cum Atthide et Iade *οο* et *οε* in *ου* conjungit.

a) Primum genitivum declinationis secundae in *ου* exeuntem hi tituli exhibent: Laconici recentiores, Messen. Arg. Hermion. Calaur. Aegin. Megalop. Tegeat. 2 Ross. Megar. Delph. (etiam antiquiores 1688. 1690) Phoc. Locr. Aetol. Acarn. Thaumac. Corcyr. — Rhod. Astyp. Anaph. Calymn. Ther. Mel. Byzant. Chalced. Messembr. — postremo omnes Siculi, ut Agrig. Gel. Syrac. Acr. Taurom. Alaes., cum Issensibus et marmore Farnesiano, cujus patria latet. In his omnibus genitivus in *ω* non legitur nisi per corruptelam idque rarissime. Ita in Corcyr. 1840 l. 12 traditum est *ενμινωιαποτωιπορωι εσχατω . . .*, unde Boeckhius effinxit (*πλέθρα εἴκατι δύο*) *ἐν Μίνῳ ἀπὸ τῶ πόρω ἐσχάτω*. Sed haud cunctanter legendum est *ἐν Μινωΐᾳ ποττῷ πόρῳ ἐσχάτῳ*, cf. l. 17 *πλέθρα ἓξ ποττᾷ Κωμικοῦ* et similia in titulo Acrensi nr. 3, ut l. 12 *ἐν Βάλσᾳ ποτὶ τῷ Ἀρτεμισίῳ* (scribitur *ποπτωι*, quod quid sit, Goettlingius nescit), l. 13 *ποτὶ φρητίοις*, l. 21 *ποτὶ τῷ οἴνῳ*, l. 23 *ποτὶ τῷ Ἀρτεμιτίῳ*. Quod in titulo Opuntio nr. 1752, qui pessima fide a Meletio traditus est, *δάμω* et *Ἐροδάμω* leguntur, flocci faciendum est.

Non minus vulgaris genitivi forma ubique legitur apud Siculos Epicharmum, Sophronem, Dinolochum (*καπηλικοῦ ζυγοῦ* Poll. X, 177), Archimedem. Tantum apud Epicharmum fr. 95 vulgo scribitur *περὶ τὠγαθῶ*, ubi vulgarem genitivi formam non sine librorum ope restituimus; deinde Sophr. 10 apud Apoll. de pron. p. 45 a Bekkero editum est *καθαιρημένος θην καὶ τῆνος ὑπὸ τῷ χρόνῳ*, ubi praetulimus, quod in Excerptis Vossianis p. 549 traditur *ὑπὸ τῷ χρόνῳ*, de quo dativi usu vide Matth. §. 395 Not. Utique corruptum est *θωτέρω* Epich. 48.

Deinde eadem genitivi forma est apud Timocreontem Rhodium et in Chelidonismo, nec minus Megarensis ea utitur in Acharnensibus, nisi quod v. 764. 800 in omnibus libris *τῶ πατρός* esse videtur et v. 709 ex uno pejore codice *Α λιμῶ* receptum est (in nuperrima editione Oxoniensi Dindorfius etiam plura ejus generis male e conjectura edidit). In foedere Argivorum et Spartanorum Thucyd. V, 79, quod mitiorem Doridem referre indicavimus, recte Poppo librorum lectiones *Πελοποννάσου* (bis) et *ἄλλου* servavit. Recte etiam in ficticiis epistolis Cleobuli Lindii et Periandri Corinthii vulgaris genitivi forma scripta est.

b) Genitivi tertiae declinationis in *ους* leguntur: *Κλεοῦς*, *Ἀριστοῦς* Delph. 1705, a. b, *Συρακοῦς* a *Συρακώ* Epich. 166, *ἀοῦς* Epich. 82. In titulis quibusdam ad mitiorem Doridem pertinentibus, sed valde recentibus genitivi in *ως* exeuntes reperiuntur, ut *Καλλιστῶς*, quae quam rationem habere videantur, infra §. 30, 8 explicabimus.

c) In conjugatione contracta vulgarem rationem sequuntur haec: Herm. 1193 *ἀνανεοῦνται*, Aetol. 3046 *ἀνενεοῦντο* et *ἀξίουν*, Amph. 1688 *ζαμιούντων*, Rhod. 2525, b *στεφανούντω*, Calymn. 2671 *ἀξιοῦντες*, Ther. 2448. VI, 36 *ἀποκυροῦνται*, Corcyr. 1845 *μισθουμένα* et *μισθούσθω*, Acharn. 752 *δελφακουμένα*. Adversari videtur *μαστιγῶν τι* (ut correximus pro *μαστιγῶντι*) Epich. 19 et *ἔδοξε στεφανῶν· αἱρέθη* Astyp. 2483, quod non debebat Boeckhius in *στεφανῶσαι· ἡρέθη* mutare, cf. §. 19, 2. b. At si compares *στεφανῷ* in Astypal. 2483. 2484, quod Boeckhius in vulgare *στεφανοῖ* mutavit, et in Gelensium decreto, eundem vocalis *ω* amorem in his agnosces, qui conspicitur etiam in Atticis *ῥιγῷ*, *ῥιγῶν*, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 105 not. 16. Non audemus certe quidquam mutare.

d) Composita *ου* praebent haec: *Δαμιουργίδας* Corcyr. 1850, *δαμιουργός* Herm. 1193, *λιθουργός* Phoc. 71 Ross., *δαμιουργοί* Ther. 2448. IV, 28 31, quibuscum conferas

λεουργός (potius λαουργός, vid. §. 24, 7), quod diserto Photii testimonio s. v. λεωργός Doricum esse dicitur pro hac Attica voce; φρούριον Rhod. 2905.

Addimus quaedam, quibus in severiore Doride contractas formas respondentes non invenimus, quia haec solutionem potius servabat: ῥοῦς Megalop. 1534, νοῦς Epich. 117, ἄνους Acharn. 702, εὔνους Megar., Chal. 1567, Delph. 67 R., Calymn. 2671, Ἀλκίνουν Corcyr. 1838, εἴσπλουν Messembr., διπλοῦν Ther. VII, 28, Σελίνους et Ὄπους, Σελινούντιοι et Ὀπούντιοι cum similibus multis, vid. §. 6, 4, Δρυοῦσα Rhod. 2905 e Δρυόεσσα etc. Adversatur τυρῶντα Sophr. 32, cujus in locum eo libentius τυρόεντα rescripserim, quod Theocritus I, 58 solutam formam adeo praetulit, ut synizesi opus sit. De crasi videbimus §. 27.

§. 26.

De εο et εω contractis.

1) Insignis in hoc loco varietas conspicitur, quum vocales εο apud Dorienses aut non contractae reperiantur, aut in ου, ευ, ιο, ιω, ο, ω mutatae, deinde εω aut integrae aut in ιω vel ω mutatae.

Primum εο in ιο vel ιω, et εω in ιω apud eos solum mutantur, qui severiore Doridis genere utuntur, Lacones, Italiotas et Cretenses. Laconica sunt in antiquo titulo Leakii nr. 71 ἀνιοχίων pro ἡνιοχέων, in Lysistrata v. 198 ἐπαινίω (ut Dindorfius in editione Oxoniensi recte scripsit pro ἐπαινιῶ) pro ἐπαινέω, 1305 ὑμνίωμες (item olim ὑμνιῶμες) pro ὑμνέωμεν, 1002 μογίομες, 1003 λυχνοφορίοντες, 1148 ἀδικίομες, quod Dindorfius pro ἀδικοῦμες e Ravennatis lectione ἀδικιοῦμες recte restituit. Non minus in Hippocratis Spartani epistola, quam in Appendice exhibebimus, e bonis libris restitutum est ἀπορίομες. Grammaticus quidam [1]) testari videtur, Lacones ὑμνίω dixisse,

1) Et. G. 322, 41, qui locus misere mutilus in hunc modum

sed *δονέω* et *κινέω*, quod ante terminationem *νεω* vocalis esset, cui de his non credimus; certe nec ratio sufficiens ejus discriminis apparet et adversantur multa de exemplis supra propositis. Postremo etiam Alcman fortasse eadem Laconica proprietate usus est, si quidem recte fragmentum Doricum ab Apollonio de pron. p. 61. B. servatum *ὥτε χερνῆτις γυνὰ οὐδὲν προμαθιουμένα* (cf. §. 45), illi vindicavimus et *προμαθιομένα* correximus in Mus. Rhen. VI p. 234, quanquam Alcmanica fragmenta nihil praeterea ejus generis tenent, sed *αἰνέοντι* fr. 16, *δοκέων* fr. 68. — Verborum contractorum rationem futura contracta sequi consentaneum est, et legitur *ὀμιώμεθα* Lysistr. 183 pro *ὀμούμεθα* ex *ὀμεόμεθα*.

In tabulis Heracleensibus haec sunt: I, 90 *ἀδικίων*, I, 18. 45 *ἐμετρίωμες* pro *ἐμετροῦμεν* ex *ἐμετρέομες* B, 18. 22. 28. 33, neque aliter se habent *ἐξεπόϊον* II, 19. *ποϊόντασσι* I, 2, *ποΐων* I, 127, *ποΐωντι* I, 85 pro *ἐξεποίουν*, *ποιοῦσι* (*ποιεόντεσσι*), *ποιῶν*, *ποιῶσι* (male Mazocchius *ἐξέποιον* etc. scripsit vocales non dirimens); nam iota, quod servatur in *ποιήσει* et *ἐποιήσαμες* I, 89. II, 29. 42, in illis propter accedens alterum iota omissum est, vid. §. 22, 6. In Archytae Tarentini epistola apud Diog. Laert. III, 22 legitur *ἀφορμιῶντι*, quod a desiderativo

---

restituendus esse videtur: *κινῶ διὰ τοῦ ἰῶτα· πρῶτον μὲν παρὰ τὸ κινεῖν* (leg. *κιεῖν*) *ἐστί· δεύτερον δέ, ὅτι κινέω λέγουσιν οἱ Λάκωνες. εἰ δὲ ἐγράφετο διὰ τῆς ει διφθόγγου κινείω* (leg. *κινίω*) *ἔμελλον λέγειν. καὶ [γὰρ τὰ εἰς νῶ] περισπώμενα, ἡνίκα μὲν [συμφώνῳ παρα]λή[γεται, διὰ τοῦ] ἰῶτα γράφεται παρὰ τοῖς Λάκωσιν, οἷον [ὑμνῶ ὑ]μνείω* (leg. *ὑμνίω*)*· ἡνίκα δὲ φωνήεντι παραλήγεται, διὰ τοῦ ε· οἷον δονῶ δονέω. εἰ* (leg. *εὖ* cum Sturzio) *οὖν τὸ κινῶ κινέω λέγουσιν οἱ Λάκωνες.* Priora illustrat Choeroboscus in Ann. Oxx. II, 227, 15. *κινῶ διὰ τοῦ ι· παρὰ γὰρ τὸ κινεῖν* (leg. *κιεῖν*)*· οἱ δὲ Λάκωνες κινέω λέγουσιν καὶ διὰ τοῦ ἰῶτα.* Apparet enim, Herodianum, unde Choeroboscus sua derivavit, inde demonstrasse, *κινῶ* scribendum esse, non *κεινῶ*, quod Lacones *κινέω* dicerent, non *κηνέω* diphthongo *ει* Laconice mutata. Etymologus Gudianus addidit de Laconico *κινέω*, quae prorsus aliena sunt.

quodam *ἀφορμιᾶν* derivarunt aliunde non cognito. Nos potius *ἀφορμίωντι* scribimus, ut ab *ὁρμέω* ducatur cf. §. 37, 4, etiam sententia suadente, quum sibi opponantur *μένοντί τε καὶ ἀφορμίωντι*, manenti et abeunti. Deinde Tarentinorum secundum Hesychium est *κλαυμαριόμενον*, *κλαίοντα*, quod pro *κλαυμαρούμενον* esse, docet sequens glossa *κλαυμαρεῖται*, *κλαίει*, Italiotarum haud dubie ejusdem glossa *παμωχίων*, *κεκτημένος*, vid. §. 15 not. 1 et §. 25, 3. d. — Deinde huc pertinent futura contracta Heracl. I, 70 *ἀναγγελίοντι* pro *ἀναγγελοῦσι*, I, 84 *ἀποκαθαρίοντι* pro *ἀποκαθαροῦσι*, I, 86 *ἐπικαταβαλίοντι* 2) pro *ἐπικαταβαλοῦσι*. In futuris verborum, quorum stirps non exit in liquidam, tabulae Heracleenses secundam contractionis rationem sequuntur, vid. nr. 2. — Tum eadem mutatio agnoscitur in *ἐγϜηληθίωντι* Heracl. I, 104, quod est pro *ἐξειληθέωντι*, *ἐξειληθῶσι* ab *εἰλέω*, vid. §. 20, 6. — Singularis est genitivus *Τιμοκράτιος* I, 118, quum praeterea in hac terminatione *ε* servetur, vid. infr. nr. 4. — Postremo commemorandi sunt pronominum personalium genitivi ab Apollonio e Rhinthone Tarentino allati *ἐμίο*, *ἐμίω*, *ἐμίως* et *τίω*, *τίως*, quibus simile est *τίος*, quod idem Doricum dicit; nam apparet eas formas ex *ἐμέο*, *ἐμέος* et *τέο*, *τέος* natas esse. Accuratiora vid. §. 32, 2.

Inter Creticos titulos similia praebent foedus Latiorum et Olontiorum nr. 2554, horum, ut videtur, dialecto usum, et decreta Istroniorum nr. 3048, Sybritiorum nr. 3049, Latiorum nr. 3058 et fortasse Eleuthernaeorum nr. 3047. Leguntur enim *κοσμίοντες* 3049. 3058, *ὁρμιόμενοι*

---

2) In aere exaratum traditur *ἐπικαταβάνοντι*, barbara forma, quam pro verbi *ἐπικαταβαίνω* futuro venditare non erubuerunt. Nos ea mutatione (*Λ* pro *Ν*), quae etiam in hoc titulo accuratissime vel exarato vel expresso liceat, aeque linguae Graecae et dialecti Italioticae legibus satisfacimus atque sententiae consulimus. Jam enim in *τοὶ πολιάνομοι ἐπικαταβαλίοντι καὶ ζαμιωσόντι* vox *ἐπικαταβάλλω* de mulctis dicta est ut vulgo *ἐπιβάλλω*, quum *ἐπικαταβαίνω* temere pro *ἐπεξέρχομαι* dictum esse credatur.

3048. 3049. 3058 ab ὁρμέω pro ὁρμάω, vid. §. 38, 4, minus certe πολεμίον(τας) 2554, 24: deinde futura ἐμμενίω, βοαθησίω, προλειψίω 2554, 197 seqq., πραξίομεν, χαριξιόμεθα, φυλαξίομεν 3048, hoc etiam 3058. Deinde non alienum esse videtur ἴωμεν 3058 pro ἔωμεν, neque ἁμίων 3047 e Sherardi lectione, quum Boeckhius Chishullianum ἁμέων receperit. Nec mirum est pro conditione istorum titulorum, quod in iis haud pauca contraria reperiuntur, non solum quae Attica contractione utantur, sed etiam quae ε retineant, ut nr. 2554, 71. 72 πωλέοντα et ὠνεόμενον, l. 202. 203 εὐορκέοντι et ἐφιορκέοντι, nr. 3048 ἔωμεν, nr. 3047 ἐπαινέομεν. Eodem traxeris genitivum τίριος, θέρους· Κρῆτες Hesych.

Accedunt glossae quaedam Hesychii, quae ad quem populum Doricum pertineant, non certo constat: μογεί-οντι (leg. μογίοντι), μογοῦσι· Δωριεῖς — π ο ν ι ῶ μ ε ν (leg. πονίωμεν), πονῶμεν — γ η λ ι ώ μ ε ν ο ι (leg. Fηλιώμενοι), κατεχόμενοι. Hoc est pro vulgari εἰλούμενοι, vid. §. 5, 8 et §. 20, 6, et Italicum esse videtur, si compares simillimum μετριώμενος in tabulis Heracleensibus.

His comparatis primum apparet, quam non recte Koenius ad Gregor. p. 225, qui et alios multos seduxit et Valckenarium ad Adon. p. 264 atque Lobeckium ad Buttm. Gr. Gr. II p. 391, apud Dorienses verba in εω vulgo exeuntia dicat in ιαω terminari ut ἀμετριῶμες pro ἀμετροῦμεν etc., cujus legis in gratiam Laconica nonnulla in Lysistrata conjecturis tentata sunt, ut μοχιῶμες, λεχροφοριῶντες et alia scriberentur. Ad terminationem ιαω, quae sane in recentiore potissimum Graecitate subinde pro εω esse videtur (vid. Lobeck. l. l.), recte referes λειοστρακιῶσαι Sophr. 52, ut scripsimus pro λειοτριχιῶσαι, a λειόστρακος ut ἐρυθριῶ ab ἐρυθρός: sed in exemplis e severiore Doride supra propositis rem longe aliter esse primum inde perspicies, quod nunquam μετριῶν vel similia reperiuntur, deinde quod saepissime in titulis et libris ιω legitur, ubi illa ratio ιω postularet, tum quia eaedem mutationes in futuris et pronominibus spectantur, postremo

quia ipsa illa μετριώμενος, ἐμετρίωμες, quibus Koenius maxime innixus est, si recte a μετριάω ducerentur, potius Dorice μετριάμενος et ἐμετριᾶμες sonarent. Ceterum eodem errore inductus esse videtur ille grammaticus, cui Hesychiana glossa γηλιᾶσθαι, κατέχεσθαι debetur, quam e participio γηλιώμενος male fictam putamus. — Aliquanto rectius Boeckhius C. I. p. 403 ε ante sequentem vocalem in ι mutari tradit, quam explicationem admittunt Cretica, quibusde agit V. C., exempla omnia. Neque tamen ille animum eo satis advertit, quod in verbis ε non mutatur in ι nisi ante ο et ω, adeo in nr. 2554 ipse non recte finxit infinitivum βοαθησίειν. Porro quid judicabimus de μετριώμενος et reliquis, ubi ιω est pro εο? Veram rationem monstrat Ionico-Atticum εω pro αο ut λεώς pro λαός, Ἀτρείδεω pro Ἀτρείδαο. Quod uti saepissime ita unam syllabam efficit, etiam ad accentus rationem, ut diphthongi instar habendum sit, ita ιω, quum est pro εο, diphthongus est aut diphthongi simile et contractione quadam natum. Jam vero apparet, ιω pro εω et ιο pro εο in verbis contractis, futuris et pronominibus non posse aliam originem habere, sed etiam haec contrahendo orta esse et quasi diphthongos (compares, quaeso, diphthongos io et iu in antiquiore lingua Theotisca). Quibus intellectis aliorum, quae mira videri possint, ratio et causa patefit. Primum cur pro εο promiscue ιο et ιω scripta sint; scilicet in diphthongo non multum interest, utrum altera vocalis producatur an corripiatur, uti saepissime in vulgari lingua scriptio fluctuat inter η et ει, ῳ et οι, ᾳ et αι. Deinde cur Heracleenses certiorem eam legem sequuti sint, ut εο in ιω mutarent, quum syllaba vocali clauditur ut ἐμετρίωμες, μετριώμενος, quibuscum conspirat Hesychianum Ϝηλιώμενος, praeterea in ιο ut ἐξεπόϊον, ἀναγγελίοντι; haud dubie illic productio magis apparebat, quum ante consonam in eadem syllaba sequentem secunda diphthongi pars corriperetur. Eam tamen legem nec Tarentina exempla servant, ut κλαυμαριόμενος, ἐμίο, ἐμίω, ἐμίως, nec Laconica vel Cretica, quae ubique ιο praebent

excepto futuro ὀμιώμεθα Lysistr. 183, quod non audemus sollicitare. Simillimam tamen legem eamque accuratius observatam in secunda contractionis ratione cognoscemus, qua εο in ω aut ο mutatur.

Ceterum nonnulla dubitationem admittunt, utrum illud contractionis genus agnosci oporteat an ε ante vocales in ι mutatum, vid. §. 17, 3. Hanc explicationem praetulimus in Cretico θιός et Laconico σιός, quoniam non minus σιά est pro θεά.

2) Secunda contractionis ratio, quae aeque severiori Doridi propria est, maxime spectatur in titulis nonnullis Creticis, in Hierapytnio nr. 2555, in foedere Priansiorum et Hierapytniorum nr. 2556, in decreto Allariotarum nr. 2557. Nam in his εο, quum syllaba vocali clauditur, in ω contrahitur, praeterea in ο, si licet hanc contractionem appellare. Consentaneum est, εω in ω coalescere, ut casu quodam hic vulgaris contractionis ratio conspiciatur. Exempla sunt haec: ὠνωμένος pro ὠνουμένους nr. 2556, 15, εὐχαριστῶμες 2557 pro εὐχαριστοῦμεν, quibuscum compares Et. Gud. 235, 61 ἡγῶμαι· Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ ἁγοῦμαι, leg. ἁγῶμαι Δ. ἀ. τ. ἡγοῦμαι, Deinde κατοικόντες 2555 pro κατοικοῦντες, 2556, 10 κρατόντες, l. 14 πωλόντας, l. 40. 61. 69. 70 κοσμόντες (eadem forma in nr. 2554, 10 nobis suspecta est), 2557, 15 συντελόντας. Eodem trahimus futurum πρεσβευσόντας nr. 2557, 4 pro vulgari Dorico πρεσβευσοῦντας: Boeckhius accentum in antepenultima collocavit, quia forma a vulgari non discrepare videbatur. Postremo εω in ω contractum habent haec in nr. 2555: ἐμμενῶ, εὐνοησῶ, ἑξῶ, πολεμησῶ, κακοτεχνησῶ, ἐπιμαρανῶ (Boeckhius minus recte Cretica proprietate non perspecta εὐνοήσω, ἕξω etc. cum vulgari accentu scripsit) ex ἐμμενέω, εὐνοησέω etc., deinde εὐορκῶσι, dativus pluralis, qui est ex εὐορκέωσι (vid. §. 20, 2. b) pro εὐορκέουσι contractus. — Ceterum in ἐόντι nr. 2556, 14 ε servatum est: in optativo ἀδικοίη l. 46 ε ante diphthongum excidit ut ejicitur ante ω.

In futuris, quorum stirpes non exeunt in liquidas,

tabulae Heracleenses eadem ratione ο exhibent, ut οἰσόντι I, 102, δοκιμαξόντι I, 70, ἐργαξόνται I, 64, ἐσσόνται I, 64 etc. multaque similia. Quae primo obtutu non magis contractionem passa esse videntur quam vulgaria οἴσουσι, ἔσονται. At si conferas contractas formas ἐργαξῆται, ἐσσῆται apud eosdem Heracleenses, deinde omnium Doriensium in futuris contrahendis constantiam, postremo Cretica illa, in quibus ο contractione quadam ex εο natum esse constat, non dubitabis quin etiam hic similem originem recte agnoverimus et accentu significaverimus. Obscurum est exemplis deficientibus, num forte alii eorum, qui severiore Doride usi sunt, in futuris eandem rationem sectati sint. Hoc certum est, ἐσσοῦνται, quod legitur in Spartanorum decreto Thucyd. V, 77, non esse Laconicum; utrum ἐσσίονται an ἐσσόνται scriptum fuerit, non audemus affirmare. Heracleenses tamen et omnino Italiotae etiam infinitivis in εν exeuntibus (vid. §. 21) propius quam Lacones ad Creticam proprietatem accedunt.

Postremo Tarentinum ἐμῶς pro ἐμοῦ, quod Apollonius e Rhinthone affert vid. §. 32, 2, eadem contractione ex ἐμέος factum est, ea tamen regula, quam supra de Creticis titulis proposuimus, paullulum laesa. Non adversaretur, si cum Boeckhio docuissemus, id quod per Cretica exempla licebat, ο esse pro εο ante duas consonas sequentes. Sed maluimus praecipere, quod praecepimus, propter ejus legis analogiam, quam tabulae Heracleenses in primo contractionis genere diligenter observant. In pronominum personalium genitivo singulari summam licentiam dominari infra videbimus.

3) De tertia contractionis ratione, qua εο in ευ conjunguntur, saepe grammatici testantur ut Dorica [3]. Meliores tamen fontes docent, ne hanc quidem apud omnes Dorienses aeque valuisse, sed in verbis soli Calymnii et

---

3) Et. M. 189, 36 — 51, 44 — 682, 30, Et. G. 222, 3 — 273, 27, Ann. Oxx. I, 215, 29 etc.

Astypalaeenses ea usi esse certius cognoscuntur, in genitivis nominum tertiae declinationis in ης et ος exeuntium praeter illos Rhodii, Coi, Cyrenaei et raro Theraei, Anaphaei, Siculi, in pronominum genitivis maxime Siculi; in compositis cum θεός, νέος, κλέος ea contractio recentiore demum tempore apud varios populos Doricos in usum venisse videtur. Itaque haec ratio maxime est eorum Doriensium, qui in insulis ad Asiae oram sitis habitabant Ionibus, qui eadem usi sunt, vicini; nec minus Theraei, Anaphaei, Syracusani Iadis contagio patebant, aut Cyrenaei, quo multi Iones commigraverant; in ipsa Graecia vix recentissima Doris aliqua ejus vestigia habet. Ceterum qui maxime εο in ευ conjungunt, ω faciunt ex εω, ut προαιρῶνται Calymn. 2671, ἐτῶν Rhod. 2905. Jam videamus singula:

a) In conjugatione contracta ab Heraclide apud Eustath. 1557, 42 Dorica afferuntur φρονεῦντι et νοεῦντι, neque tamen nunc in melioribus fontibus ullum ejus generis exemplum reperitur praeter προωνεύμενος Astyp. 2483. 2484 (in recentiore 2485, III est προαιρούμενος). Futura contracta eandem legem sequuntur in Calymn. 2671 κρινεῦντι, διαλυσεῦντι, ὑπαρξεῦντι. Frequentantur ejus generis formae apud Theocritum (ut φιλεῦντι V. 80. ἐδοκεῦμες XIII, 1, οἰκεῦντες VII, 116. αἰτεύμενος XIV, 63, βομβεῦσα III, 13, βασεῦμαι II, 8, κεισεῦμαι III, 53 etc.) et in aliis fontibus minus limpidis. Ceterum in Calymn. 2671 εὐεργετοῦσι dat. plur. legitur, quum analogia εὐεργετεῦσι postulare videatur.

b) Nomina tertiae declinationis in ος et ης exeuntia genitivum in ευς [1]), quod est ex εος contractum, in his exemplis exhibent: Astypal. 2483 Μοιραγένευς et Ἀριστοκλεῦς, 2485. III Εὐκλεῦς, 2488 Καιρογένευς, 2489 Ξενοκράτευς; Rhod. 2905. D. 13 ὄρευς, 2525, a Αὐτοκράτευς,

1) J. Gr. 242, b. Gr. C. 298, Vatic. 692. τὰς εἰς ους ληγούσας γενικάς, τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ης εὐθειῶν γενομένας, εἰς ευς τρέπουσι· οἷον Διογένης, Διογένους, Διογένευς.

2530 *Διοκλεῦς*, 2537 *Φιλοκράτευς*, neque minus *Εὐκράτευς*, Rhodii nomen Cret. 3047, adeo per heteroclisin *Σαμιάδευς* 2534 et *Βασιλείδευς* 2546; in Cois titulis 2517 *Νικομήδευς* et 2513 *Βασιλείδευς*; Cyren. 2. *Θρασυκλεῦς*, 6 *Χαρικλεῦς*, 7 *Εὐφάνευς* et *Ἀντισθένευς* (*Ἰσοκράτους* corruptum videtur), 8 *Εὐφάνευς*. Deinde aliis formis intermixta leguntur: Ther. 2448. III, 15. 37 *Ἰσοκλεῦς*, quum genitivi nominum non cum *κλέος* compositorum in *ους* exeant, vid. seqq.; Anaph. 2481 (Ross. 6) *Τελεσικράτευς*, Ross. 1. 5 *Σωσικλεῦς*. 16 *Νικοφάνευς* et *Θρασυπείθευς* (rarius in Anaphaeis est terminatio *ους*); Corcyr. 1905 *Σοφοκλεῦς* in monumento sepulcrali fortasse peregrini; in titulis Erycinis Torremuzz. XV, 42 *Σωσικλεῦς*, 47 *Κλευκράτευς*. — De genitivo *Ὀδυσσεῦς*, qui a grammaticis Doridi tribuitur, vid. §. 30, 7.

c) Epicharmi, Sophronis et Theocriti sunt pronomina *ἐμεῦς*, *ἐμεῦ*, *τεῦς*; suspectius est *μευ* in Ther. 2448. III, 9, ubi praeterea semper *μου*, et *τεῦ* in apophthegmate Dorico, quanquam non dubitamus, quin Doricum et hoc recte ab Apollonio appelletur et illud haberi possit. Accuratiora videbimus infra §. 32, 2. — Addimus hic, *πλεῦνα* vulgo legi Epich. 135, sed e Stobaei codice A *πλέονα* praeferendum videri.

d) Doridi a grammaticis et *θεῦς* adscribitur, quod Callimachus ausus est H. in Cer. 58. 130, et composita cum *θεός* eandem contractionem passa [4]). Et haec et composita cum *νέος* atque *κλέος* itidem affecta in titulis et nummis paullo recentioribus reperiuntur: Rhod. 2538 *Θεύλυτος*, in nummo Coo *Θευφαν*. Mionn. Suppl. V p. 567, in recentioribus titulis Theraeis, qui editi sunt in Actis Academiae Berolinensis, nr. 85 *Θεύδοτος*, 102 *Θευδόσιος*, 64 *Θευκρίσιος*, 102 *Θευκλείδας*; *νευμηνία* Cret. 3052, quum Cretes *νεομηνία* dicere tradantur a Proclo in Cratyl. c. 83 (Bekk. Ann. p. 1164), in titulis recentioribus 2573. 2574. 2575 *Κλευμενίδας*, Cyren. 6 *Θεύτιμος* et in breviore Romanae aetatis *Κλεύθεμος* (?); Corcyr. 1844 *Θεύδωρος* nomen Locri et idem 1845, 38 (sed *Θεο-*

μήδης in titulo bonae aetatis nr. 1896); Epidaur. 1183 Θεύδωρος; in Eryciuo Torrem. XV, 47 Κλευκράτης, in Messanio I, 16 Θευγνίς; in nummis Tarentinis Νευμήνιος Mionn. Déscr. I p. 139. 142, Suppl. I p. 180 (sed Θεύδωρος Heracl. I, 134). Valde dubium videtur Θεύξενος Delph. 1702, 17, quum Θεόξενος sit 1703, mensis Θεοξένιος 1700 etc. — Vides hace contrahendi morem apud plerosque Doriensium aut nunquam aut recenti demum tempore viguisse videri; paullo antiquior fuerit apud eos, qui in reliquis ευ contrahendo efficere consueverant.

4) Quarta vocales εο contrahendi ratio, quae apud Dorienses valebat, vulgaris est illa, qua in ου conjunguntur. Qua qui utuntur, εω in ω contrahere solent. Observatur vero maxime in titulis Theracis et Anaphacis, ubi pauca tertiam rationem sequentia vidimus, in Rhodiis praeter genitivos in ευς exeuntes, in Megaricae dialecti fontibus, in titulis Corcyracis; rarius in titulis Siculis et apud scriptores Siculos.

a) In conjugatione contracta Heraclides apud Eustath. 1557, 40 pro Dorico affert ποιοῦντι et reperiuntur in Ther. 2448 ἀφαιροίντων, ἀφαιρούμενος, ποιοῦντα, ἐνοικοῦντες, νοοῦσα, φρονοῦσα, deinde ποιῶντι, ἀφαιρῶνται pro ποιέωντι, ἀφαιρέωνται; Anaph. 2477. 2480 καλούμενος; Hermion. 1193 ἐπιδαμῶντι conjunctivus; Messen. 1339 καρτεροῦντες; Megar. 1052 ἐστρατάγουν et Acharn. 696 ἐπόθουν; Corcyr. 1845 ποιούντω, ποιοῦντες. Et apud hos quidem alia in verbis contractio non reperitur. Eadem est in titulis Rhodiis 2525, b τιμοῦντες a τιμεῖν pro τιμᾶν, 2905 ἐγκαλοῦντες, μαρτυροῦντες, οἰκοῦντες (sed ἐπαινέω apud Timocreontem, quod synizesin postulat): apud Epicharmum leguntur καλοῦσα fr. 82, φθονούμενος 137, apud Sophronem 97 ἀδούμενος, sed certiores apud eosdem sunt formae non contractae. E vulgari lingua hanc contractionem in recentiores titulos Delphicos illatam judicamus, ut 1693 ἀφικνούμενος. 1699. 1703 ποιοῦσα, 1704 ποιῶν pro formis non contractis, deinde in Astypal. 2485. III προαιρούμενος pro προαιρεύμενος.

b) Futurum hoc contractionis modo non solum utitur apud eosdem, qui in verbis contractis ei assueverunt, sed etiam apud eos, qui in illis solutam formam praefecerunt, solis, quantum scimus, antiquioribus Delphis exceptis. Leguntur enim in Ther. 2448 ἐμβαλοῦμες, ἑξοῦντι, δειξοῦνται, ἐγγραψοῦνται, συναχθησοῦνται; in Corcyr. 1843 ἐκδανεισοῦντι, χειριξοῦνται; in Acharn. 744 ἀπολουμένα, 746 ἀγορασοῦντες, quod Dindorfius e Ravennate recepit, 714. 745 καρυξῶ et ἀποισῶ; deinde in Alaesino titulo ποιησοῦντι, Sophr. 19 νησοῦντι, Epich. 167 θωσούμεθα, Archim. de Hel. p. 219 ἐσσοῦνται, ἑξοῦντι, de Plan. Aeq. p. 7 ἰσοῤῥοπησοῦντι, Aren. p. 320 πειρασοῦμαι etc. Ab Heraclide apud Eustath. p. 1557, 40 ut Dorica afferuntur ποιησοῦντι, ὀρθωσοῦντι, γελασοῦντι, βοασοῦντι.

c) Secunda persona subjectivi eandem contractionem patitur Epich. 143 πορεύου, 149 διανοοῦ. Valde tamen dubium est, an ea fragmenta non sint genuina. In certiore ejusdem fragmento fr. 20 est ὤχεο. — Conjunctivus aoristi passivi ἐγδανεισθῶντι est in Corcyr. 1845, in quo Siculos contractione abstinentes videbimus.

d) Genitivus declinationis tertiae nominum in ης et ος vulgo hanc rationem sequitur in Theraeo nr. 2448, ubi γένους, Ὑπερείδους, Πραξιτέλους, Αἰσοσθένους, Βωδοκράτους, Σωτέλους (excepto uno Ἰσοκλεῦς). Apud reliquos omnes, qui ceterum contractionis in ου patientes sunt, genitivi in ους suspectiores sunt, ne vel infima aetate e vulgari lingua irrepserint vel describentium culpa corrupti sint. Talia leguntur in recentibus titulis Anaphaeis nr. 2480 Τελεσιγένους, nr. 12 Ross. Κριτοτέλους (praeterea ευς) in corruptissimis Locrico nr. 1751 Ἀριστογένους et Delph. 1703, quum in titulis ejus regionis sit εος, nec minus apud omnes reliquos populos, qui in verbis ου probaverunt. — In Ther. 2448 convenienter etiam genitivus pluralis συγγενῶν contractus est.

e) Genitivi pronominum ita contracti non solum μου in Theraeo 2448, sed etiam ἐμοῦς, τεοῦς, τεοῦ apud poëtas Siculos sunt, vid. §. 32, 2. — Composita cum θεός,

νέος, *κλέος* nunquam apud Dorienses *ου* admittunt; nam *Νουμήνιος* in Calymn. 2671 est Iasensis nomen, et *νουμηνία* Pind. N. IV, 35 certe non e Doride petitum.

5) Eadem composita singulari quadam contractione, qua *εο* in *ει* transit, subinde affici videntur. Eo primum traxeris nomina propria in recentissimis titulis Laconicis (vid. § 7, 1) *Σειδέκτας*, *Σείτιμος*, *Σειμήδης*, *Σείπομπος*, quae sunt pro vulgaribus *Θεοδέκτης* etc. At in his *ει* non esse, id quod voluit Boeckhius ad nr. 1239, Laconica quadam mutatione (de qua e genuinis fontibus nihil constat vid. §. 22, 5) pro *ευ* positum neque contrahendo ex *εο* factum, facile inde apparet, quod Lacones paullo antiquiores non dixerant *σεός*, *Σεοδέκτας*, sed *σιός* et *Σιοδέκτας*. Itaque potius *ιο* recentibus Laconibus in *ῑ* abiit, pro quo ex aetatis consuetudine *ει* scriptum est. Quae sententia confirmatur scriptura *Σιδεκτας* et nomine *Σιμηλίδης* in alio titulo Laconico C. I. nr. 1391 illis, nisi fallimur, paullo vetustiore. Nam nomen insolentius, quocum Boeckhius *Σειμήδης* et reliqua non conferenda esse ducit, a Lobeckio Parall. p. 6 recte cum Laconico nomine *Θεομηλίδας* apud Pausaniam III, 14 componitur. — Deinde advocaveris nomen *Κλειδίκη*, quo appellatur Pindari mater in vita metrica, quod Eustathius Prooem. Comm. Pind. p. 15 contractione e *Κλεοδίκη* natum dicit et Boeckhius comparato nomine *Κλείδικος* apud Pausaniam I, 3, 2 et alios tuetur, cui addimus *Κλεισθένης*, *Κλείδημος*, alia. At, si conferas nomen *Κλεισιδίκη* Hom. h. Cer. 109, veram illorum rationem facile intelliges. Nam *Κλεισιδίκη* et *Κλειδίκη* nata sunt e *Κλεεσιδίκη* et *Κλεεδίκη* (cf. *ἑλκεσίπεπλος* et *ἑλκεχίτων*) a verbo *κλέω*, *κλέϝω*, neque aliter reliqua, unde factum est, ut *Κλησθένης* Cretice sit pro *Κλεισθένης*, vid. §. 25, 1. Minus recte de hoc nomine judicat Buttmannus Gr. Gr. §. 105 Not. 21, quem vide praeterea contra contractionem illam in *πλεῖν*, *δεῖν*, *δοκεῖν* agnitam disputantem.

Jam non dubitabis, quin genitivus *Κλευκράτεις* et similia, quae haud pauca in Torremuzzae inscriptionibus

Siculis Cl. XV leguntur, e Κλευκράτευς etc. corrupta sint. Magis haerere licet in ποιείμενος, quod legitur in corruptissimo titulo Delphico nr. 1693, quum in Rossiano nr. 67, qui simillimus est neque tamen idem, ποιειμ.σνος tradatur. Nam quod Boeckhius, Rossio dubitanter adstipulante, correxit ποιεύμενος, a Delphica dialecto alienum est. Neque tamen Rossii suspicionem, ποιείμενος fortasse Delphicae dialecto proprium esse, veram existimamus. Potius lacuna in Rossii apographo notata aliquam corruptelam indicare videtur.

6) Postremo vocales εο et εω non contractae servantur, maxime in septentrionali Graecia et (exceptis tamen futuris) apud Siculos. Genitivi et composita cum θεός etc. apud plerosque Doriensium solutionem praeferunt.

a) Ad verba contracta pertinent: Amph. 1688 εὐορκέοντι, ἐφιορκέοιμι et in reliquis Delphicis συνευδοκέοντος, συνευδοκεούσας, συλέων, συλέοντος, στραταγέοντος etc. (formae vulgari ratione contractae minus genuinae videntur); Phoc. 81 R. ἐπιτειμέοντες, νοέοντες, φρονέοντες et in alio Phocico apud Rossium p. 36 βουλαρχέοντος; Chal. 1567 δαμιοργέοντος; Aetol. 1756. 1757. 3046 στραταγέοντος, συνευδοκεούσας, κατοικέοντες, παρεκάλεον. Deinde e Sicilia in titulo Alaesino ἀκολουθέοντι, Sophr. 74 ποιέω, 37 ὑλακτέων, Epich. 19 συνδειπνέω, ἐπαινέω, 51 καλέομες, 56 ποιέω, 114 ἀποχρέω et cum synizesi 19 ποιέω, 98 δοκέω, 23 καλέοντι, quare formae contractae (vid. nr. 4) suspectiores sunt. Neque minus apud Archimedem ἰσοῤῥοπέοντι et similia frequentantur. — Minus certa sunt, quae ejusdem generis in titulis Creticis suspectissimae fidei leguntur: 2554 πολεμέων, πωλέοντα, ὠνεομένῳ, εὐορκέοντι, ἐφορκέοντι, ἐρευνέοντες et 3047 ἐπαινέομεν, quum in iisdem primus contrahendi modus reperiatur, deinde quae apud Philolaum et Pseudo-Pythagoreos, talium amantissimos.

b) Futuri non contracti nulla exempla reperiuntur praeterquam ὁρκιξέω et ἐκπραξέω in Amph. 1688; Siculi quoque contrahunt, vid. nr. 4.

c) In conjunctivo aoristorum passivi solutae formae frequentissimae sunt apud Archimedem, ut de Hel. p. 219 ἀποτμαθέωντι et περιενεχθέωντι, p. 220 ἀποκατασταθέωντι, p. 230 ἀναγραφέωντι etc.

d) Genitivi in εος a nominibus in ος et ης apud plerosque Dorienses non contrahuntur. Ita in Delph. Locr. 1763. Phoc. 85 R. Thaumac. Argiv. Hermion. Tegeat. Megalop. — Megar. Byzant. — Corcyr. Acarn. Ambrac. — Agrig. Gel. Acr. Iss. et Δεινομένεος in galea Hieronis. Item apud Sophronem fr. 79 est σκότεος, apud Timocreontem fr. 2 μέλεος cum synizesi. Severior quoque Doris in tabulis Heracleensibus ἔτεος profert, una voce Ἀριστομένεος antiquam formam non retinente. De genitivo plurali infra videbimus. Pronominum solutae formae afferuntur ἐμέος Sicula, τέος Cretica, τέο apud Alcmanem, vid. §. 32, 2.

§. 27.

De crasi.

Crasis apud Dorienses eandem legem sequitur, quam apud Iones, ut vocales secundum contractionis regulas conjungantur. Quum prior vox in diphthongum exit, ι et υ ejiciuntur, ut vulgo fit. Jam vero quum in purioribus Doridis fontibus nullae voces crasin patiantur praeter articulum et conjunctionem καί, hae vocales coalescunt:

α-α in ᾱ ut vulgo: τἄλλα Petil. C. I. nr. 4 et Epich. 117, τἀγαθά Amph 1688, ταὐτά Cret. 2557, θάτερα Epich. 23 e τά et Dorico ἅτερα, vid. §. 16: κἀπό Epich. 19. Sophr. 40, κἀείσω Lysistr. 1243, κἄτις Acharn. 800 etc. Cum sequenti αἰ (Dorice pro εἰ) καί in καἰ conjungitur, quum accuratior ratio κᾐ postulet, ut Brutt., Cret. 2554, 15 et Astypal. 2483, 13 (ubi καὶ δὲ κα, quod Boeckhius in αἰ δὲ κα mutat), καἴκα Heracl. I, 53, Epich 19, Theocr. III, 27.

α-ε in η secundum Doricam contractionis legem et

grammaticis testantibus [1]), qui τῆμά afferunt e τὰ ἐμά. Nunc leguntur: Amph. 1688, 43 κἠπί, Cret. 2554 saepius κἠπί et κἠς e καὶ ἐς, 3047 κἠπαινέομεν; Epich. 19 κἤπειτα, 42 κἠκτραπελογάστορας, 48 κἠκελήσατο (corrigenda erant κἀγώ 94, 17 et κἐμβάφια 46); Sophr. 6 κἠγώ, 29 κἤπειτα, 71 κἠκεκρατηρίχημες; Acharn. 701 κἤπειτεν, 753 κἠρυθραί, 756 κἠκ; Alcm. 52 (19) κἠπί, 56 (17) κἠν. Multa similia apud Theocritum leguntur, qui recte etiam κἠπε I, 97, κἠπέ II, 101, κἤτε II, 150 pro καί cum εἶπε, εἰπέ, εἶτε. Cum sequenti diphthongo ευ lege contractionis accurate servata καί apud Dorienses in ηυ conjungitur; certe Epich. 23 in libris est κηύγονοι, unde κηὔωνοι procudimus, et Theocr. IV, 31 κηὖ, quum vulgo κεὐτυχοῦσα et similia scribantur.

α - η justa contractione coalescunt, ut χἠσεῖτε Ach. 713.

α - ι quam crasin in Doride patiantur, non satis apparet. Nam χἰππίδια Epich. 50 e corruptissima librorum lectione λιηπίδια effictum est.

α - ο et α - ω secundum Doricae contractionis proprietatem in longum ᾱ coalescerent. Ejus tamen rationis ne ullum quidem vestigium reperitur, sed ω, ut vulgo, conspicitur in his: Epich. 45. 60 χὠ pro καὶ ὁ, 27 χὤς (libri χος) pro καὶ ὅς, 31 κὠλίγον, 40 κὠξύρυγχοι; Theocr. IV, 16 τὤστεα, II, 30 χὠς pro καὶ ὡς, IV, 30 κὤχετο IV, 10 etc. Deinde κᾠκτίρμονος Theocr. XV, 75 Meinekius sine libris scripsit, nec spernendum est χᾠ i. e. καὶ οἱ, quod in paucis libris legitur VIII, 28. 29. IX, 4, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 29 not. 19. Ut apud Sapphonem κωὐκ fr. 1, 24, ita Epich. 19 κωὐδέν in libris scriptum est, cujus ad normam etiam κοὔποκα fr. 94, 15. 18 corrigendum duximus, quanquam in Theocriti libris κοὐ I, 62, κοὐδέ II, 25, κοὔπω VII, 10 etc. scripta leguntur.

---

1) Choerob. Bekk. 1282 (Gaisf. 530, 15). παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν εἰς η̄ κιρνᾶται τὸ ᾱ καὶ ε̄, οἷον τὰ ἐμὰ τῆμά. Item Et. M. 201, 54, cf. Ann. Oxx. IV, 361, 27.

ο-α et ω-α justa contractione in ω coeunt[2]), ut τῶμβυσσον Lysistr. 174, τὤνδρες pro τοὶ ἄνδρες 1260 et in Hippocratis epistola (male τἀργύριον Lys. 174); τὠγαθοῦ Epich. 95, ᾡπόλος Theocr. I, 87, τὠσύλω Cret. 2557 pro τῶ ἀσύλω, τὤντρῳ Theocr. XI, 44. τωὐτοῦ Acharn. 756, τωὔλιον Theocr. XI, 12, ὡὐτός XI, 34, unde apud Epicharmum fr. 94 ὡὐτός, τωὐτῷ, ὡὐτοί scribenda erant pro ὁ αὐτός, ταὐτῷ, αὐτοί. Si Boeckhius in C. I. nr. 29 recte restituit τἀργεῖοι i. e. τοὶ Ἀργεῖοι, ea crasis certe non Dorica est.

ο-ε et ο-ο secundum contractionis leges in mitiore Doride vulgari ratione in ου conjungenda sunt, ut τοὐναντίον Rhod. 2905, quare non tulimus τὤνυμα Epich. 27, contra severior Doris postulat ω, cujus generis multa leguntur apud Theocritum, ut ὡξ I, 65, ὤλαφος I, 135, ὤριφος V, 24. 30, ὠγώ pro ὁ ἐγώ II, 54 etc. Alienum est ὥτερος, quod scholiasta Theocriteus crasi Dorica factum dicit, quoniam Dorice ex ὁ ἅτερος natum est. Contra Laconicam dialectum peccat τοὔγκυκλον Lysistr. 1162.

ο-υ conjuncta reperiuntur in θὐπέρθυρον in Chelidonismo, ut restituerunt pro τὸ ὑπέρθυρον: nos malumus θοὐπέρθυρον, quae est etiam Atticorum ratio, vid. Lob. ad Aj. 9.

De declinatione.

Praemonendum est, Doricae dialecto, quanquam grammaticis tacentibus, dualis numeri usum non magis familiarem videri quam Aeolicae. Unica ejus exempla, quae in fontibus paullo certioribus legere meminimus, sunt jurandi formula Laconica ναὶ τὼ σιώ, quae frequentatur in Lysistrata, et ibidem v. 1310. 1318 τοδοῖν. Prae-

2) Greg. C. 190. τὸ κιρνᾶν τὸ ο̄ ἄρθρον μεθ᾽ ἑτέρου φωνήεντος, ἤγουν τοῦ ᾱ ἢ τοῦ ε̄, εἰς ω̄ μέγα καὶ τῶν Ἰώνων καὶ τῶν Δωριέων ἐστίν· ὡς Θεόκριτος (add. I, 65).

terea nullum dualis vestigium, ne apud Archimedem quidem, qui quam saepe eo numero uti potuerit, facile existimabis; nam pro ἐπιπέδοιν de Conoid. p. 290 e Basileensi et quinque codicibus ἐπιπέδοις reponendum est, quod idem in simillimo loco p. 292 legitur et saepius. Et sicuti apud hunc haud raro ipsum numerale δύο, quod dualem quam maxime postulare videtur, cum plurali jungitur, ita non minus in reliquis fontibus vel optimis. Ita in Heracl. leguntur δύο ἀπέχοντας I, 29. 31. 34, πόδες δύο II, 55. 56, δυῶν τριχύων II, 21, δυῶν χοινίκων II, 36 etc., in Rhod. 2525, b στεφάνοις δυσί et ἀτελείαις δυσί, Epich. 89 σκόροδα δύο καὶ γαθυλλίδες δύο et alia complura; simul intelligis, eodem pertinere numeralis vocis δύο in Doride declinationem pluralis terminationibus usam, δυῶν et δυσί vid. §. 34. Dualis terminatio servata est in ἄμφω et ἀμφοῖν, sed etiam hoc cum plurali jungitur Thucyd. V, 79 ἀμφοῖν ταῖς πολίεσσι, cf. Cret. 2556 ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι. Satis quidem constat, Atticae quoque dialecto simillimum pluralis pro duali usum licere, quare Doridis potissimum in hac re constantia et vocis δύο declinatione nitimur. Praeterea notatu dignum est Aristophanem, qui constanter duali τὼ σκέλη utitur, pluralem καττῶν σκελῶν admisisse in Dorico carmine Lysistr. 1259 et adeo in Attici hominis ore ibid. 1170 τὰ Μεγαρικὰ σκέλη commemorantis i. e. longos Megarensium muros vid. Meinek. ad Comm. Gr. III p. 451. Non saepius dualem verborum in Doricis fontibus reperiri docebimus infra §. 36, 5. Itaque hoc affirmare licet, Dorienses duali numero non omnino abstinuisse, sed rarissime tamen, multo certe rarius quam Atticos usos esse.

§. 28.

De declinatione I.

1) In terminationibus declinationis primae Doricam dialectum ubique longum α pro η exhibere supra docuimus §. 19, 2. In reliquis qualis sit ejus apud Dorienses ratio, haec paradigmata aperiunt:

		Singularis:	
Nom.	*πύλα*	*γλῶσσα*	*Ἀτρείδας*
Gen.	*πύλας*	*γλώσσας*	*Ἀτρείδα*
Dat.	*πύλᾳ*	*γλώσσᾳ*	*Ἀτρείδᾳ*
Acc.	*πύλαν*	*γλῶσσαν*	*Ἀτρείδαν*
Voc.	—	—	*Ἀτρείδα.*
		Pluralis:	
Nom.	*πύλαι*		
Gen.	*πυλᾶν*		
Dat.	*πύλαις*		
Acc.	*πύλᾱς*, (*πύλᾰς*, *πύλανς*).		

In tanta exemplorum copia exempla congerere non opus est. Jam adnotabimus, si qua aliquid explicationis desiderare videntur. Quae ad accentum pertinent, supra exposuimus §. 3.

2) Nominativi singularis masculinorum brevior forma, de qua vide L. I §. 20, 2, non aliena esset a Doride, si recte a scholiaste Theocriteo ad VIII, 30 *ἴϋκτα* Doricum diceretur, aut *Μύριλλα*, architecti Syracusani, cujus Sophron meminerat, agnomen jure ab Eudaemone [1]) huc relatum esset. At hoc ab Herodiano [2]) rectius pro muliebri nomine haberi videtur viro per ludibrium dato; illud Doricum male dicitur, quia apud Theocritum legitur.

Genitivum singularem masculinorum apud Dorienses in *α* exire grammatici saepissime testantur [3]),

---

1) Eustath. 1457, 21 ex Eudaemone Pelusiota de masculinis in ᾰ exeuntibus: *καὶ Συρακούσιοι τὸ Μύριλλα, οὗ μεμνῆσθαι λέγει τὸν Σώφρονα, ἱστορῶν ὅτι τοῦ Συρακουσίου τούτου κύριον Δημόκοπος ἦν ἀρχιτέκτων· ἐπεὶ δὲ τελεσιουργήσας τὸ θέατρον μύρον τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις διένειμε, Μύριλλα ἐπεκλήθη*, cf. de homine Mülleri Archaeol. p. 81.

2) Ann. Oxx. IV, 333, 7 ex Herodiano: *περὶ τῶν τελικῶν τῶν ἀρσενικῶν: οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ᾱ παραδεξόμεθα διὰ τὰ θηλυκὰ ἐπώνυμα, τό τε Κόπεννα καὶ Μύριλλα· ἢ τὰ ποιητικῶς μεταπλασθέντα· νεφεληγερέτα Ζεύς· ἱππότα Νέστωρ.*

3) Et M. 11, 11 — 35, 37 — 151, 5 — 552, 51, Et. G. 359,

neque alia forma in certioribus Doridis fontibus reperitur, nisi forte per errorem describentium. Ita praeter ea, quae Boeckhius in titulis correxit, male Εὐηθίδου legitur in Thaum. 1772, ubi quum Leakii apographum ου omittat, haud dubie Εὐηθίδα restituendum est. Excusationem habet Δρακοντίδου, peregrini Iasensis nomen in Calymn. 2671. Errore Πηληϊάδαο Doricum dicitur in Ann. Oxx. I, 346, 26 et Et. Gud. 456, 38; neque magis credimus Boeckhio in antiquo titulo Theraeo nr. 13 Ἰσοκλείδαο θετὸν sc. υἱὸν ex Ισοκαη || ιαοθετον restituenti. — Mira genitivi forma est Ψύλλας in Corcyr. 1845, 36. 37. 40. 43. 50 etc., cujus nominativus Ψύλλας legitur l. 5, dativus Ψύλλᾳ l. 111. 123. Boeckhius singulari quadam Corcyraeae dialecti ratione Ψύλλαος pro Ψύλλα dictum idque in Ψύλλας contractum existimat. At potius l. 5 nominativum Ψύλλα restituendum et feminam intelligendam esse, certissime inde apparet, quod ibidem tribus significatio Ὑλλίς feminino genere additur, cujus in locum Boeckhius Ὑλλεύς rescribere coactus est.

Dativus singularis nunquam iota subscripto caret, nisi in titulis vel recentissimis vel minore fide descriptis, vid. §. 22, 8.

3) Genitivus pluralis et grammaticis [4]) et innumeris exemplis docentibus in ᾶν circumflexum exit, quod est ex antiqua terminatione αων contractum, ut τιμᾶν, τεχνιτᾶν. Nec adjectivorum feminina excipiuntur, quae in vulgari lingua accentu eundem cum masculinis sonum affectant, ut ἀκρᾶν, ἀμφοτερᾶν pro femininis ἄκρων et ἀμφοτέρων, vid. §. 3, 6. Ipsa terminatio αων errore

31, Choerob. Gaisf. I. 30, 25. Ann. Oxx. I, 258, 21, III, 229, 27 ex Herodiano, IV, 261, 30, Eustath. p. 12 extr. — 1396, 25, Scholl. Pind. Ol. III, 56.

4) Choerob. Bekk. 1184, J. Gr. 242, b, Gr. C 226, Leid. 636, Meerm. 656, Vatic. 692, Procl. ad Hesiod. p. 45, b, Drac. p. 110. 10, Ann. Oxx. III, 241, 11 ἄκραν (leg. ἀκρῶν) pro ἄκρων, Ann. Oxx. I, 278, 19 Ῥηγινὸν μοισᾶν (leg. Ἀργεῖον μουσᾶν) vid. §. 14, 3, etc.

Dorica dicitur [5]), nec minus Ionica εων [6]). Vulgaris terminatio describentium vitio in titulis corruptioribus subinde legitur, ut Corcyr. 1845, b. 35 τεχνιτῶν, quum l. 16. 41 recte sit τεχνιτᾶν, Herm. 1193, 20 ἑκατέρων πολίων, quod Boeckhius non debebat relinquere, Lacon. 1334 Γερονθρατῶν ab eodem retentum etc.

Dativus pluralis in titulis omnibus vulgari terminatione αις utitur. Longior forma ταῖσιν legebatur Lysistr. 1268, ubi nunc ταῖς scriptum est. Non dubitamus, quin etiam Epicharmo illa uti licuerit, ut simili terminatione in declinatione secunda.

Accusativus pluralis plerumque vulgarem formam tenet; pars Doriensium ultimam corripiebat, quod idem omnibus poëtis Doricis licuisse videtur, vid. §. 21. 1; pars Cretensium et antiquiores, ut videtur, Argivi, antiquissimam terminationem ανς retinuerant, vid. §. 14, 1.

4) Composita cum λαός, quod Dorice in λας contrahitur (vid. §. 24, 6), primam declinationem sequuntur, ut Gen. Ἀρκεσίλα Argiv. C. I. nr. 2, Ἀριστόλα Lacon. 1457, Dat. Ἰόλᾳ Pind. III, 36, Μενέλᾳ N. VII, 28, Accus. Ἀρκεσίλαν Astypal. 2483. Voc. Πρωτεσίλα Pind. Isthm. I, 58.

§. 29.

De declinatione II.

1) Vulgaris Doris in hac declinatione ab Attica dialecto nihil differt. Severior Doris genitivum singularem in ω terminat, vid. §. 25, 3, et plerumque accusativum pluralem masculinorum et femininorum in ως, vid. §. 20, 2. d. Idem in nonnullis vel severioris vel mitioris Doridis generibus in ος corripitur, vid. §. 21, 1 et

5) Et. M. 40, 52 Δωρικῶς αἰχμητάων, cf. Et. G. 317, 60. — Ann. Oxx. I, 278, 17 Laconicum dicitur μωσάων, corr. μωσᾶν.

6) Et. M. 40, 59 — 507, 14 — 577, 44, Et. G. 23, 36 — 386, 5, Ann. Oxx. I, 23, 26 — 239, 1 — 382, 11

de accentu §. 3, 5. Postremo pars Cretensium et antiquiores, ut videtur, Argivi ejusdem vetustissimam terminationem *ους* retinuerant, vid. §. 14, 1. Itaque hoc paradigma, unde neutrorum quoque rationem facile intelliges, Doricam declinationem refert:

	Singularis.	Pluralis.
Nom.	*ἵππος*	*ἵπποι*
Gen.	*ἵππου, ἵππω*	*ἵππων*
Dat.	*ἵππῳ*	*ἵπποις*
Acc.	*ἵππον*	*ἵππους, ἵππως, ἵππος, ἵππονς*
Voc.	*ἵππε*	—

2) Pauca praeterea adnotanda sunt. In dativo singulari nunquam iota subscriptum negligitur nisi per errorem, ut Ther. 2448. V, 30, aut in titulis recentissimis. In Cretico titulo nr. 2556, 3. 39 pro dativo legitur antiquus locativus *ἐν Πριανσιοῖ* a *Πριανσιός* ut *οἴκοι*, *Ἰσθμοῖ* ab *οἶκος* et *Ἰσθμός*, sed hic memorabilem in modum etiam cum praepositione junctus. Confer *ἐν Ἰσθμοῖ* Simonid. fr. 209 Schn., quod Meinekius in Delect. Anthol. p. 189 non debebat in *ἐν Ἰσθμῷ* mutare. — Dativi pluralis longior forma saepe apud Epicharmum legitur, ut fr. 24 *γαυλοῖσιν*, 35 *τούτοισι*, 71 *Ἀχαίοισιν*, 97 *αὐτοῖσιν*, 98 *λόγοισι*, item Lysistr. 1180 *τοῖσι — ἁμοῖσι*. Itaque antiquiorem Doridem non minus quam Atthidem pleniorem formam admisisse putamus; neque enim Epicharmus ex epica lingua quidquam assumpsisse videtur.

Attica, quae vocatur, declinatio in substantivis appellativis et in adjectivis a Doride aliena est. Quae voces eam sequi solent, apud Dorienses reliquorum, quae secundae declinationi obtemperant, terminationes exhibent, aut aliis simul rebus diversae, ut *λαός*, *ναός*, *ἀνώγαιον* pro *λεώς*, *νεώς*, *ἀνώγεων* (vid. §. 22, 5), aut sola terminatione, ut *λαγός* in Helotibus (inter Laconica opinor) secundum Athen. IX, 400. C, *λαγοί* Epich. 36 ab Attico *λαγώς*, *γλυκύχρεον* Sophr. 54, *ἀξιοχρέοις* Ther.

2448. V, *ἰλέος* accusativus pluralis Cret. 2555 extr., quanquam hic miramur, quod non *ἰλάος* scriptum est, *ἔκπλεον* Heracl. II, 32, unde Timocreonti fr. 1 *ὑπόπλεος* restituimus pro *ὑπόπλεως*. Pro Attico *ἕως* Doricum est *ἀώς*, quod tertiam declinationem sequitur. Quomodo *Κῶς*, Doricae insulae nomen apud ipsos Dorienses flexum sit, non apparet. Neque tamen dubitamus, quin et in hoc et in aliis nominibus propriis, ut Cretico *Τάλως*, Doris cum Atthide non discrepuerit, cf. §. 30, 8.

§. 30.

De declinatione III.

1) In universum casuum terminationes excepto dativo plurali non differunt a vulgaribus. Nominativus singularis in paucis quibusdam singulari usu *ς* assumit, ut *μάκαρς* pro *μάκαρ* Alcm. 64 (66), quocum conferas *Περίηρς*, quod quum pro *Περιήρης* apud Alcmanem legi referat Herodianus in Et. M. 663, 55 (nomen proprium esse intellexit Schneidewinus Conjj. Critt. p. 9), noli syncope inaudita natum putare, sed eandem compositionis rationem agnosce, quae est in plurali *ἐρίηρες*. Deinde nominativo *χέρς* usus est Timocreon fr. 6; vulgo tamen etiam Dorienses *χείρ* dixisse videntur, quod est apud Epicharmum fr. 118. Accedente sigma *ν* excidit in *ἄρσης* pro *ἄρσην*, si id recte legitur in recenti titulo Laconico nr. 1454 et in *μής* vel *μείς* pro *μήν*, vid. §. 31. — De Cretico et Argivo *τιθένς* pro *τιθείς* diximus §. 14, de *χαρίης* et similibus in severiore Doride §. 20, de correpta ultima in *Αἴάς*, *χαρίες* pro *χαρίεις*, *Φυκός* pro *Φυκοῦς* §. 21.

2) **Genitivus pluralis** ubique, ut vulgo, in *ων* exit. Nec recte Epicharmo hexameter tribuitur, in quo est *Σειρηνάων* pro *Σειρήνων* [1]), neque incorrupta esse vi-

1) Scholl. B. V. Il. τ, 1. *ῥοάων· Βοιώτιος ἡ φωνή. ποιοῦσι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ες ἀρσενικῶν· Ἄρτεμι Κρητάων πότνια τοξοφό-*

dentur τραπεζητᾶν κυνᾶν Ibyc. 40, τᾶν αἰγᾶν Theocr. V, 145, τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν VIII, 49 pro κυνῶν, αἰγῶν, quae facile a librariis ad vicinarum terminationum similitudinem conformari poterant. Si tamen sunt ab ipsis poëtis profecta, certe nihil est cur Dorica existimemus.

3) Dativus pluralis vulgo in titulis vulgarem terminationem σι(ν) non relinquit, quae legitur in Tegeat. Rhod. Ther. Messembr., Corcyr. 1845, 60. 93 αἱρεθεῖσι, Cret. 2556 διδῶσιν et προγεγονόσι, 2555 εὐορκῶσι, 2558 εἰσάγωσι et ἐξάγωσι (in quibus ω pro ου est secundum §. 20, 2. b), nec minus χερσίν apud Sophronem fr. 65. — Longior terminatio εσσι(ν) sola regnat in decreto Amphictyonum nr. 1688, ubi l. 39 ἱεροφυλαμόνεσσι, l. 21. 44 πάντεσσι, quocum conferas πάντεσσι in oraculo Delphico apud Demosthenem Mid. p. 531; deinde in Corcyr. 1845, 39. 63 Ἁρμάτεσσι, loci cujusdam appellatio eandem ser-

ρων. — Λαοὶ τοξοχίτωνες ἀκούετε Σειρηνάων, Ἐπίχαρμος. καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ο̄ς̄ · καλοὶ νησάων ἀστέρες. — Schneidewinus versum Sirenum fabulae addendum censuit post Eustath. Prooem. p. 53, quanquam heroicorum versuum ab Epicharmo intermixtorum nullum aliud vestigium extat. Et ipse genitivus Σειρηνάων a Dorica Epicharmi dialecto, quae ne in prima quidem declinatione eam terminationem admittit, alienissima est. Convenit Callimacho, qui νησάων ausus est Hymn. Del. 66. 275 et reliquorum fragmentorum supra propositorum auctor habetur a Naekio et Schneidewino, neque de alia medii fragmenti origine quisquam suspicaretur, nisi Epicharmi nomen additum esset. Jam vero simillima ratione in Excerptis ex Herodiano Ann. Oxx. III, 354, 21 Simonidi tribuuntur verba ἐπίκικοι δρομέσι, quae a Callimacho Simonidis epiniciis in cursores inscripta fuisse Schneidewinus (ἐπίνικοι simul restituens) egregie demonstravit Exercitt. Critt. p. 20. Deinde Callimachus libris a se editis haud raro epigrammata praeposuisse videtur, quo pertinent Epigr. 6 in Creophyli Οἰχαλίας ἅλωσιν et fr. 92 Bentl. ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. Itaque hexametrum illum ex epigrammate a Callimacho Epicharmi Sirenibus praeposito sumptum censemus. Ceterum τοξοχίτωνες, quod Schneidewinus satis audacter novatum arcubus armatos significare censet, nos quidem a librario antecedentis vocis τοξοφόρων recordatione decepto male pro χαλκοχίτωνες scriptum arbitramur.

vavit. Epicharmi fragmenta illam solam offerunt, fr. 9 *ῥίνεσσι*, 156 *γυναικάνδρεσσι*; apud Sophronem fr. 99 est *τρηματιζόντεσσι*; apud Archimedem longior forma breviore frequentior est, ut de Hel. p. 217 *κομισθέντεσσι*, p. 220 *διαστημάτεσσιν* (unde corrigas *διαστήμασσιν* p. 253. 254), Aren. p. 331 *κεκοινωνηκότεσσι* et *μεταλελαβηκότεσσι* etc. Apud Thucydidem V, 79 *πολίεσσι* est in bonis libris, unde corrigas *πολίεσι* V, 77. Pseudo-Pythagorei eandem formam frequentant, ut Archytas in Stob. Floril. I, 74. 79 *πάντεσσι*, III, 76 *μαθημάτεσσι*, *ἀκρoαμάτεσσι*, *πραγμάτεσσιν* etc. Haud raro alterum *σ* omissum est, ut *παρεόντεσι* CXV, 27, *θρεμμάτεσι* XLVI, 61 etc., quae non minus falsa sunt quam *μαθημάτεσι* III, 76, cui nunc e cod. A alterum *σ* accessit. Recte etiam *πολίεσι* Pind. Pyth. VII, 9 a Boeckhio damnatum est.

In tabulis Heracleensibus terminatio *ασσι(ν)* sola reperitur: *ἔντασσιν* I, 56 pro *οὖσι*, *ὑπαρχόντασσιν* I, 127, *πρασσόντασσι* I, 110, *ποιόντασσι* I, 2 (de *ν ἐφελκ.* vide §. 10, 12). — Jam igitur, quum in titulis Alexandri aetatem superantibus sola longior terminatio *ασσι* vel *εσσι* reperiatur, neque aliter apud Epicharmum, dubitare licet an brevior terminatio *σι* recentiore demum tempore in Doridem invecta et *χερσίν* apud Sophronem pro corrupto habendum sit. Sed quum utraque terminatio jam antiquissimis temporibus apud Graecos in usu fuerit et quum Aeoles quoque utraque eodem tempore usi sint, vid. L. I §. 23, 3, quidquam affirmare non audemus.

Postremo in titulo Delphico nr. 1693, l. 3. 7 et in simillimo Rossii nr. 67, l. 13. 25 leguntur dativi *ἀγώνοις* et *ἐντυγχανόντοις*, in alio Delphico, quem edidit Curtius Mus. Rhen. Nov. II p. 114 *Λαμιέοις* pro *Λαμιεῦσι*, *Λαμιέεσσι*, et in Aetolorum ad Milesios epistola, cujus initium servavit Aristophanes grammaticus apud Eustath. p. 279, 40, *γερόντοις*, postremo *παθημάτοις* in versu ab eodem Aristophane allato, quem comici cujusdam poëtae esse hominem Aetolum inducentis Meinekius suspicatus est Comm. IV p. 626. Jam egimus de singulari illa

forma L. I §. 54, 3 eamque septentrionali Graeciae propriam et contractione quadam e longiore ἀγώνεσσι etc. natam indicavimus. Nunc in Tauromenitano titulo Franzii saepe repetitos legimus dativos ἱερομναμόνοις et σιτοφυλάκοις. Ceterum quum in antiquiore Amphictyonum decreto nr. 1688 terminatio εσσι sit, formam in οις paullo recentiore tempore in usum venisse conjicimus.

4) Male grammatici tradunt [2]), accusativi pluralis terminationem ας in Doride vocalem producere, id quod ex accentus ratione Dorica, de qua vide §. 3, 4, collegisse videntur. Productionis neque ullum exemplum reperitur et corripiunt ultimam, ne plura afferamus, apud Epicharmum fr. 23 λεπάδας, μύας, σωλῆνας. Ulterius progressus scholiasta Theocriteus adeo nominativum pluralem declinationis tertiae in αι exeuntem somniavit.

Quam accentus rationem Dorienses in hac declinatione propriam habeant, vide supra §. 3.

5) Vocum earum, quarum stirps in ι desinit, haec est declinatio:

Singularis genitivus vulgo in ιος exit, ut πόλιος Heracl., οἰκήσιος Amph. 1688, κρίσιος Rhod. 2905, φύσιος Epich. 135, etiam in titulis paullo recentioribus, sed minus corruptis. Atticum διαλύσεως in Ther. 2448. VIII, 4 nobis suspectum est. In Phocico Rossii nr. 81 est ἀναθέσεος, in recenti Cretico nr. 2567 πόλεος. — Dativus in antiquioribus titulis habet terminationem ῑ, quae est ex ιι contracta: πόλι Heracl. I, 108, Λυγδάμι et Σχινοῦρι Corcyr. 1840. Eadem rectius scriberetur Acharn. 721 et Thucyd. V, 77. 79, ubi libri πόλει praebent. Vulgaris forma est in titulis Alexandri aetate re-

2) Scholl. Il. ε, 371. οἱ Δωριεῖς ἀπεναντίως τῇ κοινῇ διαλέκτῳ τῶν μὲν εἰς ᾱς εὐθειῶν πληθυντικῶν λήγουσῶν τὰ δυϊκὰ (leg. τὰς αἰτιατικὰς) διὰ τοῦ ᾱ μακροῦ ἐκφέρουσιν, τῶν δὲ εἰς ᾰς τὰς αἰτιατικὰς διὰ τοῦ ᾰ βραχέος ἐκφέρουσιν. Eadem docent Eustath. 558, 23 et Drac. 10, 17, eundem Homeri locum spectantes. — Scholl. Theocr. I, 109 vid. §. 3 not. 10.

centioribus, ut *ἀναγορεύσει* Rhod. 2525, b, *παρευρέσει* et *πόλει* Corcyr. 1845, *παρευρέσει* Ther. 2448 etc.

Pluralis Nominativus apud antiquiores Dorienses in *ιες* exit: Epich. 5 *μάντιες*, 30 *πρήστιες*, Lysistr. 981 *πρυτάνιες*, Thucyd. V, 77. 79 *πόλιες*. — **Genitivus** vulgo in *ιων*, ut *πολίων* Herm. 1193, *πρυτανίων* Astyp. 2484. 2485, *ὑποθεσίων* Archim. Aren. p. 319. Quod in Cret. 2556, 52 *πόλεων* scriptum est, miramur. — **Dativus** apud antiquiores in *ιεσσι*, ut *πολίεσσι* Thucyd. V, 77. 79; in titulis infra Alexandri aetatem est vulgaris forma, ut *πόλεσι* Herm. 1193, Cret. 2556, *πρυτάνεσι* Rhod. 2905, *ἐπιχύσεσι* Rhod. 2525, b. — **Accusativus** vulgo in *ιας*, ut *κρίσιας* Corcyr. 1845, *πόλιας* Cret. 3053, *ἐμμάνιας* Cret. 2555, *ἀποδείξιας* Archim. Aren. p. 320.

Itaque hoc est hujus declinationis schema:

	Singularis.	Pluralis.
Nom.	*πόλις*	*πολίες*
Gen.	*πόλιος*	*πολίων*
Dat.	*πολῑ*, rec. *πόλει*	*πολίεσσι*, rec. *πόλεσι*
Acc.	*πόλιν*	*πολίας*.

Vides, ubique *ι* teneri praeterquam in dativi pluralis breviore forma, ubi *πόλισι* cacophoniae causa evitatum est. Quare quanquam ea non reperitur in fontibus Alexandro antiquioribus, non videtur tamen ex Attica dialecto assumpta esse, sed, si quidem antiquior Doris breviore terminatione usa est, eam non *ισι* sonuisse persuasum habeto. De *ει* pro *ῑ* in dativo singulari a recentiore Doride assumpto vid. §. 22, 3.

Sequuntur hanc declinationem haud pauca nomina propria, quae vulgo *ο* asciscerent: Gen. *Πάριος* Pind. P. VI, 33, *Θέτιος* Ol. IX, 32 etc., *Σωτήριος* fem. Delph. 1705, *Ἰσοπόλιος* Anaph. 1 R. *Ἀριστοπόλιος* Taurom. apud Torremuz. VIII, 6, *Λευκάσπιος* (ut corrigimus pro *Λευκασπιῳς*) Cyren. 6, Dat. *Λυγδάμι* et *Σχινούρι*, loci nomen Corcyr. 1840, *Σαράπει*, *Ἴσει*, *Ἀνούβει* Ambr.

1800 et *Σαράπει* Phoc. 81 R. Idem fit in omnibus nominibus propriis virorum, quae more Doribus consueto longiorem terminationem *ιας* in *ις* corripiunt. Eo pertinent *Ἆγις*, Laconicum nomen notissimum pro *Ἀγίας*, *Φίντις* Pind. Ol. VI, 22 pro *Φιντίας*, *Λῦσις*, Pythagoreus, pro *Λυσίας*, et genitivus *Λύσιος* Cyren. 2, *Δεῖνις* pro *Δεινίας*, unde Gen. *Δείνιος* in Cyrenaico titulo minore et Pind. Nem. VIII, 16, *Ἀνάξιος* et *Ἄναξιν* Cyren. 5, *Ἄριστις* et *Δέξις* Cyren. 6 (illud etiam Theocr. VII, 99), *Δάμιος* Gen. in Cyrenaico minore, *Κάλλις* Herm. 1211, *Νίκιος* Delph. 1705, Herm. 1205 et *Νῖκιν* Herm. 1197, *Φάνιος* Cret. 2557, *Σώσιος* in titulo Acrensi et Cyren. 4 etc. Vulgo ejus generis nomina apud scriptores non Doricos *δ* asciscunt, ut *Ἄγιδος*, *Λύσιδος*, cujus generis *Νίκιδος* legitur Herm. 1210. Ceterum, id quod obiter adnotamus, male *Ἄγις* cum acuto scriptum est apud Thucydidem V, 24, ubi recte Goellerus circumflexum restituit (temere Poppone judice), *Λύσις* apud Diog. Laert. VIII, 42 et sic saepe. — In substantivis appellativis *δ* retinetur, ut *πενταετηρίδα* Heracl., *τριετηρίδα* Rhod. 2525, b, *ἀσπίδος* Amph. 1688, Epicharmea *κουρίδες*, *σκιαθίδες*, *θυννίδες*, *σμαρίδες* etc., nec recte grammatici de dialectis [3]) ita praecipiunt, ut *δ* ubique ejectum esse videatur. In adjectivis cum *πόλις* compositis vix unquam assumptum est, ut *μεγαλοπόλιες* est apud Pindarum; nominum propriorum genitivos *Ἰσοπόλιος* et *Ἀριστοπόλιος* supra attulimus. Ceterum, quantopere nomina propria ad hanc declinationis rationem inclinaverint, maxime docet genitivus *Λευκάσπιος* Cyren. 6, quum *ἀσπίς* *δ* retineat.

6) Nomina in *ος* et *ης* (Gen. *εος*) in antiqua Doride contractionem non patiuntur, praeterquam in dativo singulari; *θέρει* quidem iambum efficit apud Epicharmum fr. 34. Reliquorum casuum exempla sunt: *Δεινομένεος* in galea Hieronis C. I nr. 16, *σκότεος* Sophr. 79, *μέλεος*

3) J. Gr. 242, b, Gr. C. 311, Meerm. 656, Vatic 693, qui Homericum *Πάριος* apponunt.

Timocr. 2, *τριήρεες* Lysistr. 172, *κοριοειδέες* et *ἐριθακώδεες* Epich. 26. 33. 50, *εὐμάρεα* Epich. 23, *κάρφεα* Sophr. 45. Retinuerunt eum usum maxime Cretenses, in quorum titulis etiam *εα* servatur: *Μενεκλέα* 3052, *τέλεα* 2556; adde *Κρητογενία* 2554, 176 et *ψούδια* pro *ψευδῆ* apud Photium, quae *ι* pro *ε* errore scriptum habere videntur, vid. §. 17, 3. De *βιοπλανής* pro *βιοπλανεῖς* vid. §. 21, 3. Plerique tituli, etiam tabulae Heracleenses, reliquos casus contrahunt praeter genitivos, ut *Fέτεος* et *χαράδεος* (a *χάραδος* pro *χέραδος* vid. §. 16) Heracl. (singulare est *Τιμοκράτιος* I, 118), *Ἀριστομένεος* Corc. 1845, *Ἀριστομένη* ibid., *ἔτη* Heracl. Corcyr. *Fετέων* Heracl., *ἀφανέων* Aetol. 3046. — Genitivus singularis in *ευς* contrahitur maxime in titulis Rhodiis, Astypalaeensibus, Cyrenaeis, ut *ὄρευς* Rhod. 2905, *Μοιραγένευς* Astyp. 2483, *Εὐφάνευς* Cyren. 7. 8, quae genitivi terminatio grammaticis prae ceteris Dorica est [4]). Vulgari ratione genitivus potissimum in Ther. 2448 contractus legitur, ut *γένους*, *Πραξιτέλους*. Iidem tituli, qui genitivum singularem, reliquos quoque casus eosque vulgari ratione contractos exhibent, ut *ἐτῶν* Rhod. 2905, *συγγενῶν* Ther., *ἀσφαλεῖς* acc. Ther. 2448. III, 11. Accuratius de genitivi singularis contractione supra disputavimus §. 26. Itaque hoc paradigma statuendum est:

Singularis.

Nom.	*γένος*	*συγγενής* n. *συγγενές*
Gen.	*γένεος*, Rhod. etc. *γένευς*, Ther. *γένους*	*συγγενέος*, Rhod. etc. *συγγενεῦς*, Ther. *συγγενοῦς*
Dat.	*γένει*	*συγγενεῖ*
Acc.	*γένος*	*συγγενέα*, rec. *συγγενῆ* n. *συγγενές*
Voc.	—	*συγγενές*.

4) Choerob. Bekk. 1236, J. Gr. 242, b, Gr. C. 298, qui Homericum *Διογένευς* apponunt; de *ἐρίβευς* Et. G. 273, 27 etc.

Pluralis.

Nom.	*γένεα*, rec. *γένη*	*συγγενέες*, rec. *συγγενεῖς* (*συγγενές*) n. *συγγενέα*, rec. *συγγενῆ*
Gen.	*γενέων*, Rhod. Ther. etc. *γενῶν*	*συγγενέων*, Rhod. Ther. etc. *συγγενῶν*
Dat.	*γενέεσσι*, *γένεσι*	*συγγενέεσσι*, *συγγενέσι*
Acc.	*γένεα*, rec. *γένη*	*συγγενέας*, rec. *συγγενεῖς* n. *συγγενέα*, rec. *συγγενῆ*.

Dativi pluralis exemplum in purioribus fontibus legere non meminimus; itaque secundum analogiam finximus. Longiore forma *γενέεσσι* antiquiores Dores usos putamus. — Non Dorica sunt heteroclita, quae in recentibus titulis leguntur: *Θηραμένου* in Pholegandrio Rossii nr. 29, *Φερεκράτου* Anaph. nr. 7 R. (*Ἐχεκράτου* in Ther. 2448. III, 21, quod contra ipsius tituli consuetudinem peccat, corruptelae suspectum est); deinde *Ἀριστομένην* Anaph. 2478, *Στρατοκλῆν* Astyp. 2488, *Διομήδην* in marmore Farnesiano etc., vocativus *Σωκράτη* et similia Argiv. 1148 seqq. Contraria ratione peccant *Βασιλείδευς* in titulo Coo nr. 2513 et Rhodio 2546, *Σαμιάδευς* Rhod. 2534, et ipsa recentia atque ab Ionibus, si quid videmus, accepta. Nam Doricum *Βασιλείδας* haud facile ad tertiam declinationem delabi poterat.

Voces cum *κλέος* compositae ubique *ε* ejiciunt: Nom. *Ἡρακλῆς* Sophr. 27. 100 etc. — Gen. *Ἱπποκλέος*, *Διοκλέος* etc. in Tegeat. Megalop. Hermion. Megar. Acarn. Corcyr. Cret. Agrig. Gel. Acr., et contracte *Σωσικλεῦς*, *Χαρικλεῦς* in titulis Rhodiis, Cyrenaeis etc. vid. §. 26, 3; nunquam *Σωσικλοῦς* vel similia leguntur. Pindarus adeo *κλεός* dixit pro *κλέεος* secundum Scholl. Nem. II, 77, Et. M. 517, 25, Et. G. 326, 3. — Dat. *Φαινοκλεῖ*, *Θαμικλεῖ* Corcyr. 1840 etc., Acc. *Μενεκλέα* Cret. 3052. Vocativi exemplum in purioribus fontibus non reperitur; sed videtur *Ἥρακλες* Doricum esse. — Plenior forma in titulis recentibus vulgaris linguae est, ut Ther. 2557 *Ἰσοκλέους*, 2473 *Σωσικλέους*. E Timocreonte *Θεμιστοκλέους*

expellendum erat et Θεμιστοκλῆ', quae forma non minus a Doride aliena est.

Neutra in ας apud Dorienses ι abjicere ut κέραος, quae ratio omnino antiquior est, docent J. Gr. 242, b. Gr. C. 311, Meerm. 656, Vatic. 693. Vix recte δέρος et κῶος Dorica esse traduntur pro δέρας et κῶας in Et. M. 257, 9.

6) Voces in υς (gen. εος) contractionem ne in nominativo quidem et accusativo pluralis admittunt, ut πρέσβεες in decreto Agrigentinorum, τραχέες Epich. 116. Minus Doricum est πρέσβεις Lysistr. 1102. Vulgari quoque linguae commune est τὰ ἡμίση Ther. 2448. VI, 17. Ejusdem vocis nova forma τὸ ἥμισον legitur in Rossii titulis Phocicis nr. 73 et 74, b. Neutrum pluralis τὰ θήλεια Ther. 2448. II, 29 Arati usu v. 1068 sustinetur, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 62 not. 3.

7) Nomina in ευς teste Prisciano [5]) Dorienses ευ in η mutantes Τύδης, Voc. Τύδη, Acc. Ὄρφην proferebant. Sed Antimachus et Ibycus, quos apponit, non sunt genuinae Doridis auctores, neque in purioribus fontibus ullum exemplum reperitur, quod aliquo jure eo trahi possit, nisi forte Hesychianum ἀντιβολής, στρωτὴρ μικρός, quod Laconice pro ἀντιβολεύς esse videtur. Certius ἱερής pro ἱερεύς est in dialecto Arcadica, vid. L. I §. 53. Vulgo apud Dorienses nominativus in ευς exit et per reliquos casus in hunc modum flectitur:

Singularis genitivus in εος: Argiv. 1120 Κρηθέος, Megar. et Calaur. 1188 βασιλέος, Delph. 1693 Λαοδικέος, Acarn. 1793 γραμματέος, Corcyr. 1845 Μαχαρέος

5) Priscian. I p. 283 de Achilles, Ulixes: „in quo Dores sequimur, qui pro Φυλεὺς Φύλης, pro Ὀρφεὺς Ὄρφης et Ὄρφην dicunt, pro Τυδεὺς Τύδης. Sic Antimachus in I Thebaidos· Τύδης τε Οἰνείδης. Et vocativum in ē productum: τὸν καὶ φωνήσας προσέφης Οἰνείδη Τύδη teste Herodiano, qui hoc ponit in primo Catholicorum. Similiter Ibycus ὀνομάκλυτον Ὄρφην.“ (vid. Schneidew. ad Ibyc. fr. 22, qui multa bene correxit).

etc. Contractio, quae a grammaticis [6]) Doridis esse dicitur in *Ἰδομενεῦς*, *Ὀδυσσεῦς* (quae sunt Homerica), nusquam reperitur. Attica terminatio *εως* praeter titulos dubiae fidei et valde recentes etiam in Rhodiis nr. 2525, b et 2905, ceterum satis puris, sola regnat, ut *ἱερέως*, *βασιλέως*, *Μακαρέως*. — D a t i v u s nihil differt a vulgari ratione, ut *ἀμφορεῖ* Epich. 91. — A c c u s a t i v u s apud Dorienses in *η* exire refertur [7]), eaque terminatio vulgo in titulis apparet, ut *βασιλῆ* Rhod. 2905, *Ἀλεξανδρῆ* Rhod. 2525, b, *Λαοδικῆ* Chal. 1607, *Πατρῆ* Acarn. 1793, nec dubitamus, quin pro *βασιλῆα* Delph. 1693, quae forma a Doride abhorret, *βασιλῆ* restituendum sit; ibidem est *Λαοδικέα*.

P l u r a l i s n o m i n a t i v u s aliquoties non contractus reperitur, ut *Πριανσιέες* Cret. 2556, 46, *ὑπογραφέες* Acr. 3, *τομέες* Archim. de Hel. p. 244. Saepius in titulis vulgaris forma legitur, ut in Rhod. *Πριανεῖς*, Hermion. Chal. Delph. Post contractionem extrema syllaba correpta est in *Πριανσιές* Cret. 2556, 30 et *ἱαρές* Cyren. 7, vid. §. 21, 3. — G e n i t i v u s ubique fere in *εων*; in Chal. 1567 et *Χαλκιέων* et *Χαλκιῶν* legitur. — D a t i v u s *Πριανσιεῦσι* Cret. 2556, (*πρυτα*)*νεῦσι* a rariore *πρυτανεύς* Boeckhio supplente Rhod. 2530, *Λαμιέοις* Delph. vid. supr. nr. 3. Callimacheum *δρομέσι*, de quo vide Schneidew. Exercitt. Critt. p. 20, Buttmannus Gr. Gr. §. 52 not. 6 non recte Doricum judicavit, *τομέσι* comparans, quod in Archimedis editione Basileensi p. 99 corrupte legitur, quum in Oxoniensi p. 247 *τομεῦσι* sine lectionis discrepantia editum sit. — A c c u s a t i v i soluta forma casu non reperitur; *Πριανεῖς* est Rhod. 2905 (corrupte

6) Herod. Oxx. III, 233, 29 et 236, 28. — Choerob. Bekk. 1204. 1240, cf. 1236. — Id. in H. Ad. 268, a, Et. M. 189, 29, Et. G. 273, 27, Eustath. 1965, 25, Gr. C. 178.

7) Scholl. Il. *ο*, 339 et Et. M. 670, 9 ad Homerica *Μηκιστῆ*, *Τυδῆ*. — Herodian. Oxx. III, 238, 6. *Πόθεν τὸ Τυδῆ καὶ βασιλῆ παρ᾽ Ὁμήρῳ; φαμὲν ὅτι παρὰ Δωριεῦσίν ἐστιν ἡ κλίσις καὶ γοῦν ὑπάρχει βασιλῆϊ, βασιλῆα* (suspicor *βασιλέος, βασιλεῖ, βασιλέα*) *αἰτιατική· καὶ κατὰ συναλοιφὴν βασιλῆ, ὥσπερ Κηφέα Κηφῆ.*

Πριηνῖς Corc. 1842) et ultima correpta *ἱαρές* Cyren. 1, vid. §. 21, 3.

8) Femininorum in *ω* et *ως* genitivus in mitiore Doride vulgarem terminationem *ους* habet, ut *ἀοῦς* Epich. 82 ab *ἠώς*, *Συρακοῦς* Epich. 166, *Κλεοῦς* Delph. 1705, a, *Ἀριστοῦς* 1705, b, neque aliter Pindarus, vid. Boeckh. Nott. Critt. ad Pyth. IV, 103. Severior Doris *ως* proferebat, ut *Σαπφῶς*, vid. §. 25, 3, et sic *Ἀχῶς* Mosch. 6. Neque tamen certum est, num ad antiquam dialectum referenda sint, quae ejus generis in recentissimis titulis Laconicis reperiuntur *Ξενῶς* 1365, *Ἀφροδῶς* 1386. Eadem enim terminatio conspicitur in recentissimis titulis eorum populorum, qui mitiore Doride usi sunt, ut *Δαμῶς* Phoc. 81 R., *Νεικασῶς* Delph. 1710, *Καλλιστῶς* Locr. 1763, *Ἀκευσῶς* Anaph. 2481, vid. infr. — In decreto Amphictyonum nr. 1688, 8 legitur *Λατός*, quod recte ultimam corripere videtur, vid. §. 21, 3. Postremo Choeroboscus in Il. Ad. f. 268, b testatur, nonnullos Doriensium *Σαπφόος* proferre, quocum conferas Pindaricum *Ἀόος* Nem. VI, 54, quod recte metri in gratiam pro *Ἀοῦς* restitutum est.

Dativus, ut vulgo, nisi quod *Λατῷ* a *Λατώ*, oppidi nomine, legitur in Cret. 2554.

Accusativus vulgo nihil discrepat cum Attica dialecto. Sic etiam *Λατώ* in Cret 2555: sed *Λατών*, et deae et oppidi nomen, legitur Cret. 2554, *Δαμών* Phoc. 81 R. Itaque recenti tempore invaluisse videtur, ut feminina in *ω* exeuntia secundum primae declinationis analogiam flecterentur: *Σαπφώ*, *Σαπφῶς*, *Σαπφῷ*, *Σαπφών* sicut *τιμή*, *τιμῆς*, *τιμῇ*, *τιμήν*, quam declinationem vocum in *ω* nonnulli grammatici antiquissimam putabant, vid. Choerob. Bekk. 1202. Comparanda est usitatissima in nominibus propriis masculinis flexionis ratio, ut *Ἴδας*, *Ἴδα*, *Ἴδᾳ*, *Ἴδαν* — *Φιλῆς*, *Φιλῆ*, *Φιλῇ*, *Φιλῆν* — *Τάλως*, *Τάλω*, *Τάλῳ*, *Τάλων*, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 56 not. 1, eo diversa, quod *ς* est in nominativo, non in genitivo. Jam Creticum oppidum *Λατώ* ex antiquiore usu dativum

Λατῷ et accusativum *Λατών* habere, ad feminarum nomina eandem rationem recenti demum tempore translatam existimamus. *Λατών*, deae nomen, nr. 2554 male tradi videtur pro *Λατώ*, nec in Aetol. 1756 cum Boeckhio *Καλλιστῶς* scripserim pro *Καλλιστος*, sed *Καλλιστοῦς*.

9) Comparativi in *ων* raro *ν* ejecto contractionem patiuntur, *μείω* Heracl. I, 126 pro *μείονα*, *πλέω* Calymn. 2671, *ἐλάσσως* Lysistr. 1263 pro *ἐλάσσονες*. Simile quid factum est in accusativo *Ἀπόλλω* Lysistr. 1302 et *Ἀπέλλω* apud Epilycum. Inter Doricae apocopae exempla *κυκεῶ* commemoratur a Tryphone *παθ. λεξ.* §. 39.

§. 31.

De declinatione anomala.

1) Terminationem *φι* in genitivo a Sicyoniis saepissime asciscì testis est Apollonius de adv. p. 574, 30. Alcmanis *ὠρανίαφι* fr. 42 (5), quem recte a grammaticis vocativum perhiberi nosmet persuasum habemus et Ibyci *Λιβυαφιγένης* apud Herodianum *π. μ. λ.* 38, 17 non sunt Dorica, sed poëtice ficta.

2) Metaplasmi nonnulla genera supra tetigimus, alia, quae ad singulas quasdam voces pertinent, mox commemorabimus. Hic de uno genere dicemus. Nonnullae enim voces in *ας*, quarum genitivus vulgo in *αντος* exit, declinationem primam sequuntur. Ita a *Καρτιδάμας* in titulis Theraeis nr. 2448. III, 22 et 2454 est genitivus *Καρτιδάμα*, quum in recentiore nr. 61 Act. Ber. *Καρτιδάμαντ(ος)* et in alio recenti Athenis a Theraeis posito C. I. nr. 345 *Καρτιδάμαντος* vulgari ratione scriptum sit. Item genitivus *Ἀλκιδάμα* legitur in titulo Zacynthio nr. 1934. — Deinde a *πελεκᾶς* Dorienses genitivum *πελεκᾶ* pro *πελεκᾶντος* finxisse traduntur a Suida s. v. et Scholl. Arist. Av. 882. Conferatur etiam *Ἀμύκλας*, Amyclarum conditor, cujus nomen et in *Ἀμύκλα* (hoc fortasse apud Lacones) et in *Ἀμύκλαντος* flecti traditur a Stephano Byz. s. v., unde hausit Eustath. 295, 15.

3) Singulae voces anomalae vulgarem rationem relinquunt hae:

Ἄρης, unde accusativus Ἄρεα est in Cret. 2554, 181 et 2555; vix recte Ἄρηϊ Doricum dicitur, vid. L. I §. 22 not. 6.

Ἄρτεμις et Θέμις a Doriensibus per τ flecti traduntur [1]) et leguntur Ἀρτάμιτος Amph. 1688, Ἀρτάμιτι Corcyr. 1849, Ἀρτάμντι Argiv. 1172, ubi ν corruptum putamus, Ἀρτέμιτι Zacynth. 1934 et Anaph. 2481; Ἀρτέμιτος ex Alcmane affert Herodianus apud Eustath. 1618, 29; Acc. Ἄρτεμιν est Cret. 2554. 2556. Doricum τ apparet etiam in derivatis Ἀρταμίτιον, Ἀρτεμίτιον, Ἀρταμίτιος, Ἀρτεμίτιος, vid. §. 6, 4. — Θέμις et nomen proprium et appellativum Dorica flexione utitur apud Pindarum, Θέμιτος Ol. XIII, 8 et θέμιτες Ol. XI, 25; derivati inde nominis genitivus Ἀριστοθέμιτος est in titulo Megalopolitano nr. 1535.

βοῦς in certioribus Doridis fontibus, qui nunc quidem manant, vulgarem rationem non relinquit. Nam leguntur Nom. βοῦς Epich. 97, Gen. βοός Amph. 1688, Dat. βοΐ Epich. 97, Acc. βοῦν Hermion. 1193, Nom. Pl. βόες Sophr. 69. De Dorico, quod fertur, βῶς supra disputavimus §. 20, 10. Simillima declinatio est vocis

χοῦς, unde in tabulis Heracleensibus leguntur Gen. χοός I, 36. 57, Dat. χοΐ I, 55, Acc. Plur. χοῦς I, 55. De nominativo χοῦς vel χῶς vide §. 20, 10.

γέλως Acc. γέλωτα Epich. 19, ut vulgo, unde intelligitur simul, ἔρως flecti ἔρωτος etc.

γυνή vel Dorice γυνά vocativum γυνά habet Epich. 72. Vulgarem consuetudinem sequuntur γυναῖκες et γυ-

1) Choerob. Bekk. 1188. Θέμις Θέμιδος Θέμιτος λέγουσιν οἱ Δωριεῖς — καὶ τὸ Ἄρτεμις Ἀρτέμιδος Ἀρτέμιτος καὶ χάρις χάριδος χάριτος. — De θέμις Herodian. Oxx. III, 232, b, Et. M. 445, 18, Eustath. 735, 52. Male χάριτος e Doride fluxisse putabatur, de quo adde Eustath. 1618, 30 etc. — Perperam θέμιστος Doricum habetur ab Eustathio p. 92, 46.

ναικῶν Sophr. 33. 54, γυναῖκας Epich. 5. Quid lateat apud Joannem Grammaticum f. 243, a et Gregorium Corinthium p. 345, qui tradunt Siculos τὴν γυναῖκα γανήν (all. γάναν) dicere, obscurum est.

δόρυ genitivum δόρατ(ος) habet Amph. 1688, unde etiam de vocis γόνυ declinatione conjectura fieri potest.

Ζεύς, Gen. Διός Cret. 2554 etc., Dat. ΔιFί C. I. nr. 29 et fortasse Corcyr. 1869, Δί in galea Hieronis nr. 16; praeterea Ζανός etc., vid. §. 19, 6. Nominativo Δίς Rhintho usus fertur a Choerobosco Bekk. 1194, quae forma commemoratur etiam ab Herodiano π. μ. λ. 6, 15, Theognosto Oxx. II, 135, 8 et Arcadio p. 125, 2. Alcmanem nominativum Ζάν usurpasse Lobeckius Parall. p. 71 tradit ex Anecdotis Baroccianis in Mus. Philol. Cantabr. II, 413; in Anecdd. Oxx. III p. 228 seqq., ubi eadem excerpta repetita sunt, nihil ejus generis legimus. Idem Lobeckius p. 92 Ζείς in nummo Syracusano confert cum μείς, μηνός. At Doricum Ζανός non poterat nominativum Ζείς habere, quare de hac forma valde dubitamus.

ἥρως. Priscianus 2) tradit Syracusanos ἥρων pro ἥρως dixisse exemplo e Sophrone allato, ubi παρ' ἡρώνεσσι legendum esse videtur. Conferenda sunt ἅλως, ταώς, τυφώς, quae in vulgari lingua per reliquos casus ν asciscunt, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 56 not. 9. Itaque plebejam Syracusanorum elocutionem, quae ἥρωνος, ἡρώνεσσι proferebat, nominativum ἥρως mutasse non credimus. Deinde notatu dignum est, quod in Ther. 2448. II, 5. 14. 27 ἡρῴων cum iota scriptum traditur, semel

---

2) Priscian. I p. 265 Kr ubi de Minonis pro Minois apud Sallustium in V historiarum: „Syracusani enim heron pro heros dicunt. Sic Sophron Parenon pro Parenos dixit.“ Ultima corruptissima in melioribus libris sic leguntur: Erl. 2 παρηρωνσινων ηροσι. Dresd. 2 ΠαΡεΡοΠεCιΝοΗεΡοCι etc., unde Krehlius in Addendis p. 518 conjicit: „παρ' ἥρωνσι (aut ἡρώνεσι) non ἥρωσι.“ At ἥρωνσι nimis barbarum esset; longior dativi forma geminatum sigma postulat.

sine iota II, 12 et *ἥρωσι* IV, 7. Boeckhius iota delevit; nos paullulum dubitamus, an e summa antiquitate retentum sit. Quum enim antiquissima lingua hiatus in mediis vocabulis impatiens esset, saepe inter vocales iota consonans interjecit, quo in vocalem mutato nata sunt *ἵπποιο* pro antiquo *ἱππόο*, *ἐμεῖο* pro *ἐμέο*, *στείω* pro *στήω*, *τεθνειώς* pro *τεθνηώς* etc., vide quae disputavimus in libello de conjugatione in *μι* p. 19. Nonne probabile est, illud iota in *ἥρῳων* ad eandem originem referendum esse? Nec Syracusani alia de causa *ν* interseruisse videntur. Ceterum vulgaris forma *ἥρωος* est in Amph. 1688.

κλείς. Nominativus *κλάξ* legitur apud Theocritum XV, 32 (codd. A. K. *κλάγξ*) et Doricus dicitur a scholiasta ad hunc locum et ad VI, 32, mira forma et dubitationi valde obnoxia. Si integra est, quomodo orta existimari possit, supra diximus §. 19, 6. Certius Dorica habenda sunt *κλαΐς* et *κλαΐς* vel *κλᾴς* et inde *κλαΐδας* Pind. Pyth. VIII, 4, *κλαῖδα*, *κλᾷδας*, vid. §. 19, 6.

μήν. Grammatici testantur, Dorienses *μής* dicere [3]), idque legitur Heracl. B. 1. Sed crediderim eam formam severiori Doridi propriam esse pro Ionico et Attico *μείς*, quo mitiorem quoque Doridem usam arbitramur. Reliqui casus *μηνός* etc. non discrepant cum vulgari ratione.

ναῦς apud Pindarum et Theocritum hac flexione utitur: *ναῦς*, *ναός*, *ναΐ*, *ναῦν* (*νᾶα* apud Callicratidam Pythagoreum Stob. Flor. LXXXV, 16 e codd. A. B. pro *ναῦν* restituendum videtur), *νᾶες*, *ναῶν*, *ναυσί* (hoc etiam in Rhod. 2525) vel *νάεσσι*, *νᾶας*, neque dubitamus, quin ea declinationis ratio et vere Dorica et antiquissima sit.

3) Et. G. 381, 45 (cf. Excerpta ex Etym. Reg. Par. post Orionem p. 192, 12). *μείς· — οἱ Δωριεῖς διὰ τῆς η γράφουσιν αὐτό.* Hinc corrigas p. 383, 41 *μεὶς* (leg. *μὴς*) *Δωρικῶς*, *μὴς* (leg. *μεὶς*) *Ἀττικῶς καὶ μὴν κοινῶς* Male Et. M. 583, 3, ubi *μείς* e *μήν* natum dicitur: *καὶ ἐτράπη τὸ η Δωρικῶς εἰς τὴν ει δίφθογγον.* Commemoratur *μής* ut mutatione ortum a Theognosto Oxx. II, 134, 30 et Arcadio p. 126, 9.

Grammatici tamen testantur [4]), Dorienses navem *νᾶν* dixisse sine *υ*. Quibus si fides habenda est, reconditioris cujusdam dialecti aut plebejae elocutionis eam formam esse putamus, cf. §. 20, 10.

ὄρνις. Dorienses *ὄρνιξ*, *ὄρνιχος* dixisse traduntur [5]), et leguntur in eam rationem apud Alcmanem, Pindarum et Theocritum, *ὄρνιχος*, *ὄρνιχα* Ol. II, 97, *ὄρνιχες*, *ὀρνίχων*, *ὄρνιξιν* et *ὀρνίχεσσι* et compositum *ὀρνιχολόχος*. At nominativus *ὄρνις* reperitur Alcm. 9 (12) et Pind. P. IV, 19, accusativus *ὄρνιν* Pind. P. IV, 216, nominativus pluralis *ὄρνεις* Alcm. 12 (21), nusquam *ὄρνιξ*. Quare Buttmannus Gr. Gr. I p. 231 recte judicare videtur, hanc nominativi formam a grammaticis propter reliquos casus fictam esse.

Ποσειδῶν. Doricae formae a grammaticis commemorantur [6]) et nunc in Doricis fontibus leguntur *Ποτιδάν*,

---

4) Steph. Byz. s. v. *Κατάνη: ναῦς, ἣν Δωριεῖς χωρὶς τοῦ ῡ νᾶν φασιν.* – Et. M. 605, 24. *νᾶς παρὰ Δωριεῦσι*, unde corrigas Ann. Oxx. I, 298, 7. — J. Gr. 243, a et Gr. C. 315 *τὴν ναῦν νᾶν λέγουσιν.* — Commemoratur *νᾶς* a Joann. Al. 7, 34.

5) Athen. IX, 374. d. *οἱ Δωριεῖς λέγοντες ὄρνιξ τὴν γενικὴν διὰ τοῦ χ λέγουσι. Ἀλκμὰν δὲ διὰ τοῦ σ̄ τὴν εὐθεῖαν ἐκφέρει· ἁλιπόρφυρος εἶαρος ὄρνις.* — Phot. s. v. *ὄρνις: Δωριεῖς ὄρνιξ· παρ' Ἀλκμᾶνι δὲ ἅπαξ ὄρνις*, addito fr. 12. — Eustath. 1419, 16 — 1439, 38 et Prooem. Pind. p. 11 de Doricis *ὄρνιξ*, *ὄρνιχος*. — J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 218 (qui addit Pindaricum exemplum) *τὸν ὄρνιθα, ὄρνιχα.*

6) Choerob. Bekk. 1413. *Δωριεῖς Ποτιδὰν λέγουσιν ὀξυτόνως.* Eustath. 708, 28. *Ποτιδὰν παρὰ Δωριεῦσιν λέγεται κατὰ τὸ Ἀλκμάν.* — Et. G. 476, 57. *Ποσειδῶν παρ' ἡμῖν καὶ Ἀθηναίοις διὰ τῆς ε̄ῑ διφθόγγου γράφεται, παρὰ τοῖς Ἴωσι δὲ διὰ τοῦ ῑ μακροῦ· καὶ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι καὶ Δωριεῦσι ἔστι διὰ τοῦ ῑ γραφόμενον.* — Choerob. Oxx. II, 253, 23 de *Ποσειδῶν: οἱ δὲ Αἰολεῖς καὶ οἱ Δωριεῖς διὰ τοῦ ῑ.* — Herodian *π. μ. λ.* 10, 13. *οὐδὲν περισπώμενον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τρέπει τὸ ε̄ω̄* (leg. *ω̄*) *εἰς ᾱ παρ' Αἰολεῦσιν ἢ Δωριεῦσιν· τὸ δέ γε Ποσειδῶν ἐτράπη· Ποσειδὰν γὰρ λέγεται.* Deinde l. 27 *παρὰ δὲ Δωριεῦσι τρεπομένου τοῦ σ̄ εἰς τ̄ Ποτειδὰν* (cod. *ποσειδὰν*) *κατ' ὀξεῖαν τάσιν* (additur Epich. 16, ubi codex item *Ποσειδᾶνος*)*· εἴρηται δὲ καὶ Ποτιδᾶς* (cod. *ποτείδας*) *ὡς Κερκιδᾶς* (cod. *κερκίδας*), adduntur Epich

Ποτειδάν, Ποσειδάν, quae sunt ex antiquo *Ποτιδάων* natae, et *Ποτιδᾶς*. Prima forma legitur in his: Nom. *Ποτιδάν* Epich. 24; Gen. *Ποτιδᾶνος* Pind. Ol. XIII, 5. 39 in optimis libris, a Boeckhio non recte pejorum librorum lectioni *Ποτειδᾶνος* posthabitum, quod metrum brevem penultimam non admittat, vid. seqq.; nomen duxit ab hac forma oppidum Aetolicum *Ποτιδανία*, quod commemorant Thucydides III, 96 et Stephanus Byzantius. — Ad secundam formam pertinent: Gen. *Ποτειδᾶνος* Epich. 16 et in pejoribus Pindari libris Ol. XIII, 5. 39, deinde mira accusativi forma *Ποτειδᾶ* Acharn. 764 secundum plerosque libros (Ald. *Ποτείδαν*, Rav. *Ποσειδῶ*) et vocativus *ὦ Πότειδαν* (sic) in dicto Rhodii apud Aristidem Oratt. I p. 542, 11. — Tertia forma apparet apud Pindarum: *Ποσειδᾶν* Ol. I, 26. VIII, 31. IX, 33. Isthm. VII, 27, *Ποσειδᾶνος* Pyth. IV, 138, *Ποσειδᾶνα* Ol. VI, 58, Voc. *Ποσειδᾶν* Pyth. VI, 51. In eandem formam lacerum *(Ποσ)ειδᾶνος* Lacon. 1335 a Boeckhio restitutum est. Indidem descendit adjectivum *Ποσειδάνιος* Pind. Ol. V, 21. XI, 27. N. VI, 42 et urbis Italicae nomen *Ποσειδανία*, vid. §. 24, 5. — Postremo quartae formae genitivus *Ποτιδᾶ* est in Helotum fragmento apud Herodianum, accusativus *Ποτιδᾶν* Epich. 62, vocativus *Ποτιδᾶ* Sophr. 21, et inde nominata est Corinthiorum colonia *Ποτίδαια*. — Vides primam et quartam formam *Ποτιδάν* et *Ποτιδᾶς* certissimis et testimoniis et exemplis confirmari. Hanc *ι* producere Meinekius ad Eupol. Helot. 6 intellexit ex Epicharmeo versu fr. 62 et nominis *Ποτιδαια* analogia. Inde ne *Ποτιδάν* quidem mediam syllabam corripere colligi potest, et accedit Ionici *Ποσιδέων* analogia, quod in Etymologici Gudiani loco allato *διὰ τοῦ ι μακροῦ* scribi

---

62 et Sophr. 21, deinde: *ὁ δε τοις Είλωτας τὴν γενικὴν φησι· τέμενος Ποτιδᾶ ποντίω* (cod. *τεμενο — ποντίῳ*). — Herodian. Oxx. III, 241, 10. *Δωριεῖς Ποσειδὰν εἶπον ὀξυτόνως*, deinde l. 17. *Δωριεῖς Ποσειδὰν βαρυτόνως ἢ και Ποτίδας· Αἰολεῖς Ποτιδὰν ὀξυτόνως*, quae corruptiora esse apparet.

dicitur. Itaque antiquam et genuinam Doridem *Ποτιδάν* pronuntiasse, ut *Fίκατι* pro Ionico, Attico et Lesbiaco *εἴκοσι*, cf. §. 22, 3, certum habemus nec dubitamus Pindaro optimorum librorum lectionem *Ποτῑδᾶνος* restituere. Neque omnino secunda forma *Ποτειδάν* satis luculenta auctoritate confirmatur. Facile enim existimaveris, Herodianum *π. μ. λ.*, qui *σ* in *τ* mutari docens nihil de diphthongo mutata tradit, minus accurate locutum et codicis lectiones *Ποσειδάν* atque in fragmento Epicharmeo *Ποσειδᾶνος* e *Ποτιδάν* et *Ποτιδᾶνος*, non e *Ποτειδάν* et *Ποτειδᾶνος* corrupta esse. Jam restat mira accusativi forma *Ποτειδᾶ* Acharn. 764, quam e *Ποσειδᾶνα* natam putant ut *Ποσειδῶ* e *Ποσειδῶνα*. At ut haec apocope vel potius contractio, qua accusativus in *ω* exiens gignitur, multis analogiis utitur, ita illa singularis est atque solitaria. Itaque eo inclinamus, ut Aldinae lectionem *ποτείδαν* proxime ad verum accedere et *ν* propter Attici *Ποσειδῶ* analogiam in plerisque libris abjectum esse, denique ut quartam formam, cujus accusativus in *ν* exit, *Ποτιδᾶν* restituendam esse putemus. *Πότειδαν* in Rhodio dicto parum auctoritatis habet. Ne *Ποσειδάν* quidem sine dubitatione genuinae Doridi assignari potest Nam Pindarus eam formam e Lesbiaca dialecto asciscere poterat, et Posidonia, quam Solinus c. 2 a Doriensibus conditam dicit, secundum Scymnum Chium v. 245 et Strabonem V p. 384 potius Sybaritarum Achaeorum colonia erat, de quorum dialecto parum constat. Neque Herodiani testimonia dubitationem non admittunt; nam in libro *περὶ μον. λεξ.*, ubi *Ποσειδάν* Doridi et Aeolidi tribui videtur, Doricum *Ποτιδάν* excidisse videtur aut ab ipso omissum; in Ann. Oxx. ultima ita transponendo sananda sunt, ut *Ποτιδὰν ὀξυτόνως* Doricum dicatur, *Ποσείδαν βαρυτόνως* Aeolicum, quare etiam antecedens *Ποσειδάν* in suspicionem cadit. Restat ut de accentu dicamus. *Ποτιδάν* (nec minus *Ποτειδάν* et *Ποσειδάν*, si ea vere Dorica sunt) secundum grammaticorum praecepta et reliquorum nominum in *αν*, quod ex *αων* contractum est, analogiam (vid. §.

3, 1) acutum in fine habet nec Ποσειδᾶν, quod apud Pindarum scribitur, probari posse videtur; num vocativus Πότειδαν in Rhodii dicto recte accentum retrahat, sicut fit in Attico Πόσειδον, nescitur. Ποτιδᾶς ab Herodiano cum Κερκιδᾶς comparatur, unde constat de ultima syllaba circumflexa [7]). — Ceterum patet, male a Gregorio p. 209 Doricum vocari vocativum Ποσείδαον, qui legitur Pind. Ol. I, 75 ab Homerica forma Ποσειδάων Pindaro familiari, nec melius ab eodem p. 309 accusativum Ποσειδῶ.

οὖς. Dorienses ὦς dixisse referuntur [8]), quod legitur Theocr. XI, 32. Ea tamen mutatio ad severiorem Doridem pertinere videtur; nam οὔατα est apud Epicharmum fr. 9, contra ὤαθ' ἑταίρων Alcmani fr. 24 (61) probabili Bergkii emendatione pro ὦτα θ' ἑταίρων restitutum est et eadem forma apparet in ἐξωβάδια, ἐνώτια· Λάκωνες Hesych., in ὠατωθήσω, quod Doricum dicitur pro ἀκούσομαι [9]), in ἀμφῶες Theocr. I, 28. Dialecto non nominata ab Herodiano [10]) ὦας (quod e casibus obliquis fictum

---

7) Arcad. p. 21, 16. Τὰ εἰς δας βαρύνεται, εἰ μὴ διὰ τοῦ δος κλίνοιτο ἢ συναληλειμμένα εἴη ἢ ὑποκοριστικά, Ἴδας, Βρασίδας. τὸ μέντοι Θευδᾶς περισπᾶται, Μητρᾶς, Ζηνᾶς, Πυθᾶς· τὸ δὲ Κερκιδᾶς ἀπὸ συναλοιφῆς. — Choerob. Oxx. II, 270, 29. τὰ εἰς ᾶς εἴτε ὀξύτονα εἴτε περισπώμενα ἀρσενικά, οὐ θέλουσι τῇ ει διφθόγγῳ παραλήγεσθαι· οἷον Ζηνᾶς, Μητρᾶς, Γλισᾶς, Κερκιδᾶς, Ἰστᾶς καὶ Φιλιτᾶς. — Ann. Bekk. 1159. τὰ εἰς ας κύρια ἰσοσυλλάβως κλινόμενα καὶ ἐπὶ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον περισπᾶται, ὁ Γρᾶς τοῦ Γρᾶ, ὁ Λᾶς τοῦ Λᾶ — Μηνᾶς Μηνᾶ, Ζηνᾶς Ζηνᾶ, Κερκιδᾶς Κερκιδᾶ. Meinekii dissertationem de Cercida in Actis Acad. Boruss. 1831 p. 93 inspicere nobis non licuit.

8) Et. Or. 94, 10, Et. M. 554, 21 — 639, 2, Et. G. 94, 10. Dialecto non nominata commemoratur ab Arcadio p. 127, 3.

9) Phot. ὠατωθήσω, ἀκούσομαι· Δωριεῖς (Pors. ὠατωθήσομαι). Suid. ὠατοθήσομαι, ἀκούσομαι· Δωριεῖς. Suid. ὠατοθήσω (olim ὠατοθήσομαι), ἀκούσομαι· Δωριεῖς. — Hesych. ὠάτωθήσω, ἀκούσομαι. Genuinum esse ὠατοθήσω infra apparebit §. 35, 3.

10) Herodian. π. μ. λ. 14, 30 e correctione Meinekii ad Theocr. I, 28: οὖας καὶ ἡ γενικὴ οὔατος· καὶ ὄας ἔνθεν ὄατος· καὶ ὦας, ἔνθεν ὤατος· καὶ (ὦς, ἔνθεν) ὠτός· καὶ ὄος (leg. ὄυς) οὐκ εἰρημένον μὲν συν-

videtur) et ὤατος, ab Hesychio ὤασιν et ὤατα afferuntur. Itaque in mitiore Doride οὖς, οὔατος fuisse videtur, in severiore ὦς, ὤατος. Suspecta est Hesychii glossa ἆτα, ὦτα· Ταραντῖνοι, nec facile probari potest, quod huc trahitur ejusdem glossa αὖς, αὐτός· Κρῆτες καὶ Λάκωνες. Nam et desideraretur explicatio οὖς, ὠτός, et contra Hesychii morem genitivus additus esset nominativo. Cognatae quidem linguae in hac voce diphthongo au utuntur: Lat. auris, Goth. auso, Litth. ausis.

De pronominibus.

§. 32.

De pronominibus personalibus et possessivis.

1) Eundem ordinem sequendum ducimus, quem Apollonius in libro de pronomine optimae frugis pleno instituit.

Nominativus singularis primae personae secundum grammaticos [1]) Dorice ἐγών sonat, quod legitur Sophr. 39. 65. 74, Epich. 64. 114. 124, Lysistr. 983, Acharn. 714. 726 (Rav. ἐγώ), et saepe quidem ante sequentes consonas. Vulgaris tamen forma ἐγώ legitur in titulo Corcyraeo antiquae scripturae nr. 20, Cret. 2555, Sophr. 6, Epich. 94, 17 et 98, Acharn. 776, Lysistr. 117. 1174. 1243, neque facile a genuina Doride abjudicari potest. Adeo ante vocales ἐγώ est in titulis: nr. 20 ἐγὼ ἔστακα, nr. 2555 ἐγὼ εὐνοησῶ. Ceterum Sanscritum aham docet ἐγών antiquius esse quam ἐγώ. — Auctae

---

ἐσχηματισμένον δὲ παρὰ Θεοκρίτῳ ἀμφῶες. Minus recte Meinekius pro ὄος, unde et hic et in Etym. M. 639, 5 Theocriteum ἀμφῶες deducitur, ὦος scripsit; poterat enim utrumque fingi.

1) Apollon. de pron. 63. B, qui addit Sophr. 39, Et. M. 314, 37 — 315, 17, Et G. 159, 50, Ann. Oxx. I, 150, 11 — 162, 5, Gr. C. 248.

formae apud Dorienses sunt *ἐγώνγα* [2]), quae legitur Alcm. 34 (65), Lysistr. 986. 990, Acharn. 702. 731, et *ἐγώνη* [3]), quae ex accuratioribus grammaticorum testimoniis Laconum potissimum erat et Tarentinorum, nunc nusquam legitur.

Secundae personae nominativus apud Dorienses est *τύ* [4]), qui legitur Lysistr. 1192, Epich. 18. 20. 94. 95. 154 etc. Augetur in *τύγα* [5]), quo utitur Laco apud Plutarch. Pyrrh. c. 26, *τύγ'* Epich. 125. 130, *τύγα* Theocr. V, 89. 71 et Timocr. 1, ubi libri *τύγε*; deinde in *τύνη* [6]), quo Chilo utitur *Λακωνίσας* apud Plutarch. Conv. Sept. Sap. p. 150, A, quodque recentiorum Laconum more apud Hesychium legitur *τούνη, σύ· Λάκωνες.*

2) Genitivus singularis formarum varietate insignis est, quae inde originem habet, quod modo ς in fine additur, modo omittitur, deinde quod vocales *εο* aut non contrahuntur aut variis rationibus coalescunt.

a) Ad primam personam hae formae apud Dorienses pertinent:

ἐμέος Doricum apud Epicharmum teste Apollonio p. 95. A.

---

2) Apollon. 64. B, Eustath. 695, 26 et Et. M. 315, 17, ubi accurate de accentu et de *ν* non mutato exponitur.

3) Hesych. *ἐγώνη, ἐγώ· Λάκωνες* Apollon. de conj. 524, 4. *ἀπὸ τοῦ ἐγὼν τὸ ἐγώνη παρὰ Ταραντίνοις.* Doricum dicunt Apollon. de pron. 64. B, Et. M. 314, 44, Ann. Oxx. I, 150, 11 — 162, 5. Eustath. 641, 55, Tzetz. ad Hesiod. Opp. 10 etc.

4) Apollon 68. B, qui versum affert, quem Alcmani vindicavimus in Mus. Rhen. VI p. 234, Et. M 314, 49, Ann. Oxx. I, 412, 9, Priscian. I p. 30, J. Gr. 243, b, Gr. C. 231 etc.

5) Apollon. 68. B, Greg. C 268. Male in Et. M. 732, 30 scribitur *σύγα*, vid. L. I §. 23 not. 2

6) Doricum dicitur in Scholl. A. Il. ζ, 262 (*ἄκρως Δώριον*) et τ, 10, Eustath. 573, 20, Tzetz. ad Hesiod. Opp. 10, Et. M. 314, 20, Drac. 106, 21, ab Hesychio et Suida, cf. Apollon. de pron. 69. B, ubi dialectus tacetur. — Meerm. 659 *σύ, τοίνυ* leg. *τύνη* cum Koenio.

ἐμοῦς [7]) Syracusanorum secundum Apollon. 94. C.

μου encliticum Ther. 2448. II, 32 et saepius.

ἐμεῦς Doricum apud Epicharmum secundum Apollon. 95. A.

ἐμεῦ [8]) e Sophrone fr. 64 ut Doricum affertur ab Apollonio p. 82. C. Idem legitur Theocr. XIV, 27 etc.

μευ encliticum Ther. 2448. III, 9, in quo titulo praeterea μου traditur, et saepe apud Theocritum.

ἐμίο e Rhinthone ab Apollonio afferri videtur [9]).

ἐμίω [9]) indidem ibidem.

ἐμίως [9]) item.

ἐμῶς item.

μεθέν encliticum apud Syracusanos, quod e Sophrone fr. 46 Apollonius affert p. 83. C et p. 98. A.

b) Secundae personae haec sunt:

τέος encliticum e Sophrone fr. 75 ab Apollonio p. 95. C affertur. Convenit apud Hesychium τέος, σοῦ· Κρῆτες, vid. §. 9.

τέο Doricum ex Alcmane fr. 67 W. apud Apollonium p. 96. B.

τεοῦς e Sophrone fr. 27 ab Apollonio p. 95. C commemoratur et Theocrito XI, 25 e codicibus K. c. et

---

7) Priscian. I p. 561 Kr.: „apud illos enim (Graecos) ἐμοῦ et ἐμοῦς Dorice, σοῦ et σοῦς (potius τεοῦς), οὗ et οὗς dici solet.“

8) Praeterea Doricum dicitur Apoll. de adv 597, 32, Et. M. 189, 36, Ann. Oxx. I, 156, 32 etc

9) Apollon. de pron. 95. B. ἡ μέντοι ἐμεῖο καὶ ἔτι ἐμείω καὶ ἔτι σὺν τῷ σ ἐμείως καὶ ἐμως δισυλλάβως παρὰ Ῥίνθωνι. Ex his ἐμεῖο, notissima ex Homero forma, non poterat ab Apollonio inter Doricas enumerari, neque diphthongus in ἐμεῖο, ἐμείω, ἐμείως ulla Doricae dialecti analogia sustinetur. Deinde apud eundem Apollonium p. 96. C haec leguntur: καὶ ἔτι ἡ τίος (quae verba fortasse post ἐμέως transponenda sunt) ἡ μέντοι τίω καὶ τίως συζυγοῦσαι τῇ ἐμέω καὶ ἐμέως πάλιν παρὰ τῷ αὐτῷ Ῥίνθωνι εἴρηνται, unde patet utroque loco ἐμίω et ἐμίως restituenda esse. Neque jam dubitabis, quin ἐμεῖο ex ἐμίο corruptum sit, cf. infra.

XVIII, 41 e Juntina et Sanctamandi Vatic. 4 restitutum est. Male apud Priscianum [7]) *σοῦς* scriptum est.

τεοῦ Apollon. 96. B. e Sophr. 74 et Epich. 157. Idem Epicharmo fr. 68 e *τε οὔ* restituimus. Usurpavit etiam Callimachus in Cer. 99.

τεῦς Apollon. 96. A ex Epicharm. 64 et Theocr. V, 39, ubi idem in Juntina legitur. Praeterea *τεῦς* receptum est Theocr. II, 126 e K. et Junt., X, 36 e Junt., XI, 52. 55 e K. Junt.

τεῦ Doricum dicitur ab Apollonio p. 96. B et legitur Theocr. VII, 25, ubi nunc pro enclitica habetur, in dicto Laconico Stob. Flor. CVIII, 83 et Plutarch. Instit. Lac. p. 241. A *κακὰ φάμα τεῦ κακκέχυται,* in alio apud Plutarch. Pyrrh. c. 26 *ἔσσεται καὶ τεῦ κάῤῥων ἄλλος.*

τίος inter Dorica est apud Apollonium p. 96 et Tarentinorum esse videtur, vid. infr.

τίως Apollonius p. 96. C e Rhinthone.

τίω item.

c) Tertiae personae hae genitivi formae Doricae tribui videntur:

ἑοῦς ab Apollonio [10]), qui eam Dorico *τεοῦς* respondere dicit, neque tamen ipsam Doricam esse diserte affirmat, sed exemplum e Corinna apponit.

ἑοῦ, ab eodem cum *τεοῦ* (Dorico) compositum, ut itidem dubitare liceat, an Apollonius non in Doricis fontibus legerit.

οὗς a Prisciano [7]).

Fίο apud Hesychium (vid. §. 5. 8) Tarentinum videtur.

Itaque praeter Syracusanum *μεθέν* et formas solutas *ἐμέος*, *τέος*, *τέο* quinque vocalium *εο* conjungendarum genera spectantur: a) in *ου: ἐμοῦς*, *μου*, *τεοῦς*, *τεοῦ*, *ἑοῦς*, *ἑοῦ*, *οὗς*; b) in *ευ: ἐμεῦς*, *ἐμεῦ*, *τεῦς*, *τεῦ*; c) in

10) Apollon. p. 98. B. *ἑοῦς· αὕτη ἀκόλουθος Δωρικῇ τῇ τεοῦς, ᾗ συνεχῶς καὶ Κόριννα ἐχρήσατο* (additur Corinn. fr. 1, in quo *ἑοῦς*). — *ἑοῦ· τῇ τεοῦ ἀκόλουθος.*

ιο: *ἐμίο* et *τίος* (quibus simillimum est Hesychianum *Fίο*); d) in *ιω*: *ἐμίως*, *ἐμίω*, *τίως*, *τίω*; e) in *ω*: *ἐμῶς*. Tria ultima genera ex uno Rhinthone, cui etiam *τίος* vindicare non dubito, cognita sunt; sed quae supra disputavimus §. 26, produnt ea non aliis solum Italiotis, sed etiam Laconibus et Cretensibus communia fuisse. Reliquae formae e Siculorum potissimum dialecto traditae sunt, quanquam contractio in *ευ* praeterea illis non placebat. De *ε*, quod in *τεοῦς*, *τεοῦ*, *ἐοῦς*, *ἐοῦ* insertum esse videtur, infra dicemus.

3) D a t i v i s i n g u l a r i s hae formae Doricae sunt:

a) in prima persona:

ἐμίν [11]), quod nunc legitur Epich. 94, 9, Acharn. 699 et saepe apud Theocritum.

ἐμίνγα [12]), nunc Sophr. 53 et, si recte suspicamur, in decreto Amphictyonico nr. 1688, 7.

ἐμίνη Tarentinum e Rhinthone ab Apollonio p. 104. B. affertur, Doricum dicitur Et. M. 314, 42. Chiloni Laconi Diog. L. I, 73 *ἐπιστέλλεις ἐμίνη στρατείαν* restituendum esse videtur, quum in libris sit *ἐμὶν ἀστρατείαν* et vulgo e conjectura *ἐμὶν ἐκστρατείαν* scribatur.

μοι encliticum est in Ther. 2448, Acharn. 704. 738, Epich. 3. 19 etc.

b) in secunda persona:

τίν [13]) Alcm. 15 (29), saepe apud Pindarum et Theocritum. Male in loco Alcmanico *καί τιν* editur, quasi enclitica esset; recte enim Theocr. XXI, 28 *ποιεῖ τιν*, quod olim ex emendatione legebatur, nunc explosum est.

τίνη Tarentinorum esse dicitur ab Apollonio p. 104. C et restituendum videtur in Archytae Tarentini epistola

11) Apoll. 104. B, Eustath. 839, 34, Scholl. Arist. Av. 931, Ann. Oxx. I, 285, 5.

12) Apollon. 104. B. Tarentinis assignatur in Ann. Oxx. I, 285, 5, ubi cum *ἐμίνη* confusum videtur.

13) Apoll. 105. B, Id. de synt. 159, 20, Ann. Oxx. I, 409, 32, Scholl. Pind. Ol. XII, 4.

apud Diog. Laert. VII, 70 e librorum lectione καί τινα ἀπεστάλκαμες, ubi critici correxerunt τίν. Eadem medela etiam certius adhibenda est dicto Laconico, in quo apud Plutarch. Lycurg. c. 20 editum est ὁ τὶν ἀνομοιότατος, in Apophth. Reg. p. 190 ὁ τίνη ἀνομοιότατος, leg. τίνη. Ceterum Doricum dicitur Et. M. 314, 37.

τεΐν saepius Doricum dicitur [14]), sed nunquam legitur in purioribus Doridis fontibus, ne apud Pindarum quidem vel Theocritum, quare grammatici Homericum τεΐν Doricae terminationis causae Doricum existimasse videntur.

τοί ὀρθοτονούμενον ut Doricum ex Alcmane 67 (68) ab Apollonio affertur [15]). Neque tamen dubitare licet, quin etiam in Doride saepe enclisin passum sit, ut semper apud Homerum, Pindarum, Lesbios. In eam rationem nunc editum est apud Epicharmum fr. 65. 94, 9. 95, saepissime apud Theocritum.

c) in persona tertia:

ἵν num ab Apollonio Doricum habitum sit, non satis apparet [16]). Nunc e conjectura restitutum est Pind. Pyth. IV, 36, ubi Boeckhius minus recte lenem appinxit, Adde Fίν §. 5, 8.

οἷ in Doride sicut in vulgari lingua esse dicitur ab Apollonio p. 106. A exemplum Sophroneum fr. 77 afferente.

Dubitatio aliqua est de ultimarum syllabarum in ἐμίν et τίν quantitate. Illud apud Theocritum (nam Pindarus eo non utitur, neque in reliquis quantitas apparet) vulgo producitur, ut II, 144. 156. III, 49. XI, 65 etc., quare Meinekius et VI, 36 καλὰ δέ μοι ἁ μία κώρα pro δ' ἐμίν

14) Apollon. 105. B, Scholl. Il. λ, 201, Scholl. Pal. Od. δ, 619. Scholl. Arist. Av. 931, Hesych. s. v.

15) Apollon. 105. A. ὀρθοτονεῖται δὲ καὶ παρὰ Ἀλκμᾶνι συνήθως Δωριεῦσι, addito Alcm. 67 (68).

16) Apollon. 107. A. τῇ τὶν σύζυγος ἡ ἵν (cod. ην) τοῦ ῑ ἀρθέντος. Ἡσίοδος· ἶν δ' αὐτῷ θανάτου ταμίης.

et V, 18 *αἴτε μοι ἵλαοι* pro *αἴτ᾽ ἐμίν* ex optimis libris restituit. Item *τίν* apud Theocritum producitur II, 20. III, 33. V, 52 etc., nunquam corripitur, ut fit apud Alcmanem fr. 15 (29), et a Pindaro Pyth 1, 29. VIII, 71. Nem. X, 30 (item *ἵν* P. IV, 36); ne usquam apud hunc longam syllabam efficeret, Isthm. V, 3 *τίν γ᾽ ἄωτον* scriptum est particula contra librorum auctoritatem inserta, quod vereor ne non sit recte factum. Apparet enim, terminationem *ιν* apud Dorienses non minus in singulari dativo ancipitis mensurae esse quam in plurali, neque e tribus locis, ubi *τίν* corripitur, certam regulam de peculiari Pindari usu constituere licet.

4) Accusativus singularis

a) primae personae

ἐμέ Apollon. 106. B e Sophr. 78 et *με* encliticum Ther. 2448, Cret. 2555 etc.

ἐμεί Apollonius [17]) ex Epicharmo, vid. infr. ad *τεί*.

b) secundae personae

τέ Apollonius [18]) ex Alcm. 35 (69) et Theocr. I, 5. Idem nunc recte e Ravennate legitur Acharn. 745 *πάλιν τ᾽ ἀποισῶ* pro vulgari lectione *πάλιν τύγ᾽ ἀποισῶ*, quam invenit etiam Gregorius p. 211; nam *τύ* encliticum particulam *γε* respuit. Minus recte Apollonius, mixta Alcmanis dialecto deceptus, etiam vulgare *σέ* Doridi tribuit [19]). Notabilem formam Creticam *τρέ*, quae e *τFέ*

---

17) Apollon. 106. B. *ἡ ἐμὲ πρὸς πασῶν διαλέκτων λέγεται. παρὰ Δωριεῦσι μετὰ τοῦ ῑ, ἐμεῖ, ᾗ συνεχῶς Ἐπίχαρμος χρῆται. — ἡ ἀπολελυμένη οὐκ ἐπεκτείνεται.*

18) Apollon. 106. C. *Δωριεῖς διὰ τοῦ τ̄· εἰς τὲ καταῤῥεῖ· Θεόκριτος· πρὸς δὲ τὲ τῶν φίλων· Ἀλκμάν.*

19) Apollon. ibid. *καὶ ἐτὶ μετὰ τοῦ ῑ· τεῒ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ δαμασαι* (Bekk. suspicatur *Ἀλέξανδρος δεδάμασται*; rectius forsitan scripseris *δάμασε* sc. Aphrodite). *καὶ ἔτι κοινῶς· σὲ γὰρ ἄζομαι.* — Id. p. 107. C. *οὐκ ἔστι παρὰ Δωριεῦσιν ἐν τρίτῳ ἡ διὰ τοῦ ῑ ἐπέκτασις ὁμοίως τῇ τεῒ καὶ ἐμεῒ.* — Id. p. 120. C. *ἡ ἐμεῒ καὶ τεῒ παρὰ τοῖς Δωριεῦσι προςλαβοῦσαι τὸ ῑ, οὐκέτι κατὰ τὸ τρίτον προςέλαβον.*

nata est, supra attulimus §. 5, 7. De *τένη*, quod apud Archimedem legitur, vide infra.

τεί Apollonius [19]) Doricum dicit versu addito, quem Alcmani vindicavimus in Mus. Rhen. VI p. 234. Apud Apollonium a Bekkero *ἐμεΐ* et *τεΐ* editum est, in Excerptis Vossianis *ἐμεί* et *τεΐ*. Diaeresis tamen nulla re postulatur; nam de iota Attice demonstrativis adjecto cogitari nequit. Potius versus ille, qui dactylicus esse videtur, diphthongum agnosci jubet. Praeterea Boeoticus accusativus *τίν*, de quo vide L. I §. 45, 2 e Dorico *τεί* per Boeoticam diphthongi mutationem et *ν* addito, sicut ab iisdem Boeotis in nominativo *τούν* addebatur, natus esse videtur [20]). Nec scio, an plenior forma *τείν* (conferantur tvām et tvā in lingua Sanscrita) in rustica lingua haeserit. Nam quum in Theocriti idyllio undecimo ter v. 39. 55. 68 accusativus *τίν* legatur, poëta, quanquam in eo carmine rariora et quasi immania vocabula, quae Polyphemo digna essent, sectatus, vix tamen quidquam e Boeotica dialecto arripere potuisse videtur; sed usurpavit fortasse obsoletam formam *τείν*, a librariis facile in notioris dativi similitudinem corruptam. Ipsum Doricum *τεί*, de quo paullo certius constat, Theocrito restituendum esse videtur XIV, 1, ubi nunc *ἀλλά τυ αὐτόν* legitur e conjectura Reiskii ipso sensu parum commendata. Quis enim salutanti respondeat at te ipsum sc. salvere jubeo? De-

20) Apollon. 105. C de accusativo *τίν* apud Corinnam: *τινές μέντοι ἠξίωσαν τείνειν τὸ ῑ, ἵνα ἐκ τῆς τὲ* (leg. *τεὶ*) *παρὰ Δωριεῦσι διὰ τοῦ ε̄* (leg. *ε̄ῑ*) *γραφομένης ᾖ ἐσχηματισμένη, μεταθέσει τοῦ ε̄* (leg. *ε̄ῑ*) *εἰς τὸ ῑ, ὅπερ σύνηθες, προσειληφυῖά τε τὸ ν̄ ὁμοίως τῷ ἐκεινοσίν, οὑτοσίν.* Ita haec corrigenda esse primum inde apparet, quod grammatici illi *τίν* producendum putarunt (cur enim producerent, si e *τί* natum existimarent?); deinde quod voculae scriptura accuratius indicatur, quod vix opus erat in *τί*; tum quod mutatio vocalis usitata dicitur, quum *ε* ante consonas Boeotice non mutetur in *ι*. Itaque erant ante Apollonium, qui idem sentirent, quod nos illorum consensu nondum cognito olim proposuimus. Ceterum in his novum testimonium de monosyllabo *τεί* accessit.

sideratur καὶ σέ, vel quod similem sententiam habeat, cf. Arist. Lysistr. 6 χαῖρ' ὦ Καλονίκη. Κ. καὶ σύ γ' ὦ Λυσιστράτη et familiarem Latinis responsionem et tu salveto. Jam quum vulgo ἀλλά τοι αὐτῷ legatur, optimi libri praebent τοὶ αὐτά, alii τοιαῦτα, τὺ αὐτά, τὺ αὐτός, τὺ αὐτό, τὸ αὐτό, codices teste Wartono αὐτᾳ. Itaque legendum esse videtur:

Α. χαίρην πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον. Θ. ἀλλὰ τεὶ αὐτᾷ, Αἰσχίνα.

ut αὐτᾷ sit pro αὔτως (vid. §. 44, 7): ego vero te item sc. salvere jubeo. Ceterum non valde repugno, si quis malit ἀλλὰ τοὶ αὐτᾷ et ab accusativo in dativum, qui in salutatione etiam usitatior est, transiri non aegre ferat. Deinde in Cleobuli epistola Diog. Laert. I, 6, 93 libri praebent πάρ τοι βασοῦνται, ubi correxerunt πάρ τυ, quanquam encliticam cum praepositione jungere vix licet. Nec magis ferri potest πάρ τύ, quod Huebnerus in Addendis proposuit, quum de τύ non enclitico nihil constet, sed etiam hic τεί latere videtur. Idem judicamus de ἐγώ τοι ἀμυνοῦμαι in epistola Periandri Diog. Laert. I, 6, 100, ubi item τυ vel τύ scripserunt. Postremo in apophthegmate Charilli Plutarch. p. 189, ubi editur κατέκτανον τεῦ, aut τεί aut τυ restituendum est.

τυ semper encliticum est teste Apollonio p. 68. B et 106. C; legitur in versu καί τυ φίλιππον ἔθηκε apud Apollonium, quem Alcmani vindicavimus in Mus. Rhen. VI p. 234, Sophr. 24. 74, Epich. 20 (libri τοι), Acharn. 696 et saepe apud Theocritum.

c) tertiae personae

ἕ, quod teste Apollonio p. 107. A dialectis commune est. Hoc non producebatur in εἵ [19]).

νίν encliticum Dorice est pro epico μιν secundum Apollon. 108. A. Illud cum Sanscrito ēnam conferendum est, hoc cum imam a nominativo ajam (i. e. ἵν, ἵ). Legitur νιν Sophr. 63, Epich. 9, pro feminino Acharn. 741, ut omittamus fontes minus puros. Pluralis usus

certa exempla Dorica non extant; Apollonius Pindarum et Bacchylidem in eam rem advocat.

5) Nominibus et dativus singularis primae et secundae personae apud omnes Dorienses addita particula γα vim augent, ἐγώνγα, τύγα, ἐμίνγα. Nec minus reliquis casibus et numeris γα addi poterat ut vulgo γε, cf. Lysistr. 1162 ἁμές γα, sed cum illis solis in unam vocem coaluisse videtur. Eosdem enim nominativos et dativos Lacones et Tarentini propria quadam ratione augebant, ἐγώνη, τύνη, ἐμίνη, τίνη. Apud Archimedem in praefatione ad librum de Quadr. Parab. etiam accusativus τένη legitur. Sed quum hoc additamentum praeterea aeque a Syracusanorum dialecto atque ab accusativo abhorreat et ubique productam penultimam postulare videatur, quumque in illa praefatione alia sint, quae offendant, eam non ab ipso Archimede sed a recentiore homine Dorismum affectante profectam esse suspicamur. Si tamen etiam Syracusanis idque in accusativo eo augmento uti licuit, τείνη dictum esse a τεί vel τείν crediderim.

Jam inter antiquos grammaticos dubitatum est [21], utrum η in his formis ad vim augendam additum sit an νη. Rectius egisse videntur, qui illam opinionem amplexi sunt. Quanquam enim nominativum τύν non esse Doricum, recte opponitur, tamen Boeoticum τούν et Sanscritum tvām docent, antiquissimam eam nominativi formam fuisse; neque ν geminati, quod ex altera ratione in

21) Et. M. 314, 37. ἐγών, Δωριέων διάλεκτός ἐστι προςλαμβάνει τὸ ν̄, καὶ τὴν σὺ ἀντωνυμίαν λέγουσι μετὰ τοῦ ν̄ τύν, ὅπερ προςθέσει τοῦ η̄ γίνεται τύνη (item Ann. Oxx. I, 150, 11 et, ubi σύν et σύνη, Et. G. 159, 50). Sequitur de τύνη et ἐγών apud Homerum et Hesiodum, deinde: παρὰ γὰρ τὴν ἐγὼν ἐγώνη καὶ παρὰ τὴν ἐμὶν ἐμίνη· τὶν τίνη· οὕτω καὶ σύνη (leg. τύνη) κατ᾽ ἐπέκτασιν τῆς ν̄η̄ συλλαβῆς. οὐ γὰρ μόνον τὸ ν̄ (leg. η̄) ἐπλεόνασεν, ἀλλ᾽ ἡ ν̄η̄ συλλαβή· οὐ γὰρ λέγουσιν οἱ Δωριεῖς τύν, ἵνα πλεονάσῃ μόνον τὸ ν̄ (leg. η̄), ἀλλὰ τὺ λέγουσι καὶ τύνα (leg. τύνη)· ὅλη ἄρα ἡ ν̄η̄ προςῆλθε συλλαβή. ἐπεκτείνεται δὲ τὸ ῡ, ἵνα μὴ ἡ ἐπέκτασις μείζων τῆς ὅλης λέξεως γίνηται.

reliquis necessarium esset, ullum vestigium reperitur. Jam intelligis, a *τείν* fortasse *τείνη* deduci potuisse, non *τένη* a *τέ*.

6) Secundae personae variae formae cum Attica et Ionica dialecto comparatae non solum (ut de terminationum discrimine nunc taceamus) *σ* in *τ* mutatum exhibent, sed etiam in *τεοῦς*, *τεοῦ*, (*τεΐν*) et possessivo *τεός* *ε* pleonastice intersertum [22]). Scilicet stirps, unde omnes eae formae procreverunt, est *τϜε* (Sanscr. tva), ut *ἐμε* in persona prima. Ea terminatione nulla addita extat in Cretico accusativo *τρέ*, qui digamma in *ϱ* mutavit, deinde in nominativo et accusativo *τύ* et *τυ*, ubi *Ϝε* in *υ* abiit. Deinde digamma ejecto stirps *τε* nata est, quae apparet in *τέος*, *τέο* et quae inde contrahendo nata sunt. dativo *τίν*, ubi *ε* elisum est, accusativo *τέ* et *τεί*, cf. *ἐμέος*, *ἐμέο*, *ἐμίν*, *ἐμέ*, *ἐμεί*. Postremo e *τϜε* euphoniae gratia *τεϜε* factum erat, quod digamma ejecto in *τεε* abiit. Hinc descendunt *τεοῦς*, *τεοῦ*, *τεΐν* cf. *ἐμοῦς*, *ἐμοῦ*, *ἐμίν* et possessivum *τεός* cf. *ἐμός*. Simile quid in pronomine tertiae personae factum. Nam antiqua stirps *σϜε* modo in *Ϝε* et *ἑ* transiit modo in *ἑε* (pro *σεϜε*), unde *ἑοῦς*, *ἕν*, *ἑός* et alia descendunt; quanquam haec aut incertiore aut nulla auctoritate Doridi vindicantur.

7) De Dualis formis Doricis parum constat. Nominativi et accusativi *νῶϊ* et *σφῶϊ* ab Apollonio *κοινοί* dicuntur i. e. dialectis variis communes atque eadem ejus opinio de genitivis et dativis *νῶϊν* et *σφῶϊν* fuisse videtur [23]). De raro dualis apud Dorienses usu supra dictum est.

8) Nominativus pluralis:

---

22) Apollon. 105. B. *ἰδίως γὰρ ἡ μετάθεσις ἡ εἰς τὸ τ̄ τοῦ ε̄ δεκτική ἐστι· σοῦ — τοῦ — τεοῦ, σός — τεός.*

23) Apollon. 109. C. *εὐθείας μὲν καὶ αἰτιατικῆς κοινῶς νῶϊ, σφῶϊ — γενικῆς δὲ καὶ δοτικῆς νῶϊν καὶ σφῶϊν.* — Ineptissime Scholl. Il. *ϑ*, 352. *νῶϊ: ἡμῖν κοινῇ διαλέκτῳ· Δωριεῖς γάρ φασιν ἄμμες, Αἰολεῖς δ' ἄμμε, Ἀττικοὶ δὲ νῴ, Ἴωνες ἡμέας· ἔστι δὲ ἀντωνυμία δυϊκὴ ὀρθῆς καὶ αἰτιατικῆς πτώσεως, ἡμῶν καὶ ἡμῖν.*

pers. 1. ἁμές [24]), quod legitur Heracl. I, 3, Cret. 2557, Epich. 23, Alcm. 72 W., Lysistr. 168. 1162.

pers. 2. ὑμές Apollon. 119. B (ubi cod. ὑμμες), qui affert Sophr. 41; praeterea legitur Acharn. 726. 727.

pers. 3. σφεῖς Doricum dicitur apud Apollonium [25]), leviore quodam testimonio [26]) σφές, quod analogia postulare videtur.

9) **Genitivus pluralis:**

pers. 1. ἁμέων [27]) Alcm. 16 (73), Ign. nr. 2670, Cret. 3047, nisi praestat hic e Sherardi schedis ἁμίων recipere, formam contractionis genere severiori Doridi proprio natam, vid. §. 26, 1. Vulgari ratione contractum est ἁμῶν [27]) Ther. 2448, Cret. 3052, Tegeat. II. L., Epich. 147, Lysistr. 168.

pers. 2. ὑμέων et ὑμῶν [28]), quorum illud legitur Sophr. 1. 79, hoc Syracus. apud Torrem. XVIII, 3 et apud Rhinthonem Herodian. π. μ. λ. 19, 26.

---

24) Apollon. 118. C. ἄμες (potius ἁμὲς) Δώριον. Ἀλκμάν· ὡς ἁμὲς τὸ καλὸν μελίσκον. Οὐκ ἐπίληπτος δὲ ἡ τάσις, καθὸ τὰ πτωτικὰ ἀπέστραπται τὴν εἰς τὸ ες ὀξεῖαν· — πρῶτον αἱ πρωτότυποι ἀντωνυμίαι οὐκ ἀκόλουθοι ἐδείχθησαν τοῖς ἄλλοις πτωτικοῖς. ἔπειτα οἱ Δωριεῖς ἐπὶ τὸ τέλος φιλοῦσι τὴν ὀξεῖαν προσάγειν, παρ' οἷς πάλιν ἡ ἀφαίρεσις τοῦ ι ὀξείας γίνεται ἐμποιητική, ἐπεὶ ποιεῖς — ποιές etc. Male ἄμες Doricum dicitur Choerob 217, 14 et Et. G. 243, 18.

25) Apollon. 120. C. ἡ σφεῖς οὔτε παρ' Αἰολεῦσιν οὔτε παρὰ Δωριεῦσιν ἀκολουθίαν ἔσχε πρὸς τὰ τούτων πρῶτα καὶ δεύτερα, οὐκ ἀπεοικότως· καὶ γὰρ ἡ ἐμεῖ καὶ τεῖ (leg. ἐμεὶ καὶ τεὶ) παρὰ τοῖς Δωριεῦσι προσλαβοῦσαι τὸ ι, οὐκέτι κατὰ τὸ τρίτον προσέλαβον

26) Phavor. Ecl. 412, 2. σφέες, σφεῖς καὶ σφὲς Δωρικῶς — ἡμέες, ἡμεῖς κοινῶς, Δωρικῶς δὲ καὶ Αἰολικῶς ἄμμες, οὗ κατ' ἀναλογίαν ἐστὶν ὀνομαστικὴ δυϊκὴ ἄμμεε — ἀμμέων Αἰολικῶς — Δωρικῶς ἄμμιν καὶ Αἰολικῶς ἄμιν — Αἰολικῶς ἄμε. Vides insulsum recentissimae aetatis grammaticulum.

27) Apollon. 121. B. ἡ ἁμῶν παρὰ Δωριεῦσι καὶ σύναρθρον γενικὴν σημαίνει ἀκόλουθον τῇ ἁμός· τῇ μέντοι διαιρέσει ἡ πρωτότυπος διαλλάσσει τῆς κτητικῆς, additur Alcm. 16 (73), ubi ἁμέων.

28) Apollon. 122. A. ὑμῶν· αὕτη κοινὴ καὶ Δωριέων, σημαίνουσά τε πάλιν καὶ κτητικὴν τὴν ἀπὸ τῆς ὑμὸς εὐθείας, πάλιν δὲ ἐν διαιρέσει διαφέρει ἡ πρωτότυπος cum Sophr. 79.

pers. 3. *σφείων* teste Apollonio [29]), quod in *σφέων* mutaverim. Idem significat Syracusanos *ψέων* et *ἕων* dixisse, postremo e Sophrone fr. 80 *ὧν* affert [30]), quod quum pro *αὐτῶν* esse dicat, haud dubie ex *ἕων* contrahendo natum est.

10) Dativus pluralis:

pers. 1. *ἁμίν*, ubi est orthotonumenon, et *ἅμιν* in enclisi, utrumque cum ultima correpta teste Apollonio [31]), qui illius exemplum apponit Alcm. 61 (75), hujus Alcm. 74 W. De *ἁμίν* cum acuto in ultima correpta *ἐν ὀρθῇ τάσει* praeterea alia testimonia adsunt [32]), quae simul docuerunt, Theocrito VII, 2 135 contra libros, qui in *ἁμῖν* consentiunt, *ἁμίν* reddendum esse: neque aliter scriptum est Lysistr. 1081, Acharn. 798, ubi ultimae correptio apparet. Eadem tamen producitur Acharn. 787 et saepe apud Theocritum V, 106. VII, 145. VIII, 13 etc. Tum vero circumflexus exarari solet nec minus,

---

29) Apollon. 122. B. *σφῶν καὶ σφέων ἀκολούθως τῇ ἡμέων — καὶ σφείων ὡς ὑμείων. Τῇ σφείων* (fort. *σφέων*) *καὶ Αἰολεῖς χρῶνται καὶ Δωριεῖς, Δωριέων δὲ Συρακούσιοι διὰ τοῦ ψ πάσας τὰς διὰ τοῦ σφ μονοσυλλαβούσας μὲν ἀναμφιλέκτως, ἐπὶ δὲ τῶν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ἀμφίβολα τὰ τῶν γραφῶν· ἔνια γὰρ δίχα τοῦ ψ.*

30) Apollon. 122. C. *ἐπ᾽ ἴσῳ τῷ αὐτῶν παρὰ Συρακουσίοις τίθεται τὸ ὧν* cum Sophr. 80.

31) Apollon. 123. B. *ἡ ἁμῖν* (?) *Δωρικὴ ἐγκλινομένη συστέλλει τὸ ι, ἐν οἷς προπερισπᾶται· αἱ γὰρ ἅμιν τούτων μέλοι· ὀξυνομένη τε* (Valck. *ὀξυνομένη τε*)*· ἁμὶν δ᾽ ὑπαυλήσει μέλος· Ἀλκμάν. οἰκεῖος ὁ χρόνος πληθυντικῇ διὰ τοῦ ι ἐκφερομένῃ.*

32) Eustath. 1112, 36. *Δωριεῖς δὲ ἁμὶν συστέλλοντες τὸ ι καὶ ὀξύνοντες. Θεόκριτος· πολλαὶ δ᾽ ἁμὶν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο.* — Apollon. de pron. 52. C. *διὸ καὶ τοῖς ἀξιοῦσιν ὀρθοτονεῖν τό· σὺν καὶ τρίτος ἁμὶν Ἀμύντας· παρὰ Θεοκρίτῳ* (VII, 2) *συγκαταθετέον.* — Id. de synt. 127, 9. *καὶ ἕνεκα τούτου τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ· σὺν καὶ τρίτος ἁμὶν Ἀμύντας· δεόντως ἠξίωσάν τινες ὀρθοτονεῖν.* — Ann. Oxx. I, 5, 9 — 188, 22, Et. M. 84, 21, Et. G. 59, 26. *οἱ δὲ Δωριεῖς συστέλλουσι τὸ ι καὶ ὀξύνουσι* (male in Oxx. I, 5 et Et. M. additur *ἡμίν* pro *ἁμίν*) — Et. M. 432, 29 *ἡμίν, ἀντωνυμία· ἔστι δὲ διαλέκτου ἴδιον Δωρικῆς, συστέλλει γὰρ αὐτὴν καὶ ὀξύνει.* — Male Choerob. Oxx. II, 216, 14. *ἀμῖν* (leg. *ἁμὶν*) *λέγουσιν οἱ Δωριεῖς.*

si quando de syllabae quantitate parum constat, ut Cret. 2555, Sophr. 50. 51, et apud Theocritum. Dindorfius Lysistr. 1163. 1298 ἁμίν edidit, ultimae mensura ancipite. Quid in hac re judicandum sit, in proximis patefaciemus.

pers. 2. ὑμὶν ἐν ὀρθῇ τάσει et ὗμιν in enclisi, utrumque cum ultima brevi secundum Apollonium [33]), qui illius exemplum Sophr. 82 apponit, hujus Sophr. 81. Nam eam grammatici mentem esse formam ὀρθοτονουμένην e Sophrone afferentis, nec recte ὑμῖν editum esse, praeter pronominis ἁμίν analogiam id ipsum patefacit, quod Dorici scriptoris exemplum apponere dignatus est, id quod vix facturus erat in vulgari forma ὑμῖν. In Cretico titulo nr. 2557, 25 υμεν traditur, quod Boeckhius vix recte in ὑμεῖν mutavit, quum haec recentissima scripturae corruptela ab ejus tituli aetate aliena sit; potius ὑμίν corrigendum videtur. — Jam restat ut de ultimae syllabae in orthotonumenis ἁμίν et ὑμίν quantitate et accentu certiora constituamus. Hoc apparet, fieri potuisse, ut et corriperetur et acueretur; minus constat de ultimae productione, quum et Aristophanes et Theocritus eam rationem facile e vulgari lingua asciscere potuerint. Sed genuinae quoque Doridi eam licuisse, e genitivorum singularium ἐμίν et τίν analogia colligimus, quorum productionem Theocritus e vulgari lingua transferre non poterat. Utut est, vulgo syllabam correptam esse et Apollonii reliquorumque altum de productione silentium evincit et quod correptionis in ἁμίν et ὑμίν ab Apollonio ea exempla proponuntur, in quibus quantitas non versu appareat, Alcmanicum fr. 61 (75) ἁμὶν δ᾽ ὑπαυλήσει et Sophroneum fr. 82 scriptoris pedestri oratione usi. Itaque ἁμίν et ὑμίν in Doricis edendum est, ubicunque de ultima producta non constat. At ne productam quidem circumflecti

33) Apollon. 124. B. πάλιν παρ᾽ Ἴωσι προπερισπᾶται ἐγκλινομένη, καθὸ συστέλλει τὸ ῑ· καὶ ἔτι παρὰ Δωριεῦσιν· ὅσαις ὗμιν αἰνέσω· Σώφρων. καὶ ἐν ὀρθῇ τάσει· οὐ μάν τοι δίφρον ἐπημμένον ὑμῖν (leg. ὑμίν).

vel necesse est vel probabile. Nam grammatici circumflexum omnino ignorant; acutus ut praeferatur, suadet eadem dativorum singularium *ἐμίν* et *τίν* analogia, quorum ultimam productam circumflectere nemodum instituit. Persuasum enim habeto, non casu quodam dativis et accusativis singularis et pluralis numeri in Doride easdem terminationes esse: *ἐμίν, τίν, ἵν* et *ἁμίν, ὑμίν, σφίν; ἐμέ, τέ, ἕ* et *ἁμέ, ὑμέ, σφέ*.

pers. 3. *σφίν* vulgaris Doridis fuisse videtur [34]) et legitur Amphict. 1688, 25; Syracusanorum *ψίν* erat, quod traditur Sophr. 83, Laconum *φίν* [35]), cf. §. 15, 3. Hac forma etiam Callimachus usus est H. Dian. 125. 213 et fr. 183. B.

11) Accusativus pluralis:

pers. 1. *ἁμέ* Apollon. 127. A, 128. A, 131. A, quod legitur Cret. 2557. 2563. 3050, Ign. 2670, Syracus., Sophr. 66, Epich. 97 ex emendatione nostra, Lysistr. 95. 1250. 1254, Acharn. 725 etc. In Lysistr. 1244 Aristophanem Atticum *ἡμᾶς* tolerasse non credo, sed suspicor hanc genuini *αὐτώς* interpretationem esse: *ἐς τὼς Ἀσαναίως τε κἠς αὐτὼς ἅμα*.

pers. 2. *ὑμέ* Apollon. ibid. et legitur Ign. 2670, Sophr. 25, Lysistr. 87, Acharn. 703. 705.

pers. 3. *σφέ* haud dubie a Doride non alienum erat; *ψέ* est Syracusanorum [36]) et legitur Sophr. 84, Theocr. IV, 3.

---

34) Apollon. 126. C. *καὶ τὸ σφὶν ἀπὸ ἑνικοῦ τοῦ ἶν Δωρικῶς.*

35) Apollon. 126. B. *Συρακούσιοι ψίν· ἀμανι ψιν γενομενα· Σώφρων. ἡ διὰ τοῦ ψ γραφὴ ἐπὶ πλήθους τασσομένη οἰκειοτέρα τῆς διὰ τοῦ σφ.* — Et. M. 702, 42. *Συρακούσιοι δὲ ψὶν λέγουσι, Λάκωνες δὲ φίν* (ut e MS. Leid. apud Koen. ad Gr. C. 254 pro *σφίν* legendum), cf. Hesych. *ψίν, αὐτοῖς, αὐτόν* (leg. *αὐταῖς*) et *ψίν, αὐτοῖς ἢ αὐταῖς.*

36) Apollon. 128. A. *σφέ εἴρηται ὡς μόνως ἐγκλιτική ἐστιν· συζυγεῖ μέντοι Δωρικῇ τῇ ἁμὲ καὶ ὑμέ.* Id. 131. A. *παρὰ γὰρ Δώριον τὴν ἁμὲ καὶ ὑμὲ καὶ ἔτι σφὲ τὸ ἁμέτερος καὶ ὑμέτερος καὶ σφέτερος.* — Id. 128. A. *ψὲ Συρακούσιοι* cum Sophr. 84; idem Doricum dicitur a

12) **Possessiva Dorica** haec vel commemorantur vel leguntur:

a) **Singularis numeri:**

ἐμός, ut vulgo.

τεός [37]), quod legitur Lysistr. 1249, saepe apud Theocritum et in reliquis fontibus minus puris.

ὅς ab Apollonio Doricum dici videtur [38]) et cum digamma apud Alcmanem erat in *τὰ Fὰ κάδεα* (vid. L. I §. 5 not. 4), quod neque Apollonius jure ex Aeolica dialecto repetit, neque alii recte *Fεά* scripserunt. Supra enim vidimus, ex antiquo *σFός* modo sigma abjecto *Fός* factum esse, modo *ε* euphoniae causa interjecto (ut e *τFός* sit *τεFός*, *τεός*) primum *σεFός*, deinde *ἑFός*, *ἑός*, quare hoc neque digamma in fronte instructum erat, neque apud Homerum certa ejus indicia tenet. — Alcman etiam *σφός* et *σφεός* [38]) de singulari numero usurpabat fr. 80. 81 W.

b) **Pluralis numeri**

ἁμέτερος et *ἁμός* [39]). Hoc legitur Cret. 2557.

Scholl. Theocr. IV, 3 et Greg. C. 253. Hesych. *ψέ, αὐτούς, αὐτάς, αὐτόν, αὐτά, αὐτήν, αὐτό.*

37) Apollon. 134. C, cf. 95. C et 136. B, Id. de synt. 159, 15, Et. M. 752, 11, Ann. Oxx. I, 412, 9. Male *τός* Doricum dicitur in Et. M. 625, 28.

38) Apollon. 143. B. *πάλιν δὴ ὁ Ἀλκμὰν τὸ σφέας* (leg. *σφεᾶς*, quum fragmentum p. 142. B commemoratum *σφεᾶς ἔταξε χώρας* spectari videatur) *ἀντὶ ἑνικοῦ ἔταξε καὶ τὸ σφοῖς ἀδελφιδέοις κάραν* (correxerunt *κᾶρα*) *καὶ φόνον.*

39) Apollon. 142. A. *διχῶς λέγουσι Δωριεῖς· ἁμέτερος γὰρ καὶ ἁμός, ὑμέτερος καὶ ὑμός, σφέτερος καὶ σφός.* Deinde *ἁμός* et *ὑμός* apud Homerum Dorica dicit et contra eos disputat, qui *ἀμός* scribentes id ab *ἐμός* deducant. — Et. M. 84, 49: *ἁμός· ὥςπερ ἀπὸ τοῦ σφέτερος γίνεται Δωρικῇ διαλέκτῳ σφός, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑμέτερος ὑμός, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ἁμέτερος ἁμὸς Δωρικῶς ἢ θέμα ἐστὶ τῆς Δωρίδος διαλέκτου.* — Scholl. A. Il. ζ, 414. *Δημήτριός φησιν ἀντὶ τοῦ ἡμόν· διὸ καὶ Ἀττικοὶ ψιλοῖ. πιθανώτερον δέ ἐστι Δωρικώτερον εἶναι ἀντὶ τοῦ ἡμέτερον ἀμόν* (leg. *ἁμόν*). *οὕτως Ἀπολλώνιος.* Scholl. B. V. L ibid. *τὸ δὲ ἁμὸν ἐν μὲν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ φησὶν ὁ Ἡρωδιανὸς Δω-*

3050. 3053, Agrig., Lacon. 1336, ubi Boeckhius minus recte *ἀμόν* edidit, Alcm. 67 (68), Lysistr. 1181 etc.

ὑμέτερος et *ὑμός* teste Apollonio [39]). Neutrum nunc in purioribus fontibus legitur. Alcman eodem sensu *σφέτερος* et *σφεός* usurpavit fr. 36. 37 (78. 79), si ea fragmenta recte antiquo poëtae Laconico tribuuntur [40]).

σφέτερος et *σφός* [39]), quae nunc in purioribus fontibus non extant plurali potestate tertiae personae instructa.

13) Pauca de pronominum personalium et possessivorum primae et secundae personae pluralis scriptura quaerenda restant. Primum de spiritu dubitatum est. At utrasque formas asperum postulare vel ex Apollonii silentio colligi potest, qui ne verbo quidem significat, Dores cum Lesbiis lenem probasse, et e Scholl. Il. ζ. 414 [39]) apparet, Apollonium Homerico *ἀμός*, quod Dorice pro *ἡμέτερος* esse putabat, asperum dedisse, quum alii ex *ἐμός* ortum arbitrati lenem praeferrent, nec minus de Dorico *ἁμῶν* aspirato testatur Lexic. de spir. p. 214 [41]). Deinde asper additus est in *ἁμές* Heracl. I, 3 et tenui in aspiratam mutata proditur in *ποθ᾽ ἁμέ* Cret. 2557 bis, *ποθ᾽ ὑμέ* Ign. 2670, *ποχ᾽ ἁμίν* Sophr. 50, Lysistr. 95 *ποθ᾽ ἁμέ*, 1076 *ποθ᾽ ὕμμε*, ut e libris editum est. Itaque

---

ϱικώτερον εἶναι ἀπὸ τοῦ ἁμέτερον· ἐν δὲ ἐπιμερισμῷ φησὶν ὅτι ἀπὸ τοῦ ἐμὸν ἐκτέταται τὸ ε̄ εἰς ᾱ μακρόν. — Scholl. D. Il. *ϑ*, 178. *μένος ἀμόν· τὴν ἐμὴν δύναμιν Δωρικῶς*, male. — Hesych. *ἁμᾶς, ἡμετέρας· Δωρικῶς.* — De *σφός* cf. Apoll. 125. C.

40) Apollon. 139. C. *πλεῖστα γοῦν ἔστι παρ᾽ ἑτεροῖς εὑρεῖν, σφέτερον πατέρα ἀντὶ τοῦ ὑμέτερον, ἀντὶ τοῦ τεά τοι κήδεα λέξον ἑὰ παρὰ Καλλιμάχῳ, καὶ πάλιν παρ᾽ αὐτῷ ἀντὶ τοῦ σφωϊτέρου. Ἀλκμάν·*

ὑμέ τε καὶ σφετέρως ἵππως·
σφέα δὲ προτὶ γούνατα πίπτω.

Pro Alcmanicis expectas Callimachea. Itaque aut suspicari licet quaedam excidisse aut e Callimacheo carmine ad Dioscuros desumpta esse verba: *Ἀλκμὰν ὑμέ τε καὶ σφετέρως ἵππως* (suppl. *ἐκλέϊσσεν* vel simile quid). Tum sequentia non minus Callimachi essent.

41) Corruptela latet ibid. p. 211. *ἁμωςγέπη. τοῦτο δὲ παρὰ ἑτέροις ψιλοῦται, οἱ ἀπὸ τοῦ ἀμός, ὃ σημαίνει τὸν ἡμέτερον, ἐτυμολογοῦσιν εἶναι.*

haud dubium est, quin et in reliquis, quae Dorica sunt et in Lysistratae partibus Laconicis asper his pronominibus etiam contra libros restituendus sit, nec recte relicta esse *ἀμέ* 1099. 1250. 1254. 1265, *ἀμές* 1162 (male enim Reisigius judicat Synt. Crit. p. 14), vel *ἀμός* a Boeckhio in Lacon. 1336 scribi. Ne tenuem quidem non mutatam certum lenis spiritum indicium praebere supra vidimus §. 4, 4, quae ratio observatur in *ποτ' ἁμέ* Ign. 2670, *ἐπ' ἁμέ* Cret. 2563, *πορτ' ἁμέ* Cret. 3050, quae Boeckhius minus recte leni ornavit, et fortasse in *ἐστ' ἁμῶν* Epich. 147.

Postremo haud raro in libris Lesbiaco more *μ* geminatum est, ut Sophr. 7 *ἄμμε*, Sophr. 6 *ὔμμε*, Lysistr. 1076 *ὔμμε*, Plut. Lyc. c. 20. 21 *ἄμμες* etc. (nam de fontibus mixtae dialecti nunc tacemus), eaque scriptura levi quodam testimonio confirmari videtur [42]). Sed tituli et Apollonii accurata testimonia nullam dubitationem relinquunt, quin liquidae geminatio, quae cum psilosi Lesbiis propria est, a Doride alienissima sit.

§. 33.

De reliquis pronominibus.

1) Simplicissimum pronomen demonstrativum sive articulus praepositivus hac flexione utitur:

Singularis.

Nom. *ὁ*	*ἁ*	*τό*
Gen. *τοῦ* mit., *τῶ* sev.	*τᾶς*	*τοῦ* mit., *τῶ* sev.
Dat. *τῷ*	*τᾷ*	*τῷ*
Acc. *τόν*	*τάν*	*τό*.

42) Et. M. 81, 17. *ἄμμε ἐκ τοῦ ἡμᾶς Δωρικῶς ἢ Αἰολικῶς.* — Et. G. 213, 36. *ἄμμιν λέγουσιν οἱ Δωριεῖς κατὰ τροπὴν τοῦ ᾱ εἰς η̄* (leg. *η εἰς ᾱ*) *ὡς ἅλιος ἥλιος καὶ κᾶπος κῆπος.* Hic vero apparet grammaticum voluisse *ἁμίν*.

Pluralis.

Nom.	τοί (οἱ)	ταί (αἱ)	τά
Gen.	τῶν	τᾶν	τῶν
Dat.	τοῖς	ταῖς	τοῖς
Acc.	τούς mit., τώς sev.	τάς	τά
	Cret. Cyr. Ther. etc. τός	τᾰς	
	Cret. Arg. τόνς	τάνς.	

Reliqua, quibus a vulgari ratione disceditur, ad declinationem primam et secundam illustrata sunt. Restat ut de nominativo plurali dicatur, quem antiqui grammatici in Dorica dialecto $\bar{\tau}$ assumere tradunt [1]). Ea ratio sola regnat in his titulis: Amph. 1688, ubi saepe τοὶ ἱερομνάμονες et l. 26 τοὶ ἱερομνάμονες τοὶ Ἀμφικτιόνων, Astyp. 2483. 2484 τοὶ πρυτάνιες τοὶ πρυτανεύοντες, Byzant. 2060 τοὶ στραταγοί. Eadem plerumque est in tabulis Heracleensibus: B. 2. I, 48 τοὶ ὁρισταί, B. 8. II, 6 τοὶ ὁρισταὶ τοὶ αἱρεθέντες, I, 9 τοὶ ἔμπροσθα ὅροι, I, 47 τοὶ πολιανόμοι, I, 69. 130 τοὶ πολιανόμοι τοὶ ἀεὶ ἐπὶ τῶν Fετέων ἔντες, I, 101 τοὶ καρπιζόμενοι etc. Vulgaris forma ter reperitur eaque cum participio juncta: I, 59 οἱ παρλαβόντες et οἱ πριαμενοι, I, 102 οἱ μισθωσάμενοι. Eadem usus ambiguitas observatur in Rhod. 2525, b: l. 86 τοὶ ἄρχοντες, 20 τοὶ ἄρχοντες οἵ τε ἐνεστακότες καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ἀεὶ αἱρούμενοι, 29 τοὶ ἄρχοντες ἀεὶ τοὶ ἐν ἀρχᾷ ἐόντες, 71 τοὶ ἄρχοντες οἱ μετὰ ταῦτα ἀεὶ αἱρούμενοι. Contra vulgares formae οἱ et αἱ in plerisque titulis post Alexandrum scriptis solae extant: Lacon. 1331, Messen. 46 L., Delph.

---

1) Apollon. de adv. 592, 8. τὸ οἱ τοί φασι Δωριεῖς καὶ τὸ αἱ ταί, ταῦται ταὶ θύραι μᾶτερ. λέγω δὲ ὅτε κατὰ προτακτικὴν θέσιν ἐστὶ τὸ ἄρθρον· ἐπεὶ ὅτε γε καθ᾽ ὑπόταξίν ἐστι, τὸ $\bar{\tau}$ οὐ πάντως προστίθησιν, ἐπεὶ φυσική ἐστιν ἡ ἀπόστασις τοῦ $\bar{\tau}$, οὐκ ἐν πάθει γενομένη. ὅθεν οὐδ᾽ ἐπίμεμπτον ταὶ γυναῖκες αἳ τὰν θεόν φαντι ἐξελᾷν· ἐτέτακτο γὰρ οὐ κατὰ πρόταξιν, ἀλλὰ καθ᾽ ὑπόταξιν. — Id. de synt. 50, 21 et de pron. 11. C, Choerob. Bekk. 1283, Scholl. Dion. Thr. 901, 11, Et. M. 749, 21, Gud. 531, 52, Ann. Oxx. I, 404, 8.

1702, Phoc. 81. R, Corcyr. 1845. 1847. 1848. 1849, Ther. 2448, Rhod. 2905. Cret. 2554—2557 etc., Cyren. 1, Agrig., Alaes.

Apud Sophronem *τοί* est fr. 12. 29. 44, *ταί* 6. 33. 54. 88, quare corrigenda duximus fr. 51 *αἵ γα μὰν κόγχαι* et 75 *αἱ ὀρσιθαλίαι*. Neque minus Epicharmus illis utitur, *τοί* fr. 23. 44. 94, *ταί* 23, 31. 34, et quae adversabantur *αἱ* 23, 9, *οἱ* 120 etiam aliis rebus corruptelae arguuntur. In Lysistratae Laconicis partibus ubique *τοί* et *ταί* leguntur, neque aliter apud Thucydidem V, 77. 79. Archimedes semper vulgaribus formis utitur. Apparet igitur antiquiorem Doridem ubique *τοί* et *ταί* pronuntiasse, postea *οἱ* et *αἱ* primum cum participiis jungi coepta esse, ut in Heracl. et Rhod. 2525, b, deinde apud plerosque Doriensium invaluisse. Ceterum Dores et Boeotos (vid. L. I §. 45, 7) nominativos *τοί* et *ταί* e summa antiquitate traditos accepisse, docet et lingua Sanscrita, quae in pronomine s a s, s ā, t a d per reliquos casus omnes t praefigit, etiam in nom. pl. t ē, t ā s, t a n i, et Gothica, quae a s a, s ò, t h a t a pluralem t h á i, t h ò s, t h ò fingit. Nam spiritus asper apud Graecos e s natus est. Itaque *οἱ* et *αἱ* recentiore tempore ad nominativi singularis analogiam facta sunt.

Consentaneum est, pronomen *ὅδε* articuli declinationem sequi, et reperitur *ταίδε* Sophr. 54.

2) Pronomen *οὗτος*, quod est ex articulo derivatum, necessario in nominativo pluralis eandem *τ* praeponendi consuetudinem sequebatur, nec solum grammatici [2]) de Doricis *τοῦτοι* et *ταῦται* testantur, sed legitur *τοῦτοι* Sophr. 55, *ταῦται* Sophr. 88. In titulis recentioribus vulgares formas esse, ut *οὗτοι* Phoc. 81 R., non mirum est. — Deinde satis apparet, genitivum pluralem feminini, qui a *τᾶν* derivatur et ex antiquo *ταυτάων* contractus est, *ταυτᾶν* esse oportere pro vulgari *τούτων*, idque ipsum

2) Apollon. de adv. 592, 7, de pron. 72. B, de synt. 111, 22; male etiam τοῦτος Doridi adscribitur Ann. Oxx. I, 414, 10.

legitur in Ther. 2448. III. Reliqui casus a vulgari ratione nulla re differunt, nisi quam facile e Dorica declinatione prima et secunda intelligere possis. Nam quod Joannes Grammaticus et qui eum exscripserunt [3]) tradunt, Dorienses *τούτας* pro *ταύτας* dixisse, id corruptela aliqua laborare persuasissimum habemus. Fortasse Doricum *τουτεῖ* i. e. *ταύτῃ* restituendum est, vid. §. 44, 7.

3) Pro *ἐκεῖνος* Dorienses et *κῆνος* vel *κεῖνος* et *τῆνος* dixisse referuntur [4]). Gravissimo tamen testimonio [5]) intelligitur fuisse, qui *κῆνος* usurpari dicerent *ἐπὶ τῆς πόῤῥω δείξεως*, contra *τῆνος ἐπὶ τῆς πλησίον δείξεως*, Apollonium autem affirmasse *τῆνος* etiam *ἐπὶ τῆς πόῤῥω δείξεως* reperiri. Jam ut videamus, quid de pronominis *τῆνος* significatione judicandum sit, optimorum fontium usum perlustremus, quibus hic etiam Theocritum adnumerare licet.

a) Nec propinqua nec longinqua demonstratio, sed ambigua quaedam potestas, quae in utramque partem

---

3) J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 364. *τὸ ταύτας τούτας.*

4) Apollon. de pron. 73. B. *Ἴωνες κεῖνος, Αἰολεῖς κῆνος, Δωριεῖς τῆνος.* Ibid. 75. A. *Δωριεῖς τῆνος· καθηρημένος θην καὶ τῆνος ὑπὸ τῶ χρόνω· Σώφρων. σπανίως διὰ τοῦ κ· καὶ κεῖνος ἐν σάλεσιν πολλοῖς ἥμενος· Ἀλκμάν.* — Choerob. Oxx. II, 206, 9. *ἐκεῖνος· ει δίφθογγος· καὶ γὰρ οἱ Δωριεῖς κῆνος καὶ τῆνος διὰ τοῦ η ποιοῦσι τὴν γραφήν*, unde manaverunt, quae in Et. M. 321, 35, Et G. 176, 27 et Ann. Oxx. II, 366, 29 de Dorico *ἐκῆνος διὰ τοῦ η* et rectius in Et. M. 508, 54 et Et. G. 310, 30 de Dorico *κῆνος* traduntur. J. Gr. 243, b, Meerm. 659 *τὸ κεῖνος κῆνος.* — Ann. Oxx. I, 223, 30. *κεῖνος — γράφεται διὰ τῆς ει διφθόγγου· οἱ γὰρ Αἰολεῖς κῆνος λέγουσιν, οἱ Δωριεῖς δὲ τῆνος.* ibid. I, 249, 6. *κεῖνος γράφεται διὰ τῆς ει διφθόγγου· τῆνος γὰρ καὶ κῆνος Συῤῥηκούσιοι.* De Dorico *τῆνος* pro *ἐκεῖνος* praeterea Scholl. Theocr. I, 1 et III, 10.

5) Et. M. 321, 31. *ἐκεῖνος — τὴν πόῤῥω δεῖξιν σημαίνει· καὶ οἱ Δωριεῖς κῆνος αὐτήν φασι καὶ τῆνος, ἀντιδιαστέλλοντες αὐτὴν ἐπὶ τῆς πλησίον δείξεως. εὑρίσκεσθαι μέντοι φησὶν Ἀπολλώνιος τὴν τῆνος καὶ ἐπὶ τῆς πόῤῥω δείξεως.* Eadem corruptiora leguntur in Et. G. 175, 10, ubi *κεῖνος* scribitur.

trahi possit, in geminato τῆνος conspicitur Epich. 124 *τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ πὰρ τήνοις ἐγών.* Eodem sensu τῆνος et simplex demonstrativum conjunguntur Theocr. I, 36 *ὁκὰ μὲν τῆνον — ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τόν.* Attici eodem sensu articulum geminant, ut Xenoph. de rep. Ath. 2, 8 *τοῦτο μὲν ἐκ τῆς, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς* et ibid. 2, 12 *τὸ μὲν τῇ, τὸ δὲ τῇ* sc. *πόλει.* Nos in eandem sententiam dicimus *der — der*, vel *dieser — jener*, ut Latini **hic — ille**.

b) Deinde τῆνος ea significat, quae in conspectu sunt et quasi digito demonstrantur, sicut vulgo *ὅδε*: Theocr. I, 1. 8. 23, V, 15. 117, VIII, 86. Secundae personae pronomen est, ut Latinum **iste**, Theocr. V, 65 *τὰς ἐρείκας τήνας τὰς παρὰ τίν*, XXVII, 39 *οὔνομα σὸν λέγε τῆνο*, Theocr. V, 45 *οὐχ ἑρψῶ τηνεῖ* (i. e. ad te)· *τουτεῖ δρύες, ὧδε κύπειρος* (hic prope me). Ibid. v. 33 *τηνεῖ*, quod ad primam personam spectat, bonis libris ducibus in *τουτεῖ* mutandum est. Eodem pertinet XIV, 38 *τῆν' ᾧ τεὰ δάκρυα καλλαδρέοντι*, quomodo locum emendandum esse alio tempore demonstrabimus. Attici de secunda persona *οὗτος* usurpant. Ceterum ad primam personam *τῆνος* pertinet VII, 98.

c) Non minus τῆνος cum Latino **iste** contemptus notionem communem habet Theocr. V, 1 *τῆνον τὸν ποιμένα*, **istum pastorem**, qui simul digito demonstratur. XV, 8 *ὁ πάραρος τῆνος* et v. 15 *ἀφρὲς τῆνος* de absente, quo sensu Attici *οὗτος*, ut Aeschyl. Prom. 437 *θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις.*

d) E contrario etiam ea significat, quae sunt clara et omnibus cognita, ut Latinum **ille**. Ita in epigrammate Ithacensi bonae aetatis C. I. nr. 1927 [6]). Theocr.

6) Apponimus epigramma bellum, quia duobus in locis cum Boeckhii judicio dissentiendum est.

Τήνῳ τοι τόδε σᾶμα τὸ λάϊνον, ὦ ξίν', Εὐθυδάμῳ
ὅς ποκ' ἐν ἀμφιάλῳ πρᾶτος ἐνεῖτ' Ἰθάκᾳ
καὶ βουλᾷ καὶ χερσὶν ἐς Ἄρεα, Τιμίᾳ δὲ παιδὶ
ἔλλιπε καὶ κτῆσιν καὶ κλέος ἀθάνατον.

XIV, 26 *τὸν κλώμενον τῆνον*, I, 120. 126, VII, 151. Ea sententia apud Atticos saepius *οὗτος* quam *ἐκεῖνος* ponitur.

e) Saepissime *τῆνος* ad ea spectat, quae paullo ante commemorata sunt, ut Latinum is: Heracl. I, 87 *κόψει δὲ τῶν δενδρέων οὐδὲ πριώσει οὐδὲ ἧς οὐδὲ ἓν οὐδὲ ἄλλος τήνῳ*, ubi *τήνῳ* refertur ad *οὐδὲ ἧς* i. e. *οὐδείς*; Epich. 19 *καἴκα τις ἀντίον τι λῇ τήνῳ λέγειν, τήνῳ κυδάζομαί τε κἀπ᾽ ὦν ἠχθόμαν*, ubi utrumque *τήνῳ* ad *τὸν ἱστιῶντα*, qui antea commemoratur, pertinere videtur; Epich. 95, 7, Theocr. I, 4. 5. 11. 71. 72. V, 43. 63. VII, 63. 104. XI, 29. XIV, 7. XVI, 42. XVII, 16. 46. XXI, 16. Epigr. 6. Ejusdem generis est, quod Id. II in versu intercalari v. 17 etc. et praeterea v. 31. 60 absens amasius, de quo antea dictum erat, per *τῆνος* significatur. Graecitas vulgaris hanc in sententiam *αὐτός* adhibet, ubi nulla pronominis vis est, *οὗτος* et rarius *ἐκεῖνος*, ubi pronomini aliquid ponderis tribuitur. Eadem ratio est adverbii *τηνεῖ* in his locis: Epich. 19, Theocr. II, 98. IV, 35. V, 97. XI, 45. Epigr. 4, 13, ubi interpreteris ibi. Postremo *τηνῶθεν* Acharn. 720 est inde. Vulgo Graeci adverbiis *ἔνθα* et *ἔνθεν* in eam rationem utuntur.

f) Ad sequens relativum spectat, ut Latinum is: Theocr. Ep. 18 *ἀντὶ τήνων, ὧν*, Id. III, 10 *τηνῶθε — ὧ*, ibid. 25 *τηνῶ — ὧπερ*, ut e bonis libris restituendum est. Vulgo Graeci *οὗτος* et *ἔνθεν* ea vi instruunt, raro *ἐκεῖνος* et adverbia ejus stirpis.

Omittimus nonnulla, ubi pronominis vis minus apparet, ut Sophr. 10, Epich. 105 et Theocritea quaedam. Et satis, opinor, intellexeris, *τῆνος* significatione multum ab *ἐκεῖνος* abhorrere. Nam ne ullus quidem locus reperitur, ubi illud pro hoc positum existimari oporteat, multi, ubi vulgari Graecitati *οὗτος* familiarius esset quam

---

Boeckhius *ΩΗΕΝ* in *ὧπερ* mutavit, nos facilius in *ὧ ξέν᾽*, deinde e Buttmanni conjectura scripsit *ἔγεντ᾽ Ἰθάκᾳ*, quum mutatione non opus esse videatur. Conjungas enim *ἐναῖτο ἐς Ἄρεα* et compares Homericum *νισσόμενος πόλεμόνδε* Il. ν, 186. ο, 577.

ἐκεῖνος, haud pauci, ubi ἐκεῖνος nulla arte excusari posset. Neque tamen τῆνος nihil differre ab οὗτος et ea docent quae primo loco proposuimus et quod Theocr. V, 45 τηνεῖ et τουτεῖ sibi opponuntur, hoc ad primam personam pertinens, illud ad secundam. Bene igitur Apollonius pronomini Dorico propinquam significationem ita tribuit, ut longinquam non excludat: ita enim inter οὗτος et ἐκεῖνος medium est, ut propius ad illius potestatem accedat, sicut Latinum iste inter hic et ille, quanquam cum iste non potest ubique comparari, sed proprium usum habet, ubi propinqua et longinqua demonstratio non discernuntur neque opponuntur.

Jam vero quomodo fieri potuit, ut Dorienses, adeo Syracusani (vid. not. 4 extr.) pro ἐκεῖνος duplicem formam κῆνος vel κεῖνος et τῆνος haberent, et hanc quidem significatione longe diversam? Scilicet τῆνος nequaquam, id quod antiquis grammaticis creditum est, Dorica forma pronominis ἐκεῖνος habenda est (neque κ apud Dorienses in τ mutati alterum exemplum extat), sed non minus diversae originis est quam significationis. Doricum enim pronomen τῆνος a simplicissimo demonstrativo eadem ratione derivatum est, qua Doricum τοσσῆνος, quod nunc non legitur nisi apud Theocritum I, 54 et III, 51, a τόσσος formatione quadam Syracusanis potissimum, ut videtur [7]), usitata. Neque hoc jure opponeretur, τοσσῆνος nihil differre a τοσοῦτος, haud levi discrimine τῆνος et οὗτος distare. Nam neque satis constat de τοσσῆνος et, si forte minus discrepant, simili ratione τοιόσδε et τοιοῦτος multo minus distant quam ὅδε et οὗτος.

Redeundum est ad κεῖνος vel κῆνος. Hanc for-

7) Arcad. 65, 1. τὰ εἰς ηρος (leg. ηνος e cod. Havn. apud Dind. Gramm. Gr. I p. 56) ὑπερδισύλλαβα ἁπλᾶ ἢ παρασύνθετα ὀξύνεται, εἰ μὴ παρώνυμα εἴη κατὰ τροπὴν γένους θηλυκοῦ εἰς τὴν εἰς ος κατάληξιν γενόμενα, ἢ παρὰ γενικῆς ἀναπεφθέντα (leg. ἀναπεμφθέντα ex Havn.) ἢ παρὰ Συρακουσίοις παράγοιτο καθ' ὁμοιωματικὴν σημασίαν. intelligo τοσσῆνος, τοιῆνος et similia, in quibus comparativa notio apparet.

mam, quam grammatici Doribus in universum tribuunt, severioris certe Doridis fuisse certum est. Nam Alcmani fr. 64 (66), quanquam et Apollonii codex et Hephaestionis p. 3 libri κεῖνος exhibent, jure κῆνος redditum esse videtur, quia Apollonius (vid. not. 4) post τῆνος commemoratum pergit: σπανίως διὰ τοῦ κ, et idem in Cretica dialecto fuisse apparet e glossis Hesychianis κ η ρ ο ύ ε ι (leg. κηνούει) ἐκεῖ· Κρῆτες — κ η ν ο ύ ε ι, ἐκεῖ — κ η ν ῶ, ἐκεῖ. Accedit Lesbiacae dialecti analogia. Valde contra dubium est, rectene idem κῆνος mitiori Doridi tribuatur, quanquam in Ann. Oxx. I, 249, 6 (vid. not. 6) Syracusani κῆνος et τῆνος dixisse referuntur (ubi non licet κεῖνος scribere, quia e Doricis formis demonstratur, vulgo ἐκεῖνος scribendum esse, non ἐκῖνος). Nam et reliquorum analogia, de quibus exposuimus supra §. 20, mitiori Doridi κεῖνος concedi jubet, idque ipsum traditum est Epich. 94 et ubique apud Pindarum (vid. Boeckh. Nott. Critt. p. 366), cujus auctoritas hac in re non spernenda est. Quum enim neque epicam dialectum sequutus sit, quae ἐκεῖνος et κεῖνος promiscue profert, neque Lesbiacam, quae κῆνος, mitioris Doridis consuetudinem expressisse videtur. Itaque in grammatici testimonio illo corruptelam aliquam latere arbitramur et restituendum esse aut τῆνος γὰρ τὸ κεῖνος Συρακούσιοι aut, id quod altero ejusdem libri loco p. 223, 30 (vid. not. 4) commendatur: τῆνος γὰρ Συρακούσιοι καὶ κῆνος Αἰολεῖς. Apud Epicharmum fr. 48, ubi boni libri κηννον, in loco corruptissimo fortasse nec κῆνον nec κεῖνον verum est. Ceterum κεῖνο Epich. 94, 12 in τῆνο mutari ne sensus quidem permittit, quum vere longinquam demonstrationem habeat: i l l u d, q u o d a n t e a f u i t. E Theocriti carminibus magis Doricis κεῖνος nunc propulsum est, de qua re alio tempore dicemus. Hoc libenter concedimus, frequenti pronominis τῆνος apud Siculos potissimum usu factum esse, ut κεῖνος, cujus in locum haud raro illud substitui poterat, quodammodo obsolesceret. Ex Attica dialecto sumptum videtur τοῦτ' ἐκεῖνο Acharn. 786.

4) Dorienses nunquam more Atticis familiarissimo demonstrativis iota addidisse videntur. Neque enim quidquam ejus generis legitur praeter *ταδί* Acharn. 710, quod si ab Aristophane scriptum esset, ex Attica consuetudine immixtum videri posset, et ad eum ipsum locum scholiasta haec adnotavit: *ἄμεινον δὲ ἀντὶ τοῦ γράφειν ταδί, τὰ δή. Δωρίζει γάρ* et Aldina praebet *ταδὴ τὰ ῥέγχια.* Itaque Dorienses et iota demonstrativum ignorabant et *ὁδή* dicere poterant pro *ὅδε,* id quod eo credibilius est, quia *δε* illud demonstrativis additum haud dubie e particula *δή* ortum est. Eandem pleniorem formam agnoscimus Epich. 94, 16, ubi quum et pronomen *αὐτός* parum conveniat et in duobus libris pro *καὐτὸ δή* extet *καιὸ δή*, in uno *καὶ τοδί*, restituendum videbatur *ἄμεσον ἐὴ κα τοδή.*

5) Pronominis *αὐτός* apud omnes Dorienses eadem vulgaris forma fuisse videtur. Dubitationi enim valde obnoxia est Hesychii glossa *ἀντετοῦς, τοῦ αὐτοῦ ἔτους· Λάκωνες*, quacum conferas alias: *ἀντακάς, σήμερον — ἀντακές, σημεῖον* (corrigunt *σήμερον*) — *ἀνταλλές, ταύτης τῆς ἡμέρας — ἀνθήμερον, σήμερον ἡμέρα· Σοφοκλῆς Δανάῃ — ἄνδα, αὕτη· Κύπριοι.* Crederemus rudiores quasdam dialectos *ἀντός* vel *ἀνδός* pronuntiasse, nisi parum probabile esset, Sophoclem tam reconditam formam arripuisse et inde ad reliquas quoque glossas corruptionis suspicio permanaret. Non plus fidei est alii ejusdem Hesychii glossae *αὖς, αὐτός· Κρῆτες καὶ Λάκωνες*, in qua nonnulli *αὖς* et *αὐτός* pro *οὖς* et *ὠτός* esse temere existimarunt. vid. §. 31. Ceterum *αὐτός* et in reliquis Doridis fontibus reperitur et in antiquo titulo Laconico Leakii nr. 71.

Doridi peculiaris est ejus pronominis geminatio, cujus exemplum *ταῖς αὐταύταις χερσίν* Apollonius [8]) e Sophrone apponit. Idem pronomen optime Epicharmo 94, 7

8) Apollon. de pron. 79. B. *μόνη διπλασιάζεται παρὰ Δωριεῦσιν ἡ αὐτὸς ἐν τῷ αὔταυτος, αἰ δὴ μὴ ἐγὼν μάθον ταῖς αὐταύταις χερσίν.*

a Porsono restitutum est *πεπαίδευται γὰρ αὐταύτας ὕπο* pro *αὖ ταύτας*. Saepissime autem in Pseudo-Pythagoreorum fragmentis, quae Stobaei Florilegium servavit, a Gaisfordio e librorum corruptelis elicitum est: I, 74 *μὴ μόνον αὔταυτον* (libri *αὖ ταυτόν* et *ἀντ' αὐτῶν*) *οὕτως διατιθεὶς ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμπιστεύσαντας αὐτῷ*; I, 75 *ἃ μὲν αὐτά ἐντι δι' αὔταυτα αἱρετὰ, οὐ μὰν δι' ἕτερον· ἃ δὲ δι' ἕτερον, οὐ μὰν δι' αὔταυτα* (vulg. *διὰ ταῦτα*), deinde *ὃ καὶ δι' αὔταυτον αἱρετόν* (ll. *διὰ ταυτόν* et *δι' αὐτὰ ταυτόν*), *δι' αὔταυτο, αὐτὰν δι' αὐταύταν* et saepe *δι' αὔταυτα* libris easdem corruptelas offerentibus; XLVIII, 62 *πρέπει τὸν ἑτέρων ἄρχεν χρήζοντα τῶν αὐταύτω παθέων πρᾶτον δύνασθαι ἄρχεν* (libri *αὐτοῦ* vel *αὐτ' αὐτῷ* vel *ἐν ἑαυτῷ*); LXV, 16 *καὶ μέμψιος ποτὶ κολάσει δικαίως ἐστὲ ἄξιοι τυγχάνεν διὰ τὰς αὐταύτων ἀκολασίας* (vulgo *αὐτῶν*, Trinc. *ἀντ' αὐτῶν*); LXXXV, 18 *πρωτονύμφευτοι — εὐφυῶς ἔχοντι ποτὶ τὸ ἁρπάξαι τὸν αὐταύτας ἄνδρα* (ll. *αὖ ταύτας*); XCVIII, 71 *φύσιος — κύκλον αὐταύτας ἀναποδιζοίσας* (vulg. *αὖ ταύτας*); CXV, 27 *ἵνα — αὐτὸς αὔταυτον διορθοῦν δύνηται* (ll. *αὖ ταυτόν* et *αὖτ' αὐτόν*); CIII, 27 *ὁ θεὸς — ἐξ αὐταύτω τελήϊός ἐντι* (vulg. *ἐξ ἑαυτοῦ*, Trinc. *ἐξ αὖ ταυτῷ*) et *ἀρχὰν ἐν αὐταύτῳ τοιαύτην* (vulg. *ἑαυτῷ*, Trinc. *αὖ ταυτῷ*). Eodem modo alia in Stobaei Eclogis sananda sunt, quae hic apponere piget. Postremo in titulo Cretico nr. 2566 *εὐξαμένα ὑπὲρ αὐσαύτας εὐχάν*, ubi Boeckhius correxit *ἑαυτᾶς*, potius *αὐταύτας* scribendum videtur (et Dorvillius ad Charit. p. 302 Lips. *ἑαυτᾶν* corrigens *αὐτ' αὐτας* edi tradidit), nisi forte quis ipsum *αὐσαύτας* ita defendere audeat, ut glossam Hesychii supra allatam in hunc modum corrigendam esse dicat: *αὔσαυτος, αὐτός* (pro *αὖς, αὐτός*)· *Κρῆτες καὶ Λάκωνες*.

Significationem hujus pronominis Valckenarius ad Adon. p. 206. C, qui unicum exemplum Sophroneum cognitum habebat, non recte ita descripsit, ut *αὐτὸ τοῦτο* et *αὐτὰ ταῦτα* e vulgari Graecitate conferret. In reliquis locis omnibus reflexiva potestas facile apparet; et ple-

rumque quidem pro αὔταυτον, αὐταύταν, αὔταυτο etc. reflexivum tertiae personae ἑαυτόν, ἑαυτήν, ἑαυτό substitui posset; semel tamen Stob. LXV, 16 αὐταύτων est pro ἐμῶν αὐτῶν. Verissime igitur Porsonus in Sophronis loco correxit ταῖς αὐταύτας χερσίν i. e. ἐμαυτῆς. Neque jam latet, unde Doricum hoc pronomen originem traxerit. Quis enim non meminit eum Atticorum usum, de quo dixit Matthiae Gramm. Gr. p. 868 haec exempla afferens: Aesch. Ag. 845 τοῖς αὐτὸς αὑτοῦ πήμασιν βαρύνεται, Prom. 929 τοῖον παλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται ἐπ' αὐτὸν αὑτῷ, Soph. Trach. 451 εἰ δ' αὐτὸς αὑτὸν ὧδε παιδεύεις, Oed. C. 930 αἰσχύνεις πόλιν τὴν αὐτὸς αὑτοῦ etc.? Quae si Dorice scripta essent, αὐταύτου, αὐταύτῳ optime locum tuerentur; contra in Sophroneo loco substituere licet ταῖς αὐτὰ αὑτῆς χερσίν, in Epicharmeo πεπαίδευται ἐπ' αὐτὴ αὑτῆς neque minus in reliquis. Itaque αὐταύτου compositum est ex αὐτός vel alio quopiam casu et αὑτοῦ. At, dixerit aliquis, Attica illa exempla altero loco reflexivum cum spiritu aspero habent, quare αὐθαύτου necessarium foret. Verissime tamen Bernhardy Synt. p. 287 judicavit, videri rectius scribendum esse αὐτοὶ κατ' αὐτῶν, αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ, quae scriptura haud raro a libris suppeditatur, vid. Elmsl. ad Heracl. 144. Ipsi Epicharmo fr. 111 e libris reddidimus αὐτὸς δ' ἐπ' αὐτοῦ χαιρέτω, quum e conjectura ἐφ' αὑτοῦ scriptum esset, nec minus lenem tenuimus fr. 97 in αὐτοῖσιν αὐτούς et 132 in αὐτὸς αὐτόν cf. Chilo Diog. Laert. I, 73 ἐξ αὐτὸς αὐτῶ et αὐτὸς αὐτόν (potius αὑτόν) Delph. 67 Ross., qui loci simul docent geminatum αὐτός non semper apud Dorienses coaluisse, quanquam poterat in his ipsis substitui ἐπ' αὐταύτου, αὐταύτοισιν, αὔταυτον. Valde memorabilis usus spectatur in Heracl. I, 76: τὼς δὲ πολιανόμως τὼς ἐπὶ τῶ Ϝέτεος ποθελομένως μετ' αὐτὸς αὐτῶν ἀπὸ τῶ δάμω μὴ μεῖον ἢ δέκα ἄνδρας ἐμφίστασθαι etc. Ubi quum Mazocchius novam et miram vocem μέταυτος pro μετά esse finxerit, potius μετ' αὐτὸς αὐτῶν ita pro μετ' αὐτὼς αὐτῶν vel αὐτὼς μετ' αὐτῶν i. e. μεθ' ἑαυτῶν esse apparet, ut

αὐτός indeclinabile habitum sit, qui usus medius est inter *μετ' αὐτῶς (αὐτοὺς) αὐτῶν* et *μετ' αὐταυτῶν*.

Jam vero geminatum *αὐτός*, sive voces secernuntur (nec tum collocationis ratio discrimen efficit) sive Dorice in unam coalescunt, reflexiva potestate utitur eo aucta, quod et subjecti et objecti notio pronomine *αὐτός* distinguitur. Itaque *ταῖς αὐταύτας χερσίν* est ipsa meis ipsius manibus, *πεπαίδευται ὑπ' αὐταύτας* a se ipsa sola instituta est. Recentiore tamen tempore *αὐταύτου* emphasi abjecta ita pro simplici reflexivo haberi coeptum est, ut etiam tertium *αὐτός* addi posset, cujus usus exempla supra apposuimus Stob. I, 75 *αὐτὰ δι' αὔταυτα* et *αὐτὰν δι' αὐταύταν*, CXV, 27 *αὐτὸς αὔταυτον*. — Si vero pronominis potestas reflexiva est, non rectius Apollonius nominativum *αὔταυτος* finxit, quam si quis *ἐμαυτός, ἑαυτός, ἄλληλοι* fingere velit. Neque intelligitur, quo jure accentus retrahatur. Non dubitamus, quin ex *αὐτὸς αὐτοῦ* factum sit *αὐταυτοῦ*, non *αὐταύτου*.

Itaque jam praecipi oportet, Doriensibus peculiare fuisse pronomen reflexivum, quod ad omnes tres personas aeque referri posset, olim emphaticum, postea vix a vulgaribus reflexivis potestate diversum, idque hac flexione usum:

Gen. sing.	*αὐταυτοῦ(ῶ)*,	*αὐταυτᾶς*,	*αὐταυτοῦ(ῶ)*
Acc. —	*αὐταυτόν*,	*αὐταυτάν*,	*αὐταυτό* vel *αὐταυτόν*
Gen. plur.	*αὐταυτῶν*,	*αὐταυτᾶν*,	*αὐταυτῶν*.

Reliquorum casuum ratio facile apparet. Accusativum neutrius generis *αὐταυτό* supra attulimus ex Stob. I, 75 et indidem *αὐταυτόν*. Illa forma verior est et antiquior.

6) Relativum simplex apud Dorienses teste Apollonio (vid. not. 1) in nominativo plurali modo *τ* praefigit modo spiritum asperum servat, quam formae ambiguitatem excepto nominativo singulari masculini et feminini reliquis casibus communem fuisse, vel, ut rectius dicamus, genuinae Doridi licuisse articulo pro relativo uti, e titulis et scriptoribus satis apparet. Nam in tabulis

Heracleensibus quum relativa plerumque spiritum asperum servent, tamen relativa potestate utuntur *τόν* B. 12, *τά* I, 120, *τῶν* I, 40, item in titulo Bruttio *τώς* pro *τούς*. In Amph. 1688 vulgaris forma regnat praeter *τάν* l. 6. 16 et *κατά* l. 10 i. e. *κατὰ τά* (non *κατ᾽ ἅ*, ut Boeckhius voluit), item in Creticis praeter *τῶν* et *τώς* pro *οὕς* in jurejurando nr. 2555, 23 seqq. Postremo *τούς* legitur in Phoc. 81 R., reliquis titulis nunquam *τ* praefigentibus. Apud Epicharmum vulgares formae sunt *ὄν* 66, *ἄν* 51, *ὅ* 98, *οἵ* 26. 32, *ὧν* 24, *αἵτε* 5, *ἅπερ* 23; alterius generis sunt *τόν* 18, *τοί* 110, *τάς* 23, 10, *τά* 23, 4. 6 et 114. Apud Sophronem *αἵ* est fr. 33; in Lysistrata *ἅσπερ* 1164, contra *τοί* 1302, *τᾷ* 1306; in foederibus apud Thucydidem V, 77. 79 *τῷπερ* et *τοῖςπερ*. In Acharnensibus *ἅ* n. pl. est 766, *τῶν* 727, adeo *τώς* pro *ὡς* 728; nam adverbia ab articulo derivata item pro relativis esse possunt, ut in aliis dialectis *τῇ*, *τόθι*, *τόθεν*. Rhinthonis aetati *οἵ* concedimus, quod legitur in versu apud Cicer. ad Att. I, 20.

Dorienses maturius quam reliquos Graecos *ὃς μέν* — *ὃς δέ* pro *ὁ μέν* — *ὁ δέ* usurpasse, e Pseudo-Pythagoreorum usu parum recte collectum est (vid. Matth. p. 289) quorum Archytas Stob. Flor. I, 75. 76 *ἃ μέν* — *ἃ δέ* n. pl., Tim. de an. mund. p. 95. D *καθ᾽ ὃ μέν* — *καθ᾽ ἃν δέ* etc. Nec multo gravior est auctoritas versus, qui Epicharmeus dicitur fr. 136 *ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθός, οἷς δὲ καὶ κακός*. Nam ut apud Stobaeum alia complura fragmenta male Epicharmo assignantur, ita hoc quoque Menandreum potius quam Epicharmeum *χαρακτῆρα* habere videtur. Rhinthonem in versu apud Cicer. ad Att. I, 20 servato *οἵ μὲν παρ᾽ οὐδέν εἰσιν, οἷς δ᾽ οὐδὲν μέλει*, recentiorem consuetudinem sequutum esse facilius credideris. Dialectus tamen Dorica *ἐντί* postulat, quod appositicii *ν* impatiens est. Itaque quum Orellius secundum Lambinum *εἰσὶ τοῖς* ediderit, verius videtur *ἐντί, τοῖς*. Certior est is relativorum usus in adverbiis *ᾗ μέν* — *ᾗ δέ*, ut in Heracl. I, 33 *ἀπέχοντας ἀπ᾽ ἀλλάλων*

ᾇ μὲν τριάκοντα πόδας ᾇ δὲ Fίκατι i. e. qua — qua vel in alteram partem — in alteram, deinde in epigrammate Corcyraeo mixtae dialecti nr. 1907 pro *καί* — *καί*. Conferas *ὁτὲ μέν* — *ὁτὲ δέ*, ubi *ὁτέ* haud dubie ab origine relativum est, cf. Reiz. de accent. incl. p. 30 seqq.

7) Interrogativi et indefiniti *τίς* declinatio a vulgari ratione non differre solet. Breviores genitivi et dativi formae non reperiuntur; nam quod *τεῦο* (leg. *τεῦ*) in Et. G. 526, 3 Doricum dicitur pro *τίνος*, *τέο*, *τοῦ*, propter contractionis modum factum est. In Acharn. 789 minus recte nunc Megarensi continuari videtur *φαντάζομαι ὑπό του*. Melius placet antiquarum editionum distinctio: *φαντάζομαι. ΔΙΚ. ὑπὸ τοῦ; τίς ὁ φαίνων σ' ἐστίν;* — Memorabile est *σὰ μάν* in Megarensis ore Acharn. 723. 751, quod Scholia et Greg. C. p. 236 pro *τί μήν* esse dicunt, recte quidem, si sensum spectas, minus recte, si formam. Quum enim *σά* non possit pro *τί* esse, verius Herodianus 9) docere videtur, *σά* Megarice esse pro *τινά*, nisi quod hic potius pro *τίνα* positum est. Nam ex antiqua forma *τια* (vid. L. I §. 23, 11) facile *σα* fieri poterat, ut *ἄσσα* pro *ἅτινα* ex *ἄτια* factum est. Pluralis in ea interrogatione vulgo non usitatus est neque tamen per se habet, cur reprehendatur. Parum recte Dorienses *τά* pro *τί* vel *τινά* dixisse traduntur 10).

Quo jure indefinitum pronomen *ἀμός* ad Doridem referatur in Scholl. E. Od. *α*, 10 et Et. M. 95, 22, obscurum est. — Syracusanum ab Apollonio de pron. p. 75. C Sophroneo exemplo allato fr. 24 dicitur *ὁ δεῖν* vel

9) Scholl. LV. Il. *α*, 554 de *ἄσσα*: *ἔστι δὲ κατὰ τὸν Ἡρωδιανὸν δύο μέρη λόγου, τὸ ἃ ἄρθρον καὶ τὸ σὰ Μεγαρικὸν δηλοῦν τὸ τινά*, cf. Eustath. 148, 38. *σά, ὃ δηλοῖ τὸ τινὰ Μεγαρικῶς καὶ Δωρικῶς*, Et. M. 157, 48. *σά, ὅ ἐστι Μεγαρικὸν δηλοῦν τὸ τινά.*

10) Greg. C. 212 e Pind. Ol. I, 82, ubi unus codex *τά*, reliqui recte *τί*. Et. M. 167, 37. *ἄττα, γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ τὰ Δωρικοῦ, τοῦ σημαίνοντος τὸ τινά.*

potius ὁδεῖν pro ὁδεῖνα: commemoratur idem in Et. G. 418, 48.

Pronomen ὅςτις antiquo et Aeolico more (vid. L. I §. 23, 11) indeclinabile ὁ pro relativo pronomine praefixum habet in Amphict. 1688, ubi ὅτινος et ὅτινι. In reliquis fontibus vulgaris ratio conspicitur, ut ὅςτις Heracl. I, 60, Herm. 1193, Astyp. 2483, Epich. 95, ἅτις Lysistr. 1249, ἅντινα Thuc. V, 79 etc.

§. 34.

De numeralibus.

1) Cardinalia:

εἷς, μία, ἕν ubique Doriensium sunt, nisi quod severior Doris ἧς proferebat pro εἷς, vid. §. 20, 2, Cretensium pars et Argivi haud dubie ἕνς, vid. §. 14. De compositis οὐδείς et μηδείς supra diximus §. 10, 7.

δύο, G. δυῶν, D. δυσί(ν), A. δύο. Ea flexione antiqua et genuina Doris usa esse videtur; nam et in tabulis Heracleensibus genitivus ubique δυῶν sonat, ut I, 91. II, 21 etc. et aliquoties apud Archimedem ut Aren. p. 324, cf. Hesych. δύων, δύο· Δωριεῖς, et dativus δυσί(ν) legitur in Rhod. 2525, b et apud Archimedem de Helic. p. 228. Vulgo tamen et in titulis et apud Archimedem δύο indeclinabile est, ut δύο δραχμᾶν Corcyr. 1845. Vix ullo jure Doricum dicitur δοιώ vel δύω [1]).

τρῖς et τρεῖς, n. τρία, G. τριῶν, D. τρισί, A. ut nominativus. Antiquior forma τρῖς, quod est contrahendo e τρίες et τρίας natum, legitur in titulo Bruttio et tabulis Heracleensibus, nisi quod altera recentiorem quoque τρεῖς ter admisit I. 15. 53. 70. Eadem vulgaris forma praeterea in titulo Delphico nr. 1690 reperitur, ceterum antiquiorum in numeralibus formarum tenaci, et in recentioribus omnibus.

1) Ann. Oxx. I, 108, 15, Et. M. 289, 16, Et. G. 149, 33 de δοιώ, Tzetz. ad Hesiod. Opp. 11 de δύω.

τέτορες, τέτορα est genuina forma Dorica [2]), quae nunc legitur in tabulis Heracleensibus et Delph. 1690, deinde Epich. 100 bis, libris Athenaei et Eustathio priore loco *τέτταρας* exhibentibus, quanquam hunc *τέτορας* voluisse apparet [2]); altero loco meliores libri *τέττορας* tenent, editio Lugdunensis *τέτορας*. Apud Theocritum XIV, 16 *τετόρων* est, non Dorice *τέσσαρας* XI, 41 (ubi codices pauci pejores *τέττορας* et *τέτταρας*), *τέτταρες* XIV, 29. Male aliquoties apud Timaeum *τέττορες* scriptum est p. 96. B. C., 99. B, 101. C., rectius nunc Diotogeni Stob. Fl. XLIII, 130 *τέτορες* e Trinc. restitutum. Vulgaris forma *τέσσαρες* semel legitur in altera tabularum Heracleensium II, 50, semper in titulis recentioribus, ut Delph. 1702. 1704. 1705, Taurom. et apud Archimedem. Ceterum de origine Dorici *τέτορες* vide L. I §. 12, 3.

πέντε cf. §. 10, 1, *ἕξ* (in tabb. Heracl. *Fέξ*, vid §. 5, 2), *ἑπτά, ὀκτώ* (tabb. Heracl. *ὀκτώ* §. 4, 2), *ἐννέα* (*ἐννέα* tabb. Heracl.), *δέκα* praeterquam in tabulis Heracleensibus a vulgari ratione nihil differunt.

Pro *ἕνδεκα* legitur *δέκα εἷς* Delph. 1690.

δυώδεκα antiquae Doridis esse docet *δυωδεκάπλοον* in titulo Bruttio; *δώδεκα* tamen e *δωδέκατος* Rhod. 2525, b colligitur; *δέκα δύο* est in Heracl. II, 53.

Pro *εἴκοσι* multae Doricae formae erant. Omnium antiquissima est *Fίκατι*, quae extat in tabb. Heracl., Lacon. 1511 et in antiquo titulo Argivo, ubi *Fίκα* resedit; paullo recentior est *Fείκατι*, quae in altera tabularum Heracleensium promiscue cum illa usurpatur: Laconicum *βείκατι* apud Hesychium ad aetatem multo inferiorem pertinet, vid. §. 5, 4. E formis digamma carentibus antiquissima est *ἴκατι*, de qua testantur gram

2) Eustath. 1398, 23 post priores Epicharmi fr. 100 versus allatos, ubi *τέτταρας* scriptum est: *τὸ τέττορας Δωρικῶς λεχθέν, οἱ εὐθεῖα κεῖται παρ' Ἡσιόδῳ*, quibus spectat Opp. 696 *ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἥβώοι*

matici [3]; *εἴκατι*, quod *ν ἐφελκ.* pati traditur [4]), legitur in Corcyr. 1840, Callim. in Cer. 70 et apud Theocritum IV, 10. V, 86. XV, 139. XVI, 51. Quod pejores Theocriti codices exhibent, *εἴκοτι*, barbarum est, quanquam in Ann. Oxx. IV, 215, 6 Doricum dicitur. In titulis Alexandro inferioribus vulgaris forma *εἴκοσι* reperitur, ut in Tauromenitano Torremuzzae etc., item apud Archimedem.

τριάκοντα nihil peculiare habet.

τετρώκοντα, genuina Dorica forma servata est in Heracl. et Delph. 1690, et in epigrammte Corcyraeo mixtae dialecti nr. 1907. Apud Archimedem, unde affertur, non invenimus; sed versus e Dinolochi Siculi Medea a Polluce IV, 174 allatus legendus videtur:

— ◡ *τετρώκοντα λίτρους τινὶ νεανίσκῳ πέδας*

(pro *τετταράκοντα* vel *τετράκοντα*). Nulla dialectus *τετράκοντα* pronuntiasse videtur, cf. infra ad *τετρωκοστός*. Vulgaris forma *τεσσαράκοντα* reperitur semel in altera tabularum Heracleensium II, 49, deinde in titulis recentioribus, ut in Tauromenitanis. Ceterum *τετρώκοντα* e *τετορήκοντα*, *τετροήκοντα* factum est, ut *ὀγδώκοντα* ex *ὀγδοήκοντα*.

πεντήκοντα, *ἑξήκοντα* (Heracl. *Ϝεξήκοντα*).

ἑβδεμήκοντα in tabb. Heracl. et Delph. 1690; vulgare *ἑβδομήκοντα* est in Corcyr. 1845 et Tauromenitanis.

ὀγδοήκοντα est in Corcyr. 1845 et Tauromenitanis, sed genuinam Doridem ut Iadem *ὀγδώκοντα* protulisse suspicamur.

ἐνενήκοντα, Heracl. *ἐνενήκοντα*.

ἑκατόν ut vulgo, cujus vocis composita apud Dorienses antiqua forma servata in *κατιοι* exeunt: *διακα-*

3) Choerob. Oxx. II, 205, 4. *Δωριεῖς διὰ τοῦ ῑ γράφοντες αὐτὸ τρέπουσι τὸ ō ἐν τῇ παραληγούσῃ εἰς τὸ ᾱ λέγοντες εἴκασι* (leg. *ἴκατι*). — Hesych. *ἴκατι ἢ εἴκατι, εἴκοσι.*

4) Ann. Oxx. I, 147, 32. *τὰ δὲ εἰς τ̄* (leg. *τ̄ῑ*) *Δώρια ὀνόματα προλαμβάνει* (leg. *παραλ.*) *τὸ ν̄· εἴκοσι, εἴκατι, εἴκατιν.*

τίοι, τριακατίοι, τετρακατίοι, πεντακατίοι, Ϝεξακατίοι, ἑπτακατίοι, ὀκτακατίοι (Doricum accentum appinximus), omnia in tabulis Heracleensibus. Praeterea διακατίαι est in Amph. 1688, ὀκτακατίοι in Lacon. 1511, cf. infra de πεντακατιάς in Iss. 1834. Vulgares formae sunt in titulis post Alexandri aetatem scriptis, διακόσιοι jam in Heracl. II, 35, τετρακόσιοι B. 40, hoc tamen nescio an Maittairii errore (vid. §. 2, 7), διακόσιοι, τριακόσιοι, τεσσαρακόσιοι in Calymn. 2671, Ther. 2448, Tauromenitanis etc. et apud Archimedem.

χίλιοι, διςχίλιοι etc. nunc leguntur in Heracl. B. 36. 37, Ther. 2448, Calymn. 2671 etc., contra in Lacon. 1511 antiqua scriptura l. 12. 19 χέλιοι (nam χιλίους l. 22 duplici ratione corruptum esse videtur, vid. §. 20, 2. b). Jam vero quum Lesbiacum χέλλιοι et Boeoticum χείλιοι significent, severioris Doridis χηλίοι, mitioris χειλίοι fuisse, illud in Laconici tituli antiqua scriptura agnosci oportere et in tabularum Heracleensium fragmento Britannico fortasse Maittairii culpa in vulgarem formam mutatum esse supra suspicati sumus §. 20, 6. In recentioribus titulis vulgaris forma locum tuetur.

2) Ordinalia:

πρᾶτος (vid. §. 21, 1), δεύτερος, τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, ἕκτος (Heracl. Ϝέκτος) et in tabulis Heracleensibus et in aliis fontibus reperiuntur. De proximis e certioribus fontibus non constat. Suspicamur tamen ἕβδεμος dictum esse ut ἑβδεμήκοντα, nec credimus recte Siculis εἴνατος tribui pro ἔννατος vel ἔνατος, vid. §. 14. — Saepius δέκατος legitur, δωδέκατος Rhod. 2525, b.

Non constat, quid Dorienses pro εἰκοστός dixerint, suspicari licet de antiquissima forma Ϝικαστός, deinde ἰκαστός, εἰκαστός. Sequentium terminatio vulgarem analogiam sequitur; nam τριακοστός est in Corcyr. 1845 et inde τριακοσταῖος in Heracl., deinde Doricum τετρωκοστός apparet apud Archimedem Aren. p. 325, ubi in Oxoniensi editum est τετρακοστομόριον, quum in Basi-

leensi sit *τέτρωκον τὸ μόριον*, in codice Parisiensi C *τέτρωκον τομόριον* et D. *τετροκοστομόριον*. Ibidem paullo inferius et p. 327 *τετρακοστομόριον* sine varietate lectionis editum est; at *τετρακοστός* non magis ferri posse videtur quam *τετράκοντα*.

3) **Adverbia numeralia:**

ἀμάκις, ἅπαξ· Κρῆτες et *ἀματίς, ἅπαξ· Ταραντῖνοι* Hesych., quorum hoc, nisi vehementer fallor, pro eodem *ἀμάκις* male scriptum est aut potius utrumque pro *ἁμάκις*, antiquissima hujus adverbii forma, quae a plerisque Graecis in *ἅπαξ* corrupta est, vid. §. 10, 8.

τριάκις, τρίς· Λάκωνες Hesych., quae forma in Ann. Bekk. p. 942 etiam ex Aristophane affertur.

Reliqua ejus generis adverbia *δίς, τετράκις* etc. terminatione nihil proprii habent.

De *διχᾶ, τριχᾶ* pro *δίχα, τρίχα*, quo pertinet etiam *ἁμᾶ* pro *ἅμα*, unâ cf. *ἁμάκις*, diximus §. 3, 11 et dicemus §. 44, 8.

4) Substantivum numerale singularis formae Boeckhius finxit in titulo Issensi nr. 1834 *ἐν πεντακαι(ι)ίδι* supplendo restituens, quod a Dorico quodam *πεντακαιτος* pro *πεντηκοστός* derivat. At substantiva numeralia neque in *ις* exeunt, sed in *ας*, neque ab ordinalibus ducuntur, sed a cardinalibus; postremo *πεντηκοστός* Doricum est, *πεντακαιτός* nullius dialecti. Itaque potius *πεντακοντάδι* legendum esse videtur, quod recte a *πεντακαίοι* descenderet. — De adjectivis in *πλοος* vid. §. 23, 2.

De conjugatione.

Largior materiae copia, quam Doricae dialecti fontes praebent, in conjugatione illustranda accuratius, quam in primo libro fieri potuit, eam viam sequi permisit, quam et Graecae linguae proprietati convenire et brevitati atque perspicuitati consulere arbitremur. Quare quum dissertatio nostra de conjugatione in *μι*, ubi primum sen-

tentiam nostram exposuimus, paucorum in cognitionem pervenisse videatur, summam rei succincte jam repetemus.

Omnis Graecae conjugationis ratio maxime in systematis versatur, quae ne ullum quidem verbum omnia amplectitur. Systemata autem haec a nobis vocantur: 1) Praesens cum Imperfecto, 2) Perfectum cum Plusquamperfecto, 3) Futurum, 4) Aoristus I Act. et Med., 5) Aoristus II Act. et Med., 6) Aoristus I Pass., 7) Aoristus II Pass., 8) Iterativum. Jam omnis conjugatio duabus rebus continetur, systematum formatione et flexione. Systematum formationem eam appellamus, qua e stirpe verbali singulorum systematum stirpes efficiuntur, ut a *τυπ* derivantur stirps Praesentis *τύπτ*, Perfecti *τετυφ*, Futuri et Aoristi I *τυψ*, Aoristi I p. *τυφθη*, Aoristi II p. *τύπη*. Systematum flexio fit per terminationes, per augmentum indicativi praeteritorum et aliquatenus per vocalium mutationem. Quatuor in ea spectantur conjugationis varietates: 1) conjugatio in *ω*, quae complectitur pleraque Praesentia et plerosque Aoristos II a. m., omnia Futura et Iterativa; 2) conjugatio in *μι*, quam sequuntur pauca Praesentia et pauci Aoristi II a. m., omnes Aoristi I. II Passivi; 3) conjugatio Aoristi I a. m.; 4) conjugatio Perfecti. Terminationum duplex genus spectatur, alterum in iis, quae vulgo ad activum referuntur et in aoristis passivi, alterum in reliquis medii et passivi formis. Objectivi nomine illa complexi sumus, haec Subjectivi.

§. 35.

De systematum formatione.

1) Pauca sunt, quibus praesentis formatio Dorica a vulgari ratione distinguitur. De *ζ* apud Lacones Megarenses in *δδ* mutato, ut *παίδδω* pro *παίζω*, diximus §. 12, 3. 4; de Tarentinorum *λακτίσσω* pro *λακτίζω* etc. §. 12, 5; de eorundem, si recte traditur, *ἀνάζω* pro *ἀνάσσω* etc. §. 13, 3; in iisdem paragraphis de aliis ra-

rioribus vel incertioribus mutationibus, quas praesentis terminationes ζω et σσω patiuntur. — Saepe Dorienses a grammaticis [1]) traduntur ν pleonastice in praesentibus inserere, ut θύνω et δύνω pro θύω et δύω. Verum neque haec Doridi propria sunt (adeo e contrario καταδύῃ 2 sing. praes. obj. legitur Sophr. 91) neque reliqua, quae a grammaticis ad Doricum illum morem revocantur, neque postremo in Doricis fontibus reperiuntur, unde pateat, illos non omnino temere in hoc loco versatos esse, una Hesychii glossa excepta ἀγνεῖν, ἄγειν· Κρῆτες, cf. ἀγνεῖ, λαμβάνει et ἀγνησόει, ἀγήοχε· Λάκωνες, leg. ἀγνήκει aut, quum apud Phavorinum ἀγνήσοε sit, ἄγνηκε. Nec fortasse aliena est corruptissima glossa ἀγνήκαμες, ἠγνοήκαμεν· Αἰολεῖς.

Stirpes in νυ exeuntes plerumque conjugationem in ω conjugationi in μι praeferunt. Ita ὀμνύω est in Cret. 2555. 2556, ὤμνυε Epich. 71, δείκνυε imperat. Epich. 132 (si quidem fragmentum genuinum est), ἐπιζευγνύουσα Archimed. de Plan. Aeg. p. 5 et saepe, ἐπιζευγνυέτω ibid. p. 14, ἀποδεικνύειν Aren. p. 320; contra παραδεικνύντας Rhod. 2905, ἀναδείκνυντι 3 sing. Cret. 3050, ἀποδείκνυμεν Cret. 3047, ἐπιζευγνύμενος Archim. de Pl. Aeq. p. 15 et saepe, δείκνυται p. 46, δείκνυνται de Helic. p. 233, δείκνυσθαι Aren. p. 324. Illa conjugationis ratione etiam duo verba Doriensibus propria utuntur: σ τ α ν ύ ω pro ἵστημι, unde στανυέσθων Cret. 2556, et σ ω ν ν ύ ω, quo Dinolochus Siculus pro σώζω usus est secundum Ann. Bekk. 114, 5.

---

1) Append. Et. Gud. 661, 81. Δωριεῖς τὰ εἰς ῶ καθαρὸν λήγοντα ῥήματα διὰ τοῦ ν̄ προφέρουσι· οἷον δύω δύνω, θύω θύνω; similiter Herodian. in Il. Ad. f. 205 et Eustath. 154, 19. Praeterea hic Doridis mos commemoratur ab Herodiano apud Eustath. 562, 12, Heraclide ibid. 670 extr., Ann. Oxx. I, 313, 18, Et. Or. 49, 18, Et. M. 466, 27 — 632, 22, Et. G. 434, 18, Eustath. 172, 20 etc., ubi ex illo more explicantur ἐλαύνω, ἐρευνῶ, φορύνω, ἀρτύνω, δαμνῶ, δάκνω, δέχνυμαι etc., quorum nonnulla ω non purum habere vides.

Siculi terminationem *αζω* amasse referuntur [2]) pro vulgari *αω*, ut *σιγάζω*, *ἀνιάζω*. Ejus generis nunc superest *ἀκροαζομένα* Epich. 75 ab *ἀκροᾶσθαι*. Neque tamen solum praesens ea mutatione tactum est, sed reliqua quoque systemata cum nominibus verbalibus affecta sunt. Nam *χαλάξαι*, *γελάξαι* apud Pindarum, qui Siculorum morem imitari videtur, et Theocritum ad Dorica *χαλάζω* et *γελάζω* referenda esse videntur, Epicharmeum *σκυφοκώνακτος* ad *κωνάζω*, *ἀάβακτος* ad *ἀάζω* etc., vid. §. 11, 2. 4. Ceterum vides, non omnia haec Siculis propria esse. Simile praeterea est *κλάζω* aut *κλᾴζω* pro *κλᾴω*, *κλείω*, vid. §. 11, 2 et §. 19, 6, unde futurum *κλαξῶ*, et Laconicum *πάζω* pro *παύω*, quod cognoscitur e glossis Hesychianis *ἀμπάξαι*, *ἀναπαῦσαι*· *Λάκωνες* et *ἀμπάζονται*, *ἀναπαύονται*.

Commemoramus etiam Doricum *σκευόω* pro *σκευάζω*, unde in Ther. 2448 leguntur *κατεσκεύωκε* IV, 13 et *κατασκευωθῇ* VIII, 25, quibus inducti sumus, ut nuper apud Aeschylum Eumen. 604 *παρεσκεύωσεν* pro *παρεσκήνωσεν* (Med. *παρέσκωσεν*) proposuerimus.

2) In perfecti formatione primum de reduplicatione vel augmento illius vicario videndum est. Stirpes, quae consonam in fronte habent, nihil fere a vulgari ratione discrepant. Augmentum, ut vulgo, est in *ἔῤῥηγα* Heracl. a *ῥήγνυμι*, contra reduplicatio in *βεβλαστάκοντι* in Lysidis epistola p. 53, quum vulgo sit *ἐβλάστηκα*; *ει* pro reduplicatione vulgari modo est in *εἴρηκα* Rhod. 2905 et *εἰλάφει* Phoc. 73 R., quum in subjectivo apud Archimedem utraque forma reperiatur, *εἴλαμμαι* et *λέλαμμαι* vid. §. 42. Ibidem de Dorico *ἔμβραμαι* pro *εἵμαρμαι* dicetur et de Rhodiaco *εἴσχημαι* pro *ἔσχημαι* ab *ἔχω*. — Eae

2) Heracl. ap. Eustath. 1654, 18. *βῶ βάζω Σικελικῶς κατὰ τὸ σιγῶ σιγάζω, ἀνιῶ ἀνιάζω, ἀτιμάζω, πελάζω.* — Herodian. H. Adon. f. 205, b et Append. Et. Gud. 661, 48. *ἐκ τοῦ φῶ κατὰ παραγωγὴν Δωρικὴν φάζω*, unde *φαύζω*, *φαύσκω*, *πιφαύσκω* factum dicitur, cf. §. 12 not. 8.

stirpes, quarum initialis litera vocalis est, plerumque secundum vulgarem usum pro reduplicatione augmentum temporale asciscunt, quo *α* non in *η*, sed in *α* longum Dorice transire supra indicavimus §. 19, 2. Talia sunt *μεταλλαχα* Ther. 2448. I, 12, *ἀλιφθέρωκα* Sophr. 63. *ἄγμαι* saepissime apud Archimedem; apud eundem *ἀφαίρημαι* legitur de Con. p. 259. 301. 302. 305 seqq. et *διαιρήσθωσαν* de Helic. p. 241 ex editione Basileensi et codice Parisino B restitui oportet pro *διηρήσθωσαν* (saepe tamen *ἥρημαι* est sine varia lectione), quare *καθαιρημένος* scripsimus Sophr. 20 pro *καθηρημένος*. Rectiusne *αἵρημαι* scribatur an *ἅρημαι*, infra quaeremus §. 36, 8. Augmentum neglectum est in *οἰκοδόμημαι* Heracl. I, 64. 89. 91 et item in *οἴκημαι* Archim. Aren. p. 319. — Reduplicatio Attica est in *ἀπόλωλα* Heracl. B. 39, in *ἀγάγοχα* ab *ἄγω* vid. §. 42, nec dubitamus, quin in plerisque reliquis fuerit, quae vulgo eam postulant. Nam *ἄκουκα*, de quo vide §. 42, potius est perfectum I Doribus proprium pro vulgari perfecto secundo *ἀκήκοα* neque inde de reduplicatione saepius neglecta conjecturam facere licet; *ἤνεγμαι*, quod aliquoties legitur apud Archimedem de Helic. p. 220 seqq., mero sphalmate pro *ἐνήνεγμαι* scriptum esse videtur, quod ibidem multo saepius traditur; Doridi non proprium est *ἐπακατώρυκται* Sophr. 33 sine reduplicatione vid. Buttm. I §. 85 not. 1. — Ceterum reduplicatio et augmentum praepositionibus, ut fit vulgo, etiam in iis verbis, quae potius e compositis derivata quam ipsa compositionem passa sunt, plerumque postponuntur, ut *ἐνδεδίωκα* Heracl. I, 72 a novo verbo *ἐνδιόω*, *ἐνδεδιαμώκα* Cret. 3053: e contrario *πεπρωγγύευκα* Heracl. I, 117 est a *πρώγγυος* i. e. *προὔγγυος*, *προέγγυος*.

Quum antiquissima Graecorum lingua, id quod ex Homericis carminibus satis patet, non duo diversa perfecta finxerit, sed unum ea lege, ut post vocales terminationi *κ*, in parte saltem formarum, praefigeretur, consonae autem stirpem claudentes ne unquam mutarentur, recentioris linguae consuetudinem Dorica dialectus sequuta

perfecta prima ea fingit, quae ab antiquae linguae ingenio alienissima sint, ut *κεκρατήριχα* Sophr. 71, *μετάλλαχα* Ther. 2448, *ἀπέσταλκα* Cret. 3047. 3048. 3052. 3058. Ign. 2670. Deinde quum Homerica lingua perfecta, activi potissimum, vix ulla habeat praeterquam verborum primitivorum, Doris cum vulgari lingua verborum denominativorum perfecta prima frequentat, ut *πεφίτευκα*, *ἐνδεδίωκα*, *πεπρωγγύευκα* in Heracl., *ἐπιμεμέλεκα* Ther. 2448, *ἀδίκηκα* Aetol. 3046, *ἀλιφθέρωκα* Sophr. 63 etc.

Pauca sunt praeterea, quae Doris in perfectorum formatione peculiaria habet, de quibus infra dicemus §. 42, ut *τέθεκα* a *τίθημι*, *ἕωκα* ab *ἵημι*, *ἀγάγοχα* ab *ἄγω*, *ἔθωκα* ab *ἔθω*, *γέγακα* a *γίγνομαι*, *πέποσχα* a *πάσχω*, *εἶκα* pro *ἔοικα*, *ἔῤῥηγα* a *ῥήγνυμι* etc.

3) Futurum et Aoristum I eorum verborum, quorum praesens in *ζω* desinit, pro vulgari *σ* in genuina Doride semper *ξ* assumere supra docuimus §. 11. Alia verba *σ* post brevem vocalem geminant, ut *ἐσσοῦμαι* vid. §. 41, *τελέσσω*, quod Siculum dicitur vid. §. 13, 1, *δάσσασθαι* Heracl., neque tamen omnia vel ubique, quum *ὀμόσαι* sit in Heracl. I. 70 et Amph. 1688, *καλέσαι* Epich. 19. 20. 65. Sed in *ἐσσοῦμαι* alterum *σ* ad radicem *ες* pertinet, alterum ad terminationem; item verbi *τελέω*, quod descendit a *τέλος* (cf. *τελεσφόρος*) vera stirps est *τελες*; in *δάσσασθαι* a radice *δατ* prius *σ* e *τ* factum est. Itaque duplex sigma in illis ex antiquitate retentum est.

Futura omnia, etiam quae sigma servent, in Doride circumflecti, saepissime grammatici docent [3]). Accuratius

---

3) Et. M. 548, 30 (Ann. Oxx. IV, 198, 31). *οἱ Δωριεῖς πάντας τοὺς ὁριστικοὺς μέλλοντας περισπῶσι.* Apollon. de synt. 274, 18. *τοὺς Δωριεῖς καθ' ὅλης τῆς ἐγκλίσεως τὴν περισπωμένην φυλάττειν τῷ μέλλοντι.* Macrob. II p. 299 Bip. „(Dores) in omni futuro in *ω* desinente ultimam circumflectunt.“ — J. Gr. 243, a, Meerm. 658 de *δωσῶ*, *θεραπευσῶ*, *νοησῶ* — *δωσεῖ*, *θεραπευσεῖ*, *νοησεῖ* — *δωσοῦντι*, *λεξοῦντι*, *ποιησοῦντι.* — Scholl. Theocr. III, 18 et V, 53, Greg. C. 235. 276. — Ann. Oxx. I, 136, 7, Et. M. 381, 30, Eustath. 23, 10 — 129, 23 — 655, 13 de tertia singulari ut *ἐσσεῖται*, *πλευσεῖται*,

tamen quaerentibus ita praecipiendum est: Doris futuri primi (ut ea appellatione uti liceat) stirpem in *σε* terminans vocalem *ε* ante terminationes secundum regulas in §. 25. 26. 21 explicatas modo immutatum relinquit modo vario modo mutat aut cum terminatione conjungit. Vulgaris futuri primi ratio, quae solum *σ* pro charactere habet, non reperitur unquam in fontibus paullo majoris fidei; nam *οἱσόντι*, *ἐργαξόνται* et similia in tabulis Heracleensibus alio trahenda esse, supra satis demonstratum est §. 26, 2. Lapicidae Tejo debentur in Creticis 3047 *πειρασόμεθα*, 3049 *ποιήσομεν*, 3052 *ἀναγράψομεν*, eorum, qui descripserunt, negligentiae *προάξονται* Herm. 1193 et *ἀποδώσοντι* Ther. 2448, VI. 16, nec verum videri potest *ἐξορκίξοντι*, quod Boeckhius in corruptissimo titulo Cret. 2554, 36. 41 restituit (idem haud raro Dorice circumflectere neglexit). Vulgaris forma, quam propelli metrum vetat, *κοΐξετε* Acharn. 712 (e Ravennate nunc *ἰξεῖτ'* 708 et *ἀγορασοῦντες* 716 pro *ἴξετ'* et *ἀγοράσοντες* restituta sunt), Attico poëtae condonanda est; pro *πωτάομαι* i. e. *πωτάσομαι* Lysistr. 1013 *πωταΐομαι* suspicari licet. Quod in Chelidonismo genuinus Dorismus bis negligitur, in *ἐάσομες* et *οἴσομες*, recentiorem ejus originem indicaverit. Apud Archimedem frequentes sunt formae vulgares, maxime in futuris passivi.

Doridem in illa futuri formatione antiquissimae linguae vestigia premere Sanscrita lingua docet, cujus futurum secundum in s j ā m i terminatur, ut b h ō t s j ā m i a b u d h, cf. *πευσοῦμαι* a radice *πυθ*. Apparet enim antiquum j apud Dorienses in *ε* transisse, quum Lesbiaca lingua js in *σσ* mutaret (vid. L. I §. 9, 1), reliquae dialecti, nec minus Dorica in aoristo primo, j plane abjicerent. Futurum secundum, quod vocant, ita ortum esse

---

κλαυσεῖται, *πορευσεῖται*, quae formae pro parte Doribus non sunt propriae; de *ἐσεῖται* Scholl. A. Il. *β*, 353, Et. G. 212, 16. — Heraclid. ap. Eustath. 1557, 40 de tertiis pluralibus (vid. §. 36 not. 2) etc.

constat, ut post liquidas ε insereretur, deinde σ ejiceretur, ut e τέν-σω τενέσω, τενέω, τενῶ. Jam in Doride quum duo ε concurrerent, alterum ejectum est; vestigium tamen ejus in Heracleensium dialecto deprehenditur, qui primi futuri tertiam pluralem οἰσόντι habent, secundi ἀγγελίοντι, neque fortasse aliter explicandum est, quod Lysistr. 183 ὀμιώμεθα est pro ὀμούμεθα, non ὀμιόμεθα.

Futura passivi h. e. illa futura, quae ab aoristis passivi derivantur, in Doride cum ipsis aoristis terminationes objectivas habuisse videntur. Primum in Ther. 2448. I, 25 traditum est συναχθησοῦντι, quod Boeckhius in συναχθησοῦνται mutavit; deinde in Astypal. 2483, 25 ἐπιμεληθη..ει multo facilius in ἐπιμεληθησεῖ mutaveris quam cum Boeckhio in ἐπιμεληθήσεται aut potius in ἐπιμεληθησεῖται; tum Doricum ὠατωθήσω pro ἀκούσομαι, quod Photius, Suidas, Hesychius afferunt, haud dubie est futurum primum passivi a verbo quodam οὐατόω male illud a variis doctis in ὠατωθήσομαι mutatum vid. §. 31, not. 9. Postremo apud Archimedem Aren. p. 331 est φανήσειν, quod Lobeckius ad Buttm. Gramm. II p. 311 e φανήσεσθαι corruptum esse suspicatur, et de Conoid. p. 277 δειχθησοῦντι (cod. Par. B δειχθησοῦνται, C. D. Ven. δειχθήσονται), idem p. 278 (B. δειχθησοῦνται), atque Aren. p. 320 Basileensis lectio δειχθεῖσι et δειχθεισῶν in Par. A pro δειχθήσεσθαι fortasse genuinam lectionem δειχθησεῖν produnt. His exemplis exceptis apud Archimedem ea futura nunquam contracta reperiuntur neque in editionibus neque in codicum varia lectione, sed ubique vulgares formae, ut δειχθήσεται de Plan. Aeq. p. 6, de Quadr. Parab. p. 22. 24 et saepissime, δειχθήσονται de Con. p. 276, διαιρεθήσεται de Plan. Aeq. p. 8, λαφθήσεται et κρεμασθήσεται de Quadr. Parab. p. 24, τμαθήσονται de Plan. Aeq. p. 36 etc. etc. Jam vero quum in reliquis futuris raro vulgares formae pro Doricis legantur, futurorum passivorum peculiarem quandam rationem esse apparet. Aut librarii insolentiores formas Doricas cum terminationibus objectivis in vulgares mutarunt, aut ipse Archimedes futurorum

genus geminae Doridi raro usitatum e vulgari lingua ascivit, pauca quaedam vere Dorica relinquens. (Ex *εἰκασθήσεται* Acharn. 749, quod Dorice certe contractionem postularet, nihil contra nostram opinionem efficies neque magis ex *ἀναγραφήσεται* in Aeginetico titulo nr. 2138 et recenti et corruptissimo). — Objectiva forma futuris, quae descendunt ab aoristis passivi, ipsis ad objectivum pertinentibus, non minus convenit quam futuris, quae derivantur a perfecto objectivo, *τεθνήξω* et *ἑστήξω*, quae in recentiore lingua subjectivam formam *τεθνήξομαι* et *ἑστήξομαι* praetulerunt vid. Buttm. Gramm. II p. 199. 207. Doridem etiam in his objectivam formam tenuisse consentaneum est et *δεδοικήσω* Syracusanorum proprium dicitur a Macrobio p. 304 Bip. Nihil auctoritatis tribuimus Brasidae epistolae Plut. Morall. p. 219. D, ubi *τεθναξοῦμαι* legitur.

4) Aoristus I. a. m. aeque ac futurum in verbis, quorum praesens in *ζω* desinit, *ξ* assumit et in aliis *σ* geminat. In verbis *λ*, *μ*, *ν*, *ρ* producitur *ᾰ* in *ᾱ* pro vulgari *η* ut *ἔφᾱνα*, *ε* a severiore Doride in *η* ut *ἄγγηλα* pro *ἤγγειλα* vid. §. 20, 4. De anomalis *ἤνεγκα*, *εἶπα*, *ἔχεα* vid. §. 42. — De Aoristo I pass. verborum in *ζω* desinentium supra egimus §. 11, 4. Aoristi II praeter pauca quaedam, quae infra commemorabimus §. 42, nihil a vulgari ratione differunt. —

Iterativa e Dorica dialecto a grammaticis afferuntur [1]), neque tamen ullum eorum exemplum in purioribus fontibus reperitur; *ἦσκε*, quod ex Alcmane affertur in Ann. Oxx. I, 154, 32, etiamsi Doricum habeatur, non potest documento esse, ab aliis verbis iterativa derivata esse.

---

1) Heraclid. ap. Eustath. 1642, 9. *Δωριέων τὰ εἰς ΕΙ δίφθογγον περαιούμενα (περατούμενα) ἐν παρατατικῷ χρόνῳ ἐπὶ τρίτου προσώπου κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ Ι ἐκφερόντων μετὰ προσθέσεως τριῶν στοιχείων, οἷον ἐφίλει ἐφίλεσκεν, ἐνόει ἐνόεσκεν.* Similiter Et. M. 381, 41. Ineptissima praecipiuntur Et. M. 793, 40, Et. G. 551, 37.

§. 36.

De conjugationis ratione communi.

1) Prima persona pluralis objectivi in μες exire traditur [1]) et regnat ea terminatio sola in tabulis Heracleensibus, ut εὑρίσκομες, κατετάμομες, ἐστάσαμες etc. in Ther. 2448. VIII, 26, ubi ἐμβαλοῦμες, Ign. 2670, ubi ἀπεστάλκαμες, in Cret. 2557 εὐχαριστῶμες. Contra vulgaris terminatio non solum est in Rhodio nr. 2905 et Tejo-Creticis 3047. 3048. 3049. 3052. 3058, ubi lapicidae culpae tribui possit, sed etiam in Creticis majoris fidei nr. 2555, ubi ἐπιγράψαιμεν, et nr. 2556, ubi ἕλοιμεν. Deinde in Epicharmi fragmentis ubique Dorica terminatio servata est: fr. 51 καλέομες, 82 ἀποπυρίζομες, παρσχίζομες, χναύομες, ἐπίομες. Apud Sophronem leguntur ἴωμες fr. 40, et plusquamperfectum ἐκεκρατηρίχημες fr. 71, quare γινώσκωμεν fr. 83 corrigendum erat. Apud Archimedem rarius Dorica terminatio inter vulgares formas conspicitur, ut κομίζομες de Hel. p. 218, δειξοῦμες de Conoid. p. 259. 281. In Lysistratae Laconicis partibus ubique est Doricum μες, ut ἔχομες 1077, πεπόνθαμες 1098, ὑμνίωμες 1305 etc., item in Acharnensibus 716 ἔχομες, 717 διαπεινᾶμες. Postremo in Chelidonismo Rhodio libri praebent ἀπίωμες et φέρωμες, sed ἐάσομεν, οἴσομεν et ἐσμέν. Omittimus fontes parum limpidos. Jam enim satis intelligitur, olim eam terminationem omnibus Doriensibus solam propriam fuisse et tertio demum saeculo vulgarem terminationem accipi coeptam esse. Ceterum Doridem antiquissimae rationis tenacem fuisse et Sanscrita et Latina linguae docent, in quibus tudāmas et amamus primae sunt praesentis personae.

2) Tertia persona pluralis temporum primariorum [2]) et conjunctivi in objectivo in omni-

---

1) Choerob. Bekk. 1198 et Ann. Oxx. IV, 421, 8; Eustath. 1892, 46, Greg. C. 179.

2) Heraclid. ap. Eustath. 1557, 36. πᾶς μέλλων τοιοῦτος ἐπὶ τρί-

bus titulis, etiam recentioribus, qui aliquatenus Doricam dialectum referunt, nec lapicidarum vel describentium culpa corrupti sunt, summa constantia in *ντι* exit, ut Praes. Ind. *ἔχοντι*, *ἄγοντι*, *μισθῶντι* pro *μισθοῦσι* Heracl. I, 50, *ἀκολουθέοντι* Alaes. — Ind. Perf. *ἀνατεθέκαντι* Daul. 81 R. — Futur. Ind. *ἀπαξόντι* et *ἀναγγελιόντι* Heracl., *κρινεῦντι* et *διαλυσεῦντι* Calymn. 2671, *ἑξοῦντι* Ther. 2448 — Conj. Praes. *ἀπογηράσκωντι*, *διδῶντι*, *φᾶντι* pro *φῶσι* Heracl., *ποιῶντι* Ther. 2448 — Conj. Aor. I *ἀπογηράσωντι* Heracl. — Conj. Aor. II *ἐκπέτωντι* pro *ἐκπέσωσι*, *διαγνῶντι* Heracl. — Conj. Aor. Pass. *ἐγFηληθίωντι* pro *ἐξειληθῶσι* Heracl., *ἐκδανεισθῶντι* Corcyr. 1845. Quibus similia innumera leguntur in Hermion. Delph. Phoc. Aetol. Corcyr. Rhod. Ther. Calymn. Ign. 2670. Alaes. Heracl. Cret. 2554. 2556. 3047. 3048. 3058. Peccant contra Doricam proprietatem paucissima quaedam in titulis pessimae fidei: *δικαῶσι* nr. 2554, 66, quam vocem non una de causa corruptissimam judicare oportet et nonnulla in Cret. 3049. 3052, quae lapicidae Tejo debentur. In titulo Cretico minus suspecto nr. 2558 *ἐξάγωσι* et *ἐξάγωσι* perperam pro conjunctivis habita esse supra demonstravimus §. 20, 2. b.

του πληθυντικοῦ Δωρικῶς εἰς τὸ τι (potius *ντι*) *λήγει τῆς ου διφθόγγου παραληγούσης· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ποιοῦντι ἀντὶ τοῦ ποιοῦσι καὶ ὀρθοῦντι ἀντὶ τοῦ ὀρθοῦσι καὶ τῶν ὁμοίων θεμάτων τῆς πρώτης καὶ τρίτης τῶν περισπωμένων· ἔτι δὲ καὶ τῶν μελλόντων· ποιησοῦντι γὰρ καὶ ὀρθωσοῦντι καὶ τὰ ὅμοια. ἐπὶ μέντοι δευτέρας διὰ τοῦ α μηκυνομένου καὶ τοῦ ν· γελασοῦντι γὰρ καὶ γελᾶντι, καὶ βοασοῦντι βοᾶντι· ἐπὶ δὲ βαρυτόνων ἡ ον συλλαβὴ ἐν τούτοις παρατελευτᾷ· οἷον λέγοντι ἀντὶ τοῦ λέγουσι καὶ τὰ ὅμοια. τῶν δ' αὐτῶν Δωριέων καὶ τὸ φρονοῦσι καὶ νοοῦσι φρονεῦντι λέγουσι καὶ νοεῦντι. — τὰ εἰς σι περατούμενα τρίτα πληθυντικὰ ῥήματα τῇ ει διφθόγγῳ παραληγόμενα μετατιθέασι τὸ μὲν ἰῶτα εἰς ν Δωρικῶς, τὸ δὲ σίγμα εἰς τ, τιθεῖσι τιθέντι, ἱεῖσιν ἱέντι.* — Ann. Oxx I, 147, 26, ubi *φαντί* et *λέγοντι* apponuntur, et IV, 353, ubi *διδόντι* et *φαντί*, Et. M. 661, 49, Greg. C. 318. 324, Scholl. Theocr. I, 43 etc., J. Gr. 243, b de *φέροντι* et *λέγοντι*.

Non minus in scriptoribus pura Doride usis pleraque recte a librariis tradita sunt: Epich. 5 *γινώσκοντι*, 25 *λαμβάνοντι*, 19 *λῶντι*, 26 *ἴσαντι*, quum corrigenda essent *εὑρήσουσι* 92, *πωλοῦσιν* 120; Sophr. 44 *βαλλίζοντι*, 52. 54 *ἐντί*, 33. 44 *φαντί*, 51 *κεχάναντι*, 75 *ἐκπεφάναντι*, sed corrupta *κυπτάζουσι* 43, *εἰσί* 100; apud Archimedem raro vulgares formae Doricis intermixtae sunt, ut *ἀποδεδείχασιν* de Quadr. p. 18, *ἀντιπεπόνθασιν* de Conoid. p. 260. Denique nulla in re omnes Doridis fontes, qui aliquam fidem merentur, melius concinunt. Quamdiu Dorica dialectus, quae quidem eo nomine aliquo jure appellatur, vigebat, haec terminatio in vulgarem non abiit. Ceterum non minus quam vulgaris elisionis patiens erat, ut *καλέονθ'* et *ἔντ'* Epich. 23, neque Theocritus elisionis evitandae legem (vid. Meinek. p. VI) ab ipsis Doricis poëtis accepit. *Ν ἐφελκ.* nunquam assumitur, cf. §. 10, 12, praeterquam in *ἐντί* apud Pseudo-Pythagoreos vid. §. 40.

Mira quaedam ejus terminationis mutatio in Eleuthernaeorum Cretensium decreto conspicitur; nam *ἀπεστάλκαντες* l. 4 pro *ἀπεστάλκασι* et *δειξάγοντες* l. 24 pro *διεξάγουσι*, quum se invicem tueri videantur, non audeo cum Boeckhio in *ἀπέσταλκαν* et *διεξάγοντι* mutare. Neque in Cretica ejus aetatis dialecto formas singulares et semibarbaras nimis in suspicionem vocare debemus. — Hesychiana glossa *ἔχοντι, ἔχουσι· Κρῆτες* vix sana est, neque tamen credibile videtur, notissimam formam *ἔχοντι* e Cretica dialecto enotatam esse, quare nescio an corrigi possit *ἔχονσι, ἔχουσι,* ut sit dativus pluralis, cf. §. 14. — De tertia persona plurali perfecti *ἀπέσταλκαν* in titulis Creticis nr. 3048. 3052. 3058 infra dicemus.

3) Conjunctivi objectivi tertia persona singularis mira formae ambiguitate insignis est. In titulis enim terminationes *η*, *ῃ*, *ει* reperiuntur eaeque non constantia quadam electae, sed saepe temere et nulla lege mixtae. In plerisque quidem titulis iota, quanquam in declinatione et reliquis accurate servatur, non adscriptum est: Hermion. 1193, Tegeat. H. L. et Agrig. *ᾖ*: Delph-

1699. 1701. 1703 — 1706 θέλῃ, 1693 et 67 R. παρακαλῇ; Aegin. 2040, b συνείκῃ, Corcyr. 1838, b βλάπτῃ, 1841. 1843. 1844 δοκῇ, 1850 πάσχῃ, Iss. 1834 λύσῃ; Rhod. 2525, b l. 39 μεταλλάξῃ, l. 94 ἀδικῇ. — In aliis titulis illae terminationes promiscue usurpatae sunt et omnes quidem tres in tabulis Heracleensibus, ubi vulgaris ratio observatur in θραύῃ, κόπτῃ, πρίῳ I, 81, ἐμβῇ et ἀποδιδῷ I, 61, deinde iota semel omittitur in ἀμφισθωθῇ I, 63, postremo plerumque terminatio ει spectatur: I, 59 ὀρύσσει, 60 ποτάγει, 63 τελέθει, 69. 80 νέμει ἢ φέρει, 82 λάβει, 103 ἀποθάνει, 112 εἶ, 112. 115. 128 πράξει (Mazocchius ea omnia pro indicativis praesentis et futuri, adeo λαβεῖ et ἀποθανεῖ pro futuris secundis vendidit, quanquam constructio cum ὅς κα, αἴ κα etc. nullam de conjunctivo modo dubitationem relinquit). Eadem ratio est tituli Theraei nr. 2448, in quo leguntur ποιῇ II, 20, ἐπιμηνιεύσῃ IV, 35, ἀποδῷ III, 2 — deinde πάθῃ II, 29, ἐκτείσῃ V, 2. 22, ᾖ VI, 20, ἀναγραφῇ, εἴπῃ, ἀποδειχθῇ, κατασκευωθῇ, αἱρεθῇ VIII, 2. 10. 16. 25. 28, ἀποδῶ VI, 16 — postremo IV, 36 ἐξοδιάξει, γράψει, ποιήσει, ἐπιμηνιεύσει, V, 25 et saepe δόξει, VI, 37 ποεῖ, VII, 32 ἐπιβάλλει, VIII, 16 ἐγγράφει, VIII, 25 ξυλογραφηθεῖ. Praeterea in Amphict. 1688, 10 est εῖ pro ῇ, quanquam hic in reliquis vulgaris terminatio conspicitur ut ἀποτίνῃ, δοκῇ etc.; in Astyp. 2483. 2484 est δόξει conjunctivus, quanquam χρήζῃ in priore; in Cret. 2557 συνδοκεῖ, quanquam reliqui tituli Cretici vulgari forma utuntur, ut δόξῃ 2555, ἔχῃ 2556; in Aetol. 2350 ἄγει; in Corcyr. 1845 quum modo ῃ modo η traditum sit, utra ratio verior sit, pro ejus tituli conditione dijudicari nequit.

Boeckhius in primo Corporis Inscriptionum volumine in ἄγῃ et similibus iota subscriptum per negligentiam omissum ratus ubique addidit; in altero volumine dialecti proprietatem quandam subesse intellexit, vid. ad nr. 1841. Contra in utroque terminationem ει ex antiquiore orthographia ε pro η usurpante resedisse ratus in vulgarem rationem transtulit. At ne hoc quidem recte factum vi-

detur, quum in omnibus illis titulis nullum praeterea antiquae illius orthographiae vestigium resederit excepto Amphictyonum decreto nr. 1688, de quo in Appendice disputabimus. Facilius in titulis Attica dialecto scriptis, ubi subinde eadem conjunctivorum ratio spectatur ut ἀφόρσει nr. 103, δόξει nr. 2353. 2360, Boeckhianam opinionem probaveris, quia tituli Attici multis annis post Euclidem archontem exarati haud raro ει pro η etiam in aliis exhibent, ut τεῖ βουλεῖ pro τῇ βουλῇ, vid. Franz. Elemm. Epigr. p. 150. Sed etiam haec potius dialecto et pronuntiationi tribuenda esse quam antiquae orthographiae cuidam recordationi persuasum habemus. Primum enim cur ει pro η scribere pergerent, quum ε pro η vel ει pridem obsolevisset, nisi ipsa pronuntiatio illam scripturam adjuvaret? Deinde Atticos in multis ει pro antiquiore η non solum scripsisse, sed etiam pronuntiasse certum est, ut κλείς et κλείω pro κληΐς et κληΐω, κλῄω — λεῖον pro λήϊον — τύπτει, βούλει pro τύπτῃ, βούλῃ, vid. Buttm. Gramm. I §. 87 not. 9 — Ἐρεχθεῖδος, Αἰγεῖδος pro Ἐρεχθηΐδος, Αἰγηΐδος vel Ἐρεχθῇδος, Αἰγῇδος vid. ibid. II §. 119 not. 30. Itaque nescimus, cur Atticos τεῖ βουλεῖ pro τῇ βουλῇ et λέγει vel θάνει pro λέγῃ et θάνῃ pronuntiasse credere noluerint, praesertim quum de Attico δεῖ pro δέῃ vel δῇ notabile testimonium extet, vid. Buttm. II p. 151. Recentior usus, quem libri manuscripti exhibent, ad eam rationem reflexit, quae illarum formarum origini maxime convenire videbatur.

Quidquid de Atticorum usu accuratior investigatio docuerit, hoc pro certo tenebimus, Doriensium pronuntiationem mature tam ambiguam fuisse in tertia conjunctivi persona, ut triplici illo modo exprimi posset. Et plerisque quidem Doriensium terminatio η sine iota subscripto aeque ac Lesbiis (vid. §. 24, 6) maxime probata esse videtur; neque minore jure ex antiquo λέγηοι nasci poterat λέγη, quam e φηοί Anacreonteum φή fr. 38 Bergk., quod iota caruisse Apollonii testimonia de synt. p. 238 et de adv. p. 543, 7 patefaciunt. — Scriptoribus Doricis vulgarem terminationem relinquere non dubitavimus

quae a Doride certe non aliena, fortasse antiquiori Doridi etiam aptior est; in antiquissimo quidem titulo, quem hoc in loco consulere licet, Amph. 1688, fere sola regnat. Dignum tamen memoratu est, apud Archimedem conjunctivos saepissime iota carere, quod in dativis raro neglectum est. Ceterum verisimillimum est, secundam personam, cujus exempla in titulis non leguntur, eadem ambiguitate fuisse.

4) Imperativorum objectivi tertia persona pluralis triplici forma utitur in Doricae dialecti fontibus: *ντω*, *ντων* et *τωσαν*.

a) Prima forma in his titulis reperitur: Lacon. 1331 *δόντω*, Delph. 1699. 1701—1706 et 71 R. *ἐόντω* et *παρεχόντω*, Phoc. 73 R. *θαψάντω* et 74, a *ἐόντω*, Corcyr. 1845 *ἐόντω*, *ποιούντω*, *ἀποτεισάντω* etc., Rhod. 2525, b *λαμβανόντω* et *στεφανούντω*, Astyp. 2483. 2484 *δόντω* et *στεφανωσάντω*, Heracl. I, 74 *ἀνγραψάντω*.

b) Secunda terminatio est in Amph. 1688 *ἐόντων*, *διδόντων*, *συναγόντων* etc.; in Ther. 2448 *ἐχόντων*, *ἀφαιρούντων*; in Cret. 2554—2557. 3048. 3049 *ἐπιόντων*, *θέντων*, *ἑρπόντων*, *στασάντων*; in foedere apud Thucyd. V, 79 *κοινανεόντων*. Eadem est apud Archimedem, ut Aren. p. 322 *ἐπιφανόντων* et *τεμνόντων*; nec minus pro *ποτιπιπτέτων* de Helic. p. 232 et *ποτιπιπτέτωσαν* p. 233 e Basileensis et codicum lectionibus *ποτιπιπτόντων* restitui oportet et *ἐκπιπτόντων* pro *ἐκπιπτέτων* p. 232, *ἀνεστακόντων* pro *ἀνεστακέτων* de Conoid. p. 285 etiam sine libris. De *ἔστων* 3 pl., quod apud eundem modo editum modo pro *ἔστωσαν* aut *ἔστω* restituendum est, vid. §. 40.

c) Tertia terminatio non reperitur nisi in titulis satis recentibus: Phoc. 73 R. *παραμεινάτωσαν*, *ποιησάτωσαν*, quanquam ibidem est *θαψάντω*, 74, b *παραμεινάτωσαν*, 81 *ἔσστωσαν*; Lacon. 1464 *αἱρέτωσαν*.

In subjectivo ejusdem personae item triplex est terminatio minus tamen distincte inter variorum populorum titulos divisa:

a) Prima in Corcyr. 1845: l. 13 *διδόσθω*, l. 104

ἐκλογιζέσθω, l. 125 κρινέσθω, 133. 135 ἐκδανειζέσθω (quanquam ibidem l. 97 ἀπολογιξάσθωσαν) et in Heracl. I, 79 ἐπελάσθω. Vides hanc formam non differre cum tertia persona singulari.

b) Secunda, quae formas efficit a tertia persona duali non diversas, in Amph. 1688 εἰλέσθων et ἐφακείσθων, Ther. 2448. III, 31 πορευέσθων (sed III, 26 πορευέσθωσαν), Cret. 2554 ἤσθων, 2556 χρήσθων, στανυέσθων, ποιησάσθων. Eadem est in Rhod. 2525, b, ubi πριάσθων, ἀποδόσθων, καταχρείσθων, l. 29. 70 ποιείσθων (contra l. 22 ποιείσθωσαν). Rarius apud Archimedem reperitur, ut de Helic. p. 285 ἄχθων, p. 286 ἀναγεγράφθων; illud de Plan. Aeq. II p. 46 pro ἄχθωσαν e codicibus fere omnibus restituendum esse videtur, de Conoid. p. 303 pro ἄχθω e Par. C (B. D. Ven, ἄχθωσαν), p. 308 pro eodem e conjectura (A. Ven. ἄχθωσαν). Nam Archimedem ἄχθω pro plurali usurpasse non credimus.

c) Tertiam terminationem illis admixtam vidimus: Corcyr. 1845, 97 ἀπολογιξάσθωσαν, Ther. 2448. III, 26 πορευέσθωσαν, Rhod. 2525, b. 22 ποιείσθωσαν. Frequentissima est in Archimedis libris: de Plan. Aeq. p. 8 ἄχθωσαν, p. 10 ἐπεζεύχθωσαν, de Hel. p. 220 λελάφθωσαν, p. 221 συγκείσθωσαν, p. 241 διαιρήσθωσαν, ἐκβεβλήσθωσαν, γεγράφθωσαν etc.

Harum terminationum antiquissimam esse eam, quae in ω exit, et Latinae linguae comparatio evincit et ipsius Graecae linguae analogia. Ubique enim tertiae personae pluralis antiquissima terminatio litera ν inserta a tertia singulari distinguitur, id quod maxime apparet in Doricis τίθητι et τιθέντι, deinde in λέγεται et λέγονται, ἵσταιο et ἵσταντο etc. Eadem igitur ratione e δότω, γραψάτω, ἐχέτω recte facta sunt δόντω, γραψάντω, ἐχόντω, et hic quidem ε propter sequens ν in ο mutatum est, vide dissertationem nostram de conjug. in μι p. 8. De anomalis formis ἐόντω, ἔστων, ἰόντων vid. §. 40 et 42. In subjectivo e διδόσθω et κρινέσθω plurales formae διδόνσθω et κρινόνσθω fieri debebant, sed ν ante sequens σ ejecto.

deinde vocali ο, quae non ad stirpem pertinet, in ε mutata, quod sequente sigma postulatur, nullum discrimen inter singularem et pluralem manet. — Jam a parte Doriensium ν in fine additum est, ut in Homerica et Attica dialecto, quia ν in exitu tertiarum personarum pluralium audire consueverant; ita in objectivo forma genitivo plurali participii, in subjectivo tertiae duali imperativi aequa nata est. Multo recentior est tertia forma, quae tertiae personae singulari terminationem σαν addit ea ratione, quam justae analogiae adversari accuratius quaerenti apparet. Videtur ea primum in subjectivo placuisse, quoniam hic prima forma cum tertia singulari, secunda cum tertia duali permutari poterat. Simili ratione Rhodii, in objectivo antiquissimae formae tenaces, permoti esse videntur, ut in subjectivo secundam praeferrent: minus enim molesta erat pluralis cum duali quam cum singulari similitudo.

5) In tertia duali praeteritorum et optativorum objectivi et subjectivi atque in prima singulari praeteritorum subjectivi α est pro η, ut ἐποησάταν Delph. nr. 25, κοησάσθαν Pind., συνεθέμαν Cret. 2555, ἐμπορευόμαν et ἀνειλόμαν Acharn. 720. 776, ὀλοίμαν Tragg. etc. Dualis tamen verborum in certioribus Doridis fontibus non minus rarus est quam nominum. Praeter ἐποησάταν in antiquo illo titulo Delphico nr. 25 nusquam dualem legere memini praeterquam Acharn. 699 ἀκούετον, quod Hermannus metro suadente recte in ἀκούετε mutasse videtur; semper enim Megarensis ambas filias alloquens plurali utitur. Nec genuinos existimabis duales ποτιπιπτέτων et ἐκπιπτέτων apud Archimedem de Helic. p. 232, quanquam de duabus lineis agitur: nam ne hic quidem duali, cujus frequentissima occasio erat, unquam usus esse videtur.

6) In prima plurali subjectivi terminatio μεσθα Dorica dicitur a Greg. Cor. p. 180 Theocritum respiciente. Cui haud multum fidei tribuendum est. Potius vulgaris terminatio μεθα sola reperitur in titulis, ut

Heracl. II, 26. 28 *ἐδικαξάμεθα*, *κατεδασσάμεθα*, saepe *ποτεδασσάμεθα*, et Cret. 3058 *χαριξιόμεθα* etc., deinde apud Epicharmum fr. 167 *θωσοίμεθα* et secundum Ann. Bekk. 90, 3 *δεοίμεθα*, apud Sophronem fr. 34 *ἀκρατιζόμεθα*, 42 *θάμεθα*, Acharn. 722 *ἀπολοίμεθα*, ubique apud Archimedem. Item in Lysistrata sunt *ἀμβαλώμεθα* 1096, *παυσαίμεθα* 1272; pleniores formae *ποιησώμεσθα* 1006 et *δεόμεσθα* 1164 poëtae, non Doridi tribuendae videntur.

7) Tertia pluralis optativi in subjectivo Dorice, Ionice et Aeolice in *ατο* exire traditur in Ann. Oxx. I, 148, 32, ut *πλῴατο* (?), quocum componuntur *πυθοίατο*, *κεχαροίατο*, *μαχοίατο*. Nunc in certioribus fontibus haec forma non legitur, vulgaris *παραγένοιντο* Corc. 1845, 7. Neque tamen grammatico, qui in proximis insignem doctrinam prodit, omnem fidem denegare audemus, quia vulgaris terminatio, quam Homerica dialectus abhorret, recentior esse videtur, vid. dissert. nostr. de conj. in *μι* p. 12. 13.

8) Augmento temporali *α* in *ᾱ* producitur, ut *ᾶγον*, *ἄγγειλα*, Archim. de Helic. p. 217 *μεταλλαξεν*, *προάγαγεν*, p. 230 *ἄρξατο*, de Conoid. p. 257 *ἀπόρησα*, quod ex omnibus fere libris pro *ἠπόρησα* restituendum est etc., vid. §. 19, 2; diphthongus *αι* utrum in *ᾳ* mutetur ut *ᾀνέθη*, an retineatur ut *αἰνέθη*, dubitari potest. Illud primo obtutu convenientius videtur. At si reputaveris, diphthongos *ει* et *οι* apud Dorienses augmento non affici, propriam diphthongum *αι* servandam judicabis, id quod factum est in libris Pindari vid. §. 19, 2 et Archimedis vid. §. 35, 2. De diphthongo *ει* servata vide Et. M. 419, 44, cujus testimonium attulimus §. 25 not. 3, de *οι* supra §. 35, 2 exempla *οἴκημαι* et *οἰκοδόμημαι*. Diphthongus *αυ* itidem non mutatur, ut *αὔξησε* vid. §. 19, 2 neque *ευ* et *ου* augmenti amantiores fuerint quam in vulgari lingua. — Initiale *ε* etiam eorum verborum, quae vulgo *ει* assumunt, in severiore Doride in *η* abit, ut *ἦχον*, mitiore Doride vulgarem rationem servante, vid. §. 25, 1. c.

Abjicitur augmentum non magis quam in Atthide: adeo Lysistr. 1252, quanquam in lyrico carmine poëtica licentia excusationem habet, nescio an πρόκροον in πρῶκροον mutari oporteat, quod Laconice pro προΐκροον esset.

Pseudo-composita augmentum vulgari ratione post praepositionem accipiunt haec: ἐπεστάτει Astyp. 2483. 2484, ἀμφεσβάτει Rhod. 2905, nisi hic potius α productum est, ut augmentum duplex sit quomodo in Attico ἠμφεσβάτουν. Contra in ἀπελευθέρωσαν Phoc. 74, b R., ubi item α produci videtur, praeter consuetudinem, sed rei convenientius augmentum initio accessit: quippe ἀπελευθερῶ ab ἀπελεύθερος derivatum, non ex ἀπό et ἐλευθερῶ compositum est; ἐμπορευόμαν Acharn. 720 (ab ἔμπορος) cum Atticis ἐγγύησα, ἐκκλησίαζον (Buttm. §. 86 not. 5) componendum est; ἐπροχειριξάμεθα Archim. de Quadr. Parab. p. 17 (a πρόχειρος) genuinam legem sequitur, cf. de perfecti augmento §. 35, 2.

9) Accentus verborum duplici potissimum ratione a vulgari consuetudine recedit. Primum certissimis testimoniis constat, tertias plurales praeteritorum objectivi in omnibus conjugationibus penultimam acuisse, vid. §. 3, 3. Eandem regulam ad optativum transferre oportet, qui cum praeterito arctissima terminationum cognatione conjunctus est, ut λεγοίεν, λεξαίεν Dorica habeantur. Praeterea consentaneum est, Doricum ἐφίλεον post contractionem ultimam circumflectere ἐφιλοῦν, ἐφιλεῦν. Deinde Doriensibus ἐσσεῖται et φορεῖται paroxytona fuisse traduntur, id quod eo credibilius est, quia etiam in nominativo plurali declinationis secundae terminationem οι acutum in antepenultima, circumflexum in penultima prohibere constat, vid. §. 3, 2. Illis comparatis collegimus diphthongos αι et οι vocem claudentes Doriensibus ubique longarum syllabarum vim exercuisse et in conjugatione quidem pronuntiata esse λεγόμαι, λεγεαι (unde per contractionem λεγῇ fieri oportet), λεγέται, λεγόνται, λεγέσθαι, ποιῆσαι Aor. I obj. inf. et subj. imperat., et quae sunt similia. Adversari aliquatenus visum est testimonium ejusdem

scholii Theocritei, quod de *φορεῖται* praecipit, vid. §. 3 not. 8. Accuratius tamen examinatum nihil habet, quod nos morari possit. Loquitur enim de formis verbalibus in *ειται* exeuntibus, quarum penultima et apud Atticos et apud Dorienses gravem teneat. Quae quum corrupta esse appareat (ignorantur enim ejusmodi formae), nihil est, cur de *λέγεται* et similibus etiam in Doride proparoxytonis praeceptum fuisse putemus. — De accentu formarum Doricam ultimae correptionem passarum diximus §. 3, 5.

§. 37.

De conjugatione in *ω*.

1) Secundam personam praesentis indicativi objectivi apud Dorienses in *ης* exire, ut *λέγης*, tradit Choeroboscus Ann. Bekk. 1282, cui cur non credamus, supra aperuimus §. 20, 10. — A parte Doriensium terminationem in *ες* correptam esse, ut *λέγες*, sed male Theraeis etiam *λέγε* pro *λέγει* assignari supra exposuimus §. 21, 5.

2) Tertiam personam Rhegini in *ησι* pro *ει* exeuntem habuisse referuntur [1]), ut *λέγησι*, *φέρησι*, nec minus

---

1) Eustath. 1576, 56. *ἰστέον, ὡς εἴπερ μὴ ἐγράφετο Κατακλῶθές τε βαρεῖαι, ἀλλὰ κατακλώθησι βαρεῖα, ἦν ἂν τὸ ῥῆμα Ῥηγίνων διαλέκτου, οἳ καθ' Ἡρακλείδην τὰ τρίτα τῶν ὁριστικῶν περισπωμένων τῆς πρώτης συζυγίας καὶ τῶν βαρυτόνων δὲ ῥημάτων κατὰ τὸ ἑνικὸν εἰς τὴν σῖ συλλαβὴν περαιοῦσι* (leg. *περατοῦσι*) *τοῦ η παραλήγοντος· τὸ γὰρ φιλεῖ καὶ νοεῖ καὶ λέγει καὶ φέρει φίλησι, φησί, καὶ νόησι, καὶ λέγησι καὶ φέρησι. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ λαμπρὸν παμφαίνησι παρ' Ὁμήρῳ* (Il. *ε*, 6), *ἅπαξ, φησί, χρησαμένου τῇ διαλέκτῳ ἐπὶ τούτου. καλεῖται δὲ καὶ τὸ σχῆμα Ἰβύκειον ὑπὸ τῶν γραμματικῶν διὰ τὸν μελοποιὸν δηλαδὴ Ἴβυκον φιληδήσαντα τοιαύτῃ γλώσσῃ. εἰ δή, φησί, καὶ τὸ ὦ, τούτεστιν, ὑπάρχω, πρώτης ἐστὶ συζυγίας, κατὰ τὸ φιλῶ, καί ἐστι τρίτον αὐτοῦ εἶ, Δωριζόμενον κατὰ Ῥηγίνους γένοιτ' ἂν ὁμοίῳ λόγῳ ἐκ τούτου ἦσιν ὁ ἐνεστώς. Ἰστέον δέ, ὅτι οὐ περὶ τρίτων αὐθυποτάκτων ἐστὶν ὁ λόγος, ὁποῖον τὸ λάβῃ, λάχῃ, ἐξ ὧν λάβῃσι, λάχῃσι. αὐτὰ γὰρ καὶ*

in verbis contractis, ut φίλησι et νόησι. A nonnullis grammaticis ea proprietas, quia maxime apud Ibycum Rheginum conspiciebatur, Ibycei schematis nomine significata est, quippe qui conjunctivum pro indicativo positum esse male opinarentur; schematis enim appellatio ad syntacticam permutationem pertinet. Nunc apud Ibycum ejus generis leguntur ἔχησιν fr. 8 et ἐγείρησιν fr. 15. Quaeritur, utrum Ibycus eum usum e Rheginorum dialecto hauserit, an Rheginis propter Ibycum popularem adscriptus sit. Illam opinionem Schneidewinus ad Ibyc. p. 66 minus recte amplexus est. Primum enim in Dorica Rheginorum dialecto illae formae certe in τι pro σι exire debebant, sicut τίθητι pro τίθησι. Deinde alii quoque poëtae eo formarum genere usi sunt, quos neque a Rheginis neque ab aliis Doriensium mutuatos esse patet. Nam apud Homerum pleraque quidem, quae olim huc tracta sunt, ad conjunctivum pertinere Buttmannus Gramm. §. 106 not. 7 bene demonstravit, miro tamen casu neglexit Od. τ, 111, ubi, etiamsi ἀνέχησι ad conjunctivum revoces, tamen φέρησι et βρίθησι pro indicativo esse aegre negaveris. Ceterum eum locum non ab ipso Homero profectum esse persuasum habemus. In Hymnis Homericis XXXI, 16 et XXXII, 5 sunt πέμπησι et στίλβησι, vid. Franck., apud Bacchylidem fr. 16 (21) θάλπησι, ut Alexandrinos hic omittamus. Ad quam igitur dialectum eae formae referendae sunt, si non ad Doricam? Dicam quod sentio. In verbis contractis νόησι et

---

ὅσα τοιαῦτα, οὐ Ῥηγίνων εἰσὶ ἀλλὰ Ἰώνων. Recte Schneidewinus intellexit ea, quae dicuntur de schemate Ibyceo, male ab Eustathio Heraclideis, quibus repugnant, intermixta esse. — Et. M. 650, 6, postquam de παμφαίνῃσι et ἔχῃσι, qui conjunctivi essent, cum ι subscr. scribendis praeceptum est: ἤ ἐστι φαίνω, φαίνεις, φαίνει· διαλέκτῳ δὲ Ῥηγίνων γράφεται τὸ τρίτον πρόσωπον διὰ τοῦ η μετὰ τοῦ ι· τὸ γὰρ νοεῖ καὶ φιλεῖ νοῇσι καὶ φιλῇσι λέγουσιν ἐκεῖνοι πλεονασμῷ τῆς σι συλλαβῆς. οὕτω καὶ τὸ παμφαίνῃσιν Ἰλιάδος ε, quae confusa esse apparet. — De Ibyceo schemate vid. Herod. περ. σχημ. p. 60 Dind., Lesbon. p. 179 Valck., Scholl. Ven. Hom. Il. ε, 6.

φίλησι aliqua cum veri specie Lesbiacae dialecti tribui possunt, quanquam ne huic quidem, quae vulgo νόει et φίλει protulerit, certo vid. L. I §. 26, 5; contra λέγησι et φέρησι a nullo unquam Graecorum populo usurpata, sed a poëtis Homeri locos nonnullos male interpretatis per imitationem procusa esse arbitror. Antiquissima enim forma, cujus tamen in ipsa Graeca lingua nullum vestigium remansit, λέγετι erat, non λέγητι, unde λέγησι fieri posset.

3) Infinitivus Objectivi triplicem terminationem habet in variis Doridis generibus: ην ut ἀείδην, λαβῆν certissime apud Lacones vid. §. 20, 5; εν ut φέρεν, ἀγαγέν apud Italiotas, Cretenses, antiquiores Delphos, Theraeos vid. §. 21, 6; vulgo ειν apud plerosque, qui mitiore Doride utuntur, vid. §. 20, 12.

Male grammatici infinitivos in εμεν exeuntes e Dorica dialecto ducunt [2]), cujus erroris causa in iis locis apparet, ubi λεγέμεν e Dorico λέγεν inserta syllaba με derivatur, et quae sunt similia [3]). Terminationem εμεναι poëticam, non Doricam esse consentiunt [4]); ἀλεξέμεναι in decreto Spartanorum Thucyd. V, 77 corruptum putamus.

---

2) Et. M. 190, 46, Gud. 105, 36 (corrupte Ann. Oxx. I, 90, 9) de βασκέμεν: οἱ Δωριεῖς τὰ εἰς ειν ἀπαρέμφατα διὰ τοῦ εμεν προφέρουσι. — Et. G. 463, 27 — 568, 31, Ann. Oxx. I, 342, 24 — 353, 23 — II, 368, 15 de ἐλθέμεν, πεσσέμεν etc.

3) Eustath. 54, 35. ἐν δὲ τῷ χολωσέμεν ἰστέον ὡς τὰ εἰς ειν ἀπαρέμφατα εἰς εν ποιοῦσιν οἱ Δωριεῖς ἀποβολῇ τοῦ ι· — ἀντὶ γὰρ τοῦ λέγειν καὶ γράφειν λέγεν φασὶ καὶ γράφεν. ταῦτα δὲ προςλήψει τῆς με συλλαβῆς λεγέμεν γίνεται καὶ γραφέμεν. οὕτω οὖν καὶ τὸ χολωσέμεν παραγίνεται χολώσειν χολῶσεν χολωσέμεν. Male ea explicatio in breve contrahitur in Scholl. L. Il. α, 78. χολωσέμεν· Δωριέων. ἐκεῖνοι γὰρ τὰ εἰς ειν εἰς εν μεταποιοῦσι, τύψειν τυψέμεν. Item Eustath. 69, 41 ἐλθέμεν e Dorico ἐλθέν factum dicit.

4) Et. M. 21, 16, Et. G. 10, 50 (unde corrigas Ann. Oxx. I, 25, 26): ἀειδέμεναι· παραγωγὴ ποιητική, οὐ Δωρικὴ διάλεκτος. Phavorinus Ecl. 115, 2 addit: τὸ γὰρ Λακωνικὸν ἐστὶν ἀείδειν, οὐ ἀείδεν· μὴ δ' ἔμ' ἀείδειν ἐπέρυκε· κατὰ δὲ τὸν ἐνεστῶτα τὰ εἰς ν λήγοντα οὐ ποιοῦσι παραγωγὴν Δωριεῖς, quae corruptissima unde manaverint, nescimus. — Ann. Oxx. I, 69, 9, Drac. 11, 19.

4) Levi Phavorini auctoritate (Lexic. s. v.) *ἐφύγοσαν* pro Dorico venditatur, quae tertiae pluralis praeteritorum terminatio potius Boeotorum, Chalcidensium et Hellenisticae linguae propria est [5]. Nam Chalcedonii apud Choeroboscum male pro Chalcidensibus nominantur [6]. Similis tamen est optativus *παρέχοισαν* pro *παρέχοιεν*, qui legitur Delph. 1702. Eam tamen flexionem ne apud Delphos quidem valde vetustam existimo; universa enim Doris genuina terminationem *σαν* adeo ibi spernere solebat, ubi vulgari linguae probabatur, in imperativis vid. §. 36, 4 et in conjugatione in *μι* vid. §. 39, 7.

5) Grammatici testantur [7], Syracusanis impera-

---

5) De Boeotis vid. L. I §. 46, 2, de Chalcidensibus §. 51 not. 5 et adde testimoniis ibi collectis: Tzetz. ad Lycophr. 251 ubi *Χαλκιδικῆς* (Phavor. s. v. *πέφρικαν*, ubi scholion exscribit, *Χαλδαϊκῆς*) *ἤτοι Ἀττικῆς διαλέκτου* (leg. *Ἀσιατικῆς*, quae eadem correctio ad Tzetz. Lycophr. v. 21 adhibenda est). — Maxim. Planud. in Ann. Bachm. II p. 40, 11, qui talia *Χαλκιδαϊκῆς διαλέκτου* esse dicit. — Ann. Bachm. II, 200 Lycophroneum *ἐσχάζοσαν* ad Euboïcam dialectum refertur.

6) Choerob. Bekk. 1294 (Gaisf. 537, 16) de *ἐπληροῦσαν* Eurip. Hecub. 574 (ubi nunc *οἱ δὲ πληροῦσιν πυράν*) et *ἐσχάζοσαν*: *ταῦτα Καλχηδονίων ἰδιώματά εἰσιν*. In Ann. Oxx. IV, 182, 17, ubi eadem leguntur, *Χαρκηδονίων* scriptum est. De Chalcidensium, Chalcedoniorum, Carchedoniorum nominibus permutatis vid. Intt ad Steph. Byz. s. v. *Χαλκίς*.

7) Et. M. 302, 33 e Joanne Charace: *εἰπὸν ἀντὶ τοῦ εἰπὲ δεύτερος ἀόριστός ἐστι κατὰ τὴν Συρακοσίων γλῶσσαν· καὶ γὰρ οἱ Συρακούσιοι τὰ τρίτα πρόςωπα* (leg. *τὰ προςτακτικά* e Phavor. Ecl. 172, 30) *τοῦ δευτέρου ἀορίστου μεταποιοῦνται* (Phav. *μεταποιοῦντες*) *εἰς ον̄ τὸν τόνον φυλάττοντες* (Phav. *φυλάττουσι*) *τῶν προςτακτικῶν· οἷον τὸ λάβε λάβον καὶ τὸ ἄνελε ἄνελον*. Vide nunc Choerob. Gaisf. 755. 12. — Minus accurate J. Gr. 213, a, Gr. C. 340, Meerm. 658 talia Dorica dicunt: *τὰ προςτακτικὰ ῥήματα τὰ ἐκφερόμενα διὰ τοῦ ε̄ διὰ τοῦ ον̄ ἐκφέρουσι*, cum exemplis *θίγον, λάβον, δράμον*. Adeo imperativum aoristi I in ον̄ exeuntem a Syracusanis derivabant, ut Theodos. Bekk. 1028, qui eadem quae Charax de Syracusanorum usu tradit, Ann. Oxx. I, 205, 30 et IV, 201, 33, aliis recte adversantibus et *τύψον κοινόν* dicentibus, de qua re multus est Choeroboscus Ann. Oxx. IV p. 422 (Gaisf 747 seqq.).

tivum aoristi secundi activi in ον exisse, ut θίγον, λάβον, ἄνελον. Nunc nulla exempla supersunt, quibus eorum praeceptum vel confirmetur vel refutetur. Nam εἶπον pro εἰπέ Theocr. XIV, 11 ne ab Attica quidem consuetudine alienum est. Alexandrinos et recentissimam Graecitatem aoristis secundis saepe primi aoristi terminationes dedisse constat, praecipue in indicativo, vid. Sturz. de dial. Alex. p. 60, Buttm. Gramm. I §. 96 not. 9. Eo Buttmannus Gramm. II p. 136 retulit γενάμενος, quod subinde pro γενόμενος apud Archimedem legitur ut de Plan. Aeq. p. 17, de Conoid. p. 259. 260, obloquente tamen Lobeckio, qui librariorum errorem agnoscit. Certe eam formam ab antiqua Syracusanorum dialecto alienam putamus. Certius est ἀφέλαι in Cret. 2557, nisi recte Boeckhius ἀφελέν restituit, ut in nr. 2555 est ἐξελέν.

6) Secunda singularis praesentis subjectivi nunquam non contracta reperitur, ut Sophr. 23 οἴῃ, 91 καταδέῃ. Conspirant etiam futura duplicem contractionem passa: Epich. 18 λαψῇ (e λαψέεαι), Sophr. 93 σκανασῇ. 102 δεησῇ, Aeginet. 2140, b αἰτιασῇ. Et hic quidem iota subscriptum deest, quod adjicienti Boeckhio calculum addere non audemus. Vide enim, quantum analogiae sit inter triplicem conjunctivi formam θάνῃ, θάνη, θάνει §. 36, 3 et secundae objectivi τύπτῃ, τύπτη cum Attico τύπτει. Praeteriti secunda persona non contracta ὤχεο legitur Epich. 20. Suspecta sunt ejusdem fragmenta 143 et 149, ubi imperativi πορεύου et διανοοῦ leguntur.

7) Jam licet hoc Doricae conjugationis in ω paradigma proponere:

Objectivum.	Subjectivum.
Praesens.	
Indicativus.	
Sing. 1. λείπω	λειπόμαι
2. λείπεις, λείπες	(λειπέαι), λειπῇ
3. λείπει	λειπέται

	Objectivum.	Subjectivum.
Plur. 1.	λείπομες	λειπόμεθα
2.	λείπετε	λείπεσθε
3.	λείποντι	λειπόνται.

Praeteritum.

Sing. 1.	ἔλειπον	ἐλειπόμαν
2.	ἔλειπες	ἐλείπεο
3.	ἔλειπε(ν)	ἐλείπετο
Plur. 1.	ἐλείπομες	ἐλειπόμεθα
2.	ἐλείπετε	ἐλείπεσθε
3.	ἐλείπον	ἐλείποντο.

Conjunctivus.

Sing. 1.	λείπω	λειπώμαι
2.	λείπῃς (ης, εις)	(λειπήαι), λειπῇ
3.	λείπῃ, λείπη, λείπει	λειπήται
Plur. 1.	λείπωμες	λειπώμεθα
2.	λείπητε	λείπησθε
3.	λείπωντι	λειπώνται.

Optativus.

Sing. 1.	λείποιμι	λειποίμαν
2.	λείποις	λείποιο
3.	λείποι	λείποιτο
Plur. 1.	λείποιμες	λειποίμεθα
2.	λείποιτε	λείποισθε
3.	λειποίεν	λείποιντο (λειποίατο?)

Imperativus.

Sing. 2.	λεῖπε	λείπεο
3.	λειπέτω	λειπέσθω
Plur. 2.	λείπετε	λείπεσθε
3.	λειπόντω, λειπόντων	λειπέσθω, λειπέσθων (rec. λειπέσθωσαν).

Infinitivus. λείπειν mit., λείπην sev., λείπεν — λειπέσθαι.

	Objectivum.	Subjectivum.
Participium.		
Masc.	λείπων	λειπόμενος
Fem.	λείπουσα mit., λείπωσα sev., λείπωά Lac., λείπονσα Cret. Arg.	λειπομένα.

Aoristus II.

Indicat.	ἔλιπον	ἐλιπόμαν	reliqua ut in Praesenti.
Conjunct.	λίπω	λιπώμαι	
Optat.	λίποιμι	λιποίμαν	
Imperat.	λίπε, λίπον Syrac.?	λίπεο	
Infinit.	λιπεῖν mit., λιπῆν sev., λιπέν	λιπέσθαι	
Particip.	Masc. λιπών	λιπόμενος	
	Fem. λιποῦσα mit., λιπῶσα sev., λιπῶά Lac., λιπόνσα Cret. Arg.	λιπομένα.	

§. 38.

De praesentium contractorum et futurorum conjugatione.

1) Verba in εω et futura, quorum stirpem in genuina Doride in ε exire docuimus, his contractionis legibus supra §. 25. 26 expositis parent:

Primum εε ubique contrahuntur et a mitiore quidem Doride secundum vulgarem usum in ει, a severiore in η. Contra εει in secunda et tertia singularis numeri apud omnes Dorienses in ει coalescunt ut vulgo. In conjunctivo εη semper in η coalescunt, ut δοκῇ Amph. 1688, φιλῇ Epich. 102, δοκῇ Corcyr. 1841. 1843. 1844, παρακαλῇ Delph. 1693 et 67 R., πωλῆται Astyp. 2483, ἐξαιρῆται Rhod. 2525, b, nisi quod in tertia singulari objectivi etiam ει pro η scriptum reperitur, ποεῖ Ther. 2448. VI, 37, συνδοκεῖ Cret. 2557, vid. §. 35, 3. Errore describentis in Ther. 2448 προαιρεῖται et διοικεῖται pro conjunctivis tradi videntur, vid. §. 22, 2. — Maxima va-

rietas conspicitur in vocalium ε-ο et ε-ω concursu. Nihil mutatur apud plerosque, qui mitiore Doride utuntur (futuris tamen exceptis), nec fortasse in antiqua Doride severiore, vid. §. 26, 6. Quum contractio admittitur, ex εο in severiore Doride aut ιο fit aut ιω aut ω aut ο (vid. §. 26, 1. 2), in mitiore Doride aut ου aut ευ, hoc fortasse etiam apud Cyrenaeos, vid. §. 26, 3. 5. Vocales εω in ω coalescunt, praeterquam apud eos, qui εο in ιο aut ιω mutant; hi enim ex εω faciunt ιω. Ceterum futuri contractionem non passi tantum in Amph. 1688 exempla quaedam reperiuntur.

Monosyllabae stirpes secundum Atticae dialecti normam contractionem aut patiuntur aut repudiant. Ita ῥέοντα, ῥέωσα, δέωνται in Heracl., νεοῦσας Epich. 63. Et e contrario δεῖ Heracl., νεῖν Epich. 26, ἐπιχεῖσθαι Ther. 2448, Laconicus imperativus κάκκη a κατακέω vid. §. 25, 1. a, item δῆ, τρέχε (si quidem recte ita scripsimus pro τρέχει) vid. §. 7, 2, ἔπλην et ἔῤῥην, quae Heraclides Dorica esse tradit pro ἔπλει et ἔῤῥει (vid. §. 25 not. 1). Adeo conjunctivi contractio in δῆ, quod agnoscimus in καθὼς κα δῆ Corcyr. 1845, 138 nec cum Boeckhio δέῃ corrigere volumus, et δῆσθε Sophr. 1 Atticae consuetudini non adversatur, vid. Dind. ad Arist. Ran. 264; δέῃ tamen scriptum est Thucyd. V, 79. Nec magis ἀνδούμενος Sophr. 97 ab Attico usu alienum vid. Buttm. I p. 481. Antiqua solutio ab Atticis aliena conspicitur in νέεσθαι Cret. 2555 et ἐπίχε' apud Blaesum Athen. XI, 487 C.

Mirum est, quod Heraclides (vid. §. 25, 1) de Doricis ἔπλην et ἔῤῥην post contractionem ν ἐφελκ. servantibus tradit, neque tamen incredibile, quum hoc ν e τ natum sit, quod tertiae singulari praeteriti ab origine adhaeret. — De ultimae correptione, qua pars Doriensium secundam singularem atque infinitivum afficiunt, ut ποιῆς, ποιῆν, ἀπογραφὲν, vide §. 21, 5. 7. — Optativus vulgarem rationem sequitur in ἐφιορκέοιμι Amph. 1688, Atticam, quam dicunt, in ἀδικοίη Cret. 2556 et δοκοίη Thucyd. V, 79. Ceterum futuri optativus non reperitur.

Conjugationis paradigma apponere in tanta formarum, quae partim ipsae leguntur, partim certa analogia demonstrantur, difficillimum nec satis utile videtur. Singulas formas e regulis propositis facile formaveris et e §. 25. 26. 21 exemplis adstruxeris. Solum praesentis, quocum futurum concinit, indicativum objectivi apponemus, unde ingens formarum varietas appareat.

Sing. 1. *φιλέω* — *φιλῶ* — *φιλίω* sev.
2. *φιλεῖς* — *φιλές*
3. *φιλεῖ*
Plur. 1. *φιλέομες* — *φιλοῦμες* mit. — *φιλεῦμες* — *φιλίομες*, *φιλίωμες*, *φιλῶμες* sev.
2. *φιλεῖτε* mit. — *φιλῆτε* sev.
3. *φιλέοντι* — *φιλοῦντι* mit. — *φιλεῦντι* — *φιλίοντι* et *φιλόντι* sev.

2) Verba in *αω* quam contractionis rationem sequantur, in §. 24 expositum est. Vocales nunquam non coalescunt, ut etiam hac de causa *ἀπήλαον* Lysistr. 1001 in *ἀπήλααν* mutandum sit i. e *ἀπήλασαν* vid. §. 9, 3. Coalescunt autem *αε* et *αη* ubique in *η*, deinde *αο* et *αω* saepe in *α*, non semper Primum enim stirpes monosyllabae, ut *λῶ*, *ζῶ*, *βῶ*, de quibus vide §. 42, ne ullum quidem ejus contractionis Doricae vestigium tenent; deinde non magis plurisyllabarum eae formae, quarum ultimae syllabae contractione tanguntur, ut *νικῶ*, *ἐνίκων*, *νικῶν* (nam participia *γελᾶν*, *ἐλᾶν* a grammaticis commemorata e reliquis casibus, ut *γελᾶντες*, *ἐλᾶντες* ficta videntur); postremo etiam in mediis syllabis genuina Doris *ω* non omnino respuisse videtur.

Optativus modo vulgares terminationes assumpsisse videtur, ut *νικῷ* Alcm. 54 (83), si in tanta exemplorum penuria Alcmane uti licet, *λῷε*, quod Epich. 58 agnosci posse videtur, modo Atticas, ut *λῴη* Epich. 137.

De nonnullorum verborum ad conjugationem in *εω* transitu mox dicemus. Nunc etiam hic indicativum praesentis objectivi exempli causa proponemus:

Sing.	1.	*νικῶ*
	2.	*νικῇς*
	3.	*νικῇ*
Plur.	1.	*νικᾶμες* (*νικῶμες*?)
	2.	*νικῆτε*
	3.	*νικᾶντι* (*νικῶντι*).

3) Verba in *οω* vulgari contractionis ratione utuntur in mitiore Doride, in severiore et *οε* et *οο* in *ω* conjungunt, ut expositum est §. 25, 3. c et 4. c. Neutrum Doridis genus tertiam singularem praesentis indicativi et conjunctivi in objectivo vulgari ratione in *οι* terminasse videtur; nam indicativus *στεφανῷ* est in Astyp. 2483. 2484 et Gel., conjunctivus *πρῳ* in Heracl. 1, 81. Inde conjectura fit de persona secunda. Infinitivus quoque in mitiore Doride contra quam expectes in *ων* desinit, *στεφανῶν* Astyp. 2483, *μαστιγῶν* Epich. 19. Postremo *στεφανώτω* est in titulo Megalopolitano nr. 1536, 42, quod in *στεφανούτω* mutari jusserunt et Boeckhius et Keilius nuper de Philopoemenis illo epitaphio praeclare meritus vid. Anall. Epigr. p. 10 seqq. Paradigmatis partem apponimus, ut supra:

Sing.	1.	*μισθῶ*
	2.	*μισθῷς*?
	3.	*μισθῷ*
Plur.	1.	*μισθοῦμες* mit. — *μισθῶμες* sev.
	2.	*μισθοῦτε* mit. — *μισθῶτε* sev.
	3.	*μισθοῦντι* mit. — *μισθῶντι* sev.

4) Nonnulla verba in *αω* apud Dorienses ad conjugationem in *εω* transeunt, quae est nota Iadis consuetudo. Ejus generis sunt haec:

ὁρέων Alcm. 68 (53), quocum conferas Lesbiacum *ὅρημι*, Theocriteum *καθόρημι* VI. 22. 25, ejusdem *ὁρεῦσα* III, 18. V, 85. VI, 31. XI, 69, quod aut ex Iade aut e Doride petitum est *ὁρεῦντι* IX, 35 lectioni *ὁρῇς* post-

ponendum videtur). Eae formae, quae contractionem in η postulant, ne apud Theocritum quidem a conjugatione in αω deflectunt, ut ὁρῇ, ὁρῆτε, ὅρη XV, 2. 12 etc., multo minus in puris Doridis fontibus vid. §. 24, 1. 2.

ὁρμιόμενοι Cret. 3048. 3049. 3058 ad severioris Doridis normam ex ὁρμεόμενοι factum est, nec minus ἀφορμίοντι in Archytae epistola ex ἀφορμέοντι vid. §. 26, 1. Itaque Doricum est ὁρμέω pro ὁρμάω; nam Archyteum illud, cui simplex abeundi notio inest, vix recte ad vulgarem vocem ἀφορμέω i. e. vela dare referri posse videtur. Ceterum in Aetolicis titulis 2350. 3046, quorum tamen minor fides, ὁρμώμενοι legitur.

συλέων Delph. 1699. 1702. 1704, cf. συλεύμενος Theocr. XIX, 2.

τιμεῖν in Agrig., τιμοῦντες in Rhod. 2525, b. 10, ἐπιτειμέοντες Phoc. 81 R. cf. Lesbiacum ἀτίμημι infra Add. ad L. I p. 85. In formis tamen et vocibus derivatis ubique α est, non η, ut in ipso titulo Rhodio ἐτίμασε et τιμαθείς, Epich. 48 et Acharn. 725 πολυτίματος.

ἐρευνέοντες in titulo malae fidei Cret. 2554, 8. 59.

χρέω apparet in ἀποχρέω Epich. 114 et καταχρείσθων Rhod. 2525, b. 86, atque eodem referri possunt e severiore Doride χρῆσθαι Heracl. II, 66 et χρήσθων Cret. 2556, 65, vid. §. 42. Voces ab hac stirpe derivatae η postulant, vid. §. 19, 3.

E contrario quaedam verba in εω ad conjugationem in αω deflectere e derivatis intelligitur, ut ὠνασεῖται ab ὠνέομαι vid. §. 19, 3. Postremo verbum κοινόω ad conjugationem in αω transit in Pindaricis παρεκοινᾶτο et κοινάσαντες Pyth. IV, 115. 133 vid. §. 22, 1.

§. 39.

De conjugatione in μι.

1) Tertia singularis praesentis in τι exit pro σι[1]), ut δίδωτι Petil. 4, Corcyr. 1845. 1850, Rhod.

1) Ann. Oxx. I, 147, 26 de φατί, τίθητι, Heraclid. ap. Eustath

2525, b, *τίθητι* Delph. 67 R. et Ulr. p. 67, *ἀφίητι* Phoc. 73 R., *ἵσατι* et *ἀποδίδωτι* Brutt., *φατί* Acharn. 737, *ἠτί* Alcm. in Ann. Oxx. I, 190, 20 (cf. *ἦσι* Sapph. 48). Mira forma est *ἀναδείκνυντι* Cret. 3050, quacum optime concinit *βίβαντι* tertia singularis in epigrammate quodam Laconico, vid. Append., et *ἐντί*, quod qui Doridem imitantur, pro *ἐστί* frequentant vid. §. 39. Plebejae igitur elocutionis vitio tertia singularis et tertia pluralis confusae esse videntur. Cum illis, quae *ν* inserunt, comparare possis *τεῖνδε* pro *τεῖδε* vid. §. 44, 1.

Brevior forma *τιθεῖ* et *διδοῖ* (rectius *τίθει* et *δίδοι* vid. diss. nostr. de conj. in *μι* p. 16), quae in aliis dialectis frequentatur, nusquam legitur: de secunda persona parum constat. Pro *ἴσῃς* Theocr. XIV. 34 optimi libri *ἴσαις* praebent, quod aut in *ἴσᾳς* mutandum est ut *ἱστᾷς* (rectius *ἵστᾳς*), aut ipsum retinendum est. Haec enim scribendi ratio, quae in Lesbiaca dialecto disertis testimoniis postulatur vid. L. I §. 26, 5, in Ionica quoque et Dorica dialectis reliquorum, *τίθεις* et *δίδοις*, analogia commendatur vid. diss. de conj. in *μι* p. 16. In duobus pejoribus libris est *ἴσας*, quod vulgari *ἵστης* responderet. Vulgaris lectio *ἴσῃς* propter *η* non Doricum intolerabilis est.

2) C o n j u n c t i v u s stirpium in *α* exeuntium ubique contractionem patitur. Primum *αω* (prima singulari, ni fallor, excepta) in *α* Dorice coalescunt vid. §. 24, 4, ubi exempla attulimus: *βῶμες* Theocr. XV, 22, *φᾶντι* Heracl. I. 68, *ἐπιστᾶντι* Cret. 2556, 68, *ἰῶντι* Cret. 3053, *θᾶμεθα* Sophr. 42. Contra dubitatio aliqua est, quo modo *αῃ* a Doribus conjuncta sint. Olim propter *ἐμβῇ* Heracl. I, 80 et *ἀνασῇ* Theocr. I, 52 secundum verborum contractorum analogiam *ῃ* ex *αῃ* fieri existimavimus.

1603, 26 de *δίδωτι*, *τίθητι*, Herodian. in Il. Ad 207, b et Append. Et. G. 662, 24 de *φατί*, *δίδωτι*, Ann. Oxx. IV, 353 de *φατί*, Greg. C. 217. 255 etc.

Nunc errorem confitemur. Nam Theocrito parum fidei habendum est, et *ἐπιβῆ* in Heracl. potius a Dorico verbo contracto *ἐπιβῶ* derivandum esse videtur, quod docent vicina praesentia (*αἰ δέ τίς κα ἐπιβῆ ἢ νέμει ἢ φέρει τι τῶν ἐν τᾷ ἱαρᾷ γᾷ ἢ τῶν δενδρέων τι κόπτη ἢ πριῶ ἢ ἄλλο τι σίνηται*). Contra in Aeschyli cantico Suppl. 423 meliorum librorum lectio *μητι ταις* (sic etiam Guelph.) suadet ut pro Turnebi commento *τλῇς* restituatur *τλᾷς*, quam formam poëta haud dubie Doricam esse voluit. Deinde conjunctivus *καθιστᾶται* est in Calymn. 2671 e verissimo Boeckhii supplemento (*ὅπως μή — ἐς πλέω ταραχὰν ὁ δᾶμος [καθισ]τᾶται*) et *ἔραται* Pind. Pyth. IV, 92. Itaque Doris vulgari linguae contrariam rationem sequuta est et in conjugatione contracta et in conjugatione in *μι*, illic *η* pro *ᾱ*, hic *ᾱ* pro *η̄* proferens; nam ut *ὁρῇς*, *ὁρῇ* Dorica sunt pro conjunctivis *ὁρᾷς*, *ὁρᾷ*, ita *τλᾷς* et *τλᾷ* pro *τλῇς* et *τλῇ*.

Stirpes in *ε* exeuntes, quo pertinent etiam aoristi passivi, easdem contractionis leges sequuntur, quas verba in *εω*, ut *παρατιθῇ* Epich. 112, *θαλφθῇ* Sophr. 14, *τεθῇ* Cret. 2556, *ἀμμισθωθῇ* Heracl. I, 63, *αἱρεθῇ*, *ἀποδειχθῇ*, *ξυλογραφηθεῖ* Ther. 2448, vid. §. 35, 3; deinde *ἀποτμαθέωντι*, *ἀναγραφέωντι* Archim., *ἐκδανεισθῶντι* Corcyr. 1845, *ἀναγραφῶντι* Ign. 2670, *ἐγϝηληθίωντι* Heracl. I, 104, vid. §. 26; postremo in subjectivo *ὑπίχθηται* i. e. *ὑπέκθηται* Cret. 2556, 22.

Stirpes in *ο* exeuntes secundum vulgarem rationem per omnes personas *ω* tenent: *διδῷς* et *διδῷ* Acharn. 765, 801, *ἀποδιδῷ* Heracl. I, 61, *διδῶντι* Heracl. I, 55, *ἀποδῷ* Ther. 2448. III, 2, *δῶντι* Heracl. I, 58. Corcyr. 1845, *γνῶντι* Heracl. I, 105. Cret. 2556, 44; in subjectivo *ἀποδῶται* Ther. 2448. VII, 22. Cret. 2556, 25, *ἀποδῶνται* Heracl. I, 58.

3) **Optativi** quae formae reperiuntur, cum vulgari ratione nihil differunt, ut *ἀνθείη* et *ἀνείη* Brutt., *ἀδηλωθείη* Heracl. I, 9, *βλείης* Epich. 154, de quo vide infra §. 42, *διδοίη* Corcyr. 1845. Tertia pluralis breviore ter-

minatione utitur in πρίεειν Amph. 1688, 18, utut vox dubia legenda est, vid. Append. In reliquis quoque personis dualibus et pluralibus Dorienses breviores formas τιθεῖτε etc. usurpasse, haud scio an e testimonio valde perturbato colligere liceat [2]).

4) **Imperativi praesentis objectivi** non reperitur nisi brevior forma, quae terminatione θι abjecta vocalem producit, ἐγκίκρα Sophr. 2, τίθει Timocr. 2, ἐντίθη Cyren. 4, πίμπλη Sophr. 49. Pro hoc expectaveris πίμπλα, quum contractum verbum πιμπλάω, quo Herodianus [3]) refert, nusquam reperiatur. Satis tamen ex iis, quae supra disputavimus §. 19, 3, apparet radicalem hujus stirpis vocalem ε esse, non α, quare πίμπλη dictum est ut τίθη, quod jam non ad severiorem Doridem ει in η mutantem referes. Universa igitur Doris in his et similibus η pro vulgari ει pronuntiasse videtur, id quod non miraberis in ea vocalium inconstantia, qua verba in μι insignia sunt vid. diss. nostr. de conj. in μι p. 16. Minus fidei habent τίθει apud Timocreontem et δίδου Theocr. I, 143, cujus in locum ex eadem analogia δίδω expectaveris. Nolumus tamen in re lubrica quidquam pro certo affirmare, cf. infr. nr. 6. Pindaricus imperativus δίδοι certe non est Doricus, ut Gregorius somniatus est [4]). —

2) Heraclid. ap. Eustath. 1756, 14. ἀπὸ τοῦ θεὶς καὶ βλεὶς γίνεται θεῖο εὐκτικὸν καὶ βλεῖο, οὗ χρῆσις ἐν Ἰλιάδι. πᾶν δὲ τοιοῦτον εὐκτικὸν ἤγουν ἐς ō λῆγον παρὰ Σικελοῖς ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν εἰς ει̅ς ληγουσῶν μεταβάλλον τὸ ō εἰς ε̅ πληθυντικὸν ποιεῖ προςθέσει τοῦ τ̅· θεῖο θεῖτε, σφαγεῖο σφαγεῖτε, βληθεῖο βληθεῖτε. εἶτα εἰπὼν ὅτι οὕτω καὶ Ὅμηρος ἀπὸ τοῦ διακρινθεὶς καὶ τοῦ ἐκεῖθεν Σικελικοῦ διακρινθεῖο ἔφη τὸ διακρινθεῖτε τάχιστα καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ Σικελοὺς εἰς μετοχῆς καὶ τοῦ εἶο εὐκτικοῦ τὸ εἶτε etc., quae, ut nunc leguntur, ineptissima sunt.

3) Et. M. 478, 13, Et. G. 288, 13. Δωριεῖς λέγουσι πίμπλη Κοινόα καὶ γὰρ τὸ ὅρα ὅρη λέγουσιν· οὕτω πίμπλα πίμπλη. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν

4) Gr. C. 212. τὸ δίδου δίδοι λέγουσι καὶ ἄλλα ὁμοίως τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν εὐκτικῶν τὰ δεύτερα πρόσωπα τῶν εἰς οῦ προστακτικῶν ἐκφέροντες. Πίνδαρος· τὸ δὲ πρᾶξιν φίλαν δίδοι (Ol. I, 85).

Imperativi aoristorum vulgares terminationes exhibent: γνῶθι Epich. 129, στᾶθι Theocr. Ep. 19, Laconica κάββασι et ἄττασι i. e. κατάβαθι et ἀνάσταθι, vid. §. 7, 2, δός Epich. 118, ἀπυδός Sophr. 49; pro ποτίθει Theocr. XIV, 45 e quatuor libris pejoribus ποτίθες repositum est; nos suspicari malumus ποτιδεῖ δύο, ut δύο pro genitivo sit, duo desunt. — De tertia persona plurali supra diximus §. 35, 4 exempla δόντω, θέντων, διδόντων afferentes.

5) Infinitivus vulgo in μεν exit[5]), ut διδόμεν Aetol. 2351. Cret. 3048. 3049. 3058, εἶμεν et ἦμεν vid. §. 40, δόμεν et θέμεν cum compositis ἀποδόμεν, ἐγδόμεν, ἀναθέμεν in Lacon. 1334, Hermion. 1193, Corcyr. 1841. 1843. 1844. 1845, Messembr. 2053, b, Ther. 2448, Astyp. 2483, Calymn. 2671, ἀφέμεν Byz. 2060, προστᾶμεν Phoc. 73 R., ἀποκριθῆμεν Herm. 1193, καταχρησθῆμεν Corcyr. 1845, 107. 127, ἐγδανεισθῆμεν ibid. 80, δοθῆμεν Cret. 3052, ἀπογραφῆμεν et τεθῆμεν Byz. 2060. Item Epich. 23 ἐμπαγῆμεν, Lysistr. 1163 ἀποδόμεν, Thucyd. V, 77. 79 δόμεν, ἀποκριθῆμεν etc.

Apud Rhodios eorumque colonos Gelenses et Agrigentinos peculiaris terminatio μειν reperitur: Rhod. 2525, b ποτιθέμειν et εἶμειν, 2905 εἶμειν, Gel. ἀναθέμειν, Agrig. εἶμειν, ἀναθέμειν, ἀποδόμειν. Ejusdem terminationis vestigia sunt apud Epicharmum. Nam fr. 71 Athenaei libri praebent προδιδόμην, quod Schweighaeuserus metro patiente in προδιδόμεν mutavit; deinde fr. 94 v. 8 in quinque Epicharmi libris pro ποτθέμεν est ποτὲ θέμιν, v. 10 in nonnullis ποτ' ἔθεμιν; quae quum facile e προδιδόμειν et ποτθέμειν corrupta esse suspiceris, rem conficere videtur fr. 48, ubi librorum lectionem κατθέμεν αὐτῷ metro respuente particulam γ' parum aptam intruserunt. Apparet enim, quanta cum veri specie κατθέμειν rescribi possit. Licet autem cum Epicharmi usum ad Gelensium con-

5) Et. M. 224, 53 de τιθέμεν, Et. G. 383, 17 de μεθέμεν, Ann. Oxx. I, 117, 8 de δόμεν.

suetudinem referre, vid. §. 48, 2. Neque mirum est, quod *εἶμεν* fr. 94, 9 metro certum est; Syracusanos enim ut Corcyraeos vulgari Dorica forma usos esse, Epicharmum alterantram rationem pro arbitrio amplexum esse existimato.

Male grammatici [6]) aliis recte repugnantibus plenissimam terminationem *μεναι*, quam Lesbiaca dialectus tenuerat, Doridi assignant. Legitur nunc *εἴμεναι* Acharn. 742, quanquam brevior forma est 707. 738. Quod in tanta optimorum fontium constantia corruptum judicamus; fortasse suspicari licet: *τὺ δέ νιν εἶμεν αὖ τίνος δοκεῖς*; Hesychii *γισάμεναι*, *εἰδέναι* e *Fισάμεν* corruptum existimamus vid. §. 42.

Vulgaris terminatio *ναι* non legitur nisi in titulis suspectissimae fidei, ut *ἐκδανεισθῆναι* Corcyr. 1845, 15, *προςθεῖναι* et *εἶναι* Cret. 2557, *δοῦναι* et *εἶναι* Cret. 3052. Nec minus corruptum est *σκιρωθῆναι* Sophr. 36; de Hesychii glossa Cretica *σεῖναι, θεῖναι* vid. §. 7, 3.

6) In Imperfecti singulari verborum *τίθημι* et *δίδωμι* de vocalium ratione nihil certi constat. Ex imperativi analogia, vid. nr. 4, Dorienses flexisse conjeceris *ἐτίθην*, *ἐτίθης*, *ἐτίθη* et *ἐδίδων*, *ἐδίδως*, *ἐδίδω*, et *ἐτίθη* a Meineckio Theocr. II, 156 ex uno libro editum est pro *ἐτίθει*; alia et certiora exempla deficiunt.

Eorundem verborum Aoristi II hae formae reperiuntur: *ἔδωκε* et *ἔθηκε*, (*ἐθήκαμεν* et *ἐδώκαμεν* Rhod. 2905), *ἔδον* et *ἔθεν* vid. seqq., *ἔδωκαν* Corcyr. 1845. Delph. 1691. Messembr. 2053 et *ἔθηκαν* Phoc. 81 R. Quae cur omnia ad aoristum secundum referamus nec communem errorem sectati eas formas, in quibus *κ* est, aoristo primo adscribamus, paucis indicavimus in dissertatione nostra

6) Et. M 282, 48, Et. G. 168, 41 — 258, 1, Ann. Oxx. I, 117. 8 130, 17 — 200, 11, Scholl. Pind. Ol. VI, 45, Diacon. ad Hes. Sc. 196, Greg. C. 309 etc. Contra in Ann. Oxx. I, 69, 9 *τιθήμεναι*, *στήμεναι*, *πανθήμεναι*, *δύμεναι* non Dorica, sed poëtica esse traduntur

de conj. in *μι* §. 7. Ibidem demonstratum est primam pluralem *ἐθήκαμεν* et *ἐδώκαμεν* genuinis linguae legibus repugnare et recentiorem habendam esse; antiquior quoque Doris *ἔθεμες* et *ἔδομες* dixerit. Ceterum neque in reliquis objectivi modis neque in subjectivo reperiuntur formae, quae et *κ* et primi aoristi terminationes habeant.

7) In tertia plurali praeteriti Doribus sicut Aeolibus et Boeotis pro vulgari terminatione *σαν* brevior illa *ν* adscribitur, quae vocalem antecedentem corripit [7]), neque fere alia in genuinis Doridis fontibus reperitur. Eo pertinent in Lacon. 1511 *ἔδον*, in galea Argiva nr. 29 *ἀνέθεν*, in tabulis Heracleensibus II, 16 *ἀπέσταν*, I, 51 *διέγνον*, I, 94. 95 *κατεδίκασθεν*, Cret. 3050. 3052 *διέλεγεν*; item apud Archimedem regnant, ut de Quadr. Par. p. 17 *κατέγνωσθεν*, de Con. p. 257 *συνεξέδοθεν*, Aren. p. 325 *ἄνεθεν*. Imperfecti exempla, ut Pindarica *τίθεν* P. III, 65, *ἵεν* Isthm. I, 25, in puris fontibus casu non leguntur. Sed eodem pertinet Doricum *ἦν* pro *ἦσαν*, de quo videbimus §. 40.

Vocalem ultimae corripi diximus, de qua re constat etiam ex Homerica dialecto vid. diss. nostr. de conj. in *μι* p. 10. Cui regulae quae adversantur, suspectissima sunt. Pindarica *ἔγνων* P. IX, 79 et *ἀνέγνων* Isthm. II, 23 non minus metro patiente in *ἔγνον* et *ἀνέγνον* mutanda sunt, quam metro jubente P. IV, 120 *ἔγνον* e paucis libris receptum est, neque aliter *ἔγνων* Hom. H. Cer. 111 in *ἔγνον*. Pro *μιάνθην* Il. *δ*, 146 *μίανθεν* restitui posse, Homerico versu ante caesuram bucolicam trochaeum tolerante, indicavimus l. l. p. 36. At etiam in titulo Cretico

7) Ann. Oxx. I, 429, 7, Et. M. 532, 34, Et. G. 547, 13 de *φάανθεν*: *ἔθος γὰρ ἔχουσιν οἱ Αἰολεῖς καὶ Δωριεῖς τὰ ἔχοντα ῥήματα τὴν μετοχὴν εἰς ϛ μετ᾽ ὀξείας τάσεως σχηματίζειν τὰ τρίτα τῶν πληθυντικῶν* (*ὡς τὰ μὴ ἔχοντα* add. Oxx.)· *ὥςπερ καὶ τὸ κόσμηθεν*. — Et. G. 156, 46 *ἔσταν*, Et. M. 418, 25 *ἤγερθεν*, Id. 532, 34 et Et. G. 534, 22 *τράφεν* et *κόσμηθεν*, Scholl. Il. *γ*, 1 *κόσμηθεν*, Ann. Oxx. I, 9, 21 *ἀπέψυχθεν*. — Perverse Ann. Oxx. II, 359, 11 *ἔδον καὶ Δωρικῶς ἔδοσαν*.

nr. 3048 διελέγην traditur, quod Boeckhius in διέλεγεν mutavit. Qui, quamvis Cretica dialectus singularium formarum dives sit, recte tamen egisse videtur, quum neque apographorum fides magna sit et in simillimis titulis Creticis 3050. 3052 διέλεγεν legatur. Nec minus recte idem in optativo περμεῖεν Amph. 1688, 18 terminationem ην, quae est in Claraci apographo, sprevit, vel in Corcyraeo titulo malae fidei nr. 1845, 74 παραδοῖεν reposuit pro παραδοίην.

Vulgaris forma διελέγησαν Cret. 3047 Tejo lapicidae deberi videtur; certius est παρῆσαν Epich. 94, quod certe in omnibus libris esse videtur.

7) Subjectivi paucae formae reperiuntur, quae cum vulgari ratione discrepent. De conjunctivo supra diximus nr. 2. Imperativum μῶσο Epicharmo restituimus fr. 121 vid. §. 42; idem post σ ejectum contractionem passus est in περίδου Acharn. 738 et πρία (i. e. πρίασο), ut pro πρίω rescripsimus Epich. 93, vid. §. 24, 4. De imperativi persona tertia plurali egimus §. 35, 3. Secunda singularis praeteriti Doricam contractionem passa est in ἐπρία, quod in Ann. Oxx. III, 241, 12 Doricum dicitur pro ἐπρίω, ἐπρίασο. Corruptum esse judicamus συνέθοντο, quod in Cret. 2554, 2 legitur pro συνέθεντο nec probare possumus συνεθόμεθα, quod ibidem l. 201 Boeckhius e συνθεόμεθα effecit.

§. 40.

De verbo εἰμί.

1) Praes. Indicat.

Sing. 1. εἰμί Epich. 19: in severiore Doride procul dubio ἠμί erat vid. §. 20, 3. a.

Sing. 2. ἐσσί Syracusanis tribuitur ab Herodiano π. μ. λ. 44, 19, qui apponit Sophr. 90, et legitur praeterea Epich. 130, ἐσσ' Epich. 125, nec minus in dictis Laconicis Plutarch. Pyrrh. c. 26 et Apophth. Lac. p. 211. 233. Postremo ne Theocritus quidem et Pindarus alia

forma utuntur. Epicharmi fragmentum 151, ubi εἰ traditur, aut corruptum aut spurium judicandum est; ne εἶς quidem Doridi usitatum fuisse videtur.

Sing. 3. ἐστί ubique in titulis legitur ut Heracl. II, 80, Rhod. 2905. Ther. 2448 etc., apud Epicharmum 23. 51. 90. 94. 95. 96. 100. 111. 147. 150. 168 (male enim fr. 105 ἐντί e Koenii conjectura pro ἔτι receptum erat), in Lysistrata v. 143. 980, in Acharnensibus v. 704. 735. 738 etc., in Chelidonismo Rhodio v. 16. Facile etiam in Tarentino ἐστόκα, ἐνιότε apud Hesychium i. e. ἔστ' ὄκα agnoscitur. At Gregorius Corinthius p. 280 Dores ἐντί dixisse tradit pro ἐστί. Scilicet Theocritum procul dubio respexit, qui eam formam non minus frequentat quam Pseudo-Pythagorei. Archimedi raro obtrusa est: de Plan. Aeq. I p. 8 bis, altero loco codicibus Ven. et Flor. ἐστί praebentibus; de Quadr. Parab. p. 28 et 30, de Plan. Aeq. p. 46 bis et p. 50, de Conoid. p. 265. 274. 287. Sexcenties contra ἐστί sine varia lectione traditum est, quare pauca illa mero librariorum errori tribuere non dubitamus. — Quum igitur nostro jure in libro primo p. 282 singularem ἐντί ab antiqua et genuina Doride abhorrere affirmassemus, Franzius noster in utilissimo libro de Epigraphice Graeca Philolaum nobis opposuit. Cujus fragmentis quanquam in rebus ad dialectum pertinentibus nulla fere auctoritas concedi potest, id quod virum veri amantissimum post hos nostros labores et intellecturum et libenter confessurum speramus, attamen telum in nos conjectum retorquere licet. Quid enim, si ἐντί pro ἐστί nusquam apud Philolaum aliquo jure editum sit? Legitur ἐντί apud Boeckhium primum p. 66 in fragmento, quod servarunt Stobaeus Ecl. I p. 460 Heer. et Nicomachus Harm. I p. 17; hic eam ipsam vocem omittit. Paullo post ἔστι sine varia lectione editum est. Deinde p. 139 B. in fragmento, quod quum a Canteriana Stobaei abesset, primum editum est in Observv. Misc. Crit. VII, 1 p. 184, deinde ab Heerenio I p. 8, ἐντί est apud hunc, ἐστίν in Obss. Misc.; p. 141 B. in

eodem fragmento Boeckhius recte ἐντί, quod est apud Heerenium, respuit et ex εἰς in Obss. Misc. cum Koenio ἧς elicuit; p. 145 B. pro priore ἐντί Heerenii in Obss. est ἐστί, alterum cum vicinis verbis in his deest. Postremo p. 151 B. in fragmento Philoni debito ἐντί pro ἐστί a Boeckhio scriptum est. Nusquam igitur ἐντί reperitur nisi ex Heerenii auctoritate (rarissimam Canteri editionem nobis inspicere non licuit), quae quam in his rebus sit nulla, supra indicavimus §. 2, 16; quicunque alii lectionis fontes manant, ἐστί constanter praebent. Apparet, egregie nostrum de formae ἐντί recentiore origine judicium inde confirmari, quod ne in tanta quidem dialecti corruptione Philolai fragmentis facili errore obtrusa est, et vicissim reliquiarum genuinae origini aliquid praesidii hinc quaeri posse. — Jam vero, unde mira ista forma a Doridis simulatoribus petita est? Vix tibi persuaseris, temere fictam esse. Itaque suspicamur plebejam recentioris Doridis elocutionem, sicut in ἀναδείκνυντι et βίβαντι (vid. §. 38, 1) tertiam singularem et pluralem confudisse, inde Theocritum arripuisse, a quo Pseudo-Pythagorei suam Doridis cognitionem maxima ex parte hausisse videntur. Ceterum istud ἐντί nunquam apud Theocritum, saepius apud Pythagoreos v. ἀφελκ. asciscit, ut Stob. Fl. 1, 64 p. 10 l. 54. Ecl. I, 5. 20 in libris Heerenio ἐντί edente.

Plur. 1. ἐσμέν Doricum dicitur ab Eustathio p. 780, 36 ex Heraclide et in Chelidonismo apud Athenaeum traditum est. Hoc certum est, Dorienses non ἐσμέν dixisse, sed, nisi omnis fides illis abroganda est, ἐσμές. Hoc ipsum est in duobus Theocriti libris II, 50, quum et hic et XV, 73. 89. 91 vulgo εἰμές legatur, in pejoribus nonnullis libris ἠμές. Idem εἰμές traditur in cantilena Laconica Plut. Lyc. c. 26. Apophth. p. 234: et hic quidem procul dubio male: severiorem enim Doridem aut ἐσμές aut ἠμές pronuntiasse certissimae analogiae docent vid. §. 20, 3. a.

Plur. 3. ἐντί est apud Epicharmum fr. 23. 27. 32.

92. 94. 110, Sophronem fr. 52. 54, Timocr. 3, Thucyd. V, 77, saepe apud Archimedem et in reliquis fontibus minus puris. Non magis quam reliquae tertiae plurales in ντι exeuntes ν ἐφελκ. tolerat praeterquam apud Pseudo-Pythagoreos, ut Stob. Flor. I, 69 p. 12, 12, CIII, 27 p. 553, 48 etc. Apud Archimedem de Conoid. p. 281 semel ἔοντι legitur, bis ἔωντι, quum indicativus necessarius sit. Formam ἔοντι, quae etiam in isto ἔωντι latere videtur, confidenter damnare non audemus. Contra παρέοντι Epich. 117 certissime conjunctivus est.

Conjunctivus.

Sing. 3. ῇ Lysistr. 174, Thucyd. V, 79, Anaph. 1 R.; ῇ Hermion. 1193, Tegeat. H. L., Agrig.; εἶ Amph. 1688, 40 et Heracl. I, 112, de qua scripturae varietate vid. §. 36, 3.

Plur. 1. ἔωμεν Cret. 3048. 3052, ἴωμεν Cret. 3058 vid. §. 26, 1, ὦμες Theocr. XV, 9. Antiquior Doris procul dubio ἔωμες habebat.

Plur. 3. ἔωντι Rhod. 2525 b. 55, Cret. 2554, 15, saepe apud Archimedem, ubi male ἐῶντι scribi solet, ut de Plan. Aeq. p. 4. 5. 7 etc.; ὦντι Corcyr. 1840, Ther. 2448. V, 12. Apud Epicharmum fr. 117 libri παρέοντι pro παρέωντι praebent.

Optativi tertia singularis εἴη legitur Ther. I, 7, Epich. 94. 95, Lysistr. 1274.

Imperativus.

Sing. 2. ἔσο ter in dictis Laconicis legitur Plutarch. Instit. Lacon. p. 241, et in Pythagorae dicto ceterum non Laconico Stob. Fl. I, 19. Conspirat Homericum ἔσσ' et Sapphicum ἔσσο. Nihilominus paullum de medialis formae antiquitate dubitamus, vid. infra Addend. ad L. I p. 257.

Sing. 3. ἔστω saepe.

Plur. 3. ἐόντω Corcyr. 1845, Delph. 1699. 1701—1706 et 71 R., Phoc. 74 R.; ἐόντων Amph. 1688; ἔσστωσαν Phoc. 81 R., quod non est vere Doricum, vid. §. 35, 4. Item ἔστωσαν apud Archimedem frequens est; aliquoties tamen apud eundem ἔστων reperitur, ut de

Conoid. p. 263 (Par. B. ἔστωσαν) et Aren. p. 326; saepius ἔστω est pro plurali, ut de Conoid. p. 263 (B. C. D ἔστωσαν), p. 264 (B. C. D. Ven. ἔστωσαν), p. 294 (B. C. D ἔστωσαν), p. 301 (A. B. D. Ven. ἔστωσαν, C. ἔστων), p. 305 ἔστω in Basil. (Ox. A. B. D. ἔστωσαν, C. ἔστων). Vides pluralem ἔστω furca expellendum esse et ἔστωσαν aut ἔστων reponendum. Sed ne hae quidem formae ad genuinam Doridem referri possunt. Minus aegre ferrem, sicubi ἔντω vel ἔντων legeretur.

Infinitivus εἶμεν est in recentioribus titulis Laconicis 1334. 1335, Megar. 1052, Amph. 1688, Delph. 1693. 1699. 1702. 1703. 1704. 1706. 1707. 1709, Phoc. 81 R., Locr. 1567, Aetol. 3046, Acarn. 1793, Corcyr. 1838. 1841—1844, Byzant. 2060, Epich. 94. 95. 96, saepissime apud Archimedem. Rhodiaca forma εἶμειν est in Rhod. 2525, b. 2905 et Agrig. Severior Doris ἦμεν pronuntiavit, quod legitur in Heracl. et Creticis titulis majoris fidei nr. 2555. 2556. 2558 (etiam 2554, 68. 202), in Chilonis et Epimenidis epistolis, in dicto Laconico Instit. Lac. p. 242 etc. Postremo ἔμεν est in Cret. 3058 et Delph. 1705, a, hic a Boeckhio in εἶμεν mutata neque fortasse illic genuina.

Minus recte ἦμεν traditur, si quid reliquis analogiis tribuendum est, in Ther. 2448. V, 17, Anaph. R. 1 (C. I. 2477) et 2, quibus in titulis saepius η et ει propter ductuum similitudinem permutata sunt, deinde Acharn. 707. 738. Contra εἶμεν male se habet in titulis Creticis minoris fidei 2554, 85 et 2557, 15 et Lacon. 1511, ubi a Boeckhio ex ει . . . ν restitutum est, nec minus in dicto Laconico Plutarch. Lyc. c. 6. Apud Thucydidem V, 77. 79, ubi libri utramque formam praebent, in Laconico decreto c. 77 ἦμεν praeferendum est, in Argivorum foedere c. 79 εἶμεν.

Longiorem formam εἴμεναι, quae legitur Acharn. 741 et inde a Greg. C. 227 Dorica vocatur, supra §. 38, 5 in suspicionem vocavimus. Pejus etiam Lesbiacum ἔμμεναι Doricum dicitur in Ann. Oxx. I, 130, 17, Et. M.

335, 12 etc. Pessime ἦμες Doribus tribuitur in Scholl. Theocr. VII, 86; nam ς pro ν, quod Doris in prima persona plurali et in ἦς e summa antiquitate traditum accepit, ab infinitivi terminatione alienissimum est. Neque ea forma legitur nisi in parte librorum Theocriteorum, unde in editione Meinekiana septies recepta est: II, 41. III, 8. VII, 129. VIII, 73. XI, 79. XIII, 6. XIV, 6, et in malo Aristophanis codice Δ Acharn. 707. Muehlmannus de dial. Bucol. p. 132 sola librorum auctoritate fretus recte ne Theocrito quidem concedit illam formam, quam nos hyperdoricam esse affirmamus.

Participium.

ἐών gen. ἐόντος Megar. 1052. Delph. 1699. 1702. 1704. 1705. 1706, Phoc. 81 R., Corcyr. 1845, Rhod. 2525, b. 30, Epich. 94, Timocr. 1 ἐόντα, quod synizesin patitur, saepe apud Archimedem; fem. ἐοῦσα Delph. 1705 et apud Archimedem, ἐῶσα Cret. 2556.

ὤν gen. ὄντος Delph. 1704 et 1709, b, Aetol. 2350, Thaum. 1772. 1773, Iss. 1834 (οὖσι), Rhod. 2525, b. 5, Calymn. 2671, Ther. 2448, Cret. 2554. 3048. 3049. 3058; fem. οὖσα Delph. 1699. 1703. 1706, Aegin. 2140, Anaph. 1. R. Vides in titulis paullo recentioribus utriusque formae usum regula certa constitui non posse, adeo in titulo Rhodio utramque apparere. Antiquiorem Doridem pleniorem formam, qua sola et Homerus et Pindarus et Lesbiaca dialectus utebantur, praetulisse persuasum habemus. Epicharmo pro ὤν fr. 98 ὤν dedimus; ejusdem fr. 140, ubi συνόντα, suspectum est. Facile tamen illic ἐών, hic συνέοντα ita restitui posset, ut synizesis admitteretur, qualis est in παρέοντι fr. 117 et ἐόντα Timocr. 1.

Contractam formam εὖντα Theocr. II, 3 rectissime Meinekius expulit βαρυνεῦντα restituens; femininum εὖσα apud eundem legitur II, 76, παρεῦσας V, 26, Callim. Lav. Pall. 69, quae forma latet num jure Dorica existimari possit.

Rarior forma in tabulis Heracleensibus legitur ἔντες et dat. ἔντασσι I, 56. 69. 130 et item apud Alcmanem

fr. 121 W. *παρέντων* secundum Heraclidem apud Eustath. 1787, 43. Postremo Choeroboscus [1]) *ἔντα* affert fortasse ex eodem Alcmane aut e Rhinthone. Ceterum nominativus *εἷς*, quem grammatici ponunt, a severiore Doride, quae *ἧς* pronuntiasset (vid. §. 20, 2), aliena est et nescio an nominativus *ἐών* sonuerit apud eosdem, qui *ἔντος* protulerunt. Tum *ἐών*, *ἔντος* comparari posset cum *κυών*, *κυνός*.

Feminini reconditiores formae duo apud Philolaum et Pseudo-Pythagoreos servatae sunt. Primum *ἔσσα* et *ἔσσαι* sunt apud Philolaum Stob. Ecl. I p. 458. 460, quae ab Heerenio temere mutata jure Boeckhius revocavit p. 62. Item apud Archytam Stob. Ecl. p. 714 in editione Canteriana est *ἔσσα* pro *ἔασσα*, quod Heerenius nescio quo jure dedit, et *ἐσσᾶν* varia lectio est pro *ἐασσᾶν* Tim. Locr. p. 97. C. Ab eadem forma Boeckhius ad Philol. p. 63 substantivum *ἐσσία* pro *οὐσία*, quod a Platone ex incerta quadam dialecto commemoratur [2]), deducens, id ipsum ad Doridem Italioticam retulit et ipsi Philolao *ἐσσία* pro *οὐσία* donavit p. 139. 141. At abstracta in *ια* exeuntes non derivantur a femininis, sed casu formae similitudinem quandam accipiunt, quum stirpium in *ντ* exeuntium ultima litera in *σ* mutatur, ut *γερουσία* pro *γεροντία* e stirpe *γεροντ* factum est, non a feminino quodam *γέρουσα* (is esset vetularum senatus). Itaque si supra §. 6, 6 recte contendimus, Doridem in illis abstractis antiquum *τ* retinuisse, neque *ὠσία*, de quo diximus

1) Choerob. in Theod. 859, 20. *ὁ εἷς, τοῦ ἔντος, τῷ ἔντι, τὸν ἔντα ἀντὶ τοῦ ὑπάρχοντα, ὡς καὶ ἡ χρῆσις δηλοῖ οὕτως ἔχουσα· παῖδα ἔντα· ἀντὶ τοῦ παῖδα ὑπάρχοντα. καὶ λοιπὸν τὰ πληθυντικά, οἱ ἔντες, τῶν ἔντων, τοῖς εἶσι βαρυτόνως.* Eadem leguntur Ann. Oxx. IV, 356, 22, ubi verba *οὕτως ἔχουσα* male ad sequens frustulum tracta sunt. Idem *εἷς*, *ἔντος* dialecto non nominata commemoratur a Choerobosco in Theod. p. 536, 12 et saepe in Etymologicis.

2) Plat. Cratyl. p. 401. C. *ὃ ἡμεῖς οὐσίαν καλοῦμεν, εἰσὶν οἳ ἐσίαν* (multi libri *ἰσσίαν* vel *ἐσσίαν*) *καλοῦσιν, οἱ δ' αὖ ὠσίαν.*

§. 20, 2, neque ἐσσία vere Dorica esse possunt, sed a participio ἐντ-ος Itali substantivum ἐντία derivare debebant. Utraque tamen vox philosophica aegre ad aliam dialectum revocatur praeterquam ad Italico-Doricam, quae ὠσία eo minus fingere poterat, quod participii forma ὤν, f. οὖσα vel ὦσα ab antiquiore Doride aliena est. Itaque putaverim, Pythagoreos vocem οὐσία, quam Ionicis philosophis acceptam debebant, minus recte Dorica specie donare studuisse aut leviore mutatione ὠσία proferentes, aut, participiorum οὖσα et ἔσσα analogia deceptos, ἐσσία.

Altera feminini forma Pseudo-Pythagoreis peculiaris est ἐᾶσα, quae legitur Tim. Locr. p. 96. A. D. (v. l. ἐᾶσσα, ἐοῦσα), 97. C (v. l. ἔσσαν), 98. A (v. l. ἐᾶσσα, ἐοῦσα) restituenda est Stob. Fl. 1, 64, ubi Gaisfordius e conjectura ἐοῖσα dedit, quum vulgo ἐοῦσα, in A. ἔασα, in Trinc. ἐᾶσαι legatur; XLVIII, 63 p. 331, 3, ubi Gaisf. pro vulgata ἐᾶσα e B ἐοῦσα; XLVIII, 64 p. 333, 17 et 65 init., ubi Gaisf. ἐοίσας e conj. pro vulg. ἐάσας et ἐώσας in cod. B; CIII, 27 p. 557, 23, ubi Gaisf. pro vulg. ἐάσαι et ἐεύσας in cod. B. e conj. ἐοίσας (leg. ἐάσας); Append. p. 46 ubi Gaisf. ἔασαν in ἐοῖσαν mutavit — postremo ἐάσας est apud Occellum, ἔασα apud Aristaeonem Stob. Ecl. p. 428, ἔασσα (Cant. ἐᾶσσα) apud Aresam ibid. p. 856. Vides feminini ἐᾶσα usum apud Pseudo-Pythagoreos satis certum esse. Neque est cur eum e genuina Italiotarum Doride depromptum negemus. Videntur enim illi feminini formam ἦσα, quam a stirpe εντ reliquorum participiorum analogia postulabat, vid. §. 20, 2. c, ut minus suavem duplici ratione evitasse, aut eam rationem sequendo, quae est in adjectivis χαρίεσσα etc., aut vocalem inferendo, ut fit in tertia plurali ἔασι apud epicos. Nullo modo ἐασσα excusari posset; hoc dubium relinquimus, utrum ἐᾶσα an ἔασα pronuntiatum sit.

Praeteritum.

Sing. 1. ἦν Epich. 124.
2. ἦσθα Theocr. V, 79. X, 23.

Sing. 3. ἦς ex antiquis testimoniis [3]), et legitur Epich. 73, ἐνῆς 38, ἀπῆς 56, quare correximus ἦν Sophr. 27. Eodem Alcman usus est teste Heraclide ap. Eustath. 1892, 44 et recte a Schneidewino fr. 11 (8) ἦς e papyro restitutum est, quanquam Bergkio obloquente, qui secundam praesentis εἶς vel ἦς agnoscit, vix Doricam. Frequentatur ἦς a Theocrito. Ceterum Doris etiam hic antiqui tenax erat; antiquissima enim forma a radice ες erat ἦστ.

Dual. 3. ἤστην Meinekius Theocrito VIII, 3 e cod. *K* et aliis libris bene restituit pro ἤτην; genuina tamen Doris ἤσταν dixisse putanda est, si quidem duali usa est.

Plur. 1. ἦμες in cantilena Laconica Plut. Lyc. c. 21 et Theocr. XIV, 29.

Plur. 2. ἦστε, quod e parte antiquarum editionum et nonnullis libris (de multis e silentio Gaisfordii constat) pro ἦτε Theocr. I, 66 restitui oportet.

Plur. 3. ἦν, quod Doricum dicit Heraclides [4]), legitur Lysistr. 1260, Epich. 30. 31. 38. 49, ἐνῆν 28. 52, παρῆν 82, et reliquorum verborum in μι analogiae convenit, vid. §. 39, 7, nisi quod augmentum et sigma ejectum (nam ex ἐ-εσ-ν factum est) vocalem corripi vetabant. Male grammatici antiquiores [5]) et recentiores plerique (vid. Matth. §. 303 et Buttm. §. 108 not. 17) Hesiodeum usum Theog. 321 ἦν τρεῖς κεφαλαί et 825 ἦν

---

3) J. Gr. 243, b, Gr. C. 227, Meerm. 659. — Choerob. Bekk. 1198 et Ann. Oxx. IV, 421, 10 e Theocr. VII, 1. — Ann. Oxx. I, 160, 1.

4) Heraclid. ap. Eustath. 1759, 32. Δωρικῶς Ἡσίοδος ἔφη· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί.

5) Herodian. περὶ σχημ. p. 60, 15. Πινδαρικὸν — παρ' Ἡσιόδῳ· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. — Eustath. 1110. Πινδαρικὸν σχῆμα — καὶ παρ' Ἡσιόδῳ τό· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ (addit fr. 30. 49). — Id. 1892, 47. τὸ δὲ παρ' Ἡσιόδῳ· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί ἀντὶ τοῦ ἦσαν, Βοιωτῶν λέγεται γλώσσης εἶναι, οἳ ἑνικὰ ῥήματα πληθυντικοῖς ὀνόμασι συντάττον.

ἑκατὸν κεφαλαί, adeo Epicharmeum ad schema Pindaricum referunt, ἦν ubique substantivo plurali praeponi arbitrati. At postponitur Epich. 82 φάσσαι τε τοσσαῦται παρῆν, ubi pessime Schweighäuserus et Dindorfius sine libris παρῆς scripserunt (ut non melius fr. 38 ἦς pro plurali ἦν cum Koenio dederunt), nec nisi casu factum esse, quod in reliquis locis ἦν antecedit, perlustranti cuique facile patebit. Atque ne quidquam dubitationis resideat de Dorico usu, vide quam accurate in Epicharmeis fragmentis, modo ne corrigendo depravatis, ἦς et ἦν distinguantur, illud cum singularibus, hoc cum pluralibus junctum. Hesiodeum ἦν plurale esse praeter Heraclidem intellexit Choeroboscus [6]) et nuper Goettlingius ad Theog. 183, hic tertiam pluralem et primam singularem lege quadam consonare arbitratus, id quod in ἦν, ἔλεγον casu factum est. Nec dubitamus, quin in epigrammate, quod Matthiae affert, ἦν ἄρα κἀκεῖνοι χαλκάρδιοι idem usus agnoscendus sit. Plus dubitationis est in Tragicorum locis, de quibus nunc disputare non vacat.

Longior forma semel in purioribus fontibus legitur, Epich. 94 παρῆσαν χὐπέλιπον, ubi, quod facili opera restitui potest, παρῆν τε χὐπέλιπον, necessarium judicare non audemus.

Futurum.

Sing. 3. ἐσσεῖται, quod saepe Doricum esse dicitur vid. §. 35 not. 3, mitioris Doridis est, ut Epich. 98 et saepe apud Archimedem; contra ἐσσῆται severioris in Heracl. vid. §. 25, 1. Vix Doricum est ἔσται Acharn. 758 et subinde apud Archimedem.

Plur. 3. ἐσσοῦνται mitioris Doridis apud Archimedem; ἐσσόνται Heracl. vid. §. 26, 2.

Infinit. ἐσσεῖσθαι Sophr. 23. Archim. de Helic. p. 220 mitioris Doridis.

---

6) Choerob. in Theod. 536, 7. τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ ἀντὶ τοῦ ἦσαν· ἔστι γὰρ ἦμεν, ἦτε, ἦσαν καὶ γίνεται παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἦν τὸ

§. 41.

De conjugatione perfecti et aoristi primi.

1) Perfecti indicativus in objectivo plerumque apud Dorienses vulgares terminationes tenet, nisi quod prima et tertia pluralis secundum leges supra expositas §. 36, 1. 2 in *αμες* et *αντι* desinunt; *ἄκουκα* in Agesilai dicto Plutarch. Ages. c. 21, *εἶκας* pro *ἔοικας* Alcm. 21, *πέποσχε* Epich. 7, *τέτριγε* 9, *ἔσταχ' ὧδε* 18, *οἶδεν* 96, *ἔοικε* 113, *ἀπεστάλκαμες* Ign. 2670, *ἀποκεκύφαμες* Lysistr. 1003, *ἀνατεθέκαντι* Phoc. 81 R., *κεχάναντι* Sophr. 51, *ἐκπεφάναντι* Sophr. 75 (cod. *ἐκπεφαντι*) etc. Tertia pluralis fortasse apud poëtas *ν* ejicere poterat; neque enim incredibilis forma est *ἐθώκατι*, *εἰώθασι* apud Hesychium, quam quum recte e Doride petitam existimarent, *ἐθώκαντι* corrigi jusserunt. Cum ea correptionem illam comparare licet in *πεφύκᾰσι*, *πεφήνασι*, de qua vide Buttm. Gramm. I p. 345, qui nondum uti poterat testimoniis Herodiani in Ann. Oxx. III p. 296 et Choerobosci in Theodos. p. 566. Ejusdem personae alia brevior forma est *ἀπέσταλκαν* in Cret. 3048. 3052. 3058, ab aliis dialectis non aliena vid. Buttm. ibid.

Siculi vel Syracusani saepissime traduntur [1]) perfecta

τρίτον τῶν πληθυντικῶν. Deinde Herodianum affert, qui *ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ μονοβίβλῳ* non minus Hesiodeum *ἦν* pluralem habuit.

1) Eustath. 1596, 1. *πέπληγον Ἰώνων καὶ Συρακουσίων λέξις — Σικελοὶ γὰρ καθ' Ἡρακλείδην τὸ ᾱ τῶν περισπωμένων* (leg. *παρακειμένων* e Phavor. Ecl. 357, 28, qui locum exscripsit) *εἰς ω μετατιθέασιν, οἷον πεποίηκα πεποιήκω* cf. p. 576, 13 et Scholl. Il. *ε*, 504. — Ann. Oxx. I, 374, 24 ad *πέπληγον*: *γίνονται δὲ ἀπὸ παρακειμένων θεμάτων, ὡς ἀπὸ τοῦ δέδοικα δεδοίκω ὄλωλα ὀλώλω· ταῦτα συνεχῶς παρὰ Συρακουσίοις.* — Ael. Dionys. *περὶ ἀκλίτων ῥημάτων* in H. Adon. (cf. Ann. Oxx. IV, 339, ubi rectius Aelius Herodianus nominatur) *εἰώθασι γὰρ οἱ παρακείμενοι τρέπειν τὸ ᾱ εἰς ῶ ἢ ποιεῖν ἐνεστῶτα· πολὺ δὲ τὸ τοιοῦτον πάθος παρὰ Συρακουσίοις· ὄλωλα ὀλώλω, δέδοικα δεδοίκω· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ κέκλυκε παρ' Ἐπιχάρμῳ ἀπὸ θέματος τοῦ κεκλύκω.* — Cf. Ann. Oxx. I, 212, 27 ubi *ἥκω* a perfecto

ita in praesentium formam redegisse, ut δεδοίκω, ὀλώλω pro δέδοικα, ὄλωλα dicerent et inde reliquas formas derivarent. Nunc ejus generis formae apud scriptores Syracusanos in indicativo objectivi hae leguntur:

Sing. 1. δεδοίκω Theocr. XV, 50, quem conjunctivum esse pro indicativo bonus Gregorius somniatur p. 324.

Sing. 2. πεπόνθης Theocr. VII, 83 e tribus libris et idem X, 1 ex octo libris pro πεπόνθεις editum. Item V, 28 πεπόνθεις vulgo legitur et πεποίθης in paucis libris pro πεποίθη, quod nunc e conjectura, nisi fallor, editum est; secunda tamen persona defendi posse videtur cf. Bernhardy Synt. p. 455. Postremo λελόγχης pro λέλογχας e codicibus S. h. restitui jussit Bergkius Mus. Rhen. VI p. 39.

Sing. 3. γεγάθει Epich. 70 (libri γεγαθεῖ et γεγάθη), ἀλιφθερώκει Sophr. 63, τετμήκει Archimed. de Conoid. p. 289 et 297, ὀπώπη Theocr. IV, 7, quod e quatuor libris et Gregorio p. 256 male plusquamperfectum esse opinato scriptum est pro ὀπώπει; IV, 40 ὅς με λελόγχη e quinque libris, qui με λελόγχη aut μ' ἐλελόγχη pro vulgata μ' ἐλελόγχει (plusquamperfectum ferri nequit); V, 33 et 93 πεφύκη e binis libris pro πεφύκει, item XI, 1 e quatuor libris.

Jam primum intelliges, nullo jure (id quod etiam Muehlmannus vidit de dial. Bucol. p. 142) Theocrito terminationes ης et η donatas esse. Damnantur et grammaticorum testimoniis, qui praesentis terminationes a Siculis assumptas dicunt i. e. εις et ει vid. §. 20, 10, et librorum auctoritate, plerorumque apud Theocritum, omnium apud Epicharmum, Sophronem, Archimedem. Deinde animadverte, solum singularem ea mutatione tangi;

ἧκα e Syracusano illo more repetitur et, ubi Siculi nominantur, Ann. Oxx. I, 282, 25, Et. M. 322, 56, Et. G. 275, 5, Herodian. in H. Adon. f. 206. — Scholl. Theocr. V, 28 ad πεποίθεις: ἀπὸ τοῦ πέποιθα πεποίθω ἐνεστὼς ὡς ἀπὸ τοῦ δέδοικα δεδοίκω.

pluralis terminationes perfecto proprias et in exemplis supra e Sophrone allatis tenet et apud Theocritum in *δεδοίκαμες* I, 16, *τεθνάκαμες* II, 5, *ἑστάκαντι* XV, 82 etc. Unicum exemplum terminationum praesentis ad pluralem adhibitarum est in Lysidis Tarentini, non Siculi, epistola p. 53 Orell. *ἐκβεβλαστάκοντι* idque valde dubium, quum ibidem *ἐγκαταδεδύκαντι* legatur, p. 54 *ἐμπεφύκαντι*. Temere Schaeferus in Lysandri epistola Plut. Lysand. c. 14 *ἁλώκοντι* scripsit pro *ἁλώκαντι* (in Apophth. p. 229 *ἑαλώκαντι* editur). Postremo ne in singulari quidem Siculi semper terminationes praesentis asciverunt. Inter contraria exempla Epicharmea, quae supra congessimus, *ἕστακε* fr. 18 et *οἶδεν* 96 ne emendando quidem in praesentis similitudinem redigi possunt; e Theocrito vide I, 46 *βέβριθεν*, I, 86 *ἔοικας*, VII, 99 *οἶδεν* etc.

2) Conjunctivus secundum vulgarem usum praesentis terminationibus utitur, ut *εἰδῇ* Epich. 95, *πεφυτεύκωντι* Heracl. I, 74.

Optativi unicum exemplum habemus *πεπαγοίην*, quod ex Eupolide in Scholl. Il. ξ, 241 commemoratur. Nam quum parum probabile sit, quod Meinekius proposuit Hist. Crit. p. 113, Eupolidem aoristum *πέπαγον* fingere ausum esse, potius Laconicam vocem ex Helotibus desumptam agnoscimus pro Attico *πεπηγοίην*.

Imperativus conjugationis in *ω* terminationes exhibet, ut *κέκλυκε* Epich. [1]), *γεγονέτω* Archim. de Plan. Aeq. p. 11, *ἀνεστακέτω* de Conoid. p. 276, *παραπεπτωκέτω* p. 292. 3 plur. *ἀνεστακέτων* p. 285, quam formam ex *ἀνεστακόντων* corruptam esse indicavimus §. 36, 4. Easdem terminationes vulgaris lingua non ignorat. Exceptum est *ἴσθι* Acharn. 749.

3) Infinitivus vulgo in *ειν* exit: Rhod. 2905. B. *γεγόνειν* et [*ἀμφισ*]*βατήκειν*, Agrig. *γεγόνειν*, Pind. Ol. VI, 49 *γεγάκειν*, Plut. Lysand. c. 14 *ἁλώκειν*, quanquam in Laconico sermone potius *ἁλώκην* postulaveris aut *ἁλωκῆμεν*. Hinc apud Epicharmum fr. 97 pro *πεφυκέναι*, cui metrum adversatur, recte *πεφύκειν* repositum est et apud

Theocritum I, 102 *δεδύκειν* e codice P et Eustathio, qui *δεδυκεῖν* (vulgo *δεδύκει*, pauci libri *δεδύκην*). Alia infinitivi terminatio conspicitur in tabulis Heracleensibus, ubi I, 74 *πεφυτευκῆμεν*, I, 107 *πεπρωγγνευκῆμεν* secundum analogiam verborum in *μι*. Similis forma apud Archimedem legitur de Plan. Aeq. p. 8 *ὥστε τὰ τμάματα αὐτᾶς ἀντιπεπονθέμεν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῖς μεγέθεσιν*; inepte enim in editione Oxoniensi *ἀντιπέπονθε μέν* editum est. Vulgo in ejusdem libris vulgares formae *τετελευτηκέναι*, *πεπιστευκέναι* etc. editae sunt. Simillimum est *προειδέμεν* apud Archytam in Append. Stob. Gaisf. p. 46. Quod *γεγάμεν* in Et. M. 224, 53 Doricum vocatur, propter terminationem *μεν* factum est.

4) Participii masculinum et neutrum cum vulgari ratione nihil discrepant, ut *ἐνεστακότος* Rhod. 2525, b, *εἰρηκότα* Rhod. 2905, *μεταλλαχότος* Ther. 2448, *ἐνδεδιωκότα* et *πεφυτευκότα* Heracl., *συμμεμνακότα*, *παρεξεστακότος*, *ἐσκληκότες* Epich. 23. 94. 106, neque unquam aliter apud Archimedem, ut de Helic. p. 220 *μεμενακός*, de Conoid. p. 272 *ἀνεστακός*, p. 289 *ἀνεστακότα*, Aren. p. 331 *κεκοινωνηκότεσσι*, *μεταλελαβηκότεσσι*, *πεφροντικότεσσι*. Pindarica *κεχλάδοντας* et *πεφρίκοντας* Pyth. IV, 179. 183 potius e Lesbiaca dialecto repeti oportet quam e Dorica vid. L. I §. 27, 2. Pessime a quibusdam *ἐκλελάθοντα* Theocr. I, 63 ad perfectum relatum est.

Femininum apud plerosque Doriensium terminationem *εῖα* habebat pro *υῖα*, cujus generis nunc leguntur *ἐρρηγεῖα* Heracl. B. 17 seqq., *ἐπιτετελεκεῖα*, *ἑστακεῖα*, *συναγαγοχεῖα* Ther. 2448. I, 27. 28, et in Myiae epistola nr. 13 Orell. ex antiqua lectione *ποτε οἰκείας* haud dubie non *ποτεοικυίας* cum Koenio ad Greg. C. p. 191 et Orellio efficiendum est, sed *ποτεοικείας*. — Apud Archimedem femininum ad conjugationem in *ω* deflectit, *μεμενακοῦσα* de Conoid. p. 257. 258. 259, *ἀνεστακοῦσα* p. 268. 270. 272, de quarum formarum accentu infra dicemus.

5) Plusquamperfectum, de cujus genuinis formis Atticis parum constat, in Doride multo etiam plus

dubitationis habet. Reperitur tertia singularis *ἀπολώλη* Heracl. B. 39, *εἰλάφει* Phoc. 73 R., *ἐλελήθη* Theocr. X, 38 et *πεφύκη* XIII, 40, quae e minore librorum parte pro *ἐλελήθει* et *πεφύκει* recepta sunt, postremo *λελοίπει* I, 139 et *ἐφύκει* VII, 14, quae Bergkius e singulis libris in *λελοίπη* et *ἐφύκη* mutanda censuit. Praeterea prima pluralis *ἐκεκρατηρίχημες* est Sophr. 71: nam *ἐπεπόνθεμες* Lysistr. 1098 ex Elmsleji conjectura parum probabili scriptum est [2]). Jam si Sophronea vox recte tradita est, non solum severior Doris, de qua constat ex *ἀπολώλη* in Heracl., vulgare *ει* in *η* mutavit, sed etiam mitior per omnes personas; *εἰλάφει* in titulo Phocico satis recenti e vulgari lingua assumptum existimari potest; Theocritus, apud quem librorum auctoritas terminationem *ει* tuetur, utrum Doricam an epicam dialectum in hac re secutus sit, dubium est.

6) Subjectivi terminationes a vulgari ratione nihil differunt praeterquam in tertia plurali indicativi. Ea post vocales stirpem claudentes vulgares terminationes *νται* et *ντο* tenet, ut in Ann. Oxx. I, 224, 26 affertur

---

2) Libri haec praebent:

ὦ πολυχαρίδα, δεινά γ' αὖ πεπόνθαμες
αἴκ' ἴδον ἀμὲς ἄνδρες ἀναπεφασμένως (vel *ἀναπεφλασμένως*)

Nunc editur *δεινὰ τᾶν ἐπεπόνθεμες, αἴ κ' εἶδον ἀμὲ τὤνδρες ἀναπεφλασμένως* violenta mutatione, quae ne sententiam quidem idoneam efficiat. Haud dubie Lacones Atheniensium querelae *αἰσχρά γ' ἐπάθομεν* respondent, id quod priore versu tam apte fit, ut nulla corruptelae suspicio in hoc esse possit. Ad alterum conferas Hesychii glossam *αἴκουδα, αἰσχύνη· Λάκωνες*. Cui ut fidem habere liceat, correxerim: *δεινά γ' αὖ πεπόνθαμες καἴκουδαν ἀμές*, reliqua ad sequentia Atheniensis verba traxerim: *ἄνδρες, ἀναπεφασμένως ἄγε δή, Λάκωνες, αὖθ' ἕκαστα χρὴ λέγειν*. Nam neglecta apocope in *ἀναπεφασμένως* Atticum sermonem significat et *ἄνδρες Λάκωνες* item est v. 1074. 1122. At vox *αἴκουδα* per se mira est et seriem alphabeticam turbat, quum sit post *ἄικτος* et *ἀικτή*. Hoc cadit etiam in *αἴκιδδα*, quod Hemsterhusius proposuit; aliquo tamen jure *αἴκιζα*, Lac. *αἴκιδδα* ab *αἰκίζω* derivari possit, ut *σχίζα* a *σχίζω*.

κατακέκλανται leg. *κατακέκλᾳνται* a Dorico *κλᾴω* pro *κλῄω*, *κλείω*, in Ann. Bekk. 112, 13 *πέπαυνται* e Dinolocho, et in Heracl. II, 22. 25 est *ἐπεποίηντο*. Consona stirpem claudente circumscriptio vulgo usurpata in Doricis fontibus nusquam reperitur, sed difficultas formae aliis modis superata est. Primum in Heracl. I, 73 est *γεγράψαται*; neque enim recte Bastius ad Greg. Cor. p. 484 *γεγράφαται* legendum esse dicit, quod ┼ in nummis et titulis saepe pro *φ* sit. At in aere Heracleensi non ┼ est, sed ┤, quam literam in inscriptione optime servata cum Φ, *φ* vix permutatam existimare licet. Et idoneam excusationem illius formae *ἴσασι* et *εἴξασι* praebent, in quibus aeque ante terminationem *σ* insertum est; terminatio *αται* Iadi et antiquiori Atthidi familiaris est. Apud Archimedem de Helic. p. 245. 246. 248. 249. 250 legitur *ἀναγεγράφονται τομέες* transitu ad conjugationem in *ω* facto; notior forma *ἀναγεγράφαται* p. 245 est in codice Parisino B. Contra p. 244 sine varia lectione editum est *ἀναγέγραπται τομέες*, quod damnare non audemus; nam non solum *κέκρανται* Eurip. Hippol. 1255 cum Buttmanno §. 101 not. 13, sed etiam *δέδοκται* Bacch. 1348 pro plurali habuerim, quae formae *ν* ejecto natae sunt.

Conjunctivi rara forma, sed quae analogiam servet, legitur Heracl. I, 89 *ὅσσα κα ἐν αὐτᾷ τᾷ γᾷ, ᾇ μεμίσθωται, οἰκοδόμηται*; item *πέπρᾶται* Ther. 2448. VII, 12 conjunctivus esse videtur [3]); alia mira forma est Heracl.

---

3) Leguntur haec VII, 10 seqq.: *ὁ ἀρτυτήρ — ἐξοδιαξεῖ τοῖς ἐπιμηνίοις τὰ γεγραμμένα ἐν τοῖς νόμοις καὶ τὸ συλλογευτικὸν καὶ τὰ ἐς τὰς θυσίας οκακαρηων πέπραται.* Ultima Boeckhius audacissime sic correxit: *τὰ ἐς τὰς θυσίας ὅσου καὶ ὅτῳ πέπραται.* Nos una litera mutata efficimus *τὰ ἐς τὰς θυσίας ὅσα κα μὴ ὦν πέπραται.* Antea enim VI, 20 haec praescribuntur: *εἰ δέ κα ἡ ἐπιμηνιεία δωρεάν, πωλείτω ὁ ἐπίσσοφος, ὅστις θυσεῖ τὰς θυσίας, αὐτὰς κατὰ τὰ γεγραμμένα· ὅσον δέ κα ἀποδῶται, ὁ ἀρτυτὴρ ἐξοδιαζέτω.* Itaque *ὁ ἀρτυτὴρ* pretium sacrificiorum venditorum i. e. locatorum non *τοῖς ἐπιμηνίοις* numerat, sed iis qui conduxerunt, quo intellecto apparet in altero loco Boeckhianam lectionem ne sensu quidem commendari, nostram commodissimam esse. De particulae *ὦν* collocatione vid. §. 45, 5.

I, 58 *τὰν γᾶν, ἄν κα αὐτοὶ μεμισθώσωνται ἢ ἀρτύσωντι ἢ ἀποδῶνται*, quem potius aoristum primum appellare oportet a perfecto eodem modo derivatum, ut vulgo futurum tertium, nisi praeferas *σ* ita insertum putare ut in *γεγράψεται*, aut adeo aerarii errorem suspicari.

Optativus a Pindaro usurpatus (fr. 277) *μεμναῖτο* pro *μεμνῇτο* vel *μεμνῷτο* Doricus dicitur [4], satis probabiliter.

Reliqui subjectivi modi nihil proprii habent praeter tertiam pluralem imperativi, de qua supra diximus §. 36, 4.

7) In universum de perfecti conjugatione Dorica in hanc rationem judicandum est. Perfectum in antiquissima Graecorum lingua iisdem fere terminationibus usum esse, quibus conjugatio in *μι*, Homerica dialectus patefacit. Postea quum perfecti usus ita propagatus esset ejusque formatio, in objectivo saltem, ita mutata, ut antiquae conjugationis ratio aut obsolesceret aut ne posset quidem servari, factum est, ut lingua alias analogias sequuta terminationum rationem mutaret. Ut alia nunc omittamus, conjunctivus, imperativus et optativus etiam in Attica lingua ad conjugationem in *ω* transierunt, ille ubique, hi subinde. Ulterius progressi sunt quum omnes Dorienses tum Syracusani, qui etiam singularem indicativi, infinitivum, femininum participii et tertiam pluralem objectivi secundum illam normam conformarent. Cur reliquis, plurali potissimum indicativi et participii masculino in objectivo etiam Syracusani antiquiorem formam reliquerint, quaerere vix licet. Infinitivus tamen ex antiqua conjugationis in *μι* cognatione in Heracleensi *πεφυτευκῆμεν* et Archimedeo *πεποιθῆμεν* terminationem *μεν* servavit, vocali tamen inserta. Plura, quae Atticam quoque linguam tangant, nunc disputare nolumus, sed hoc unum

---

4) Et. M. 579, 1. *μεμνέῳτο — Ξενοφῶν δὲ μεμνῷτο ἄνευ τοῦ ε· Κράτης δὲ μεμνοῖτο· τὸ δὲ ἀνάλογον μεμνῇτο διὰ τοῦ η προσκειμένου τοῦ ι· Πίνδαρος δὲ Δωρικώτερον διὰ τῆς αι μεμναίατο* (Sylb. recte emendavit *μεμναῖτο*).

addimus, eas formas, quae quum syncopen passae existimentur, potius antiquissimam rationem servarunt, a Doride, quae quidem ad nostram notitiam pervenit, alienas esse et omnino Doridem in hoc loco recentiorem quendam *χαρακτῆρα* prae se ferre.

8) Aoristi primi terminationes in objectivo nihil proprii exhibent praeter ea, quae in §. 36 illustrata sunt. Optativus ubique diphthongum *αι* servat, ut *ἐπιορκήσαιμι* Cret. 2555, *ποιήσαι* Corc. 1846, *ἀποστείλαι* et *προστατήσαι* 1845, *ἐπιγράψαιμεν* Cret. 2555, *ποιήσαιεν*, *ἐγδανείσαιεν* Corcyr. 1845 etc. Aeolica forma *πείσειεν* Lysistr. 171 Attico poëtae deberi videtur.

In subjectivo secunda persona pluralis antiquiorem terminationem *αο* in *ᾱ* contrahit, ut *ἐπάξᾱ*, *ἐγράψᾱ* vid. §. 24, 4.

Paradigma apponere placet, quia de singulis formis modo ex ipsis fontibus Doricis modo e certissimis analogiis optime constat.

Objectivum.

	Indic.	Conjunct.	Optat.	Imperat.	Infinit.	Partic.
Sing. 1.	ἔγραψα	γράψω	γράψαιμι	—	γράψαι	γράψας (γράψαις)
2.	ἔγραψας	γράψης (ης, εις)	γράψαις	γράψον		
3.	ἔγραψε(ν)	γράψῃ, γράψη, γράψει	γράψαι	γραψάτω		
Plur. 1.	ἐγράψαμες	γράψωμες	γράψαιμες	—		
2.	ἐγράψατε	γράψητε	γράψαιτε	γράψατε		
3.	ἐγράψαν	γράψωντι	γραψαίεν	γραψάντω, γραψάντων.		

Subjectivum.

	Indic.	Conjunct.	Optat.	Imperat.	Infinit.	Partic.
Sing. 1.	ἐγραψάμαν	γραψῶμαι	γραψαίμαν	—	γραψάσθαι	γραψάμενος
2.	ἐγράψᾱ	γραψῇ	γράψαιο	γράψαι		
3.	ἐγράψατο	γραψῆται	γράψαιτο	γραψάσθω		
Plur. 1.	ἐγραψάμεθα	γραψώμεθα	γραψαίμεθα	—		
2.	ἐγράψασθε	γράψησθε	γράψαισθε	γράψασθε		
3.	ἐγράψαντο	γραψῶνται	γράψαιντο (γραψαίατο?)	γραψάσθω, γραψάσθων.		

§. 42.

De conjugatione anomala.

Congeremus in hunc locum, ut consuetudo fert, quaecunque regulis supra propositis non comprehensa sunt, alia in memoriam revocabimus, nonnulla verba Doriensibus propria accuratius pertractabimus. Fontibus minus puris cautissime utemur, quia apud lyricos et bucolicos, apud Pseudo-Pythagoreos et adeo Archimedem plurima, quae huc pertinent, non possunt certo ad genuinam Doridem referri.

ἀγγέλλω, Aor. I *ἀγγήλωντι* Cret. 2556, 43, quae lectio certior videtur quam Aor. II *ἀγγέλωντι*, quem Boeckhius unum Pricaeum sequutus edidit, quanquam et hic in minusculis *η* praebet, vid. §. 20, 4. Futur. *ἀγγελίοντι* Heracl. §. 26, 1.

ἄγω, Imperf. *ἆγον*, Aor. II *ἄγαγον*, Fut. *ἀξῶ*, Perf. *συναγάγοχα* Ther. 2448. I, 28. II, 10. III, 13 cf. Buttm. Lexil. I p. 297, qui e Sigeensium decreto *ἀγήγοχα* affert Theraci tituli non memor; Perf. Pass. *ἆγμαι* Archimed., Aor. I p. *συνάχθην* et Futur. I p. *συναχθησῶ* Ther. 2448 vid. §. 35, 3. — Aucta forma quaedam est apud Hesychium: *ἀγνεῖν, ἄγειν· Κρῆτες* et *ἀγνησόει* (Phavor. *ἀγνήσοε*, fort. *ἄγνηκε*), *ἀγήοχε· Λάκωνες*.

αἱρέω, Aor. I *κασαίρηον* Laconice pro *καθαίρησον* §. 7, 2, Perf. *αἵρηκα* §. 35, 2, Aor. I p. *αἱρέθην* §. 36, 8; Aor. II *εἷλον* (in severiore Doride *ἧλον* fuerit §. 25, 1. c), infinitivus cum terminatione aoristi primi *ἀφέλαι*? Cret. 2557 vid. §. 37, 5; Fut. *διελῶ* Ther. 2448. VI, 19.

ἀκούω, Perf. *ἄκουκα* secundum grammatici testimonium in Ann. Oxx. IV, 188, 14 et in dicto Agesilai Plutarch. Agesil. c. 21, Morall. p. 191. 211.

(*ἁλίσκομαι*), Perf. *ἑαλώκαντι* in epistola Lysandri Plutarch. Morall. p. 229 et Scholl. Dion. Chrysost. p. 597. B., contra in eadem Plut. Lysand. c. 14 *ἁλώκαντι* et ibidem in Spartanorum responso infin. *ἁλώκειν* cf. §.

41, 1. 3. Verius videtur *ἑάλωκα*, quum Lysandri aetate digamma plane in oblivionem abisse non credibile sit.

βαίνω, Fut. *βασοῦμαι* mit., Perf. *βέβᾱκα*, Aor. II *ἔβαν* (conj. *βᾶμες* §. 24, 4, imperat. *κάβασι* i. e. *κατάβηθι* Laconice §. 7, 2). — A verbo *βίβαμι* tertia singularis *βίβαντι* est in epigrammate Laconico §. 39, 1 de Laconico saltationis genere, quod *βίβασις* appellabatur. — Postremo verbum contractum *βῶ* agnoscito in his: *ἐμβῇ* conj. Heracl. I, 80 vid. §. 39, 2 (inde corrigas *ἐμβῇ* in Cret. 2554, 15 *καἴ τις κ' ἐμβέῃ εἰς τὰν τῶν Λατίων χώραν ἢ ἀποτάμνηται χώρας τᾶς Λατίων ἢ λαμβάνηται* etc.), imperat. *ἔμβη* Lysistr. 1305, part. *ἐκβῶντας* Thucyd. V, 77, hoc quidem potestate transitiva.

βάλλω, Fut. *βαλῶ*, unde *ἐπικαταβαλίοντι* Heracl. vid. §. 26, 1; Aor. II *ἔβαλον*; Perf. *βέβλημαι*. Rara aoristi forma est in optativo *βλείης* Epich. 154, qui quum a nonnullis syncope e *βληθείης* fieri dictus sit [1], passivam potestatem habere videtur; si libet, aoristum secundum passivi appelles et *ἔβλην* syncope ex *ἐβάλην* factum dicas, cui opinioni Homerica *ξυμβλήτην* Od. φ, 15 et *ξυμβλήμεναι* Il. φ, 378, quae intransitiva potestate utuntur, non obstant.

---

1) Scholl. A. Il. ν, 288. *βλεῖο, βληθείης. ἔστι δὲ ἀκόλουθον μετοχῇ τῇ βλέμενος. κέχρηται Ἐπίχαρμος καὶ τῷ ἐνεργητικῷ· αἴκα τυ βλείης σφενδόνᾳ· ὡς οὖν θέμενος θεῖο, οὕτω βλέμενος βλεῖο· τὸ δὲ βλείης τῇ βλεὶς παράκειται.* — Et. M. 199, 51. *βλείς· Ἐπίχαρμος τυροβλεὶς· φασὶν οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ βληθεὶς καὶ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η καὶ θ βλείς. ἢ ἀπὸ τοῦ βλῆμι· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔβλην οἷον· πόθεν δὲ ὦλκος* (fort. *ἕλκος*) *εὐπετὲς ἔβλης. κίνημα γὰρ καὶ οὐ συγκοπή. οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν.* — Hesych. *βλείεις* (leg. *βλείης*), *βληθείης. καὶ βλεῖο ἔτι.* — Ann. Oxx. I, 93, 3. *ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔβλην· εὐκτικὸς βλείην, ἀφ' οὗ τὸ δεύτερον βλείης καὶ μετὰ τῆς θα βλείησθα· ἡ μετοχὴ βλεὶς καὶ* (leg. *ὡς*) *θείς.* — His comparatis satis apparet, errare Schneidewinum post Eustath. Prooem. p. 69 *βλείης* apud Epicharmum, quanquam metro repugnante, in *βλείς* mutari jubentem atque adeo in Etym. M. *βλείς* et *βληθείς* e *βλείης* et *βληθείης* corrupta videri, monstrosam vocem *τυροβλεὶς* e *τὺ βλείης*. Cujus poëtae sit frustulum ibidem additum, nescitur.

(γαθέω) γεγάθει Epich. 70 vid. §. 41, 1.

γίνομαι (vid. §. 15, 7), Aor. II. ἐγενόμαν (de γενάμενος vid. §. 37, 5), Perf. γεγένημαι, Aor. I ἐγενήθην, qui ex Epicharmo ut Doricus afferri videtur [2]); Perf. II γέγονα, ut Rhod. 2905, Agrig., Cret. 2556. Perfecti primi infinitivus γεγάκειν apud Pindarum Ol. VI, 49 et conjunctivus γεγάκω apud Hesychium a radice ΓΑ non male Dorici haberi videntur.

γινώσκω (vid. §. 15, 7), Aor. II ἔγνων (3 pl. ἔγνον §. 39, 3, conj. γνῶντι §. 39, 2, imperat. γνῶθι Epich. 129); futurum ἀναγνώοντι Cret. 2554, 39. 45 barbarum est et in corruptissimo titulo corruptum, e conjunctivo aoristi ἀναγνῶντι, si quid video.

γράφω, Aor. II p. ἐγράφην. De tertia plurali perfecti subjectivi γεγράφαται, γεγράφονται, γέγραπται vid. §. 41, 6.

(δαίω), dividere, Aor. I κατεδασσάμεθα et ποτεδασσάμεθα in Heracl.

(δαίω), urere, Aor. II p. ἐδάβην Laconice §. 5, 5.

δεῖ, Conj. δῆ Corcyr. 1845, 138 vid. §. 38, 1. — Subj. Conj. δῆσθε Sophr. 1, δέωνται Anaph. 1688, δευομένα Sophr. 92, Fut. δεήσῃ Sophr. 102, δεοίμεθα ἀντὶ τοῦ δεηθησόμεθα Ἐπίχαρμος Δευκαλίωνι Ann. Bekk. 90, 3.

δείκνυμι vel δεικνύω §. 35, 1, Aor. I ἔδειξα, Aor. I p. ἐδείχθην.

δήλομαι verbum Doridi proprium pro βούλομαι vid. §. 19, 9. c.

δίνω: ἀποδίνωντι Heracl. I, 54, quod brevioris formae (pro δινέω) exemplum fugit Lobeckium ad Buttm. II p. 154. Neque enim tabularum Heracleensium dialectus permittit, ut ἀποδινῶντι scribatur et a δινέω deducatur. Adde Lesbiacum δίννω L. I §. 8, 5 et infra Addend. ad L. I p. 256.

---

2) Phrynich. p. 108. (γενηθῆναι) παρὰ Ἐπιχάρμῳ καί ἐστι Δώριον· ἀλλ' ὁ Ἀττικίζων γενέσθαι λεγέτω. Lemma, quod in libris excidit, probabili ratione suppletum est vid. Lobeck.

δοκέω, Aor. I *ἔδοξα*, Perf. Subj. *δέδογμαι*.

ἔθω, Perf. Dorice *ἔθωκα* vel *ἤθωκα* fuisse videtur et hoc quidem, nisi fallor, in severiore Doride *ἦχον* pro *εἶχον* proferente vid. §. 25, 1. Primum enim Hesychianam glossam *ἐθώκατι*, *εἰώθασι* (§. 40, 1) Doricam habere oportet; deinde apud Joann. Gr. 243, b et Greg. Cor. 356 *τὸ εἴωθα ἠθῶ* (sc. Doricum) a Koenio vocula *καί*, unde sequens paragraphus in antiquis editionibus orditur, adscita bene in *τὸ εἴωθα ἔθωκα* mutatum est, melius etiam a Buttmanno Lexil. I p. 296 in *ἤθωκα*; postremo comparanda est Hesychii glossa *εὐέθωκεν*, *εἴωθεν*, quae propter digamma in *υ* mutatum Lesbiaca videtur ut *εὐάλωκα* L. I §. 5, 5 et fortasse in *εὔωθα* vid. L. I §. 16 not. 2 et infra Addend. ad L. I p. 36. Itaque a *Fέθω* perfectum *FεFέθωκα* factum est, unde prodiit Lesbiacum *εὐέθωκα*, in severiore Doride digamma omisso et contractione facta *ἤθωκα*, postremo altero *ε* abjecto *ἔθωκα*. Ceterum ad formam perfecti conferas Doricum *ἕωκα* ab *ἵημι* (*Ἑ*), vulgare *πέπτωκα* a *πίπτω* (*ΠΕΤ*, *ΠΤ*).

ΕΙΚ, Perf. *ἔοικα* Epich., *εἶκας* pro *ἔοικας* [3]) Alcm. 21, ubi Schneidewinus minus recte *οἶκας* praetulit, quod est Ionicum. Breviore illa perfecti forma etiam Attici utuntur.

(*εἶμι*), *ἔξειτι*, *ἐξελεύσεται* Hesych. Doricum haberi oportet; Conj. *εἴω* Sophr. 2 e diserto grammaticorum testimonio [4]), indicativum tamen *εἴω* minus recte fingentium,

3) Choerob. in Theod. 871, 28 (Ann. Bekk. 1294, Ann. Oxx. IV, 187, 4). *εἶκα* (Bekk. *ἦκα*), ὃ σημαίνει τὸ ὁμοιῶ ὡς παρὰ Ἀλκμᾶνι· *εἶκας μὲν ὡραίῳ λίνῳ*. Item in Ann. Oxx. I, 287, 9, ubi *οἶκας* scriptum est. — Choerob. in Theod. 587, 30 (Ann. Bekk. 1401, Ann. Oxx. IV, 415, 30) eadem brevius (Bekk. *οἶκας*). Vides *εἶκας* majore auctoritate niti quam *οἶκας*, in quod eo facilius corrumpi poterat, quia componuntur a grammaticis bisyllaba perfecta *οἶδα* et *εἶκα*.

4) Choerob. in Theod. 584, 31 (Et. 121, 30). *εἴω* (σημαίνει δὲ τὸ πορεύομαι) ὡς παρὰ Σώφρονι· *ἐγκίρνα ὡς εἴω*· τουτέστι κέρασον ἵνα πορευθῶ. In Choerobosci codicibus est *ἐγείρα* et *ἐγκιήρα* i. e. *ἐγ*-

quum potius conjunctivus eandem vocalis mutationem passus sit quam indicativus, vid. diss. de conj. in *μι* p. 17. Est tamen *ἴῃ* Thucyd. V, 77 et *ἴωμες* Sophr. 40; quo jure *ἴομεν* brevi penultima ad schema Corinthium referatur [4]), nescimus. — Optativum *περιΐεϊεν* Amph. 1688, 18 Boeckhius e variis lectionibus composuit ut *ἰείη* Il. τ, 239; Imperat. *ἴθι* Lysistr. 1271 et 3 pl. *ἰόντων* Cret. 2554, 56; Partic. *ἰών* Epich. 93.

εἶπον aoristi primi terminationibus utitur in infin. *εἶπαι* et partic. *εἴπας* Ther. 2448. VIII, 5. 11.

ἔργω, unde futura *οὐδὲ ἐφερξόντι τὸ ὕδωρ οὐδὲ ἀφερξόντι* et paullo post *οὐδὲ συνέρξόντι* sc. *τὰς ὁδώς* Heracl. I, 83. 85.

ἐλάω pro *ἐλαύνω* apparet in *ἐπελάσθω* Heracl. I, 79 et in *παρελᾶντα* (ut rescribi oportet) Theocr. V, 89. VIII, 73; *ἀπήλαον* Lysistr. 1001 corruptum est ex *ἀπή-λααν* i. e. *ἀπήλασαν* vid. §. 38, 2.

ἔρχομαι, Aor. II *ἦλθον* et *ἦνθον* vid. §. 15, 4.

ἐσθίω Timocr. 1, *ἔσθω* Epich. 9. 23, Aor. *ἔφαγον*.

εὑρίσκω, Fut. *εὑρησῶ* Epich. 92.

ἔχω, Imperf. *ἦχον* in severiore Doride vid. §. 20, 1, Futur. *ἑξῶ*; Perf. Subj. *παρεισχηται* Rhod. 2525, b (idem in titulo Delio 2271) et *παρεισχῆσθαι* Agrig., quae nova forma num forte casu quodam in solis Rhodiorum et Agrigentinorum, qui ad illos originem referunt, reperiantur, non apparet; Aor. I *ἔσχησε* Marm. Farnes., de qua aoristi forma raro apud scriptores obvia dubitaverat Lobeckius ad Buttm. II p. 188. Mira forma est *παρίσχαιεν* Cret. 2556, 32, quam errore pro *παρίσχοιεν* exa-

---

κίκρα. — Et. M. 424, 23. εἴω τὸ πορεύομαι διὰ διφθόγγου, ὥς φησι Σώφρων ἐν Θυννοθήρᾳ· ἐγκίκρα ὡς εἴω. Similiter Ann. Oxx. I, 211, 22. — Ann. Oxx. I, 128, 17, Et. M. 301, 28, Et. G. 174, 40. εἴω (Et. G. εἴομεν) γράφεται καὶ διὰ διφθόγγου καὶ διὰ τοῦ ἰῶτα· τούτου ὁ ἀόριστος ἴον διὰ τοῦ ἰῶτα· ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ βαρυτόνων τὸ ὑποτακτικὸν ἐὰν ἴω· τὸ πληθυντικὸν ἐὰν ἴωμεν καὶ ποιητικῶς ἴομεν. τὸ ῡ μικρὸν διατί; καὶ λέγομεν ὅτι σχῆμά ἐστι Κορίνθιον.

ratam putaverim; nam si quis de verbo *ἴσχαμι* cogitet, *ἴσχημι* potius postulamus et inde *ἰσχεῖεν*.

ζάω in contractione monosyllabarum stirpium rationem sequitur vid. §. 38, 2. Reperiuntur hae formae: Indic. *ζῇ* Epich. 95, Conj. *ζῶντι* Phoc. 73. 81 R., Partic. *ζῶν* Epich. 96, Rhod. 2525, b, *ἀναζῶσα* Cret. 2566. Futurum *ζησῶν* Epich. 149 (si hoc fragmentum genuinum est) *η* servat vid. §. 19, 3.

ἠτί, dicit, Alcm. in Ann. Oxx. I, 190, 20.

θᾶσθαι verbum Doridi fere proprium, quod ex antiquo *θηέομαι* (*θαέομαι* Pind. P. VIII, 47), Att. *θεάομαι* ita mutatum est, ut conjugationem in *μι* sequatur, aut potius ex antiqua radice *θαϜ* (unde *θαῦμα, τέθηπα, ταφών*) digamma abjecto natum est. Reperiuntur hae formae:

Conjunct. *θάμεθα* Sophr. 42 vid. §. 39, 2.

Imperat. *θάεο* in epigrammatis Nossidis Anth. Pal. VI, 354, Anytae ibid. IX, 749, Leonidae Anth. Plan. IV, 306 cf. Hesych. *θάεο, θεώρει*; *θᾶσθε* Acharn. 736.

Partic. Laconice *σαμένα, θεωμένη, θεωροῦσα* Hesych. e nostra correctione pro *σαωμένη, θεωροῦσα*.

Praeter. *ἔσαμεν, ἐθεωροῦμεν· Λάκωνες* Hesych. Corrigimus *ἐσάμεθα*, quod in terminationem interpretamenti, ut saepe fit apud Hesychium, corruptum est. Nam objectivi nullum vestigium praeterquam in suspectissima Hesychii glossa *θάοντα, διδάσκοντα, θεωροῦντα*, quam excipit *θαοῦντα ὁμοίως*.

Aorist. I. Imperat. *θᾶσαι* Epich. 78. Sophr. 44. Theocr. I, 149. III, 12. IV, 50. X, 41. XV, 65. Ep. 16.

Infinit. *θάσασθαι* Theocr. II, 72.

Partic. *θασάμενοι* Heracl. I, 70.

Futur. *θασεῖ* 2 sing. et *θασεῖσθε* Callim. in Cer. 3. 55, Partic. *θασόμεναι* Theocr. XV, 23 (magis Doricum esset *θασούμεναι*).

Imperativus *θάεο*, qui contra reliquorum analogiam conjugationem in *ω* sequitur, fortasse non e genuina Doride petitus, sed a recentioribus poëtis fictus est. Si

reliqua quoque ad contractam conjugationem referre velis, certe *θᾶσθε* Doricam contractionis legem laedit. — Ceterum ad Doricum *θᾶσθαι* pertinent *θάα*, quod Theognostus in Ann. Oxx. II, 102, 21 Doricum esse tradit pro *θέα*, et glossae Hesychianae *θατῆρας*, *θεατάς* et *ἐς θατύν*, *εἰς θεωρίαν*.

θᾶξαι, *τέθαγμαι*, *ἐθάχθην* Dorice pro *θῶξαι* i. e. *μεθύσαι* etc. vid. §. 22, 1. Haec stirps male cum sequenti confundi solet, quae est prorsus aliena. Rectius cum *θήγω* (Dor. *θάγω*) componi posse videtur, cf. *πτήσσω* et *πτώσσω*; nam facillime fieri poterat, ut eadem stirps ad iram, qua potestate saepius *τεθηγμένος* utitur, et ad ebrietatem traheretur. Adeo in Hesychii glossis *τεθωγμένοι*, *τεθυμιαμένοι* et *τέθωκται*, *τεθυμίαται* interpretamenta *τεθυμωμένοι* et *τεθύμωται* reponenda esse videntur. Et egregie res confirmatur Hesychii glossa, quam illis jam perscriptis detegimus: *κατθάξαι* (leg. *καιθᾶξαι*), *παρακονῆσαι*, *μεθύσαι* i. e pro *καταθῆξαι* et *καταθῶξαι*. Pessime Musurus *καθίξαι* scripserat.

θῶσθαι, epulari, vox Dorica esse traditur [5]. Ejus haec inclinamenta reperiuntur:

Praes. *θῶιαι*, *εὐθηνεῖται* (cod. *εὐθύνεται*), *θοινᾶιαι*, *τρέχει* (quod potius ad *σῶται* spectat vid. infr.) Hesych.

θῶνται, *θοινῶνται*, *εὐωχοῦνται*, *εὐθηνοῦνται* Hesych.

θῶσθαι [5]), *δαίνυσθαι* (cod. *δύνασθμι*), *θοινᾶσθαι*, *εὐωχεῖσθαι*· *Αἴσχυλος Δικτυούλκοις*.

θωμένους, *θοινωμένους*, *εὐωχουμένους*.

Futur. *θωσούμεθα* Epich. 167.

---

5) Et. M. 461, 1. *θῶσθαι λέγουσιν οἱ Δωριεῖς τὸ εὐωχεῖσθαι ἀπὸ τοῦ θῶ τὸ εὐωχοῦμαι.* — Ibid. 460, 31 ad *θώραξ*: *θῶ τὸ εὐωχοῦμαι ἤτοι ἐν εὐωχίᾳ εἰμί — ἀφ' οὗ Δωριεῖς θωρεῖσθαι λέγουσι τὸ εὐωχεῖσθαι*; Larcherus ex Et. Or. 73, 4, ubi eadem fere docentur, recte *θῶσθαι* reponi jubet. — J. Gr. 243, b, Greg. C. 356 *τὸ εὐωχεῖσθαι εὐῶ*, ubi recte corrigunt *θῶσθαι*.

Aor. I *θώσασθαι*, *εὐωχηθῆναι*, *μεθυσθῆναι* Hesych. (hoc interpretamentum errori debetur vid. antec.)

Perf. *τέθωται*, *τεθοίνηται* Phot.

Aor. I p. *θωθῆναι*, *φαγεῖν*, *γεύσασθαι* Hesych.

Derivatum est *θωστήρια*, *εὐωχητήρια* Hesych.

(*θιγγάνω*), Aor. II *ἔθιγον* et Laconice *ἔσιγον* vid. §. 7, 1. 2.

θνάσκω, Aor. II *ἔθανον*, Perf. *τέθνακα*.

ἵημι, Perf. *ἀφέωκα* Doricum dicitur a Suida s. v. *ἀφεῖκα* et *ἀνέῶσθαι* legitur in Heracl. 1, 105. Suidas eadem perfecti forma Iones uti tradit et Herodotum, cui II, 165 ex optimo codice F. *ἀνέωνται* pro *ἀνέονται* restituendum est; item *ἀφέωνται* in Ev. Matth. 9, 5. Commemorantur *ἀφέωκα*, *ἀφέωνται* in Et. M. 176, 45 ex Herodiano, adeo Attica esse traduntur ibid. l. 51 et Et. G. 96, 11. Analoga sunt *ἔθωκα* vid. supr. et *πέπτωκα*. — In titulo Phocico nr. 73 Rossius *ἀφεμένα* restitui jussit, quum in lapide legisset *ἁ δουλαγωγία ἄκυρος καὶ ἀρεμένα ἔστω*, Phocicum *τεθεμένος* comparans, de quo vid. infra. Nos valde dubitamus nec credimus augmentum omissum satis excusari posse.

ἵκω pro *ἥκω* Doricum est vid. §. 22, 2, vel potius *εἵκω*, id quod nunc rectius perspicimus. Neque enim solum apud Epicharmum fr. 19 Athenaei libri *εἵκω* praebent et fr. 24 *εἶκαι* i. e. *εἶκε* (nec minus Sapph. 2, 8 libri *εἴκει*), sed etiam in titulo sepulcrali Aeginetico bonae aetatis nr. 2140, b [6]) *συνείκῃ* legitur i. e. prosit, quocum commodissime comparabis Hesychii glossam *συνείκῃ*, *συμφέρει*. Ea enim est codicis lectio, quam Musurus male in *συνήκει* mutavit literarum insuper ordine laeso; aut *συν*-

---

6) Nos titulum in hunc modum legimus: *μὴ ἄνοιγε· οὐ γάρ μὴ συνείκῃ τοι ἄλλον τινα κατθέντι ἐς ταύταν τὰν σορόν. α(ἰ) δὲ μή, (τ)ὺ αὐτὸν αἰτιασῇ.* Boeckhius *συνενείκῃ* dedit, quod ne Doricum quidem esse videtur pro *συνενέγκῃ* vid. infr. s. v. *φέρω*; deinde sine causa *τῷ ἄλλον*; tum (*σ*)*ύ* contra dialectum; postremo *αἰτιάσῃ*. Nos et Doricum accentum restituimus neque iota subscriptum addere ausi sumus, de qua re vid. §. 37, 6.

εἴκει aut *συμφέρει* scribendum esse apparet. Jam vero hoc verbum *συνείκει* novo usu pro *συμφέρει* positum ad *ἥκω* vel *ἵκω* pertinere Latini convenit comparatio evincit, neque *καθήκει* et *προςήκει* valde dissimilem potestatem habet. Itaque in genuina Doride e radice *ἸΚ* praesens *εἵκω* factum est, ut *λείπω* et *πείθω* e *ΛΙΠ* et *ΠΙΘ*. — Futurum *ἱξεῖτε* est Acharn. 708; Perf. *ἵκαντι*, *ἵκουσι* apud Hesychium non spernendum est; nescio enim an grammaticus in Ann. Oxx. I, 212, 27 praesens *ἥκω* recte e perfecto natum judicaverit. — Subjectivi Aor. II est *ἱκόμαν*.

ἴσαμι. Hujus verbi Doridi peculiaris [7]), quod e perfecti *οἶδα* tertia plurali *ἴσασι*, Dor. *ἴσαντι* et plusquamperfecti *ἴσαν* pullulasse videtur, haec inclinamenta reperiuntur:

Indic. sing. 1. *ἴσαμι* [7]) Epich. 98 ex emendatione nostra, Pind. P. IV, 148, Theocr. V, 119.
2. *ἴσαις* vel *ἴσας* Theocr. XIV, 34, vid. §. 39, 1.
3. *ἴσᾱτι* Brutt., Theocr. XV, 146.
plur. 1. *ἴσᾰμεν* Pind. N. VII, 14 (magis Doricum esset *ἴσαμες*).
2. *ἴσατε* in Periandri epistola Diog. Laert. I, 99.
3. *ἴσαντι* Epich. 26, Theocr. XV, 64, quod aequo jure ad *οἶδα* trahi potest.

Conjunct. plur. 3. *ἰσᾶντι* Cret. 3053.

Infinit. *ἰσάμεν*, quam formam colligimus ex Hesychii glossa *γισάμεναι*, *εἰδέναι*, quam interpretamenti terminatione ascita e *Fισάμεν* corruptam putamus, cf. §. 39, 5.

Partic. *ἴσας* [7]) et cum terminatione Lesbiaca *ἴσαις*

---

7) Hesych. *ἴσαμι*, *ἐπίσταμαι*· *Συρακόσιοι*. Doricum dicitur a Choerob. in Theod. 894, 27 (Ann. Oxx. IV, 390, Et. M. 476, 29) ubi additur Theocr. V, 119, deinde Drac. 49, 17, Et. M. 43, 11. — Apoll. de adv. 587, 8. *ἔδει οὖν καὶ παρὰ τὸ ἴσαμι τὸ ἰσάς εἶναι· ἀλλ᾽ ἐπεὶ ἅπαξ αἱ εἰς σας λήγουσαι μετοχαὶ βαρύνονται, τῷ ῑ παραληγόμεναι, γεμίσας, λεπίσας, λακτίσας, συνεξέδραμε καὶ ἡ ἴσας τοῖς τοιούτοις.*

in Nossidis epigrammate Anth. Pal. VII, 718 cf. Meinek. Del. p. 97, *ἵσαντι* Pind. P. III, 29.

ἵσταμι, Futur. *στασῶ*, Aor. II *ἔσταν*, Perf. *ἑστᾶκα*. In Ther. 2448. I, 27 *ἑστακεῖα*, quod transitiva potestate utitur, ad recentius perfectum *ἕστακα* referendum est, de quo vide Buttm. II p. 208. De *σταντέσθων* Cret. 2556 vid. §. 35, 1.

καλέω, Aor. I *ἐκάλεσα*.

κεῖμαι raro apud Archimedem ad conjugationem in *ω* Ionico more deflectit, ut *κέεσθαι* de Plan. Aeq. p. 1. 10, saepe apud Pseudo-Pythagoreos, vix recte. Hesychianum *κάκκη*, *κάθευδε· Λάκωνες* e *κάκκεε* contractum est.

κέλομαι. Doricum dicitur *κέλεται* pro *κελεύει* a J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 361; *κέντο* pro *κέλετο*, *κέλτο* ab Alcmane usurpatum est vid. §. 15, 4; Aor. I *ἐκελήσατο* Epich. 48.

κίγκραμι Doridi proprium fuisse videtur pro *κίρνημι*, *κεράννυμι*. Apud Sophronem fr. 2 imperativus *ἐγκίκρα* legitur, qui ad *κιγκρῶ* refertur [8]) et simplex verbum est in Hesychiana glossa *κιγκρᾷ*, *κιρνᾷ*. Malumus tamen hanc in *κίγκρα*, *κίρνα* mutare et verbum in *μι* agnoscere, quia ab *ἐγκικρῶ* imperativus *ἐγκίκρη* descenderet. Propter *γ* in simplici verbo adjectum, in composito expulsum conferas *πίμπλημι* et *ἐμπίπλημι*, *πίμπρημι* et *ἐμπίπρημι*.

κλάζω, claudo. Dorienses pro Ionico *κληΐω*, Attico *κλῄω* primum *κλαΐω*, *κλᾴω* dixisse videntur, quo referendum est *καταικέκλᾳνται*, quod ex Epicharmo affertur in Ann. Oxx. I, 224, 26 (ubi *κατὰ κέκλανται* scriptum est), deinde *κλᾳσῶ*, quod in Scholl. Theocr. VI, 32

8) Ann. Oxx. I, 167, 16. *κερῶ — καὶ συγκοπῇ κρῶ, διπλασιασμῷ κικρῶ, πλεονασμῷ τοῦ γ κιγκρῶ, ἀφ' οὗ παρὰ τῷ Σώφρονι· ἐγκίκρα ὡς εἴω.* Minus accurate Eustath. 231, 40. *ἐκ δὲ τοῦ κρῶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν τὸ κικρῶ, οὗ χρῆσις τὸ ἐγκίκρα ὡς εἴω, ἤγουν κίρνα ὡς ὁδεύω.* — Hesych. *ἐγκίκρα*, *ἐγκίρνα* (cod. *ἐγκίχρα*, *ἐκέρνα*).

Doricum esse traditur [8]), et fortasse κλαῖσαι i. e. κλᾷσαι apud Hesychium, ubi nunc κλᾷξαι e Musuri correctione vid. §. 11, 2. Recentiores ζ addiderunt, sicut etiam in vulgari lingua recentiore κλήζειν reperitur vid. Lobeck. ad Buttm. II p. 221. Eo pertinent Hesychii glossa κατεκλάζετο, Theocritea κλαξῷ VI, 32 (quod ex optimis libris pro κλασῶ vel κλᾳσῶ rescriptum est) ἀπόκλαξον et ἀποκλάξας XV, 43. 77. Scholiasta Theocriteus (vid. §. 19 not. 10), qui et κλᾳσῶ et κλᾳξῶ Dorica esse tradit, in hoc aeque iota subscribi jubet. Librorum tamen auctoritas ubique repugnat nec minus, id quod nunc intelligimus, credibile est, in κλάζω ab ipsis Doriensibus iota omissum esse quam in χρήζω vid. §. 22, 7, vel υ in πάζω pro παύω vid. §. 35, 1. Ceterum conferantur, quae disputavimus §. 11, 2 et §. 19, 6.

κλέω, Lysistr. 1299 κλεῶα, rectius κλέωα i. e. κλέουσα.

(κλύω), Perf. imperat. κέκλυκε apud Epicharmum vid. §. 41 not. 1.

κοῶ Epich. 19 vid. §. 10, 8.

κρέμαμαι. Apud Archimedem de Quadr. Parab. p. 20 seqq. saepe repetita leguntur κρεμάμενος et κρεμάσθω; pro hoc haud raro perfectum κεκρεμάσθω modo sine librorum dissensu receptum est modo in varia lectione enotatum. At quum κρεμάμενος in perfectum mutari nequeat, κρεμάσθω verius videtur quam κεκρεμάσθω.

κρίνω, Aor. I p. ἐκρίθην Epich.

λαγχάνω, Aor. II. ἔλαχον.

λαμβάνω, Futur. λαψοῦμαι Epich. 19, Aor. ἔλαβον, Perf. εἴλαφα Phoc. 73 et Archim., μεταλελάβηκα Archim. Aren. p. 331, Perf. Subj. εἴλαμμαι et λέλαμμαι Archim., Aor. I p. ἐλάφθην.

λέγω, Aor. II. p. διελέγην Crett. vid. §. 39, 6.

λῶ, volo, antiquum verbum a Doriensibus potissimum servatum, cujus hae formae reperiuntur:

Praes. Indicat.

sing. 1. λῶ Lysistr. 981, cf. Hesych. λῶ, θέλω.

sing. 2. λῆς [9]) Epich. 44. 94. 95. 96, Lysistr. 95. 1188, Acharn. 715. 738 etc., Theocr. all. Adeo Euripides usus dicitur [9]).

3. λῆ [9]) Epich. 94, Lysistr. 1163, Theogn. 299 [10]).

plur. 1. λῶμες Lysistr. 1162 (libri λώμεσθ᾽).

2. λῆτε Lysistr. 1105 [11]).

3. λῶντι Epich. 19, Theocr. IV, 14.

Conjunct. λῇς Theocr. V, 21. XXIII, 45 et λῇ Epich. 19.

Optat. λώη Epich. 137 (libri λοίη) et fortasse λῷμι Epich. 58 in fragmento corruptissimo.

Infin. λῆν Thucyd. V, 77 vid. Append.

Partic. λῶντι Corcyr. 1845, Epich. 19 v. 1. Ibidem in versu secundo, ubi libri τῷ γαμηλιῶντι Dindorfius Hesychianam glossam λέῳμι, θέλοιμι comparans, quam λεῷμι scribi jubet, τῷ γα μὴ λεῶντι corrigit. Nos non credimus de verbo λεάω. Nam optativum λέῳμι Ionicum esse apparet, unde hoc intelligitur aut Iadem antiquam vocem λῆν non plane ignorasse aut recentiorem quendam poëtam Doricum verbum Ionica terminatione instruxisse. Apud Epicharmum quum Ionici quidquam tolerari nequeat, emendationem τῶ γα μηδὲ λῶντι praetulimus. — Descendit ab hac stirpe Laconicum λῆϊς, βούλησις apud Hesychium i. e. λῆσις vid. §. 9, 4.

μανθάνω, Aor. II ἔμαθον Epich.

---

9) Anacreont. X, 7. ὁ δ᾽ εἶπε Δωριάζων· λάβ᾽ αὐτὸν ὁππόσον λῆς. — Scholl. Theocr. I, 12. Δωρικὸν τὸ λῆς. — Et. M. 561, 21 (brevius in Et. Or. 93, 28). Λητώ. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος παρὰ τὸ λῶ τὸ θέλω, ὅθεν καὶ τὸ λῆς ἀντὶ τοῦ θέλεις μετὰ τοῦ ῑ Εὐριπίδης· καὶ τὸ λῆ τὸ θέλει Δωρικῶς. — Hesych. λῆ, θέλει

10) E palmaria H. Sauppii conjectura in Epist. Crit. ad G. Hermannum p. 99 οὐδεὶς λῆ pro vulgari οὐδ᾽ ἐθέλει et οὐδεὶς δὴ, quod est in optimo codice Mutinensi.

11) Nunc quidem legitur κἂν λῆτε, ut conjunctivus sit; sed pro κἄν, quod contra Doricam dialectum peccat, eo confidentius κἀι i. e. καὶ αἰ reponimus, quod αἰ λῆς (non αἴκα λῆς) concedentium vel precantium formula est Epich. 94, Acharn. 715. 738. 780, Theocr. V, 61.

(*μείρομαι*), Perf. *ἐμμόρανιι, τετεύχασι* Hesych. Doridi vindicandum esse videtur. Pro *εἱμαρμένη* secundum Et. M. 334, 10 apud Sophronem et Lacones erat *ἐμβραμένα*, quocum confer glossas Hesychianas *ἐμβραμένη, εἱμαρμένη — ἔμβραται, εἵμαρται — ἐβραμμένον, εἱμαρμένον.*

(*μιμνάσκω*), Perf. Subj. optat. *μεμναῖτο* vid. §. 41, 6, imperat. *μέμνασο* Epich. 119.

ΜΟΛ. Aor. II *ἔμολον* Epich. 94, Lysistr. 984.

μῶσθαι, quod verbum Doricum esse traditur pro *ζητεῖν* 12), in his formis extat:

Indicat. sing. 3. *μῶται* Epich. 12) et Hesych. *μῶται, ζητεῖ, τεχνάζεται.*

plur. 1. *μώμεθα, ζητοῦμεν* Hesych.

3. *μῶνται* apud Euphorionem 12).

Optat. *μῷτο* (editur *μῶτο*) apud Diotogenem Pythagoreum in Stob. Floril. V, 69.

Imperat. *μῶσο* Epich. 121, quod e librorum vestigiis rescripsimus pro *μώεο*, quae forma contra reliquorum analogiam conjugationem in *ω* sequeretur. Confirmat eam lectionem Hesychii glossa *μωσοῖ, ζητεῖ*, quam aegre faciliore emendatione sanaveris, quam *μῶσο, ζήτει* scribendo.

Infinit. *μῶσθαι* Theogn. 769.

Partic. *μώμενος* Soph. O. C. 836, *μωμένα* Aesch. Choeph. 44. 435, *μώμεναι* Sophocl. 12).

---

12) Hellad. Chrestom. in Phot. Bibl. p. 1582 de *μοῖσα*: *τὸ γὰρ ζητεῖν Δωριεῖς λέγουσι μῶ* (corrigunt *μῶσθαι*) *καὶ μῶται τὸ τρίτον πρόσωπον παρ' Ἐπιχάρμῳ, καὶ μῶνται παρ' Εὐφορίωνι καὶ μώμεναι ἡ μετοχὴ παρὰ Σοφοκλεῖ.* — Et. M. 589, 42 ad *μοῦσα*: *μῶ γὰρ καὶ μῶμαι τὸ ζητῶ· Ἐπίχαρμος ὁ κωμικός· Πύρραν γε μῶ καὶ Δευκαλίωνα.* — Suid. *μῶσθαι — τὸ ζητεῖν παρὰ Λάκωσιν.* — Id. et Phot. s. v. *μῶν*: *μῶσθαι τὸ ζητεῖν.* Plat. Cratyl. p. 406. A *μοῦσα* a *μῶσθαι* deducit. *Μῶ, ζητῶ* in vocis *μοῦσα* et aliorum etymologia commemoratur Ann. Oxx. I, 278, 10, Suid. s. v. *Μοῦσα* et saepissime in Etymologicis.

Aor. I *ἐμώσατο* (ita codex), *εὗρεν, ἐτεχνάσατο, ἐζήτησεν*, Hesych.

Objectivum *μῶ*, quod saepe a grammaticis affertur [12]), fictum esse videtur, unde *μοῦσα* et alia derivarentur. In corrupto Epicharmi frustulo fr. 80 *Πύρραν γε μῶ καὶ Δευκαλίωνα* tertia persona *μῶται* latere videtur, qua Helladius Epicharmum usum esse testatur.

οἴομαι Epich. 56, *οἶμαι* Epich. 100, *οἴῃ* Sophr. 23. Laconicum *οἰῶ*, quod legitur Lysistr. 81. 156. 998. 1256 et in Coralisci Epilycei fragmento, a Suida et Scholl. Arist. Lysistr. 998 pro *οἶμαι* esse dicitur, a Lobeckio ad Buttm. II p. 53 ex *οἰήσομαι* contractum putatur, quod quomodo fieri potuerit, non intelligimus. Haud dubie Laconibus pro interjectione affirmativa erat, ut Viennensium illud *halter*, id quod maxime apparet in Coralisci loco *ποττὰν κοπίδ' οἰῶ σῶμαι.* Quae si e verbo *οἴω* nata est, accentum miramur circumflexum a codicibus plerumque exhibitum.

οἶδα a Doride, quanquam novum verbum *ἴσαμι* finxerat vid. supr., non alienum erat. Leguntur *οἶδεν* Epich. 96, Lysistr. 1250, Conj. *εἰδῇ* Epich. 95, Imperat. *ἴσθι* Acharn. 749, Infin. *προειδέμεν* apud Archytam vid. §. 41, 3.

ὄλλυμι, Perf. *ὄλωλα* Heracl., Fut. *ὀλοῦμαι* mit., Aor. *ὠλόμαν.*

ὀμνύω vid. §. 35, 1, Fut. *ὀμιώμεθα* Laconice Lysistr. 183 vid. §. 26, 1, Aor. I *ὤμοσα* Amph. 1688, Heracl., Cret. 2555.

ὁράω vid. §. 38, 1. 4, Aor. II *εἶδον*, Perf. *ὄπωπα* Lysistr. 1157, Desiderat. *ὀψείω* Sophr. 39 vid. §. 22, 6.

ὀρύσσω, Perf. *ὑποκατώρυκται* Sophr. 33 sine reduplicatione Attica cf. Buttm. §. 85 not. 1.

(*πάγνυμι*), Aor. I *ἔπαξα*, Perf. Opt. *πεπαγοίην* vid. §. 41, 2, Aor. II p. *ἐπάγην*.

πάσασθαι, quod verbum Doridi tribuitur vid. §. 15, 1. Reperiuntur Aor. I *ἐπασάμαν* et Perf. *πέπαμαι* (exemplis supra allatis adde *ἐπάσατο* in vase Magnae Graeciae C. I. nr. 5), praeterea Fut. *πάσεται* Aesch. Eum.

169, Fut. III πεπάσεται apud Pempelum Pythagoreum Stob. Flor. LXXIX, 52.

πάσχω, Aor. II ἔπαθον, Perf. πέπονθα Lysistr. 1098 et Archimed. Alia mira perfecti forma *πέποσχα* Siculi Epicharmus fr. 7 et Stesichorus [13]) usi sunt.

παύω. De Dorico πάζω vid §. 35, 1.

πέταμαι, volare, Doricum esse traditur ab Aelio Dionysio (Herodiano?) in H. Ad. et in Ann. Oxx. IV, 339, 8; legitur πέταται apud Pindarum, sed πετομένους Epich. 63; Aor. II ἀμπτάμενος Lysistr. 106.

(*πεύθομαι*), Aor. II πύθωντι in Delph. ap. Ulrichs. p. 67, quod in πύθωνται confidenter mutamus.

πίμπλημι, Imperat. πίμπλη Sophr. §. 39, 4, Aor. I ἔπλησα.

πίνω, Aor. II ἔπιον.

(*πιπράσκω*), Perf. Subj. πέπραμαι Ther. 2448, Acharn.

πίπτω, Aor. II ἔπετον in genuina antiquiore Doride vid. §. 6, 8.

ΠΛΑ, Perf. πέπλαμαι Doricum dicitur in Ann. Oxx. I, 148, 29 pro Attico πέπλημαι, quod cohaeret cum πελάζω.

(*πλάσσω*), Aor. II p. πλᾱγείς Epich. 159.

πνίγω, Fut. πνιξεῖσθε Epich. 106.

πρίαμαι (de imperativo πρία et 2 sing. imperf. ἐπρία vid. §. 24, 4). Memorabilis forma est ἐμπρίατο Corcyr. 1840 pro ἐπρίατο, quod cum Boeckhio restituere non ausi sumus, vid. §. 15, 7.

ῥήγνυμι, Perf. ἔρρηγα saepe in Heracl. B, forma etiam aliunde cognita.

(*ῥώννυμι*) Perf. Subj. imperat. ἔρρωσθε Cret. 2557.

(*σκέλλω*), Perf. ἐξεσκληκότες Epich. 106.

στρέφω, Aor. I p. ἐστράφθην vid. §. 16.

(*σῴζω*), Aor. I ἔσῳξα et ἔσῳσα, Laconice ἔσοιξα

---

13) Phot. πέποσχα· Δωριέων τινὲς τούτῳ κέχρηνται, ὧν καί ἐστι Στησίχορος.

vid. §. 11, 1. 2. Dinolochus Siculus nova praesentis forma *σωννέω* usus est, ad quam aoristum *σῶσαι* Sophr. 27 referre licet, quare nunc neque iota subscriptum neque ξ desideramus.

σῶμαι, *σῶται* severioris Doridis sunt pro *σοῦμαι*, *σοῦται* vid. §. 25, 3, et ipsum *σοῦσθαι*, quod apud poëtas solum dramaticos et Callimachum legitur, in mitiore potissimum Doride servatum fuerit [14]). — De Laconico, si diis placet, *ἀπεσσούα* diximus §. 19, 8.

ΤΛ, Imper. *τλῆτε* Sophr. 100, ut Homericum *τλῆ* cf. Buttm. II p. 297.

τάμνω, Aor. *ἔταμον* vid. §. 16, Perf. *τέτμακα*, *τέτμαμαι*, Aor. I p. *ἐτμάθην* Archim. (idem semper *τέμνω*, *ἔτεμον*, *τεμῶ*).

τίθημι, Fut. *θήσω*, Aor. *ἔθηκα*, Perf. *τέθεκα* et Subj. *τέθεμαι*, quae formae in uno titulo Phocico Rossii nr. 81 servatae sunt, ubi l. 10 *ἀνατεθέκαντι*, l. 14. 15. 18 *ἀνατεθεμένος* et multo melius analogiam servant, quam vulgares *τέθεικα* et *τέθειμαι* (quae in Doricis fontibus non reperiuntur), cf. *δήσω*, *δέδεκα*, *δέδεμαι*, *ἐδέθην* et *λύσω*, *λέλῠκα*, *λέλῠμαι*, *ἐλῠθην*. — Aor. I p. *ἐτέθην*.

τίνω, Aor. I *ἔτεισα* vid. §. 22, 3.

τράπω, *τράφω* et *τράχω* vid. §. 16. Hujus futurum *δραμεῖται* est apud Dinolochum Phot. Lex. II p. 634.

τυγχάνω, Aor. II *ἔτυχον*.

φαίνω, Perf. *πέφανα* Sophr. 75, Fut. II p. *φανησῶ* vid. §. 35, 3.

φέρω, Fut. *οἰσῶ* (Heracl. *οἰσόντι*), Aor. I *ἤνεγκα*, ut *εἰσήνεγκε* Corcyr. 1846, *ἐξενέγκαι* Ther. 2448. II, 23. *ἐνενκάμενος* Astyp. 2485. Quare quum in Aegin. 2140, b

14) Mirum est Platonis testimonium Cratyl. p. 412. B. in vocis *σοφία* etymologia: *ἀλλὰ δεῖ ἐκ τῶν ποιητῶν ἀναμιμνήσκεσθαι, ὅτι πολλαχοῦ λέγουσι περὶ ὅτου ἂν τύχωσι τῶν ἀρχομένων ταχὺ προϊέναι, ἐσύθη φασί. Λακωνικῷ δὲ ἀνδρὶ τῶν εὐδοκίμων καὶ ὄνομα ἦν Σοῦς· τὴν γὰρ ταχεῖαν ὁρμὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦτο καλοῦσι.* Ultima inde a *Λακωνικῷ* Heindorfius e glossemate orta censuit (repugnante tamen Stallbaumio) et sunt dubitationis plena.

Boeckhius συνείκη non recte in συνενείκη mutasse videatur, nihil mutandum esse supra docuimus s. v. ἴκω. — Perf. Subj. ἐνήνεγμαι Archimed., nam mero sphalmate apud eundem aliquoties reduplicationem omitti supra monuimus §. 35, 2.

φθαίρω Doricum esse refertur pro φθείρω vid. §. 22, 5; Aor. II p. καταφθαρείς Epich. 19.

(χάσκω), Perf. κέχανα Sophr. 51.

χέω, Aor. I ἐγχέας Epich. 61.

ΧΡΕ. Hujus stirpis haec inclinamenta variae significationis reperiuntur:

a) χρή, oportet, quam vocem ab initio non verbum esse, sed substantivum, olim docuimus in diss. de conj. in μι p. 28, legitur Epich. 122. 131. 133, neque ullum aliud ejus inclinamentum.

b) χρῆσθα Acharn. 744 pro χρῄζεις dictum esse, de quo vocum χρῇς et χρῇ usu Dindorfius dixit ad Soph. Antig. 887, rectissime Bergkius intellexit vid. §. 24, 1. Eodem sensu χρῄζω vel χρήζω usurpatur vid. §. 22, 7.

c) χρῆσθαι, uti, in his formis reperitur: Imperat. χρήσθων Cret. 2556, 65 et καταχρείσθων Rhod. 2525, b. 86; Inf. χρῆσθαι Heracl. II, 66; Partic. χρήμενος Cret. 2554, 61. Vides ultima forma excepta, quae in titulo corruptissimo parum fidei habet, reliquas a χρέομαι ita descendere, ut severior Doris εε in η conjunxerit, mitior in ει, cf. §. 38, 4. — Aor. I p. κατεχρήσθην i. e. usu confici plus semel repetitur in Corcyr. 1845.

d) ἀποχρέω, sufficio, Epich. 114.

Derivata hujus radicis in genuina Doride η tueri supra docuimus §. 19, 3.

§. 43.

De praepositionibus.

1) Ut in Aeolicis dialectis, ita in antiquiore Doride apocopen patiuntur praepositiones παρά, ἀνά, κατά, quo accedit Doricum ποτί pro πρός. Primum titulos perlu-

stremus, qui quo antiquiores sunt, eo ad apocopen propensiores esse solent. — In tabulis Heracleensibus ubique apocope afficiuntur παρά et ἀνά: B, 15. 25. 42. 44 et saepe πὰρ τάν vel πὰρ τά, I, 6 πὰρ Πανδοσίαν etc., I, 58 παρδῶντι, I, 59 παρλαβόντες, I, 54 παρμετρησόντι; ἀν τάν I, 100, ἀν τώς II, 32. 38, ἀνκοθαρίοντι i. e. ἀνακαθαροῦσι I, 84, ἀγγράφεν, ἀγγράψαι, ἀγγραψάντω I. 78. 79, ἀγχωρίξαντες I, 8. 11 [1]), ἀμμισθωθῆ I. 63, ἀμπέλημα I, 62, 107. Praepositiones κατά et ποτί apocopen pati solent ante articulum, ut καττάν, καττάς, καττά, καττάδε, ποττῷ, ποττόν, ποττώ, ποττάν, ποττάς, cui regulae adversantur solummodo ποτὶ τόν et ποτὶ τάν B. 16, II, 13. 18. 38. 100, quae in altera tabula inter reliqua recentioris aetatis indicia retuleris, quum in fragmento Britannico ποτὶ τάν minus accurate a Maittairio descriptum videri possit. Raro apocope fit ante alias voces, quae a lingualibus ordiuntur, ut προκαδδεδικάσθω I, 123 (contra καταδικᾶν I, 108), ποτθέντες II, 30, nunquam ante alias consonas, ut καταλιπόντες I, 14, κατὰ βίω B, 50. I, 51, ποτιφυτεύω etc. — Eaedem regulae valuerint in Bruttio titulo, in quo nihil legi potest, quod huc pertineat, praeter ἀνθεὶς; deinde in Lacon. 1511, ubi saepe repetitur ποττόν (l. 3 ποτόν traditur), in Amph. 1688, ubi καττά 17, καττάν 41, κατάν 11, κατά i. e. καττά pro καθ᾽ ἅ 10 (at καταδικασθέντα 5) — ποττός 26, ποττόν 47, in Corcyr. 1838. a, ubi ποττόν, et 1840, ubi ποτῷ (vid. §. 25, 4) et ποττᾷ, postremo in Aegin. 2140, b, ubi καθθέντι.

Praeterea apocope reperitur in Megar. 1052 ἀνθέτω et ἀγγραψάτω (sed κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν) — Corcyr. 1845 ἀνπράξαιεν l. 73, ἀνπράξοντι 91, ἀπάρβολος 115, quae pro mala tituli fide dubia videntur, quum frequententur in eodem παραλαβεῖν, παραδόντες, παραγίνεσθαι et similia, ἀναπράξαντες 58, κατὰ τόν 15, ποτὶ τοῖς 62 — Herm. 1193, ubi ποττάν valde suspectum est, quia ibidem

---

1) Ut in his ν non est in γ mutatum, ita adeo ἀνανγελίοντι i. e. ἀναγγελοῦσι legitur I, 70, contra πρώγγυος et ἔγγωνος.

ἀναγράψαι, ἀναθέμεν, ἀνανεοῦται, παραγινόμενος — Cret. 2555 ἀγγραψάντων, 2554 ἀμ ποταμόν et ἂν ῥάχιν, sed ibidem ἀναγινώσκω et similia — Cret. 3050 παρδέχεται, παρκαλεῖ, πὰρ τᾷ et ἀναδείκνυντι, 3047 πὰρ τῶν et παρὰ τῶ, 3043 πὰρ Τηΐων, 3058 ἀγγράψαι.

Reliqui tituli apocopen ignorant: Delph. Phoc. Aetol. Acarn. Corcyr. 1838, b. 1841—1844. Rhod. Astyp. Calymn. Ther. Cret. 2556. Cyren. etc., qui omnes Alexandri aetate recentiores sunt. Paullulum miramur, quod in Issensi nr. 1834, ceterum antiquiorem indolem referente, ἀναγράψαι traditur.

Scriptores antiquiores genuina Dorica dialecto usos apocopen certe non magis aversatos esse quam fit in tabulis Heracleensibus et reliquis titulis paullo vetustioribus, consentaneum est. Apud Epicharmum leguntur καττόν 19. 94, κατθέμεν 48 (et κατθεῖναι inter syncopae exempla ex Epicharmo affertur a Tryphone πάθ. λέξ. §. 23), κατθανών 146, ποττοίτοισι 35, ποτθέμεν 94 (contra κατὰ πόδας 18, κατὰ φύσιν 94, καταφαγεῖν 19. 23, καταμαθεῖν 95, καταδικά 99); item ἀμ πεντόγκιον Epich. 5 et ἀνδούμενοι Sophr. 97, nec dubium est, quin ἀνανέμειν, quo Suidas Epicharmum pro ἀναγινώσκειν usum dicit, ex Hesychiana glossa ἀννέμειν, ἀναγινώσκειν corrigi oporteat. Itaque non videntur genuina παρατιθῇ et παρὰ τήνοις Epich. 111 et 124, quae contra titulorum illorum legem peccant. Item in Megarensis Aristophanei verbis apocope regnat: ἄμβατε 698, ἄντεινον 732, ἂν τὸν ὀδελὸν ἀμπεπαρμένον 762, ποττάν et ποττό 698. 717. 749; unum ἀναχνοιανθῇ 757 Attico poëtae condonamus, et Doricis adeo poëtis licuisse putamus, ut metri gratia apocope abstinerent, quale est ποτὶ τάν Timocr. 6. — Neque alia syncopae lex apparet in Lysistrata: ἂν γάρ 1001, ἀμπτάμενος 106, ἀμβαλώμεθα 1096, ἀμπάλλοντι 1310 (neglecta in ἀναπεφασμένως 1099 syncope indicio est, vocem ad Attici orationem trahendam esse vid. §. 41 not. 2); πὰρ τὸν 1309, πάρφαινε 183, quare in παρὰ τᾷ σιῷ 174 Koenius recte apocopen postulare videtur; καττῶν 1259, ποττό 117, ποτ-

τάν 1006, ποττά 1252, ποττάς 1264 (sed ποτὶ πυγάν 82). Adde ποττάν in Coralisci fragmento. Postremo apud Thucydidem V, 77. 79 leguntur καττάδε, καττά, ποττώς.

Quum igitur genuina Doris in universum eam legem secuta esse videatur, quam in tabulis Heracleensibus valere diximus, Lacones tamen Aeolico more (vid. L. I §. 28) praepositionem κατά duriore apocope affecerunt. Praeter κάτθανε in dicto Laconico Plutarch. Pelop. c. 34 et κατθάνῃ in Chilonis epistola, quae vulgari consuetudini non repugnant, eo pertinent καππώτας Pausan. III, 22, 1 pro καταπαύτης, καββαλόντας in dicto Laconico Plutarch. Lysand. c. 14 [2]), κακκίχνται Plutarch. Instit. Lacon. p. 241, Hesychii glossae Laconicae κάκκη, κάθευδε — κάβλημα, περίστρωμα — καμμένειν, καταμένειν — κάβασι, κατάβηθι et κατράγοντες, οἱ βόαγροι, quod pro κατατράγοντες dictum putant, postremo Alcmaneum καβαίνων fr. 20 (34). In hoc consona plane abjecta est ut in Pindarico κάπετον pro κατέπεσον Ol. VIII, 38. Simile est κάβασι apud Hesychium (cf. ibid. πόδικε, πρόςριψον i. e. ποτίδικε dialecto non nominata) et quae e titulis Lacon. 1511, Amph. 1688, Corcyr. 1840 supra attulimus ποτόν, κατάν, κατά, ποτῷ et κατάν apud Alcmanem vid. §. 13 not. 4 (cf. L. I §. 47, 3). Itaque pronuntiatio eo inclinasse videtur, ut altera consona ejecta syllabam corriperet; accuratior tamen tabularum Heracleensium orthographia ubique consonam geminat nec reliqua exempla praeter Alcmanicum et Pindaricum valde certa sunt. Ejectae consonae aliam rationem esse vides in κάβλημα. — Alia dura praepositionis mutatio est in Hesychiano ἄττασι, ἀνάστηθι, quod Laconicum esse videtur; nam in ἄνσταθι, quod vulgaris Doridis esse putamus, primum Aeolico more (vid. L. I §. 28, 1) ἄσταθι factum est, deinde per Laconicas mutationes ἄττασι vid. §. 13, 4.

2) Raro praepositio ἀμφί eam apocopen passa est, quae

2) J. Gr. 213, b, Meerm. 659, Gr. C. 362 καββαλεῖν inter Dorica enumerant.

apparet in vulgari *ἀμφορεύς* pro *ἀμφιφορεύς* et in Latino anquiro, anceps et similibus, quae cum amb composita sunt. Eo pertinent glossae Hesychianae: *ἄμπαιδες, οἱ τῶν παίδων ἐπιμελούμενοι παρὰ Λάκωσιν*, quod pro *ἀμφίπαιδες* dictum existimant, *ἀμπέσαι, ἀμφιέσαι· Λάκωνες*, quod pro *ἀμϜέσαι, ἀμφιϜέσαι* esse supra suspicati sumus §. 5, 7, *ἀγχρι άνασθαι, περιαλείψασθαι.* Itaque *ἀμφί* apocope illa, consona *φ* ejecta, in praepositionis *ἀνά* item apocopen passae similitudinem redigitur. Quare suspicio oritur, num forte in *ἂν τὸν ὀδελὸν ἀμπεπαρμένον* Acharn. 762 *ἄν* non sit pro *ἀνά*, cujus ille usus novus esset, sed pro *ἀμφί*, quod in eam sententiam ex Homerica locutione *ἀμφ᾽ ὀβελοῖσιν ἔπειραν* notissimum est. Ne *ἀμπεπαρμένος* item praepositionem *ἀμφί* continere suspicemur, prohibet Acharn. 975 *ἵν᾽ ἀναπείρω τὰς κίχλας.*

In Alaesinorum terminis saepius *ἂν τοῦ ῥοΐσκου* repetitur pro *ἀπὸ τοῦ ῥ.*, si sensum spectas. Novam eam apocopen eo magis suspectam habemus, quod inscriptio solito apocopae genere abstinet; itaque accuratiora apographa expectanda sunt.

3) *Περί* plerumque in Doride ut vulgo neque apocopae neque elisionis patiens est. In uno decreto Amphictyonico nr. 1688 l. 16 elisionis exemplum reperitur *πέροδος*. Eadem vocis forma apud Pindarum legitur N. XI, 40 [3]), qui praeterea *περάπτων* P. III, 42, *περιδαῖος* fr. 126, *περ᾽ ἀτλάτου πάθας* Ol. VI, 38, *περ᾽ αὐτᾶς* P. IV, 265 vid. Boeckh. Nott. Critt. p. 376 et ad fr. 126. Item in Hesiodi Theogonia 678. 733 sunt *περίαχε* et *περοίχεται*, et pertinent eodem Hesychii glossae *περόσχια, τὰ ῥάκη* cf. intt., *περώσιον, μέγα, περομνύναι* (ita codex), *ἐλέγχειν.* Is elisionis usus ex Aeolica dialecto repetitur vid. L. I §. 28, 3. Exempla tamen Lesbiaca, quae quidem supersunt, eo differunt, quod post elisionem *ρ* geminatur ut in Sapphico *πέρροχος*. Itaque Hesiodus et Pindarus ut alia nonnulla ita hanc dialecti proprietatem

3) Dorica dicitur ab Eustathio Prooem. Pind. p. 12 Schneidew.

ex antiqua Delphorum lingua assumpserint. Attamen in eodem Amphictyonum decreto l. 18 περιϊεῖεν recte legi videtur.

4) Dorica praepositionis πρός forma est *ποτί* aut per apocopen πότ [4]) vid. supra. Προτί, quod aliquoties Doricum esse dicitur, ut ab Apollonio de synt. p. 50, 23, in purioribus Doridis fontibus non legitur; Alcmanem enim fr. 36 (78) epicam dialectum imitatum credideris. Alia tamen forma e προτί per transpositionem nata *πορτί* est in Creticis titulis 3048. 3050. 3051. 3053, et per elisionem πορτ' 3050 (ποτί est nr. 2557. 3047. 3051, hic fortasse male pro πορτί). Mirum videtur, quod in titulo nr. 2556 satis purae dialecti in πρόςτιμα l. 81 vulgaris praepositionis forma conspicitur. Nam in nr. 2554. 2557 πρός, quod et per se et in compositis saepius legitur, vel lapicidis vel iis qui titulum tradiderunt tribui potest. Ceterum quae sit antiquissima hujus praepositionis forma Sanscritum **prati** docet.

5) Ἐκ in titulis paullo antiquioribus ante medias in ἐγ transire solet, ut ἐγδικάξασθαι Heracl., ἐγ Βακχιδᾶν 1850, id quod in Atticis quoque titulis fieri constat; item ante digamma in ἐγϜηληθίωντι Heracl. I, 104. Rarior est consonae in aspiratam mutatio, quam Boeckhius in ὑπέχθηται et ὑπεχθέσιμος Cret. 2556 recte agnovit Hesychianas quasdam glossas comparans: ἐχθειάσας, ἐχθύσαι et ἐχθύσσῃ. — Creticum praeterea secundum Hesychium est ἔλλυσιν pro ἔκλυσιν per novam quandam assimilationem. Compara apud eundem ἐττῶν, ἐκ τῶν.

6) Praepositionis εἰς antiquissima forma *ἐνς* ab Argivis et Cretensibus servata fuisse traditur, quanquam

4) Eustath. 1106, 20. ἡ δὲ ποτὶ πρόθεσις — καὶ ἀποθλίβει τὸ τῆς ἐπεκτάσεως ἰῶτα Δωρικῶς, ὡς ἐν τῷ ποταίνιον τὸ πρόςφατον — καὶ ἐν τῷ πόταγε, ὅπερ ἐστὶ πρόςαγε καὶ ἐν τῷ ποτῶπαν (leg. πότωπον) ἤτοι πρόςωπον κατὰ Δωριεῖς· ἔτι δὲ καὶ μονοσυλλάβως ἐκφέρεται συμφώνου ἐπαγομένου, ὡς ἐν τῷ πὸτ τῷ Διός — ὃ καὶ αὐτὸ γλώσσης Δωρίδος ἐστί. — Doricum ποτί commemoratur Ann. Oxx. I, 351, 22, Et. M. 685, 21, Et. G. 477, 32 etc.

nunc in titulis Creticis nr. 3050. 3058, qui praeterea antiquum literarum *νς* concursum servant, *ἐς* legitur et *εἰς* vid. §. 14, 1. Jam analogia postulat, ut ex antiquo *ἐνς* in severiore Doride *ἠς* factum putetur (ut *ἦς* ex *ἔνς* pro *εἷς*), in mitiore *εἰς*, apud eos Doriensium, qui ultimas syllabas corripere solent, *ἐς* vid. §. 21. Neque tamen unquam *ἠς* in usu fuisse videtur, sed *ἐς* non solum est apud illos, qui corripiunt ultimas, Cretenses (male *εἰς* est nr. 2556, 11 et aliquoties in titulis minoris fidei), Cyrenaeos, Theraeos, quibus adde Heracleenses et Alaesinos, qui infinitivi saltem ultimam corripiunt: sed etiam Lacones, ut apparet e Lysistrata, et in his titulis, qui mitiorem Doridem referunt: Corcyr. 1838. a, Iss. 1834, Aegin. 2138. 2140. b, Astyp. 2483. 2484, Anaph. 1 R.

Contra *εἰς* apud plerosque eorum erat, qui mitiore Doride utebantur; legitur enim in titulis Megar. 1052, Calaur. 1188, Hermion. 1193, Lacon. 1334, plerisque Corcyraeis, Syracusano, Rhodiis, Messembriano nec minus apud Epicharmum fr. 61. 126 (quare non toleravimus *ἐς* fr. 107) et Sophronem fr. 9. 36. 58. 67, Timocr. 1; homini Megarico in Acharn. 711 e Ravennate *εἰς* restituendum est.

Grammatici tradunt Dorienses *ἐν* pro *εἰς* dixisse (vid. L. I §. 54 not. 3). Is tamen usus non reperitur nisi apud septentrionalis Graeciae incolas in his titulis: Amph. 1688, 15 *ἐν δύνασιν* et l. 40 *ἔντε* pro *ἔςτε*, Delph. apud Ulrichsium p. 67 *ἐν τὸ πεντανεῖον*, Phoc. 85 R. *ἐν αὐτοίς*, Aetol. 2350, 6 *ἐν Αἰτωλίαν* et l. 9 *πρεσβεύοντας ἐν Κίω*, Aetol. 3046, 18 *ἐν τοὺς νόμους*, Thaumac. 1771. 1772 *ἐν τὸν ἅπαντα χρόνον* (vid. L. I §. 54, 3). Apud eos, qui vulgo inter Dorienses numerantur, nullum certum ejus usus vestigium reperitur. Nam decreto in Timotheum, ubi *ἐν τὰν ἁμετέραν πόλιν* in librorum parte pro *ἐπὰν ἁ. π.* legitur, nihil tribuimus nec in Coralisci fragmento *ἐν Ἀμυκλαῖον* ferri posse putamus vid. Append. Itaque Delphi, Phocenses, Aetoli, Thaumacenses, denique, si quid videmus, quicunque Graecorum ultra Boeotiam habitan-

tium Dorica dialecto non a Corinthiorum colonis accepta utebantur, cum Boeotis et Thessalis (vid. infra Addend. ad L. I §. 50) *ἐν* pro *εἰς* dixerunt, et ab iis potius quam a Boeotis Pindari consuetudo repetenda est vid. L. I §. 54, 3.

Mirum est, quod Dores *ἐνό* et *ἐξό* pro *ἔνεστι* et *ἔξεστι* dixisse referuntur, quorum illud etiam Aeolidi vindicatur [5]). Recte Dindorfius ad Stephani Thesaurum Vol. III p. 1055 accentum in penultima postulare videtur.

7) *Ξύν* in titulis non legitur praeterquam Ther. 2448. III, 37 *ξυνοικοῦντες*, IV, 7 *ξυγγενῶν*, quanquam in eodem *σύν* frequentatur. In Lysistratae Laconicis *ξυναλίαξε* est v. 93, sed *συνθήκα* 1268. In decreto Laconico Thuc. V, 77 constanter *ξύμμαχος*, *ξυμμαχία*, *ξυμβαλέσθαι* traduntur, et item in foedere Argivorum V, 79. Itaque non audemus ab antiquiore Doride formae *ξύν* usum abjudicare.

8) Aeolicum *πεδά* pro *μετά* (vid. L. I §. 28, 3 et §. 47, 5) ne a Doride quidem antiquiore alienum fuisse videtur. In vetustis titulis Argivis nr. 14. 19, siquidem Boeckhius recte vidit, *πεδάϜοικοι* est pro *μέτοικοι*. Deinde in Epimenidis epistola est *πεδὰ αἰσχύνας*, quod e genuina Cretensium dialecto hausisse videtur, qui istam finxit. Nam in Vaxiorum decreto nr. 3050 antiqui situs pleno pro *διέλεγεν μετὰ πάσας σπουδᾶς*, quod Boeckhius cum Chishullo edidit, Sherardi apographum praebet *δι..ειξη.δαπανσας σπ.*, unde *πεδὰ πάνσας* restituendum esse videtur. Postremo ex Hesychio confer: *πέδεϱϱα, ὕστεϱα· Λάκωνες* et *πέδευϱον, ὕστεϱον, πάλιν, ὀπίσω*, quae a *πέδα* descendere apparet.

---

5) Ann. Oxx. I, 160, 26. *ἐξὸ ῥῆμα παρὰ Δωριεῦσι ἀντὶ τοῦ ἔξεστι.* — Ibid. 176, 12. *ἡ ἐν πρόθεσις παρὰ τὴν Αἰολίδα καὶ Δωρίδα διάλεκτον ἐνὸ γίνεται, ὁπόταν καὶ ἀντὶ ῥήματος*, cf. p. 170, 28.

§. 44.

De adverbiis loci et temporis.

1) Adverbia **locum ubi** indicantia apud Dorienses in *ει* circumflexum exire grammatici magno consensu affirmant [1]), exempla apponentes *εἶ, πεῖ, αὐτεῖ, τουτεῖ, τηνεῖ.*

---

1) Apollon. de adv. 625, 9. *πεῖ καὶ εἶ παρὰ Δωριεῦσι χρὴ νοεῖν ὅτι οὐ παράκειται τῷ πῇ καὶ ἔτι τῷ τῇ ἀνταποδοτικῷ· καθὸ τὴν ἐν τόπῳ σχέσιν δηλοῦντα τῷ ποῦ μᾶλλον καὶ τῷ ὅπου παράκειται· τὸ γὰρ εἶ τὰ τῶν χυιραγχᾶν ἐν ἴσῳ ἐστὶ τῷ ὅπου, καὶ τὸ πεῖ γὰρ ἁ ἄσφαλτος ἐν ἴσῳ τῷ ποῦ. ἄλλως τε τὰ διὰ τοῦ η ἐκφερόμενα τροπὴν μᾶλλον τὴν διὰ τοῦ ᾱ παραδέχεται ἢ τὴν διὰ τοῦ ει̅, πάντῃ πάντᾳ, ἄλλῃ ἄλλᾳ.* — Id. p. 622, 18 eadem exempla (Sophronis) afferens addit *αὐτεῖ* pro *αὐτοῦ*. — Id. p. 542, 30 de *δεῖ*: *οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐπινοῆσαι ἐπίῤῥημα εἰς ει̅ λῆγον ἐν περισπασμῷ κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος, διὰ τὸ παρὰ Δωριεῦσι πεῖ γὰρ ἁ ἄσφαλτος καὶ εἶ τὰ τῶν χοιραγχᾶν.* — Id. de synt. 238, 9 de *δεῖ*: *οὐχὶ οὖν καὶ ἐπιῤῥήματα περισπᾶται, ὡς τὸ πεῖ, αὐτεῖ, τουτεῖ; τὸ πρῶτον Δώρια — τὸ δεύτερον ἀντὶ παρακειμένου τοῦ ποῦ καὶ ἔτι τοῦ οὗ καὶ αὐτοῦ. σύνεστι τῷ πεῖ τὸ εἶ, τὸ αὐτεῖ.* — Ibid. 335, 1 ex Heraclide: *ἐκ τοπικοῦ γὰρ ἐπιῤῥήματος τοῦ οὗ ἀπετελεῖτο Δωρικὴ μετάληψις ἡ εἶ, ὁμοίως τῷ ποῦ καὶ πεῖ, αὐτοῦ — αὐτεῖ.* — Theogn. in Ann. Oxx. II, 159, b (Ann. Bekk. 1404). *τὰ Δωρικῶς παρηγμένα καὶ περισπᾶται καὶ διὰ τῆς ει̅ διφθόγγου γράφεται· τουτεῖ, τινεῖ* (Bekk. recte *τηνεῖ*), *αὐτεῖ, ἐκεῖ*, quod minus recte additur. — Ann. Oxx. I, 71, 33. *τὸ τηνεί, τουτεί, αὐτῆ* (leg. *αὐτεῖ*) *ὡς Δωρικὰ περισπᾶται.* — Joann. Al. 36, 32. *περισπώμενα δὲ τοπικὰ Δώρια τηνεῖ, τουτεῖ, πεῖ, αὐτεῖ* (leg. *αὐτεῖ*) et 32, 14 *ποῖ* (leg. *πεῖ*) *εἶ· εἶτα τὸν χείραγχαν, Σώφρων, πεῖ γὰρ ἄσφαλτος.* — J. Gr. 243, b, Meerm. 658, Gr. C. 351 *τὸ αὐτοῦ αὐτεῖ.* — — J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 364 *τὸ ταύτας τούτας*, quae e *ταύτῃ τουτεῖ* corrupta videntur vid. §. 33, 2. — Ammon. de diff. p. 121. *πῦς* (leg. *ποῖς*) *καὶ ποῖ* (leg. *πᾷ*) *καὶ πεῖ καὶ πῶ διαφέρει παρὰ Δωριεῦσι· τὸ μὲν γὰρ πῦς καὶ ποῖ τὴν εἰς τόπον σημασίαν δηλοῖ· τὸ δὲ πεῖ τὴν ἐν τόπῳ· τὸ δὲ πῶ τὴν ἐκ τόπου· ὥσθ' οἱ Δωρίζοντες καὶ λέγοντες πεῖ πορεύῃ ἁμαρτάνουσι· δέον γὰρ πῦς πορεύῃ· τὸ γὰρ πεῖ τὴν ἐν τόπῳ σχέσιν δηλοῖ. Σώφρων· πεῖ γὰρ ἄσφαλτος, ποῖος εἰλισκοπεῖται ἀντὶ τοῦ ποῦ. ὅταν δ' εἰς τόπον θέλῃ εἰπεῖν, φησί· πῦς εἰς μυχὸν καταδύῃ ἀντὶ τοῦ εἰς τίνα μυχόν.* Ibidem p. 118 corruptissime: *ποῖ καὶ ποῦ παρὰ τοῖς Δωριεῦσι τὴν εἰς τόπον σημασίαν δηλοῖ· πῇ μὲν τὴν ἐπὶ τόπῳ, ποῦ δὲ τὴν ἐκ τόπου.* — Hesych. *τεῖδε* (cod. *τείδαι*), *ἐνθάδε.*

Nunc pauca ejus generis in titulis reperiuntur: Corcyr. 1841. 1843. 1844 *ἀναθέμεν, ὀπεῖ κα δοκῆ προβούλοις, προδίκοις καλῶς ἔχειν*, ubi Boeckhius non debebat minusculis *ὅπῃ* edere; inde corrigas Corcyr. 1845, 143, ubi eadem formula in hunc modum corrupta est: *ἀναθέμενον ποι καδοκηι προβούλοις καὶ προδίκοις καλῶς ἔχειν* (Boeckh. *ἀναθέμεν ὅποι κα δοκῇ*). In Anaphaeo Rossii nr. 1 (C. I. nr. 2477) l. 11 est *ὀπεῖ* (C. I. minus recte *ὀπῇ*) et l. 13. 19 *(ὀ)πεῖ*, l. 19 *αὐτεῖ*. Deinde apud Sophronem leguntur *πεῖ* fr. 35, *εἶ* fr. 86, apud Epicharmum fr. 19 *τηνεῖ*. Apud Theocritum adverbia ejus generis haec vel recepta sunt vel e libris recipienda:

τηνεῖ I, 106. II, 98 bis, IV, 35. V, 45. 97. XI, 45, sed IV, 95. V, 45 et II, 98 priore loco haud ambigue locum in quem significat. Eandem adverbiorum permutationem mox in *τεῖδε* notabimus, neque aliarum linguarum usus abhorret, Anglicae potissimum, quae come here vel go there nunc accuratioribus locutionibus come hither et go thither praeferre solet.

τουτεῖ V, 33 (id enim bonis libris ducibus pro *τηνεῖ* reponi oportet), ibid. 45. 103.

τεῖδε e paucis bonis libris Meinekius recepit V, 32 *τεῖδ' ὑπὸ τὰν κότινον — καθίξας*, VIII, 40 *τεῖδ' ἀγάγῃ*, utrobique pro huc, recipi jussit I, 12 *τεῖδε καθίξας*. Mira ejusdem vocis forma *τεῖνδε*, quae in scholiis ad V, 32 Dorica esse dicitur pro *ἐνταῦθα*, a Meinekio e quibusdam libris recepta est V, 118: eadem pro varia lectione est V, 32. VIII, 40 et praeterea V, 67, ubi Meinekius retinuit *τῇδε*, quod librorum auctoritate carere videtur (antiqua vulgata pro *τεῖδε* et *τεῖνδε* ubique est *τῇδε* vel *τῆδε*). Forma ista, nisi a librariis casu quodam ficta est, ad rusticam pronuntiationem revocanda esse videtur.

2) Severioris Doridis fontes idem adverbiorum genus in *η* vel *ῃ* terminant. Talia sunt in Cret. 2554, 56 *ὀπῇ* et l. 75 *κατὰ τὼς ταυτᾷ νόμως τὼς ἑκατερῇ κειμένως*; Cret. 2556, 20. 26. 28 *κατὰ τὸς νόμος τὸς ἑκατερῆ κειμένος*, l. 77 *οἱ ἐνεστακότες ἑκατερῇ Κόσμοι* (B. Dorici

accentus proprietatem non expressit); illinc restituas adverbium *ἑκατερῇ* in Cret. 2554, 54 *οἱ πρείγιστοι οἱ ἐπὶ εὐνομίας ἑκάτεροι ἐρευνέοντες καὶ ὀρθμίζοντες.* — In Epimenidis, quae fertur, epistola ad Platonem Diog. Laert. I, 113 haec leguntur: *ἀλλ' ἕρπε ἐς Κρήτην. τουτᾶ γὰρ οὐκ ἐσεῖταί τοι δεινὸς ὁ μόναρχος· αἰ δέ πη πλατείη ἐγκύρσωντί τοι τήνω τοὶ φίλοι, δειμαίνω μή τι κακὸν πάθῃς.* Pro librorum et antiquarum editionum lectione *πλατείη* vel *πλατείῃ* Huebnerus Valckenarii conjecturam *ἐπ' ἀλατείᾳ* recepit; nos haud cunctanter restituimus *αἰ δέ πη πλατίη*, sicubi in vicinia, ut sit adverbium loci a Dorico *πλατίος* pro *πλησίος*. Ibidem pro *τουτᾶ* corrigi oportere videtur *τουτῇ*; neque enim adverbii loci in quem agnosci posse infra videbimus. — Deinde epigramma Laconicum legitur apud Pollucem IV, 102 *χίλιά ποκα βίβαντι πλεῖστα δὴ τῶν πήποκα* i. e. plura quam usquam et unquam. Meinekius ad Theocr. VIII, 64 corrigi jubet *πάποκα*, quae vox esset pro vulgari *πώποτε* vid. infra nr. 6. Librorum tamen lectionem et Hesychii glossa *πηι, πόκα* tuetur, quam *πήποκα* scribendam esse et interpretamentum intercidisse Toupius intellexit; deinde librorum consensus apud Theocritum VIII, 34 *πῇ ποκα* praebentium, quod Wintertono demum auctore in *πᾶ ποκα* vel *πάποκα* mutatum est; postremo XI, 64 pro vulgata *πά ποκα* (recc. *πᾶ ποκα, πᾷ ποκα, πάποκα*) e paucis bonis libris *πῇ ποκα* enotatur. Apud eundem Theocritum *τῆδε* vel *τῇδε* in locis supra notatis olim vulgabatur pro *τεῖδε* et *τεῖνδε*, praeterea in nonnullis melioribus libris pro *τᾷδε* conspicitur V, 50 et XV, 118, quibus in locis hic postulatur, non huc; item *πῇ* in bonis quibusdam libris est pro *πᾶ* I, 66, ubi utrumque tolerari potest; postremo *ὅπη*, ubi, est XXVII, 43 in carmine incertioris vel dialecti vel lectionis. Haud parva igitur librorum auctoritate Theocrito etiam severioris Doridis formae in *η* exeuntes vindicantur, quanquam *τηνεῖ* et *τουτεῖ* nusquam mitiorem Syracusanorum relinquunt. Quid de reliquis judicandum sit, nunc accuratius disquirere

non vacat. — In antiquo epigrammate Megarico C. I. nr. 1050, quod recenti tempore restitutum est, *τῇδε* legitur, quod pro antiquo *τεῖδε* in restitutione male scriptum esse, Boeckhius recte suspicari videtur. — Ceterum haec severioris Doridis adverbia rectius iota subscripto carere videntur; quum enim reliquis fontibus parum fidei habere liceat, in titulo digniore cui confidatur Cret. 2556 ter *ἑκατερῆ* scriptum est, semel *ἑκατερῇ*.

3) Singulares eorundem adverbiorum formae quaedam e Cretica dialecto apud Hesychium afferuntur: *ιῶϊ, ᾧδε· Κρῆτες*, quam glossam, nisi Cretensium nomen additum esset, ad Lesbios referremus vid. L. I §. 29, 3; similem Creticam vocem *τυῖδε* fortasse in corrupto Procli loco [2]) detegere licet. Deinde *κηρούει, ἐκεῖ· Κρῆτες*, cui compares *κηνούει, ἐκεῖ* et *κηνῶ, ἐκεῖ* (nisi forte hic *ἐκεῖθεν* corrigere oportet), quae docent *κηνούει* a Dorico *κῆνος* Creticum habendum esse aut potius *κηνοῦϊ*, si quid videmus.

Argivis *ποῖ* pro *πόθι* tribui videtur [3]), quae terminatio horum adverbiorum Lesbiacae quoque dialecto non ignota fuisse videtur. Eadem legitur in oraculo Tirynthiis dato, quod valde corruptum apud Stephanum de urbb. s. v. *Ἁλιεῖς* extat: *ποῖ τυ λαβὼν* (fort. *λάβω*) *καὶ ποῖ τυ καθίξω καὶ ποῖ τὺ οἴκησιν ἔχων Ἁλιέα τε κεκλῆσθαι.* At *ποι* in foedere Argivorum Thuc. V, 79 locum in quem indicare videtur vid. nr. 6.

4) Vides quanta sit in his adverbiis terminationis varietas. Sed et haec et quae sunt in reliquis dialectis

---

2) Procl. ad Hesiod. Opp. 635 (*ὅς ποτε καὶ τῇδ' ἦλθε*): *δηλοῖ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ τῇδε οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ τῇδε καὶ ἐνταῦθα. καὶ οἱ λεξόγραφοι Κρητῶν εἶναι τὴν φωνὴν ἀπέγραψαν.* Apparet Proclum nec τῇδε nec τῇδε, quae forma parum cum illa differt, ante oculos habuisse.

3) Et. M. 678, 44. *ποῖ παρὰ Ἀργείοις ἀντὶ τοῦ ποτί, ἀφαιρέσει τοῦ τ, εἶτα συνόδῳ. περὶ παθῶν.* Recte Sylburgius *πόθι* pro *ποτί* postulare videtur; item Apollonius *ἔνδοι* ex *ἔνδοθι* factum dicit, vid. not. 4.

ad communem fontem revocanda esse censemus. Antiquissima enim terminatio *Fι* fuisse videtur vel, vocali praemissa, *οFι*. Hinc primum facile nata est Latina terminatio bi (ibi, ubi, utrobi) et Graeca *φι*, quae in *αὐτόφι* aliquoties apud Homerum servata est; hinc per aspiratarum permutationem, cui favebat adverbiorum in *θεν* analogia, usitatior terminatio *θι* prodiit, *πόθι*, *αὐτόθι*. Deinde *Fι* facillime transiit in Lesbiacum *υι*, ubi teste Prisciano *υ* pronuntiatum est sicut u in suavis, quae terminatio item in Cretico *τυΐ* conspicitur; neque aliter ex *οFι* factum est *ουι* in Cretico *κηνουΐ*. Diphthongus *υι* quam vergat in *υ* et *οι*, quae sunt terminationes Lesbiacae, haec etiam Dorica, conspicuum est; e Cretica terminatione *ουι* facillime vulgarem *ου* derivaveris. Paullo magis ab antiqua forma recessit Dorica terminatio *ει*; compares tamen *γλυκεῖα*, quod pro *γλυκFια* esse apparet, et Doricum *ἐοικεῖα*, quod est pro vulgari *ἐοικυῖα*, Ionico *ἐοικοῖα*. Difficillima autem ad explicandum est severioris Doridis terminatio *η*, neque, quum iota huic adverbiorum generi ab origine inhaereat, reliquis, in quibus severior Doris *η* pro vulgari *ει* habere certius cognoscitur, nisi dubitanter comparari potest.

5) Quae adverbia modo enumeravimus, omnia a pronominibus descendunt, una Epimenidea voce *πλατίη* excepta. Similia tamen sunt adverbia quaedam, item multiformia, quae a praepositionibus *ἐν* et *ἐξ* derivantur. Eo pertinent primum Hesychii glossae *ἐνύει, ἔνδον· Λάκωνες* et *ἔξει, ἔξω· Λάκωνες*. Illud ex *ἐντεῖ* corruptum videtur; utriusque terminationem miramur, si *πεῖ*, *τεῖδε* etc. jure a Laconica dialecto aliena putantur. — Deinde constat de *ἔνδοι* et *ἔξοι* apud Syracusanos [4]) pro *ἔνδον* et *ἔξω*, quo-

4) Et. M. 663, 28. *οἱ Συρακούσιοι ἔξοι λέγουσι — τὸ ἔνδον ἐνδοῖ λέγουσιν ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ· ἐνδοῖ Πραξινόα.* — Eustath. 140, 13 et Ann. Oxx. III, 397, 8. *ἁρμοῖ Συρακουσίων ἓν κατὰ τὸν τεχνικόν — κατὰ τὸ ἔξω ἐξοῖ καὶ ἔνδον ἐνδοῖ παρὰ Θεοκρίτῳ.* De Siculorum *ἔνδοι* vid. §. 14 not. 1. — Gr. C. 367 *ἐνδοῖ* Doricum dicit Theocritum

rum illud legitur apud Theocritum XV, 1. 77 et Callimach. in Cer. 77. De accentu inter antiquos grammaticos disceptatum est. Apollonius et Herodianus penultimam acui jubent, ut in ἔνδον et ἔξω; alii ultimam circumflexerunt propter reliquorum adverbiorum locativorum in οι analogiam, quorum sententiam magis probamus. — Postremo Dorica et Syracusana afferuntur ἔνδος et ἔξος [5]), quae fortasse ex ἔνδοθι et ἔξοθι facta sunt, ut δός e δόθι. Ipsum ἔνδοθ' traditum est Epich. 9. In fragmento, quod Sophroni e conjectura dedimus, fr. 27. b sunt ἔνδον et ἔξω.

Adverbia, quae huc pertineant, a substantivis derivata pauca quaedam extant: Ἰσθμοῖ Timocr. 1 secundum vulgarem usum, ἐν Πριανσιοῖ Cret. 2556 et ἐν Ἰσθμοῖ Simonid. fr. 209, praepositione casum locativum arguente vid. §. 29, 2, postremo πεδοῖ vel πέδοι (de accentu item disceptatur, ut in ἐνδοῖ) [4]) Aeschyl. Prom. 272, quam vocem Aeschylum e Sicilia accepisse suspicamur; ceterum pro πέδονδε est.

6) Nonnulla adverbia locum ubi designantia, quae a praepositionibus descendunt, quum vulgo in θεν vel θε terminentur, apud Dorienses ut apud Aeoles in θα exeunt [6]). Afferuntur ejus generis a grammaticis πρόσθα,

---

respiciens. — Apollon. 610, 20. ἔνδοι — ὅπερ ἐν χρήσει Συρακουσίοις καὶ Αἰολεῦσίν ἐστι, γενόμενον ἐκ συγκοπῆς τοῦ ἔνδοθι. — ἐβαρύνετο εὐλόγως καὶ τοπικὸν ἦν (ὂν?). οὐκ ἀγνοῶ μέντοι γε, ὅτι τινὲς τὸ ἐνδοῖ πειράζουσα περιέσπασαν τῷ λόγῳ τῶν εἰς οῖ ληγόντων ἐπιῤῥημάτων. — Joann. Al. 36, 7. τὰ δὲ ἀπὸ βαρυτόνων βαρύνεται, ἔξω ἔξοι, πέδον πέδοι· πέδοι δὲ βᾶσαι· Αἴσχυλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ, ἔνδον ἔνδοι· ἔνδοι Πραξινόα· ὁ Θεόκριτος, οἶκος οἶκοι.

5) Theogn. Oxx. II, 162, 9 de ἔνδον: λήγει δὲ καὶ εἰς δος· ἔνδος γὰρ λέγεται πολλάκις καὶ ἔνδοι. Ibid. 164, 10 de adverbiis in ος: τὸ γοῦν ἔνδος, ἔξος βαρύτονα Δώρια. — Ann. Oxx. I, 345, 1 de adverbiis in ος: παρὰ δὲ Συῤῥακουσίοις τὸ ἔξος καὶ τὸ ἔνδος.

6) Apollon. de adv. 563, 19 — 601, 16 — 606, 16 (vid. L. I §. 29 not. 1. 3). — Macrob. II p. 310 Bip. „Δωριεῖς τὸ πρόσθεν

ἔμπροσθα, ἔνερθα, ὕπερθα, ὄπισθα, quorum pars inter Doricam et Lesbiacam dialectum ambigua est. Deinde leguntur in tabb. Heracl. B, 17. I, 39 ἄνωθα et I, 9. 52 ἔμπροσθα. Eodem pertinent Hesychii glossae Laconicae: ἐξέσας, ἔξωθεν· Λάκωνες, ubi cum Hemsterhusio ἔξεσα i. e. ἔξεθα corrigendum esse satis evincit altera glossa aeque Laconibus vindicanda ἔντεσα, ἔσωθεν i. e. ἔντεθα, ἔντοθεν, ἔντοσθεν. Simul vocalis mutationem inesse vides. Similis glossa ἔξουθα, ἐκτός i. e. ἔξωθεν propter ω in ου mutatum Thessalica haberi possit. — Contra ἄπωθεν certa emendatione nostra Epicharmo restitutum est fr. 153, neque eas formas, quae post ν ascitum α in ε mutant, a Doride alieniora fuisse existimamus quam a Lesbiaca dialecto cf. L. I §. 29, 2. — Ceterum ab hoc adverbiorum genere ea diversa esse, quae cum significatione loci unde per terminationem θεν etiam apud Lesbios et Dores a nominibus et pronominibus ducuntur, ibidem et infra nr. 10 docetur. Ea, quae modo commemoravimus, a praepositionibus descendunt, ut quae in lingua Sanscrita praepositionibus suffixum stāt addunt: avastāt, ὄπισθεν ab ava — uparischtāt, ὕπερθεν ab upari. Jam intelligis inter Graecas suffixi formas antiquiorem esse σθα vel σθεν, recentiorem θα vel θεν, eaque suffixa variis vocalibus cum praepositionibus jungi solere.

7) Locum in quem teste Ammonio (vid. not. 1 extr.) significant πῦς, cujus exemplum e Sophrone addit fr. 91, et ποῖ. Hujus in locum πᾷ restituendum esse mox docebimus; de altera adverbiorum forma Dorica nemo praeterea antiquus quidquam tradit, sed ποῖς corrigendum esse et omnino Doridem terminatione οις pro vulgari οι usam esse liquidissime docent tituli Delphici nr. 1699. 1703. 1705. 1706, ubi forma ἀποτρέχουσα οἷς

πρόσθα dicunt καὶ τὸ ἔνθεν ἔνθα", quorum hoc minus recte inter Dorica refertur.

κα θέλῃ repetitur i. e. quo voluerit. Item apud Hesychium pro ἀμύς, ὁμοῦ, σὺν αὐτῷ fortasse corrigere licet ἁμοῖς, ὁμοῦ, quum οι et υ apud Hesychium promiscua sint. In ejusdem glossa ὕςειμι, ἐκεῖ βαδίζω, initium mutilum esse videtur; fortasse κήνοις εἶμι aut τήνοις εἶμι scriptum erat. Dubium ex omni parte est ἀλλῦς, quod apud Theognostum Ann. Oxx. II, 164, 10 (Bekk. 1316) inter adverbia in υς exeuntia sine dialecti vel potestatis significatione commemoratur. Attica adverbia in οι sigma abjecto ex antiquioribus illis formis, quas Doris servaverat, nata esse apparet, nec ποι, quod in foedere Argivorum legitur Thuc. V, 74 αἰ δέ ποι στρατείας δέῃ, damnaverimus, quum enclitica vox breviorem formam facilius assumere potuerit cf. infr. nr. 13. Ceterum ποῖς e πόσε factum existimaverim.

8) Frequentius vel commemorantur vel leguntur adverbia in ᾳ, quae quum ab Apollonio [7]) juxta atque vulgaria in ῃ locum in quem describere referantur, haud raro locum ubi indicare videntur. Itidem adverbia in ῃ inter utramque notionem ambigua esse constat et Hermannus ad Eurip. Herc. fur. 1236 et ad Vig. p. 789 ποῖ et πῇ ita differre dixit, ut ποῖ motum notet, qui fit versus aliquem locum, πῇ simul et motum talem et quietem isto in loco, quo quis tendit. Nos discrimen, quod intercedit inter Attica ποῖ et πῇ, Dorica ποῖς et πᾷ, paullo aliter definiendum censemus ita: ποῖ et ποῖς motum notant, quo aliquid ad alium locum defertur; πῇ et πᾷ, quorsus, quam partem versus, *nach welcher Seite hin*, regionem describunt, quo aliquid conversum est vel quum movetur vel quum suum locum immutatum tuetur.

---

7) Apollon. de adv. 625, 10. τὰ διὰ τοῦ ῆ (leg. ῇ) ἐκφερόμενα τροπὴν μᾶλλον τὴν διὰ τοῦ ᾶ παραδέχεται ἢ τὴν διὰ τοῦ εῖ, πάντη πάντα, ἄλλη ἄλλα (leg. παντᾷ et ἀλλᾷ), quibuscum confer p. 616, 13, ubi πῇ et p. 624, 31, ubi ῇ locum in quem significare dicuntur. — Et. G. 464, 44. πῇ — οἱ Δωριεῖς διὰ τοῦ ᾶ ἀντὶ τοῦ ποῦ ἢ πότε (leg. ποῖ ἢ πόσε).

Quae definitio quam sit in Doricis certe particulis vera, mox videbimus. Praeterea Dorica adverbia in *ᾳ* cum vulgaribus in *ῃ* eam significationem communem habent, ut nihil fere ab adverbiis in *ως* diversa rationem et modum notent; multo tamen apud Dorienses eum usum latius patere demonstrabimus.

Aliae dubitationes horum adverbiorum formam tangunt. Primum Apollonius et alii adverbiis in *α* iota adscribi docent [8]; quod quum in codicibus et editionibus saepissime negligatur, in titulis Doricis ubique accuratissime servatur. Neque iota, in parte saltem illorum adverbiorum, grammaticorum praeceptis deberi, sed e summa antiquitate acceptum esse, vox *χαμαί* docet, quam cum illis cognatissimam esse apparet. Ultimam in *παντᾷ*, *ἀλλᾷ*, *ὁπᾷ* a Doriensibus circumflexam esse supra docuimus §. 3, 10. Lysistratae, Pindari et Theocriti codices Doricam tonosin servare solent in *παντᾷ*, negligunt in reliquis.

Jam istorum adverbiorum in titulis haec exempla reperiuntur: Heracl. I, 93 *πεντεκαίδεκα ποδῶν παντᾷ* i. e. quoquoversus, I, 93 (*ὅρως*) *τέτορας ἀπέχοντας ἀπ' ἀλλάλων ᾇ μὲν τριάκοντα πόδας, ᾇ δὲ Fίκατι* i. e. in alteram partem — in alteram; Corcyr. 1907 in epigrammate metrico mixtae dialecti *ᾇ μέν — ᾇ δέ* translato sensu qua — qua, *einerseits — anderseits;* Corcyr. 1845, 128 *εἰ δέ τις προστατήσαι εἰς ἄλλο τι καταχρησθῆμεν ἢ καταχρήσαιτο ἀλλᾷ πᾳ*, ubi *ἀλλᾷ πᾳ* potestate nihil fere differt ab *εἰς ἄλλο τι* aut ab *ἄλλως πως*; Astyp. 2483 *ἀνάθημα ἀναθέμεν ὁπᾷ κα χρήζῃ τᾶς ἀγορᾶς* (in Corcyraeis titulis supra nr. 1 *ὁπεῖ* ad simillimam formulam adhibitum vidimus); Cret. 2554, 75 *τὼς ταυτᾷ νόμως* leges huc spectantes, ibidem in finium descriptione l. 110 *ἐς τὰν*

---

8) Apoll. de adv. 625, 1. *τῇ καὶ πευστικῶς τὸ πῇ καὶ ἔτι τὸ ἀοριστωδῶς ὅπῃ, προστιθεμένου τοῦ ῑ, καθὼς καὶ ἡ παράδοσις ὁμολογεῖ.* — Choeroboscus in Et. M. 78, 25 iota instrui jubet *ἄλλῃ, πάντῃ, κρυφῇ, σπουδῇ, εἰκῇ, ὅπῃ, πῇ.*

ἄλλαν πέτραν, *ᾇ ἁ ταινία* et l. 144 *περιαμπέτιξ*, *ᾇ αἱ στεφάναι* — *κὴς τὰν Αἴγιρον*, *ᾇ αἱ στεφάναι*, ubi *ᾇ* est quam partem versus ab *εἶ*, *οὗ* non ita diversum; Cret. 3053 *ὀπᾷ ὧν ἰσᾶντι*, ubi *ὀπᾷ* est pro *ὅπως*, *ἵνα*, qua potestate nescio an *ὅπῃ* nunquam utatur. Postremo *ᾇπερ* i. e. *ὥσπερ* Amph. 1688 l. 15 recte a Boeckhio pro *εἴπερ* restitui videtur.

Apud Epicharmum et Sophronem nulla ejus generis adverbia leguntur praeter *ὅμα*, rectius *ὁμᾷ* Sophr. 92, quod pro *ὁμῇ*, de quo vide Jacobs. Anth. Pal. p. 31. 575, *ὁμῶς* esse videtur.

Multa sunt in Lysistrata (iota saepe neglecto):

πᾷ: v. 980 *πᾶ τᾶν Ἀσανᾶν ἐστὶν ἁ γερωχία* i. e. quam partem versus, *nach welcher Seite hin*, quo eam, ut senatum inveniam, v. 171 pro *πῶς*.

πᾳ indefinitum v. 155, ubi Dindorfius barbaram nonnullorum librorum formam *πο* probavit; *οὔπα* v. 1160 pro *οὔπῃ* vel *οὔπω*, quod ex *οὔπως* natum est. Ceterum fluitans harum vocularum potestas efficit, ut utroque in loco *πα* pro *ποτε* dictum videri possit.

ὀπᾷ: 1080 *ὅπα σέλει* i. e. *θέλει* et 1188 *ὅπα τὺ λῇς* pro *ὅπως*; 118 *ὅπα μέλλοιμί γ᾽ εἰράναν ἰδεῖν* pro *ὅπως*, *ἵνα*.

τᾷδε 180 i. e. *ὧδε*, *οὕτως*.

ᾇ 1319 pro *ὡς* et eodem sensu *ᾇτε* 1308, si nunc recte legitur [9]), et *ᾇπερ* 84. 1000. 1003. 1255. 1312.

παντᾷ (editur *παντᾶ*) 169. 180. 1013. 1081. 1096 pro *πάντως*.

In foederibus apud Thucydidem V, 77 est *βουλευσαμένους ὀπᾳ κα δικαιότατα δόξῃ τοῖς Πελοποννασίοις* et V, 79 *βουλεύεσθαι* — *ὀπᾳ κα δικαιότατα κρίναντας τοῖς ξυμμάχοις* i. e. pro *ὅπως* eo sensu, quo *ὅπῃ* usurpatum esse nescio. In Acharnensibus v. 696 est *ᾇπερ* pro *ὥσπερ*.

9) Legitur nunc *ᾇτε πῶλοι δ᾽ αἱ κόραι πὰρ τὸν Εὐρώταν*, quum pro *δ᾽ αἱ* olim *ταί* vulgaretur, quare nescio an scribendum sit: *ᾇ δὲ πῶλοι ταὶ κόραι*.

698 *αἴ γ' εὕρητέ πα* pro *πῃ, πως*, 714 *ἐγὼν δὲ καρυξῶ Δικαιόπολιν ὅπα* pro exhortativo *ὅπως*.

Apud Pindarum leguntur: Isthm. V, 56 *πα* encliticum, *ὅπα* Ol. XI, 10. 11 (utrumque, nisi fallimur pro exhortativo *ὅπως*), ibid. 58 pro *ὅπως*, quod eodem sensu sententiam continuat, N. III, 24 pro *ὅπῃ*, quorsum; *ᾇ τάχος* Ol. VI, 23 pro *ὡς τάχος*; *πολλᾷ* pro *πολλαχόσε* Ol. VIII, 23; *παντᾶ* pro *πάντῃ* saepe.

Apud Theocritum haec sunt:

πᾷ, quo II, 19. VII, 21. XI, 72. Ita accipe etiam II, 1 *πᾷ μοι ταὶ δάφναι* et XV, 33 *ἁ κλὰξ τὰς μεγάλας πᾷ λάρνακος*, eodem sensu, quem supra in Lysistr. v. 980 inesse diximus.

πα encliticum I, 59. 63. IV, 3. VII, 149. 151; idem XI, 28 pro *πω* e libris restituendum est. De *πάποκα* vide supra nr. 2.

τᾷδε II, 101, huc. Praeterea a Meinekio retentum est I, 12, ubi ipse in annotatione *τεῖδε* praefert, et V, 67, ubi libri omnes *τῆδε* aut *τεῖνδε* habere videntur vid. nr. 1, deinde V, 50. XI, 118, ubi fortasse e bonis libris *τῆδε* aut e conjectura *τεῖδε* reponendum est, quum motus significatio vix ferri possit vid. nr. 2.

ταυτᾷ ἔχει XV, 18 i. e. *οὕτως ἔχει* recte a Reiskio e meliorum librorum vestigiis, qui *ταῦτ' ἔχει* pro *ταῦτά γ' ἔχει*, proponi videtur; nam vocalium ratio in *τουτᾶ*, quod ex Epimenide supra nr. 2 attulimus, incredibilis est.

ᾇ, quo XIII, 70. XIV, 42; *ᾇ τὰ Λύκωνος* II, 76 i. e. quam partem versus, item I, 22 *ᾇπερ ὁ θῶκος*, I, 13, V, 101 *ᾇ τε μυρῖκαι* (ea enim genuina est lectio). Sed IV, 33 (*τὸ Λακίνιον, ᾇπερ ὁ πύκτας Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάσδας*) necessarium videtur *εἴπερ*. Pro *ὡς* est in *ᾇ τάχος* XIV, 68.

παντᾷ pro *πάντῃ* I, 55. VIII, 41. XV, 6.

ἄλλᾳ II, 6. 127, alio.

αὐτᾷ i. e. *αὔτως*, eodem modo, restituimus XIV, 1 e meliorum librorum vestigiis vid. §. 32. 4.

9) Postremo omnibus, quae in fontibus minus etiam

puris leguntur, praetermissis, voculam ᾗχι addimus, de qua dubitatio est paullo gravior. Dionysius enim grammaticus, qui e Dorico ἆχι colligit ἦχι sine iota scribendum esse [10]), illud quoque iota carens invenit; contra Apollonius de adv. 624, 24, qui ᾗχι scribit [10]), non minus ἆχι praetulerit. Idem ᾗχι docet τὴν εἰς τόπον σχέσιν significare; quo jure, non intelligimus, quum apud Homerum ei voculae apertissime loci in quo significatio insit. Nec facile ad illam trahi possunt Dorici ἆχι exempla, quae e poëta anonymo, fortasse Callimacho, afferuntur [10]). Itaque eo inclinamus ut Apollonium non recte ᾗχι per paragogen ab ᾗ ducere judicemus, rectius Aristarchum et Dionysium iota aspernari, qui haud dubie potestatem locativam in terminatione χι inesse putarunt. Ea vero vocula ἦχι vel ἆχι non minus solitaria et originis obscurae est quam ἵνα.

10) Rectius ad adverbia in ᾳ modo commemorata alia quaedam retuleris, quae pro vulgaribus in α correptum exeuntibus esse videntur vid. §. 3, 11. Primum Doricum ἁμᾶ, quod pro ἅμα vel ὁμοῦ esse putatur, accuratius ab Herodiano pro ἁμῇ esse dicitur, quae forma nunc non legitur nisi cum potestate indefinita in ἁμῇ γέ πῃ (eandem enim stirpem duplicem significationem assumpsisse, recte Buttmannus intellexit Gramm. II p. 361) et ab origine i n u n u m significat sicut ἄμυδις, deinde non minore jure quam hoc u n a. Jam apparet rectius iota adscribi, de quo veteres grammatici dubitabant vid. §. 3 not. 20. Apud Callimachum Lav. Pall. 75 ἁμᾶι editur parum recte. — Deinde κρυφᾶ, quod rectius κρυφᾷ scripseris, potius Doricum est pro κρυφῇ quam pro κρύφα;

---

10) Scholl. A. Il. α, 607. Ἀρίσταρχος τὸ ἦχι χωρὶς τοῦ ῑ γράφει. παρατίθεται δὲ ὁ Διονύσιος τοὺς Δωριεῖς λέγοντας ἆχι, cf. Scholl. B. L. — Et. M. 417, 1. ἰστέον ὅτι τὸ ἦχι τὸ γενόμενον ἐπεκτάσει τῆς χι συλλαβῆς ὡς τὸ ναί, ναίχι, οἱ Δωριεῖς ἆχι λέγουσι διὰ τοῦ ᾱ· ἆχι Λίχα μέγα σᾶμα· — τουτέστιν ὅπου τοῦ Λίχα τὸ μέγα μνημεῖον· καί· ἆχι ὁ κλεινὸς Ἀμφιτρυωνίδης (leg. Ἀμφιτρυωνιάδας).

conferas *κρυφάδις*, quod commemorant Theognost. Oxx. II, 163, 22 et Joann. Al. 38, 27 i. e. *insgeheim.* Nec minus *διχᾶ* et *τριχᾶ*, rectius *διχᾷ* et *τριχᾷ*, sunt pro *διχῇ* et *τριχῇ* in duas et tres partes aut, si malueris, eodem sensu ac *διχῶς* et *τριχῶς*.

11) Adverbia a substantivis per suffixum *δε* derivata non reperimus in fontibus Doricis praeter *οἴκαδε* Thucyd. V, 77. Contra pro *οἴκαδε* Doricum dicitur *οἴκαδις* a J. Gr. 243, b, *οἴκαδες* a Gr. C. p. 364 et (ubi Acharnenses spectantur) p. 230, item *οἴκαδες* Et. M. 617, 24 in recentiore additamento. Dialecto non nominata *οἴκαδις* proparoxytonon inter adverbia in *δις* commemoratur a Theogn. Oxx. II, 163, 22. Legitur *οἴκαδις* Acharn. 708 (ubi lemma scholiastae *οἴκαδες*) et 745; Epicharmo fr. 19 ex *οἴκαδ᾽ εἰς*, quod est in Athenaei codice P et editionibus VL, Heringa *οἴκαδες* restitui jussit, Dindorfius *οἴκαδις* dedit. Recte hic, si quid videmus; nam *οἴκαδες* in scholiis Aristophanis calami lapsu scriptum et inde ad Gregorium et in Etymologicum magnum propagatum esse videtur. Doricam terminationem *δις*, quam extra Doridem in *χαμάδις*, *ἄμυδις*, *ἄλλυδις* et aliis apparet, tuentur etiam, quae Dorica vocantur, *χαμάνδις*, *ἀγράνδις*, *Ὀλυμπιάνδις* [11]). Quaeritur, quomodo eae formae, quae *ν* pleonasticum habere videntur, explicari possint. In *Ὀλυμπιάνδις* apparet suffixum *δις* accusativo additum esse, sicut *δε* in *οἰκόνδε*, *ἅλαδε*, *Τροίηνδε*; item *χαμάνδις* ad obsoletum substantivum *χαμά* (cf. Buttm. II p. 351) revocare licet. Refragatur *ἀγράνδις*, quod pro *ἀγρόνδε* esse putant vel pro *ἄγραδε*, quod Callimachus (vid. Buttm. II p. 351, ubi Lobeckius minus probabilia adnotavit) contra justam analogiam finxisse videtur; neque enim de nominativo *ἀγρά* pro *ἀγρός* cogitari potest. Itaque suspicamur hanc vocem ex *ἀγοράνδις* i. e. *ἀγορήνδε* corruptam

---

11) Theogn. Oxx. II, 163, 31 (Bekk. 1303). *τὰ εἰς δις ἐπιῤῥήματα ἔχοντα πρὸ τοῦ δ τὴν αν συλλαβὴν διὰ τοῦ ι γράφεται καὶ Δώριά ἐστιν, οἷον χαμάνδις, ἀγράνδις, Ὀλυμπιάνδις.*

esse. Ceterum *οἴκαδις* ut *οἴκαδε* item ad accusativum *οἶκα* ab obsoleto nominativo *οἶξ* referri oportet.

12) Adverbia locum unde indicantia grammaticis [12] testibus in *ω* circumflexum exeunt pro vulgari terminatione *οθεν* vel *ωθεν*. Exempla afferuntur *πῶ*, *τουτῶ*, *αὐτῶ*, *τηνῶ*. De accentu consentitur; nam, quod Apollonius contra ipsius disertum praeceptum *τουτώ* scripsisse fertur in Et. M. 773, 18 [12], ad corruptelam revocandum est.

Nunc ejus adverbiorum generis haec exempla leguntur: Cret. 2554 in finium descriptione l. 112. 121. 123. 163 *τουτῶ* (Boeckhius parum recte *τούτω* scripsit et *ἐκ* e

---

12) Apollon. de adv. 604, 3. *τα τῷ ο παρεδρευόμενα παρὰ Δωριεῦσι τῶν ἐπιῤῥημάτων ἀπειράκις ἐν ἀποκοπῇ γίνεται τοῦ θεν καὶ ἐν μεταθέσει τοῦ ō εἰς ῶ, καθὼς προείπομεν, αὐτόθεν — αὐτῶ, αὐτῶ ὁρῇς Φύσκα, τουτόθεν — τουτῶ, τουτῶ θάμεθα. τῇδε εἶχε καὶ τὸ πόθεν λεγόμενον οὕτως πῶ, πῶ τις ὄνον ὠνασεῖται*, cf. p. 622, 31, ubi eadem exempla, et p 598, 9. — Id. de pron. 99. A. *τὸ τουτῶ περισπώμενον ἐπιῤῥήματός ἐστι παραστατικόν, τουτῶ θάμεθα, Σώφρων.* — Et. M. 698, 40 (Et. Or. 137, 12). *τὰ τῷ ο παραληγόμενα ἐπιῤῥήματα ἀποκοπῇ τῆς θεν καὶ ἐκτάσει τοῦ ō εἰς ῶ γίνεται παρὰ Δωριεῦσι· οἷον αὐτόθεν αὐτῶ, τουτόθεν τούτω* (hoc om. Et. Or.). *οὕτω καὶ πόθεν πώ· καὶ παρὰ Σώφρονι* (*ἐν τοῖς Μίμοις* add. Et. Or.)*· πώ τις ὄνον ὠνάσηται;* (Et. Or. *ὀνασεῖται*) *ἀντὶ τοῦ πόθεν.* — Ann. Oxx. I, 245, 30. *πόθεν πώ· αὐτόθεν αὐτώ· τουτόθεν τουτώ· παρὰ Συῤῥακουσίοις οὕτως λεγόμενα.* — Et. M. 773, 18. *τῶ σημαίνει τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ τόπου. πολλά εἰσιν ἐπιῤῥήματα εἰς θεν λήγοντα, ἅτινα ἀποβάλλουσι τὴν θεν συλλαβὴν καὶ ἐκτείνουσι τὸ ō· οἷον πόθεν πῶ, αὐτόθεν αὐτῶ· καὶ γέγονε τούτῳ* (fort. *οὕτως καὶ γέγονε τὸ τῶ*)*· τοῦτο δὲ ὁ μὲν Ἀπολλώνιος ὀξύνει, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς περισπᾷ, λέγων ὅτι οὕτως ἔχει ἡ παράδοσις.* Apollonius non adverbia ista loci unde acuit, vid. supra, sed Homericum *τῶ* (nunc *τῷ*), quod alia ratione explicuisse censendus est. — Ann. Oxx. I, 163, 15. *εἰ δέ που περισπασθήσεται τὰ εἰς ῶ* (sc. *ἐπιῤῥήματα*) *Δώριά ἐστι.* — Ann. Bekk. 942, 29. *τὰ εἰς ῶ παράγωγα κοινὰ βαρύνεται, ἄνω, κάτω. πρόςκειται κοινὰ διὰ τὰ Δωρικά, οἷον τουτῶ, αὐτῶ, τηνῶ.* — Phot. s. v. *πώ μαλα: πῶ Δώριον ἀντὶ τοῦ πόθεν*, cf. de *πῶ* Ammonium supra not. 1 extr. — Hesych. *πῶ, ποῦ, ὅθεν, ὁπόθεν* (fort. *πῶ, πόθεν, ὁπόθεν*) et *τοῦτο* (leg. *τουτῶ*), *ἐντεῦθεν.*

praecedentibus suppleri jussit) et l. 158 *τῶδε*; in marmore Farnesiano saepe *τουτῶ* repetitur; *μηδέπω* i. e. *μηδέποθεν* restituimus Amph. 1688 l. 11. Apud Sophronem fr. 42 *τουτῶ*, 45 *αὐτῶ*, 89 *πῶ*; apud Theocritum III, 26 *ἐς κύματα τηνῶ ἀλεῦμαι, ὧπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς*, ubi *τηνῶ* pro vulgata *τῆνα* e codice P (*τήνω* 9) restitui oportet, accedente verissima scholiastae interpretatione *ἐκεῖθεν ἁλοῦμαι, ὅθεν ὁ Ὄλπις* etc., qui optime praeterea *ὧπερ* pro *ὅθενπερ* esse intellexit; III, 10 *τηνῶθε* (P. W. 9 *τηνῶ δὲ*) *καθεῖλον, ὧ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τύ*, ubi et *ὧ* pro *ὅθεν* est et bonorum librorum lectio *τηνῶ δέ* verior fuerit, quanquam Theognostus [13]) e Theocrito *τηνῶθεν* afferens eum ipsum locum spectare videtur. Dubium est in loco difficillimo XIII, 45 *αὐτῶ* (vulgo *αὐτῷ*), quod scholiasta interpretatur *ἀντὶ τοῦ αὐτόθι* (?), *ὥςπερ αὐτόθεν ἐκ νεότητος*. Idem *αὐτῶ* XI, 14 *ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων αὐτῶ ἐπ' ἀϊόνος κατετάκετο φυκιοέσσας* non potest pro *αὐτοῦ* esse, ut opinati sunt, sed videtur *αὐτῶ ἀπ' ἀϊόνος* corrigendum esse et cum *ἀείδων* jungendum; conferas *αὐτόθεν ἐξ ἕδρης* (*μετέειπε*) Hom. Il. τ, 77, *ἔσπεισαν αὐτόθεν ἐξ ἑδρέων* Od. φ, 420, Heliodor. p. 2 Cor. *αὐτόθεν ἀπὸ τῆς ῥαχίας*.

Adverbia, quae quidem a pronominibus descendunt, in *θεν* desinentia non reperiuntur praeterquam *μηδαμόθεν* vel *μηθαμόθεν* Aetol. 2350. 3046, *ὅθεν* Epich. 126 et Acharn. 787, *τηνῶθεν* Acharn. 720, *τηνῶθε* Theocr. III, 10 (vid. supr.) et in epigrammate Nossidis Anth. Pal. VI, 354. Minus recte Boeckhius in Latiorum decreto ad Tejos Cret. 3058, ubi traditur *καὶ εἴ τινές κα τῶν ὁρμιομένων α τ ο θ ε ν ἀδικήσωντί τινα τῶν Τηΐων*, corrigere vide-

13) Theognost. Oxx. II, 157, 9 (in Ann. Bekk. 1413 per errorem Choeroboscus nominatur) de adverbiis in *οθεν*: *τὸ τηλῶθεν διὰ τοῦ ῶ γραφὲν ποιητικῶς ἐκπέτατε* (leg. *ἐκτέταται*)· *τὸ δὲ Κριῶθεν ἀπὸ τοῦ Κριώαθεν γέγονεν, συγκοπέντος τοῦ ᾱ· — τοιούτω* (leg. *τοιοῦτο*) *δὲ καὶ τὸ τήνωθεν παρὰ Θεοκρίτῳ.* Hoc, nisi fallor, a Theognosto reliquis Herodianeis additum est.

tur *αὐτόθεν*. Nam si comparaveris decretum Istroniorum nr. 3048 *εἰ δὲ τινές κα τῶν ὁρμιομένων ἐξ Ἰστρῶνος* et decretum Sybritiorum nr. 3049 *εἰ δὲ τινές κα τῶν ὁρμιομένων ἐξ Συβρίτας* (i. e. *ἐκ Συβρίτας*) etc., nobis *Λατῶθεν* corrigentibus calculum addes. Adverbia in *θεν* a nominibus propriis derivata Doridi non ignota fuisse, *Κορίνθοθεν* docet in galea (Argivorum?) C. I. nr. 29.

Restat, ut de Doricorum adverbiorum in *ω* origine quaeramus. Antiquis grammaticis, qui *πῶ* apocope e *πόθεν* natum existimant etc., vix assentietur nunc quisquam. Nec rectius recentiores quidam Doricam in illis genitivi formam agnoverunt; nam Siculi, qui genitivos secundae declinationis in *ου* terminant, ut *τούτου, αὐτοῦ*, adverbia *τουτῶ, αὐτῶ* cum reliquis Doriensibus communia habent; praeterea genitivi *τούτω, τήνω* et adverbia *τουτῶ, τηνῶ* in severiore quoque Doride accentu differunt. Potius ea adverbia e pronominum ablativis nata putamus. Ablativus enim singularis, qui antiquissimo tempore, linguis Sanscrita et prisca Latina docentibus in d exibat, apud Graecos non minus quam apud Latinos paullo recentiores consonam finalem abjecit et *πῶ, τουτῶ* e *πωδ, τουτωδ* facta sunt, ut e o ex e o d.

13) Adverbia **temporis**, quae vulgo in *οτε* exeunt, apud Dorienses testibus grammaticis [14]) in *οκα* terminantur ut *πόκα, ὄκα, ἄλλοκα* pro *πότε, ὅτε, ἄλλοτε*. Nunc in titulis ejus generis nihil legitur praeterquam in Cret. 2556, 40. 3048. 3049. 3058 *οἱ τόκ' ἀεὶ* (*τόκα ἀεὶ* 3048.

14) Apollon. de adv. 606, 29 postquam adverbia in *οτε* apud Aeoles et Dores *α* assumere docuit: *διαφέρει δὲ πάλιν τὰ Αἰολικὰ τῶν Δωρικῶν, ᾗ τὸ μὲν Δωρικὸν τὸ τ̄ εἰς κ̄ μεταβάλλει, ὅτε τὸ πότε πόκα ἐστί, τὸ ἄλλοτε — ἄλλοκα, ὅτε — ὅκα καὶ μετὰ περισσοῦ τοῦ κ̄ ὅκκα· ὄκκα δὴ γυνή.* — Et. M. 620, 36. *ὄκκα δὲ τύνη εἴην παρὰ Ἀλκμᾶνι· τὸ ὅτε ὅκα λέγει ἡ διάλεκτος· εἶτα διπλασιάσασα ὅκκα· περὶ παθῶν.* — Ann. Oxx. I, 328, 20. *τὸ ὅτε οἱ Αἰολεῖς ὅτα λέγουσι, Λάκωνες δὲ ὅκα· καὶ οἱ μὲν μόνον ἔτρεψαν τὸ ε̄ εἰς ᾱ, οἱ δὲ καὶ τὸ σύμφωνον.* — J. Gr. 213, b, Meerm. 659, Gr. C. 366 de *τόκα* pro *τότε.* — Gr. C. 186 de *ποκα*, 257 de *ἄλλοκα*.

3049) κοσμόντες (κοσμίοντες, κοσμοῦντες). In Rhod. 2525, b. 85 minus Dorice est ὅτε δέ κα. Deinde apud Epicharmum ποκ' indefinitum est fr. 94, οὔποκ' et οὐπώποκα 94, apud Sophronem fr. 50. 54 indefinitum ποκά, fr. 1 ὅκα, apud Alcmanem ποκά 13. 25. (23. 82), ὅκα 14. 59. (25. 24), Lysistr. 105 ποκά, 1251 ὅκα, Acharn. 720 ὅκα; apud Theocritum πόκα interrogativum IV, 7. V, 39. XV, 44, ποκά indefinitum saepissime, ὁπόκα XIII, 12 et consona minus Dorice geminata ὁππόκα V, 98, τόκα VII, 154 etc., ὅκα relativum saepe, ὁκὰ μέν — ἄλλοκα δέ, modo — modo I, 36. IV, 17, ἄλλοκα μέν — ἄλλοκα δέ IV, 43. Postremo notatu dignum est apud Hesychium ἔστοκα, ἐνιότε παρὰ Ταραντίνοις i. e. ἔσθ' ὅκα, ἔσθ' ὅτε. — Non recte Dorienses in ὅκα subinde κ geminasse a grammaticis traduntur, vid. §. 45, 3.

14) Adverbia modi in ως exeuntia cum vulgari ratione saepe accentu differunt vid. §. 3, 9. Nunc id potissimum in memoriam revocatum volumus, ea, quae ab adverbiis ducuntur, circumflexum in penultimam asciscere, οὑτῶς, ἀλλῶς, παντῶς, nec minus, si recte judicavimus ὁπῶς, quibus αὐτῶς addendum esse, quanquam nunc vulgare αὔτως apud Theocritum extat II, 133. III, 30. V, 40, eo magis confidimus, quod ipsum pronomen oxytonon est. Demonstrativum ὧδε Epich. 18. 99 etc. ex ὥςδε factum est, ut vulgo. Quae vox quod apud Theocritum saepe locativa potestate utitur hic et huc, vix e Doride hausta est. Relativum ὥς, pro quo semel τώς legitur Acharn. 728 (quo respiciens Gregorius p. 243 Doricum esse affirmat), eodem modo, qui in ὧδε conspicitur, sigma abjicit in ὧτε, quod a grammaticis Doricum dicitur, exemplo Alcmanico, ut videtur (vid. Mus. Rhen. VII p. 234), addito[15]). Idem apud Pindarum libris ple-

15) Apollon. de pron. 61, B. οἱ δὲ βαρυτονοῦσι τὸ ὧ (Pind. fr. 1) Δωρικῶς δεχόμενοι ἀντὶ τοῦ ὡς, ὁμοίως τῷ ὧ τε χερνᾶτις (cod. χερνιτης) γυνὰ οὐδὲν προμαθιουμένα. — Id. de synt. 156, 20 ad idem Pindari fragmentum: ἔνιοι μέντοι τὸ ὦ ἐπιῤῥηματικὸν ἐκδεξάμενοι —

rumque ducibus a Boeckhio editum est Ol. XI, 90. P. X, 54. N. VI, 29. VII, 62. 71. 93, qui circumflexum in penultima jure praetulit acuto; nam ὡς sine proclisi secundum reliquorum adverbiorum analogiam circumflexo uteretur neque aliud quid docet vocis ὧδε comparatio. Postremo sigma ejectum est in οὐπώποκα Epich. 94, quod damnare non audemus, quanquam praeterea apud Dorienses pro οὔπως, οὔπω reperitur οὔπα, pro πώποτε aut πήποκα aut πάποκα, vid. supra nr. 2.

§. 45.

De variis particulis.

1) Multiformis voculae ἀεί hae formae apud Dorienses reperiuntur:

a) *αἰεί* aut potius *αἰϜεί* antiquo digamma servato est in vetustissimo titulo Crisaeo C. I. nr. 1 secundum Ulrichsii lectionem; *αἰεί* olim edebatur Acharn. 728, ubi nunc ἀεί prima producta e *RΓ* et Suida receptum est, fortasse parum recte.

b) *ἀεί* vulgo legitur in titulis, etiam in tabulis Heracleensibus, ubi semel ἀές, et Creticis, apud Sophronem fr. 28. 39, Epich. 94 (ᾰ), Acharn. 728 (ᾰ), 717 (ᾱ).

ἐγκλίνοντες τὸν τόνον, ἵν' ᾗ ὥ παιδί, καθὼς ἔχει καὶ τὸ ὥ τε χερνᾶτις γυνά. — Id. de adv. 617, 30. τηνικάδε καὶ τηνίκα, τημόςδε καὶ τῆμος, ὧδε ὥ, ὃ δὴ Δωρικόν ἐστιν, ὥτε χερνῆτις γυνή (cod. χερνιτης). Ibid. 583, 5. ἡ ἀποβολὴ τοῦ σ, οὕτω καὶ ὥτε χερνᾶτις γυνή (cod. οτε χερνατης). Ibid. 591, 20. χρῆν οὖν παρὰ τὸ ὥς ὥςδε. ἀλλὰ τοῦτο μὲν δύναται ἀπολογίας ἔχεσθαι. τῇ μὲν ἀπὸ Δωρικοῦ δυνάμενον ἐσχηματίσθαι τοῦ ὥ, ὅπερ ἀντὶ τοῦ ὥς παραλαμβάνουσι. — Eustath. 117, 40. ᾦπερ ἀντὶ τοῦ καθὰ κατὰ τοὺς τεχνικούς· καὶ τὸ ᾧτε· οἷον ᾧτε χερνᾶτις γυνά. γίνεται δὲ κατὰ Ἡρωδιανὸν οὕτως· ὥςεἴτε καὶ ὥςεἵπερ καὶ ἀποβολῇ τοῦ σ καὶ κράσει τοῦ ω καὶ τοῦ ε εἰς τὴν ῳ δίφθογγον διὰ τὴν τοῦ ι συναίρεσιν ᾧτε καὶ ᾧπερ. Similia docentur Et. M. 825, 23 et Joann. Al. 32, 4 cum exemplo ᾧτε χερνῆτις γυνή, Choerob. II, 281, 7 sine exemplo, postremo Ann. Oxx. I, 446, 23, ubi additur Il. μ, 443 ὥτε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθής. Apparet, quam Herodiani opinio non sit probabilis.

c) *αἰέν* Doricum dicitur [1]) et legitur Sophr. 80. Quod nominatim Argivis tribuitur et Cretibus (vid. §. 14 not. 1), non multum fidei habet propterea quod vocalis *ι* in *ν* mutatio omnino ad illas dialectos referebatur.

d) *ἀέν* et Doricum dicitur [1]) et legitur, nisi fallor, in titulo Syracusano Torremuzz. XVIII, 3.

e) *αἰές* Laconicum et Creticum esse traditur [1]) et legitur Lysistr. 1267.

f) *ἀές*, quod Doricum dicitur [1]), legitur in tabulis Heracleensibus, ubi praeterea *ἀεί*, semel I, 86.

g) *αἰέ* Laconibus tribui videtur a Theognosto secundum Herodianum [1]).

h) *ἀέ*, quod est apud Pindarum IX, 88, Doricum haberi potest, si praecedentium analogiam spectas, quae *ι* modo tenent modo abjiciunt.

i) *αἰή* Tarentinis vindicatur [1]).

---

1) Ann. Oxx. I, 71, 18. *Δωρικὸν ἀὲς καὶ ἀέν· ἴσασι δὲ καὶ τὸ αἰέν.* — Herodian. *π. μ. λ.* 46, 1. *αἰὲν παρὰ Δωριεῦσιν, αἶιν παρ' Αἰολεῦσι· λέγεται ταῦτα (καὶ) ἄνευ τοῦ ν̄* i. e. *αἰέ* et *αἶι* secundum eam interpunctionem, quam proposuimus L. I §. 29 not. 9. — Theognost. Oxx II p. 3, 8 ex Herodiano *ἐν τῇ καθόλου: Λάκωνες δὲ αἰές φασιν· λέγεται δὲ καὶ αἰὲ δίχα τοῦ ν̄ καὶ τοῦ σ̄ διὰ τῆς αῑ διφθόγγου κατ' ἀρχὴν καὶ διὰ τοῦ ε̄ κατὰ τὸ τέλος — λέγεται δὲ καὶ αἰὴ διὰ τοῦ η̄ παρὰ Ταραντίνοις φυλαττομένης τῆς κατ' ἀρχὴν αῑ διφθόγγου τροπῇ τῆς εῑ διφθόγγου εἰς η̄.* — Et. G. 9, 50 (Ann. Parr. III, 321, 15, Et. Par. apud Bastium ad Greg. C. 347). *αἰὲς ποιητικῶς — παρὰ τοῖς Ταραντίνοις διὰ τοῦ αῑ γράφεται καὶ τοῦ η̄· οἱ δὲ Ταραντῖνοι ἄποικοί εἰσι τῶν Δωριέων· ἔστι δὲ καὶ ἀὲς* (Ann. Parr. *αἰὲς*) *παρὰ τοῖς Δωριεῦσι — καὶ τὸ ἀὲ* (Et. G. *ἀεὶ*) *παρὰ Πεισάνδρῳ.* Certatim correxerunt *Πινδάρῳ* vid. Bast. ad Gr. C. p. 349; at in Ann. Parr. additur *καὶ μηρεῖ* i. e. *Καμιρεῖ*, ut recte Cramerus intellexit. Inde illa emendatio valde fit improbabilis, neque est cur Pisandrum eadem vocis forma usum esse atque Pindarum pertinaciter negemus. Eadem ab Hesychio commemoratur *ἄε ἐπὶ τοῦ ἀεί.* — Doricum *ἀές* vel *αἰές* Herodiano restituendum est *π μ. λ.* 47, 6, ubi inter adverbia in *ες* commemoratur *τὸ θὲς Δώριον.* — In Etymologicis Parisinis sine dialectorum indicio commemorantur *αἰές, αἰή, ἀέ, ἀές.*

En novem particulae formas Doricas (aut, si *αἰϝεί* ab *αἰεί* discernis, decem), quarum pars Atticae et Ionicae dialectis communis est. Si addideris quatuor formas Lesbiacas *αἴϊ*, *αἴϊν*, *ἄϊ*, *ἄϊν* vid. L. I §. 29, 4 et Boeoticam *ἡΐ* L. I §. 40 not. 1, quatuordecim conspiciuntur formae, non duodecim, quot Herodianus enumeravit. Nam in Etymologicis Parisinis, ubi plenus numerus reperitur, desunt *ἀίν* et *αἰέ*, quanquam hoc quidem ab Herodiano commemoratum esse Theognostus docet. Ceterum, quae sint tantae varietatis causae, nunc quidem explicare non conabimur. Prae reliquis Doricis formis miramur Tarentinum *αἰή*, quia diphthongi *ει* in *η* mutatae nulla idonea causa apparet, et servarunt Tarentinorum coloni Heracleenses in *ἀεί*.

2) Doricum esse *αἰ* pro *εἰ* nec minus *αἴθε* pro *εἴθε* saepissime grammatici testantur vid. §. 22, 5. Inter titulos illa forma utuntur Amph. 1688, Corcyr. 1850, Astypal. 2483. 2484, Cret. 2555, tabulae Heracleenses, nisi quod *εἴτινες* legitur I, 79. Promiscue *αἰ* et *εἰ* usurpantur in Rhod. 2525, b, Cret. 2556 et Creticis minoris fidei 2554. 3048. 3049. 3058. Solum *εἰ* reperitur in recentioribus Delphicis et Phocicis, in Corcyr. 1845. 1846, Ther. 2448 et aliis inferioris aetatis. Genuina Dorica forma *αἰ* (nam *εἰ* in recentioribus titulis e vulgari lingua acceptum esse apparet) ubique reperitur apud Epicharmum fr. 44. 94. 96, Sophronem fr. 65, in foederibus apud Thucydidem, in Megarensis verbis Acharn. 732. 738. 739. 754 (nisi quod *εἴπερ* traditum est 720), plerumque apud Theocritum, qui etiam compositis utitur *αἴπερ* VIII, 37, *αἴτε — αἴτε* V. 74. 75. *αἴθε* III, 12 etc., saepe apud Archimedem. Eadem forma apparet in *οἷον αἰ* Epich. 106, *ὡςπεραί* Epich. 5, *ὡςπεραίκ᾽* i. e. *ὡςπεραὶ κε* Sophr. 51 et maxime in *αἴκα* pro *ἐάν* vid. seqq.

Memorabili usu *ἤ* pro *εἰ* in interrogatione indirecta positum est Heracl. I, 77 *ἐμφίσσεσθαι ἤ κα πεφυτεύκοντι* i. e. anquirere num plantaverint, et Astypal. 2483. 2484 *διαμφίζασθαι, ἤ* (Boeckhius correxit *αἰ*) *δοκεῖ αι—*

τὸν στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ i. e. deliberare, num placeat etc. En eundem particulae ἤ usum in interrogatione indirecta simplici, qui aliquoties apud Homerum relictus est, ut Il. VIII, 111 Ἕκτωρ εἴσεται ἤ καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσιν. Ceterum cum Heynio et Thierschio ἦ scribi maluerim, ut particula interrogativa ad interrogationem obliquam translata sit.

3) Pro particula ἄν Doricum est κα [2] et ubique in purioribus Doridis fontibus reperitur. Atticum ἄν non est nisi in titulis recentibus, ut ἕως ἄν Phoc. 73 R. Vix enim recte ἄν pro ἐάν a Boeckhio agnitum est in titulis non infimae aetatis, primum Laconico nr. 1331, qui corruptior et mutilatior est, quam ut quidquam inde intelligere possis, deinde in Aetol. 2350 τοὺς συνέδρους καταδικάζοντας τοῖς Κείοις τὰν — ζαμίαν, ἄγ κα δοκιμάζωντι κυρίους εἶμεν, quod Boeckhius vertit: synedris potestas esto Ceis multam adjudicandi, postquam examinaverint damnum. At eo sensu ἐπεί κα δοκιμάξωντι scribi debebat, et multo melius leges ἄγ κα δοκιμάζωντι eam multam, quam justam judicabunt. Postremo Delph. 1706 ἔκτιμοι ἐόντω μνᾶν τριάκοντα Σελεύκῳ Σελεύκου, ἄς Σέλευκος θέλῃ, ubi Boeckhius ἄς per assimilationem pro ἄν i. e. ἐάν esse vult, rectius scripseris ᾇς Σέλευκος θέλῃ i. e. Seleucus ab iis triginta minas exigendi jus habeto, quamdiu volet (ᾇς cum conjunctivo Lysistr. 173). Epicharmo fr. 79 οὐδ' ἄν εἷς pro οὐδὲ εἷς hiatus vitandi causa donatum esse videtur. Apud Sophronem fr. 94 ἄν i. e. ἐάν non recte a Suida tradi, varietas Photiana prodit. In Lysistrata et Acharnensibus facilius toleraveris Atticum ἄν Dorico sermoni obtrusum; sed ne hic quidem usquam jure legi videtur. Nam Lysistr. 171 πᾶ καί τις ἂν πείσειεν αὖ μὴ πλαδδίην apte mutabis in πᾷ κά τις ἀμπείσειεν, v. 1080 τὶ κἂν λέγοι τις in

---

2) Ann. Oxx. I, 160, 1. κε σύνδεσμος· οἱ Δωριεῖς ἢ μετὰ τοῦ ν̄ λέγουσι ἢ τροπῇ τοῦ ε̄ εἰς ᾱ. — Apollon. de adv. 604. ὁ κὲ σύνδεσμος κέν ἐσθ' ὅτε λέγεται παρὰ Δωριεῦσιν.

τί κα λέγοι τις, v. 1105 *κἂν λῆτε* in *καὶ λῆτε* vid. §. 42 not. 11, v. 105 *κἂν ἐκ τᾶς ταγᾶς ἔλσῃ* paullo violentius in *καἴκ᾽ ἐκ τᾶς*. Item Acharn. 757 pro *ἀλλ᾽ ἂν παχυνθῇ* facile restituitur *ἀλλ᾽ αἰ παχυνθῇ*. Apud Archimedem haud raro *ἄν* e vulgari lingua acceptum esse non miraberis.

Itaque genuina Doris ignorat *ἄν* et quorumcunque partem ea particula efficit, *ἐάν* sive *ἄν*, *ὅταν*, *ἐπήν* sive *ἐπάν*; contra ubique particula *κα* utitur ejusque compositis *αἴκα*, *ὅκκα* pro *ὅκα κα*, *ἐπείκα*; rectius enim *αἴκα* quam *αἴ κα* et fortasse *ἐπείκα* quam *ἐπεί κα* scribi, mox demonstrabimus. Nunc de simplicis particulae forma videndum est. Grammatici etiam *κεν* Doricum esse tradunt [2]), quae forma Theocrito familiaris a purioribus fontibus aliena est, et miramur, cur Apollonius *κεν* pro *κε* frequentissimum apud Homerum e Dorica dialecto repetere voluerit. Idem Apollonius [3]) *κα* vocalem producere docet. Nunc et simplex *κα* et compositorum ultima apud poëtas semper fere producuntur, ut Epich. 94. 137 *κᾱ*, *ἇς κᾱ* 19, *αἴκᾱ* 19. 111. 154 (*ὅκκα* 115 ambiguam mensuram habet), Acharn. 703. 765 *κᾱ*, Lysistr. 171. 180 *κᾱ* ex emendatione nostra, Theocr. *ἐπεί κᾱ* II, 100, *ὡς κᾱ* II, 142, *αἴκᾱ* I, 4. 5. 9. 61, III, 27, V, 20, XI, 61, *ὅκκᾱ* VIII, 68. Solum *ὅκκα* ultimam corripit Theocr. IV, 21 et in Nossidis epigrammate Anth. Pal. VI, 353, quae mensura nescio an non magis e genuina Doride petita sit, quam *κε*, *αἴκε*, quae idem Theocritus frequentat. Contra longae vocalis in hac particula singularis elisio certissime Dorica est; reperitur enim Tabb. Heracl. I, 53 *αἴκ᾽ ἔμπροσθα ἀποδίνωντι*, I, 104 *αἰ δέ χ᾽ ὑπὸ πολέμω ἐγϜηληθίωντι*, Sophr. 51 *ὡσπεραίκ᾽ ἐξ ἑνός κελεύματος*, Epich. 19. 94. 95. 102 *χ᾽*, 9 *αἴκ᾽*, 10. 90 *ὅκχ᾽*, Acharn. 698 *αἴχ᾽*, 728 *ὅκκ᾽* et saepe apud Theocritum.

---

3) Apollon. de pron. 142, C. *ἁμὸν* (Doricum) *ἴσον ἐστὶ τῷ ἡμέτερον, ἀλλ᾽ οὐχ ὥς τινες ὑπέλαβον ἐκ τοῦ ἐμὸς μετειλῆφθαι· οὐ γάρ ποτε τὸ ε̄ εἰς ᾱ μακρὸν μεταλαμβάνεται, ὅτι μὴ ἐπι τοῦ κὲν συνδέσμου, καὶ ταῦτα, εἰ δοθείη.*

Inter composita *ὅκκα* male a grammaticis [4]) ex *ὅκα* geminata consona ortum putabatur, nec melius recentiores quidam illud certe *ὅκκα*, quod ultimam corripit, pro *ὅκα* esse existimarunt; nam *κ* in ea voce non magis geminari potest quam in *πόκα*, *τόκα*, *ἄλλοκα* et *ὅκκα* pro *ὅκα κα*, *ὅταν* esse ipsa constructio atque sententia ubique docet vid. Buttm. II p. 370. Recte *ὅκα* et *ὅκκα* distinguuntur in glossis Hesychianis: *ὅκ' ῇ*, *ὅτε ῇ* et *ὅκκα σάζει* (?), *ὅταν τύχῃ*. Jam vero, ut in *ὅκκα* particulae in unam vocem coaluerunt, ita rectius *αἴκα* quam *αἴ κα* scribi videtur, suadente praeterea collocatione particularum Theocr. I, 5 *αἴκα δ' αἶγα λάβῃ* (cf. *ὅκκα δ' ἐντύχω* Epich. 19). Itaque ancipitem editionum usum ad eam normam constituimus. Plerumque tamen conjunctio *δέ* ante *κα* ponitur, ut *αἰ δέ κα* Heracl. I, 68. 74. 130, Theocr. I, 10. 23 (*ὅτε δέ κα* Rhod. 2525, b), nec minus indefinitum *τις* ante *κα* accipi solet, *αἴ τινι* (*τινα*, *τινες*) *κα* Heracl. I, 57. 69. 123, Cret. 3058, *αἰ δέ τις* (*τινι* etc.) *κα* Heracl. I, 71. 80. 103, Cret. 3048. 3049.

4) *Ναί* potestatem affirmativam non solum Attico more cum *μα* et accusativo junctam habet, ut Epich. 14 *ναὶ μὰ τὰν κράμβαν*, 60 *ναὶ μὰ Δία* etc., sed etiam sine *μα* pro Attico *νή*, ut Acharn. 708 *ναὶ τὸν Ἑρμᾶν*, 740 *ναὶ τὸν Διοκλέα*, 764 *ναὶ τὸν Ποτειδᾶ*, Lysistr. 81. 86. 90 etc. *ναὶ τὼ σιώ*, 206. 988 *ναὶ τὸν Κάστορα*, nec raro apud Theocritum, qui aliquoties articulum omisit II, 106 *ναὶ Μοίρας*, XXIV, 74 *ναὶ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος*. Minus recte *ναὶ σιώ* sine articulo scriptum erat Lysistr. 81, ubi nunc Dindorfius recte probavit Reisigii emendationem *μάλα γ' οἰῶ ναὶ τὼ σιώ*.

5) De *ὦν*, quae forma universae antiquiori Doridi cum dialectis Ionica et Lesbiaca communis est pro *οὖν*, supra diximus §. 20, 11. Hic addimus singularem particulae collocationem inter praepositionem et verbum, quae

---

4) Greg. C. 242. *τὸ ὅκκα ἀντὶ τοῦ ὁπηνίκα καὶ ὁπότε καὶ ὅπου χρῶνται*, cf. §. 14 not. 14.

Herodoto potissimum familiaris est, etiam apud Epicharmum reperiri fr. 19 ἀπ' ὧν ἠχθόμαν et fr. 82 ἐπ' ὧν ἐπίομες. Similem collocationem supra §. 40 not. 3 in Ther. 2448. VII, 10 restituimus: ὅσα κα μὴ ὦν πέπραται.

6) Encliticam θην genuinae Atthidi ignotam Doris cum epica dialecto communem habet, Syracusanorum certe lingua. Legitur enim apud Sophronem fr. 10. 54. 92, Epich. 18 nec raro apud Theocritum. Eandem Aeschylus Prom. 930 Siculis debere videtur. Potestate non multum a δή differt vid. Hartung. Partic. Gr. I p. 313.

7) Ἄνις pro ἄνευ legitur Acharn. 800, quanquam ibid. 764 ἄνευ in libris est. Idem commemoratur a Theognosto Ann. Oxx. II, 163, 8 ἄνις ἀντὶ τοῦ χωρίς et legitur praeterea Lycophr. 350, Nicand. Al. 419 et in epigrammate Cyrenaico Journ. des Sav. 1828 p. 184.

χῶρι, quam formam grammatici προπερισπᾶσθαι docent [5]), pro χωρίς legitur Ther. 2448. V, 7 et apud Callimachum fr. 48, vulgare χωρίς Corcyr. 1845.

ἄχρι, non ἄχρις, semper legitur in tabulis Heracleensibus etiam ante vocales ut ἄχρι ἐς ποταμόν. Eadem forma nescio an restituenda sit Corcyr. 1845, 135 pro ἀχροι, quod Boeckhius in ἄχρις mutavit.

De πέρυτις vel πέρυτι pro πέρυσιν diximus supra §. 6, 7. Adverbia numeralia in κις non abjiciunt ς finale nisi licentia poëtica, ut τετράκι in epigrammate metrico Argivo nr. 35 Ross., τουτάκι Pind. P. IV, 28 et fr. 283 etc.

8) Ἔπειτεν, quod Ionicum pro ἔπειτα esse traditur ab Aelio Dionysio apud Eustath. 1215, 32 et dialecto non nominata commemoratur a Theognosto Ann. Oxx. II, 161, 29, legitur Acharn. 711 et Pindaro aliquoties a Boeckhio restitutum est vid. Nott. Critt. ad Pyth. IV, 211.

ἕνεκα et ἕνεκεν eadem ratione differunt. Illud est Megar. 1052, Rhod. 2525, b, Astyp. 2483. 2484. 2487 etc., hoc Calaur. 1189, Calymn. 2671, Astyp. 2488, Gel. etc.

---

5) Et. M. 607, 23, Eustath. 122, 10 — 630, 25 — 1879, 55.

9) Ἁρμοῖ vel ἀρμοῖ (nam de spiritu dissentitur) Syracusanorum esse traditur pro ἀρτίως [6]); altera explicatio, per ἁρμοδίως, quantum quidem nunc apparet, minus vera esse videtur. Legitur apud Theocritum IV, 51, Callimachum fr. 44. 230, Aesch. Prom. 618. Contra ἁρμῷ scriptum est in Pindari fragmento apud Eustath. Prooem. Pind. p. 12; dubia scriptura est apud Lycophronem Alex. 106 cf. Schneidew. ad Eustath. l. l. Tertia forma ἁρμῶ e Pherecrate Attico affertur [6]) et a Doride abjudicatur.

10) ἔνας et ἐξένας, Laconice ἔναρ, solitis mutationibus sunt pro ἔνης, quod legitur Arist. Eccl. 796 vel ἐξένης Dio Cass. 47, 48 i. e. perendie. Praeter glossas Hesychianas [7]) ἔνας reperitur apud Theocritum XVIII,

---

6) Et. M. 144, 49. ἁρμῷ· σημαίνει τὸ ἀρτίως. ὁ δὲ τεχνικὸς λέγει, ὅτι παρὰ τοῖς Συρακουσίοις διὰ τοῦ ῑ γράφεται. ἐκεῖνοι γὰρ ἁρμοῖ λέγουσι κατὰ συστολὴν τοῦ ῶ εἰς τὸ ō· ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· ἁρμοῖ γὰρ Δαναῶν γῆ ὡς ἀπὸ βουγεέως: — σημαίνει τὸ ἀρτίως ἢ ἁρμοδίως, Ἁρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπέτρεχε λέπτος ἴουλος: οὕτω Θέων ὁ Ἀρτεμιδώρου. προςτίθησι δὲ, ὅτι τὸ ἀρμοῖ ψιλούμενον μὲν σημαίνει τὸ ἀρτίως, δασυνόμενον δὲ τὸ ἁρμοδίως. Μεθόδιος, ἔστι καὶ παρὰ Λυκόφρονι. — Eustath. 140, 13 et Ann. Oxx. III, 397, 8. ἁρμοῖ ἐπίῤῥημα, ὃ δηλοῖ τὸ νεωστί, διφορεῖται μὲν κατὰ τοὺς παλαιούς· ἡ δὲ πλείων χρῆσις δασύνει αὐτὸ Συρακουσίων ὂν κατὰ τὸν τεχνικόν· ἁρμὸς γάρ φησιν, ἁρμοῦ, ἁρμῷ καὶ συστολῇ ἁρμοῖ κατὰ τὸ ἔξω ἐξοῖ καὶ ἔνδον ἐνδοῖ παρὰ Θεοκρίτῳ. — Eustath. Prooem. Pind. p. 12. ἁρμῷ, ἤγουν ἄρτι, ὃ παρ' ἑτέροις ἁρμοῖ λέγεται, ὡς καὶ παρὰ Λυκόφρονι γινόμενον, ὅθεν καὶ τὸ ἀρτίως, οἷον· ἐλπίσιν ἀθανάταις ἁρμῷ φέρονται, quod est fragmentum Pindaricum. — Ann. Oxx. I, 163, 13 de accentu adverbiorum in ω: εἰ δέ που περισπασθήσεται τὰ εἰς ῶ, Δώριά ἐστι· μόνον οὖν παραφυλακτέον τὸ ἁρμῶ, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἁρμοῖ, οὐ Δώριον. — Erotian. Lex. Hippocr. p. 50 ἁρμῶ· ἡσυχῆ, μικρῶς ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσιν. — Hesych. ἁρμοῖ, ἀρτίως, ἡσυχῆ, ἐξαίφνης, προςφάτως et ἁρμῶ, ἀρτίως.

7) Hesych. ἔνας, εἰς τρίτην. — ἐςένας, εἰς τρίτην ἡμέραν. — ἔναρ, εἰς τρίτην· Λάκωνες. — ἐπέναρ, εἰς τετάρτην· Λάκωνες. — νῆς, τὸ ἔνης, ὅπερ ἐστὶ εἰς τρίτην· Δωριεῖς δὲ νῆς λέγουσι, cf. Interprett. ad voc. ἔναρ. Male eodem retulerunt glossas εἴδας, εἰς αὔριον (quam ex ἔνας corruptam putant) et ἔνσας, αὔριον, quum ἔνας

14. Laconicum *ἐπέναρ* ab Hesychio explicatur *εἰς τετάρτην*, ut praepositio *ἐπί* eandem vim habeat, quam *μετά* in *μεταύριον*, perendie cf. apud eundem *ὕπενες*, *εἰς τετάρτην*. Corrupte *νῆς* Doricum dicitur [7]) pro *ἔνης*, cujus in locum *νᾶς* restituendum esse videtur. Ceterum vix dubium est, quin *ἔνης* et *ἔνας* olim primae declinationis genitivi fuerint, ita postea in adverbiorum naturam mutati, ut etiam cum praepositione *εἰς* jungi potuerint.

11) Mira forma utitur adverbium *διπλεῖ* Heracl. I, 61 vel *διπλῆ* Corcyr. 1845, quum *διπλᾷ* postulemus.

§. 46.

Varia quaedam.

1) Pauca quaedam substantiva alio genere apud Dorienses utuntur atque in vulgari lingua. Primum femininum pro masculino est *λιμός*, ut Acharn. 709 in Megarensis oratione *τᾶς λιμοῦ*, quem locum spectant ii grammatici [1]), qui feminini usum Doricum dicunt. Deinde masculinum pro feminino est *ὁ φάρυγξ* Epich. 9, quem locum et Phrynichus significare videtur, quum masculinum genus Epicharmo tribuit, et alii grammatici, quum Doriensibus [2]); ceterum masculini usum Atthis non omnino abhorret vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 65. Terminatio simul mutata est in *ὁ ψύλλος*, quo Epicharmus

non sit cras, sed perendie. Nos cum his comparare malumus *ἄας*, *εἰς αὔριον· Βοιωτοί* et *ἴνσας* i. e. *ἰνς ἄς* (pro *ἐς ἄας*) Creticum vel Argivum habemus vid. §. 14, *εἴδας* ex *εἴσας* corruptum existimamus.

1) Scholl. Arist. Acharn. 742 (709). *Δωριεῖς δὲ θῆλυ λέγουσι τὴν λιμόν*. Et. M. 566, 10. *παρὰ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις ἀρσενικῶς λέγεται ὁ λιμός, παρὰ δὲ τοῖς Δωριεῦσι θηλυκῶς ἡ λιμός*, cf. Et. Gud. 371, 1. In Etymologici cod. Par. 346 teste Bekkero post Et. Gud. p. 950 locus Aristophaneus additus est.

2) Phrynich. p. 65. *ὁ φάρυγξ ἀρσενικῶς μὲν Ἐπίχαρμος λέγει, ὁ δὲ Ἀττικὸς ἡ φάρυγξ* et similiter Thom. Mag. p. 570. Et. M. 788, 37. *θηλυκῶς μᾶλλον εἴωθε λέγεσθαι, ὡς οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται· ἀρσενικῶς δὲ οἱ Δωριεῖς προφέρουσιν*. Similiter Choerob. ad Theod. 82, 9.

et Dorienses usi dicuntur [3]) pro ἡ ψύλλα; illud, quod apud Phrynichum p. 332 adeo barbarum audit, in recentiorem communem Graecitatem immigravit, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 332. Tum nonnullae voces in ος, quae vulgo masculino genere utuntur, declinatione, ut par est, simul mutata, apud Dorienses sunt neutrius generis: τὸ σκότος Epich. 19 e librorum lectione a nobis restituta, Gen. σκότεος Sophr. 80, quod vocis genus ne Attici quidem ignorant; τὸ σκύφος Epich. 61, quod non magis ab Attica consuetudine alienum est vid. Athen. XI, 498. D, sed masculinum τὸν σκύφον Sophr. 48; addimus τὸ μέγαρος pro τὸ μέγαρον, quae forma apparet e genitivo plurali μεγαρέων Sophr. 37 vid. Anecdd. Oxx. I, 277, 18. Postremo masculina pro neutris sunt ὁ τάριχος, quo Epicharmus usus est teste Athenaeo III, 119. B. D, quum Attici utrumque genus probaverint, et ὁ θάμβος, cujus singularem usum Simonides (Scholl. A. Hom. Il. δ, 79) fortasse Doriensibus debet.

2) In comparativi et superlativi formatione nonnulla peculiaria aut certe notabilia observantur. Primum adjectiva in ος apud poëtas Doricos irregulares comparativos et superlativos in εστερος et εστατος amant, neque Atticis neque Ionibus ignotos. Ab Eustathio in larga de ea re disputatione p. 1441, 11 seqq. ex Epicharmo afferuntur ἀλλοιέστερος, ἐπιηρεστέρα, ἀναγκαιέστατος, ὡραιέστατος, ex eodem εὐωνέστερος ab Athenaeo X, 424. D et Eustath. 746, 46 et διακονέστερος legitur in versu, qui eidem cum magna veri specie tribuitur fr. 159. Dinolochus Siculus ex Eustathii testimonio γενναιέστατος dixit, Stesichorus ὑπερθυμέστατος, Alcman ἡδυμέστατος secundum Et. M. 420, 50; apud Pindarum sunt ἀπονέστερος et ἀφθονέστερος Ol. II, 60. 104, αἰδοιέστατος Ol. III, 44 (αἰδοιότατος P. V, 18), ἀρχαιέστερος fr. 20; ἑκαβολέστατος

3) Hesych. Phot. Suid. s. v. ψύλλα Epicharmum masculino usum esse tradunt. Scholl. Arist. Plut. 537 οἱ δὲ Δωριεῖς ἀρσενικῶς λέγουσι τὸν ψύλλον.

est apud Archytam p. 30 Hartenst. Contrario modo peccatum est in *ὑγιώτερος*, Sophr. 61 inter muliebrium soloecismorum exempla. Apud eundem *καταπυγότερος* fr. 22 a Dindorfio ad Steph. Thes. recte a *καταπύγων* duci videtur, ut ab *ἐπιλήσμων* fit *ἐπιλησμότατος* apud Aristophanem, non a *κατάπυγος*, quam vocis formam lexicographi commemorant. A *πρόβατον* Sophr. 96 comparativum *προβάτερος* pro *προβατότερος* finxisse videtur et ab *ὄϊς*, *οἶς* ibidem *οἰότερος* [4]). Postremo idem a substantivo *φώρ* fecit *φώρτατος* fr. 28 [5]).

Quo jure Eustathius [6]) Dores *ἄσσιον* et *μάλλιον* pro *ἆσσον* et *μᾶλλον* dicere tradat, non apparet, neque magis num recte a Gregorio p. 463 *κάλιον* pro *κάλλιον* Doricum habeatur, quum certius Aeolicum sit vid. L. I §. 8, 11. — Ex uno Epicharmo fr. 164 commemoratur *βάσσων* pro *βαθίων* mutatione analogiam servante. De *κάρρων* pro *κρείσσων* supra dictum est §. 13, 4, de *κρέσσων* et *μέζων* §. 22, 6.

---

4) Et. M. 256, 30. *ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει μὲν καὶ τοῦτο ὅτι συνεξέδραμε τὸ ἄριστος ἀριστερὸς καὶ τὸ δέξιος δεξιτερός· τοῦτο γὰρ συνεκδρομὴ καὶ οὐ πλεονασμός, ὥσπερ καὶ παρὰ τὸ πρόβασιν γίνεται προβάτιον· οἰὸς οἰότερον, ὡς λέγει Σώφρων. τοῦτο γὰρ οὐ λέγεται πλεονασμός, ἀλλὰ συνεκδρομὴ τοῦ προβάτεον. οὕτω δεξιτερὸς ὡς ἀριστερός.* In loco obscuro Sylburgius proposuit: *προβάτερον καὶ οἰὸς, οἰότερον* et deinde *πρόβατον* pro *προβάτεον*: Blomfieldius fr. 55 vult *προβάτερον, οἶον οἰότερον.* Neuter, si quid video, recte. Nos Sophronem *προβάτον προβάτερον, οἰὸς οἰότερον* dixisse suspicamur, sed Herodiani nec verba nec sententiam extricare valemus.

5) Et. M. 573 extr. *μεμπτέον Σώφρονα λέγοντα· Φωροτάτους καπήλους παρέχεται· οὐδὲ γὰρ τὰ εἰς ω λήγοντα ῥήματα παρασχηματίζει συγκριτικὸν καὶ ὑπερθετικὸν, ἔτι ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες μακάρτερος.* Bene Blomfieldius correxit *φωρτάτους* et *τὰ εἰς ῶρ*, nisi hic etiam rectius *τὰ εἰς ῥ̄* scribendum est.

6) Eustath. 1643, 12 de iota pleonastico in *πτολιπόρθιος, λοίσθιος, ὁμοῖїος* etc.: *πρὸς τοιαύτην ἀκολουθίαν καὶ οἱ Δωριεῖς τὸ ἆσσον ἄσσιόν φασιν, ὡς παραδέδοται, καὶ τὸ αἶψα αἴψιον καὶ τὸ μᾶλλον μάλλιον· οὕτω δὲ καὶ τὸ ἔγγυς ἔγγιον.* Pessime de *αἴψιον* et *ἔγγιον* judicatum est, qui sunt justi comparativi

3) Inter deminutivorum genera nullum quidem est, quod Doridi proprium dici possit; paullo tamen frequentior apud Dorienses quam in reliquis dialectis terminatio υδριον fuisse videtur. Ea enim utitur σκιφύδριον Epich. 23 a σκίφος i. e. ξίφος, μελύδριον Theocr. VII, 51, χεϱύδριον Mosch. I, 13, postremo alia dilatatione accedente Πριαμιλλύδριον a Πρίαμος apud Epicharmum secundum Ann. Oxx. IV, 254, 8, cf. Theogn. Oxx. II, 126, 23 (Bekk. 1413), ubi auctoris nomen non proditur.

4) Dorienses feminina in ω amasse videntur. Propria certe illis sunt, quae Hesychius affert: ἀνθρωπώ, ἡ γυνὴ παρὰ Λάκωσι et κινώ, κίνησις· Δωριεῖς. Praeterea huc referimus Συρακώ, qua forma Epicharmus fr. 166 Syracusas appellavit vid. §. 22, 9, μελλώ Aeschyl. Ag. 1329, quam vocem poëta cum aliis multis e Sicilia apportaverit, μορφώ Archyt. ap. Stob. Ecl. I p. 710; nam ἐστώ Archyt. Stob. Ecl. I p. 81 et εὐεστώ, qua voce Aeschylus ter utitur, potius ad Ionicam originem revocanda esse videntur.

5) E substantivis neutrius generis in αρ, de quibus disputavit Lobeckius Parall. p. 204, duo ad Siculos referuntur: σῦφαρ [7]), quod Sophron fr. 8 in decrepiti senis convicium vertit et μῶμαρ [8]), qua voce Siculi (comicus quidam, nisi fallor) stultum appellasse feruntur, Quae voces quanquam non videntur Siculis peculiares fuisse, attamen suspicari licet eos rarioribus et fere obsoletis nominibus in αρ saepius quam reliquos Graecos usos esse. Nec dissimile est Sophroneum νίκωρ Herod. π. μ. λ. 32, 24.

6) Gentilia in ῖνος in ipsa Graecia ignota, in orientalibus coloniis rara, ut Ἀμοργῖνος ab Ἄμοργος, rectis-

---

7) Scholl. Nic. Al. 91. τὸ ἐπιπολάζον τῷ γάλακτι, ὅπερ οἱ Σικελοὶ σύφαρ καλοῦσι. Vulgo ὄφεως γῆρας significat vid. Hesych. et ibi interprr., Et. M. 737 in.

8) Fest. „momar, Siculi stultum vocant.“ Eadem voce teste Isidoro in Glossis Plautus usus est in hoc versu: „quid tu, o momar, Sicule homo, praesumis“, vid. Intt. ad Hesych. s. v. μῶμαρ.

sime a Stephano [9]) Siciliae potissimum et Italiae vindicantur, ubi nihil frequentius, ut *Ἀκραγαντῖνος, Λεοντῖνος, Ταραντῖνος, Μεταποντῖνος* etc. En Italicarum linguarum viciniam, unde Siceliotae et Italiotae eam terminationem assumpserunt. — Obscura sunt, quae de Rheginorum adjectivis in *ωσιος* a genitivo plurali derivatis traduntur vid. L. I §. 30 not. 6. Exempla apponuntur *ἀνακώσιος* et *χαριτώσιος*, voces aliunde non cognitae; nam *ἀετώσιος* a grammaticis fictum est, unde *ἐτώσιος* duceretur.

7) Addimus voces quasdam, quas Siceliotarum et Italiotarum lingua cum Latina communia habet. Primum nummorum et ponderum multa nomina:

ν ό μ ο ς sive *ν ο ῦ μ μ ο ς* apud Italiotas et Siceliotas monetae nomen fuisse traditur ut Latinum n u m m u s [10]). Illam formam genuinam esse accurata grammaticorum testimonia docent et legitur in Tabb. Heracl. I, 75; *νοῦμμος* apud Pollucem scriptum est etiam in Epicharmi locis

---

9) Steph. Byz. s. v. *Ἄμπελος: ὁ πολίτης Ἀμπελῖνος ὡς Ἀσσωρῖνος, Ἀβακαινῖνος· ὁ γὰρ τύπος τῶν Ἰταλῶν.* — Id. s. v. *Ἀβακαῖνον — τὸ ἐθνικὸν Ἀβακαινῖνος, ὃ οὐκ ἀηθὲς Σικελῶν, Μεταποντῖνος, Λεοντῖνος, Βρεντεσῖνος, Ταραντῖνος, Ἀῤῥητῖνος, Ἀσσωρῖνος, Ἐρυκῖνος.*

10) Phot. et Suid. *νόμος — Δωριεῖς δὲ ἐπὶ νομίσματος χρῶνται τῇ λέξει καὶ Ῥωμαῖοι παραστρέψαντες νοῦμμον λέγουσι.* — Ann. Bekk. 109, 24. *νόμους: τὸ νόμισμα, οὓς οἱ Ἰταλικοὶ νούμμους καλοῦσι.* — In Scholio ad Gregor. Nazianz. apud Jungerm. ad Poll. IX, 87 *νόμος* scriptum est et *μνῶν* aperte e *νόμων* corruptum. Idem *μνῶν*, quod multo facilius e *νόμων* quam e *νούμμων* corrumpi poterat, est apud Suidam s. v. *τάλαντον* et Scholl. Il. ε, 576 in ejusdem argumenti locis qui ex Apollodori libro de Sophrone manaverunt vid. Boeckh. p. 311. — Varro de L. L. V, 36 „in argento nummi; id a Siculo.“ Item Festus p. 172. 173 Müll. in loco nunc misere mutilo vocem nummus a Graecis derivaverat, quem Paulus Diaconus in hunc modum excerpsit: „nummus ex Graeco nomismate nascitur.“ — Pollux IX, 79. *ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων* (adduntur Epich. 92. 93 et Aristotelis testimonium). Id. IX, 87 *νοῦμμος* ex Aristotele affert de Siculorum talento disserente.

fr. 92. 93 et in Aristotelis verbis de Tarentinorum politia loquentis. At apud Epicharmum metrum primam syllabam brevem postulat; praeterea rectissime antiqui grammatici intellexerunt, vocem origine Graecam esse ut *νόμισμα* et e Graecis coloniis ad Romanos perlatam. Quare non dubitamus, quin Aristoteles quoque *νόμος* scripserit et altera scriptura recentissimo demum tempore e Romana lingua ficta sit, quanquam Boeckhius hanc non damnavit, egregie in reliquis de *νόμῳ* disputans in Disquiss. Metroll. p. 310.

λίτρα Siceliotarum est pro Romanorum **libra**, et pondus et nummus [11]). Legitur in titulis Tauromenitanis, Epich. 5. 6 et Sophr. 26, praeterea apud Simonidem fr. 196 in tripodis a Gelone dedicati inscriptione et comicos Atticos Philemonem aut Diphilum in Sicelico et Posidippum in Galatea (Poll. IV, 175 et IX, 81), quae fabulae ad res Siculas pertinebant. Composita sunt *ἡμίλιτρον* [6]) sive *ἡμιλίτριον*, quae forma ex Epicharmi Chirone affertur [6]) et metri gratia restituta est Epich. 5, *δεκάλιτρον* [7]), quo utuntur Epicharmus fr. 6 et Sophron fr. 60, *πεντηκοντάλιτρον*, quo nomine teste Diodoro XI, 26 Siceliotae nummum Damaretium appellabant cf. Boeckh. p. 305, praeterea de pondere adjectivum *τετρωκοντάλιτρος*, quo Dinolochus usus est, vid. §. 34, 1. Sophocles voce

---

11) Pollux IV, 173 seqq. voce *λίτρα* Siculos comicos de pondere et nummo usos esse tradit, exempla affert *λίτρα* et *δεκάλιτρον* e Sophr. 26. 60, *τετρωκοντάλιτρος* e Dinolocho, deinde Aristotelem in Agrigentinorum et Himeraeorum politiis de *λίτρα*, *ἡμίλιτρον*, *δεκάλιτρον* cf. IX, 80. 81. — Phot. *λίτρα: ἦν μὲν καὶ νόμισμά τι ὡς Δίφιλος· ἐπὶ δὲ τοῦ σταθμοῦ Ἐπίχαρμός τε καὶ Σώφρων ἐχρήσαντο· Σοφοκλῆς δὲ λιτροσκόπον φησὶ τὸν ἀργυραμοιβὸν ἀπὸ τοῦ νομίσματος.* Ann. Bekk. 105, 32. *ἦν μὲν καὶ νόμισμα Σικελικόν· ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ σταθμοῦ, Ἐπίχαρμος Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ* cf. Eustath. 1282, 42. — Hesych. *λίτρα, ὀβολός· ὁ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς. οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῶν, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β λίβρα.* — Id. *λιτροσκόπους, ἀργυραμοιβοὺς ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ νομίσματος, ὃ καλεῖται λίτρα.* Ceterum vide Boeckh. p. 292 seqq.

λιτροσκόπος usus fertur [6]), scilicet, si quid videmus, in fabula ad res Siculas pertinente. Recentiores Graeci Romanam libram apte per *λίτρα* expresserunt. Sed verissime Boeckhius p. 293 judicavit, vocem *λίτρα*, quae in Graeca lingua non habet quo referatur, a Siculis ex Italia acceptam esse.

ὀγκία vel *οὐγκία* apud Siculos Romanorum unciam exprimebat [12]). Illa forma, qua Epicharmus et Sophron usi traduntur (*ὀγγία* per errorem apud Eustathium scriptum est), egregie eo confirmatur, quod nummo Syracusano (vid. Boeckh. p. 365) *ΟΓΚΙ* inscriptum est. Parum recte Pollux Aristoteli *οὐγκία* obtrusit recentiorem usum secutus, qui Romanam pronuntiationem accurate imitabatur. Nec recte *ἡμιούγκιον* ex Epicharmo afferri videtur. Siculum poëtam *ἡμιόγκιον* scripsisse putamus et eidem fr. 5. 6 ex insignibus librorum corruptelis *πεντόγκιον* restituimus. Ceterum dubitare noli, Siceliotas vocem *ὀγκία* ab Italis mutuatos esse.

ἕξας, qui commemoratur ab Epicharmo fr. 6, *τέτρας* et *τρίας* Sicula nummorum nomina sunt [13]), aperte ad Romanorum sextans, quadrans, triens similitudinem ficta. Grammaticorum de *τέτραντος* et *τρίαντος* valore errores rectissime Bentlejus et Boeckhius p. 293 profligarunt et illum ter uncias tenere ut quadrantem,

---

12) Phot. *ὀγκίαν: τὸν σταθμὸν Σώφρων καὶ Ἐπίχαρμος.* — Eustath. 1282, 42. *παρ' Ἐπιχάρμῳ, ὃς καὶ ὀγγίαν λέγει καὶ λίτραν.* — Poll. IV, 175 et IX, 80 Aristotelem in politia Himeraeorum *οὐγκίαν*, Siculorum nummum, commemorantem affert.

13) Pollux IV, 175 ex Aristotelis politia Himeraeorum: *Σικελιῶται τοὺς δύο χαλκοῦς ἑξᾶντα καλοῦσι, τὸν δὲ ἕνα οὐγγίαν* (MS. Jung. *οὐγκίαν*), *τοὺς δὲ τρεῖς τριάντα* (C. A. *τριᾶντα*). — Id. IX, 8) indidem ut Siculorum nummorum nomina: *οὐγκίαν* (ita Jung. e codice pro *οὐγγίαν*), *ὅπερ δύναται χαλκοῦν ἕνα, καὶ ἑξ τάλαντα* (male correxerunt *διξάντα*, rectius Bentlejus *ἑξάντα*), *ὅπερ ἐστὶ δύο χαλκοῖ, καὶ τρία τάλαντα* (Bentl. recte *τριάντα*, alii male *τριξάντα*), *ὅπερ τρεῖς.* — Hesych. *τριάντος πόρνη, λαμβάνουσα τριάντα* (cod. *τριάκοντα*), *ὅ ἐστι λεπτὰ εἴκοσι.* — Id. *τετράνθα, τετράγωνόν τι σχῆμα· δηλοῖ δὲ καὶ τοὺς τέσσαρας χαλκοῦς.*

hunc quatuor ut trientem demonstrarunt. Accentus earum vocum satis dubius est. In libris modo ultima acuto aut circumflexo instructa est, modo penultima acuto. Nos *τρίας* etc. praetulimus propter Latini *tríens* analogiam, quanquam liceret etiam *τριάντος* cum *triéntis* conferre.

κύβιτον, Lat. *cubitus*, Siceliotarum vox esse videtur, unde Epicharmeum *κυβιτίζειν* derivatur [14]). Eadem tamen voce Iones et Hippocrates usi sunt, ut non ab Italis acceptam esse appareat.

κάρκαρον apud Sophronem carcerem significabat, apud Rhinthonem stabulum [15]). Vox Italis deberi videtur; nam quae apud Graecos similia sunt, diversam potestatem habent.

μοῖτος, Sicula vox, unde Varro *mutuus* dicit, vid. Sophr. fr. ult.

πανός, quod Messapiorum esse dicitur pro *panis*, vix recte ab Italiotis et Siceliotis receptum putatur. Nihil enim cum ea voce cohaerere videntur *πανία* pro *πλησμονή* et *τὰ πάνια* pro *τὰ πλήσμια*, quae e Siculis et Tarentinis poëtis afferuntur [16]).

πατάνα est apud Sophronem fr. 31 (neutrum *πάτανον* commemorat Pollux VI, 90 cf. Hesych. *πάτανα, τρυβλία*), unde descendit compositum *πατάνεψις* anguillae epitheton apud Epicharmum Poll. VI, 90 et deminutivum *πατάνιον*, cujus rustica forma *βατάνιον* diserto testimonio

---

14) Poll. IV, 141. *καὶ κύβιτον εἴποις ἂν ὡς Ἱπποκράτης. δοκεῖ δὲ εἶναι Δωρικὸν τοὔνομα τῶν ἐν Σικελίᾳ Δωριέων. ὅθεν Ἐπίχαρμος καὶ τὸ παίειν τῷ ἀγκῶνι κυβιτίζειν λέγει.* — Phot. *κύβηττον: Ἴωνες τὸ ἄκρον τοῦ ἀγκῶνος· οὕτως Ἐπίχαρμος*, quae manca esse videntur. — Hesych. *κυβητίζω, τοῖς ἀγκῶσι πλήττω* et *κυβιτόν, ὁ ἀγκών.* De Hippocratis usu cf. Erotian. et Galen. Gloss.

15) Phot. *κάρκαρον· τὸ δεσμωτήριον. οὕτως Σώφρων.* — Hesych. *κάρκαρα — ἔνιοι τὰς μάνδρας· Ῥίνθων.*

16) Athen. III, 111. C. *πανός, ἄρτος, Μεσσάπιοι. καὶ τὴν πλησμόνην πανίαν καὶ πάνια τὰ πλήσμια Βλαῖσος ἐν Μεσοτρίβᾳ καὶ Δεινόλοχος ἐν Τηλέφῳ Ῥίνθων τε ἐν Ἀμφιτρύωνι καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πᾶνα τὸν ἄρτον καλοῦσι*

Sicula vox dicitur [17]). Et deminutivum quidem frequentatur apud Atticos poëtas mediae et novae comoediae, sed tribus certe in locis ita, ut Sicula origo appareat, primum in Eubuli *Κατακολλωμένῳ* Meinek. III p. 228 ex Athen. IX, 396. A et Poll. X, 107 *καὶ πνικτὰ Σικελὰ πατανίων σωρεύματα* (Athenaei libri *παντανίων*), deinde apud eundem Eubulum p. 265 Mein. *Σικελικὰ βατάνια*, postremo in Alexidis Asclepioclide Meinek. III p. 394:

Οὕτως δ' ὀψοποιεῖν· εὐφυῶς
περὶ τὴν Σικελίαν αὐτὸς ἔμαθον, ὥστε τοὺς
δειπνοῦντας εἰς τὰ βατάνι' ἐμβαλεῖν ποιῶ
ἐνίοτε τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

Itaque reliqui non minus aut de Siculis rebus loquentes ea voce uti aut a Siculis eam mutuati esse videntur. Scriptura valde ambigua est inter *πατάνιον* et *βατάνιον*. Nam quum Pollux X, 107 *πατάνιον* afferat ex Eubuli Catacollomeno, Antiphanis Euthydico Mein. III p. 51 et Alexidis Asclepioclide, *βατάνιον* e solo Hipparcho, novae comoediae poëta Meinek. IV p. 432, Athenaeus IV, 169. D in iisdem Antiphanis et Alexidis locis *βατάνιον* scriptum invenit, contra *πατάνια* in Antiphanis *Γάμῳ* Mein. III p. 39, ubi Antiatticista [17]) *βατάνια* legit, *Πατανίων*, coci nomen, in Philetaeri Oenopione Mein. III p. 292, postremo in Eubuli Ione Mein. III p. 223 *πατάνια* et *βατάνια* mirum in modum conjuncta; *βατάνιον* ab Hesychio Siculum dicitur, ab Antiatticista Alexandrinis tribuitur, a Polluce ad rusticam pronuntiationem refertur [17]), hoc recte, nisi fallimur. Ceterum *βατάνη* legitur apud Matronem parodum Ath. IV p. 136. D. Deminutivi tertia forma accedit *παντάνιον*, quam Athenaei libri in Eubulei

---

17) Hesych. *βατάνια, τὰ λοπάδια· ἡ δὲ λέξις Σικελική.* Id. *πατάνια — τινὲς δὲ διὰ τοῦ β βατάνια λέγουσι.* — Poll. X, 107. *ἐν δὲ ταῖς Ἱππάρχου Παννυχίσιν εἰρῆσθαί φασιν κατὰ τὴν τῶν ἰδιωτῶν συνήθειαν εἰρημένον βατάνιον.* — Antiatt. Bekk. p. 84, 15 *βατάνια, τὰς λοπάδας ὡς Ἀλεξανδρεῖς. Ἀντιφάνης Γάμοις.* Phot. *πατάνια: τὰ ἐκπέταλα καὶ τὰ ἀναπεπταμένα λοπάδια· οἱ δὲ πολλοὶ διαστρέφουσιν ὡς Ῥωμαϊκὸν τὸ ὄνομα.*

Catacollomeni loco supra allato tuentur addicente Hesychii glossa *παντάνα, τρυβλίον*. Itaque omnibus comparatis satis certum habemus, Siceliotas vocem *πατάνα* e Latino patina fecisse (nam apud Latinos eadem stirps latius regnat ut in patera), eamque et per rusticam pronuntiationem in *βατάνα* (fortasse etiam *παντάνα*) corrupisse et ad reliquos Graecos recentiores transmisisse.

πόλτος, qua voce Epicharmus utitur fr. 11, item a Latinorum pulte descendere visum est nonnullis [18]. Sed quum jam Alcman eandem noverit, ab origine Graeca esse videtur.

ῥογός, Siculum nomen [19] horrei granarii fortasse cum Latino rogus recte componitur, quanquam hujus significatio ad aliam rem detorta est.

§. 47.

De universa Doride.

1) Postquam singulatim expositum est, quibus rebus vel universa Doris vel varia ejus genera cum reliquis Graecae linguae dialectis, praecipue cum Attica et cum lingua vulgari discrepuerint, restat ut dispersa colligamus atque in unum conspectum redigamus. Itaque infra varias Doridis discrepantias accuratius distinguemus atque describemus, quam ab antiquis grammaticis (vid. §. 2, 2) factum est; nunc levioribus omnibus et incertioribus omissis in succinctam enarrationem congerenda sunt, quibus omnium Doriensium lingua insignis fuit. Enumerabimus non solum, quae Doridi peculiaria sunt, sed etiam quae cum Aeolicis dialectis communia.

---

18) Varro de L. L. V, 105 „puls: haec appellata vel quod ita Graeci, vel ab eo unde scribit Apollodorus, quod ita sonet, quum aquae fervent insipitur.“ Apollodorus, Heynio suspicante ad Apollod. I p. 441, id dixerat in libro *περὶ Ἐπιχάρμου*.

19) Poll. IX, 45. *ταῦτα δὲ (τὰ σιτοβόλια, τὰ πυρῶν ταμεῖα) ῥογοὺς Σικελιῶται ὠνόμαζον· καὶ ἔστι τοὔνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσίριδι.* — Hesych. *ῥογοί, ὅροι (?) σιτικοί, σιτοβολῶνες.*

In accentus ratione Doris ignoravit Lesbiorum barytonesin, adeo acuti paullo amantior fuit quam Atthis, maxime vero cum hac eo differt, quod antiquum accentum propter literarum vel pronuntiationis rationem mutatam aut aliis de causis ab Atthide desertum saepe religiose servavit. — Ad Lesbiacam psilosin quum antiquior Doris inclinare videatur, attamen in universum a vulgari spiritus ratione non multum receditur. — Digamma antiquior Doris e vetustissima lingua non minus retinuerat quam Aeolicae dialecti, quum in Iade et Atthide diu obsolevisset; sed inde a quinto fere saeculo pars Doriensium aversari id atque abjicere, quum pars, turbato tamen magis magisque usu, diutius retineret. — Inter consonas antiquum τ, quod ab Ionibus, Atticis, Lesbiis in σ mutatum est, a Doriensibus tenebatur, quem usum Boeoti in plerisque communem habent. Literam Koppa ejusque priscum sonum sola antiqua Doris (si Crotoniatas Achaeos Doribus adnumerare licet) servasse videtur. Item Doridi peculiare est, quod in verborum in ζω declinamentis ubique ξ pro vulgari σ conspicitur vid. §. 11. Quod non e summa antiquitate traditum esse docuimus sed e rudiore quodam consonarum concursu natum, unde non minore jure Lesbiacum σσ prodiit (L. I §. 9), quod a Boeotis in ττ mutatum est (L. I §. 37, 3), ab Ionibus et Atticis in simplex σ. — Inter vocales ᾰ pro ε et ο positum cum Doribus plerumque Boeoti commune habent (L. I §. 38), certe ubi α vetustum esse videtur, rarius Aeoles (ut Dor. ἄλλοκα, Lesb. ἄλλοτα -- Dor. Lesb. ἄνωθα), qui potius contrarias mutationes adamarunt. Productum ᾱ pro η ut Dores ita Aeolicae dialecti (paucis quibusdam exceptis, quae Lesbii peculiari ratione proferebant) et omnis Graeca lingua praeter Iadem et Atthidem extremae antiquitati debent. In contractionis ratione αε Dorico more in η contractum utraque Aeolis non ignorat, eumque modum vocalium sono aptissimum esse apparet. Non minus ᾱ ex αο et αω Dorice natum Lesbiis commune est et, quantum per contractionis fugam

licet, Boeotis. — In declinatione notamus dativum pluralem tertiae in εσσι exeuntem, quem Doris et utraque Aeolis ex antiquitate acceperunt, deinde Atticae declinationis vocum in ις et ευς horrorem iisdem communem. — In pronominibus personalibus apud Dores et Boeotos reperiuntur genitivi singulares in ς, ut ἐμοῦς, et dativi singulares in ιν. Nominativus apud eosdem et Lesbios in ες exit (Dor. Boeot. ἁμές, Lesb. ἄμμες), accusativus in ε (Dor. et vix aliter Boeotice ἁμέ, Lesb. ἄμμε). Articulus cum demonstrativis ὅδε et οὗτος in nominativo plurali apud Dores et Boeotos antiquum τ servat, relativum in iisdem et in Lesbiaca dialecto τ asciscere potest. Doridi propria sunt demonstrativa τῆνος, τοσσῆνος et si qua fuerunt similia, reflexivum αὑταυτοῦ, quod est ex αὐτὸς αὐτοῦ factum. — In conjugatione Dorica nihil insignius est quam futuri ratio ea, quae post σ inserit ε, in variis dialecti generibus diversissimis illud modis mutatum (§. 35, 3 et §. 26), qua formatione Doridem propius quam reliquas dialectos ad priscam linguam accedere docuimus; futura passivi in Doride genuina objectiva forma uti videntur. E remotissima aetate manavit primae personae pluralis terminatio μες Doridi propria, nec minus tertiae pluralis terminatio ντι, quam notiores certe dialecti mutarunt (Att. Ion. λέγουσι, Lesb. λέγοισι, Boeot. λέγονθι, Dor. λέγοντι). Brevior tertiae pluralis praeteritorum conjugationis in μι forma aeque antiqua (ἔγνον, ἐδίκασθεν) Aeolibus communis est. Ejusdem infinitivus in μεν exit apud omnes Dorienses exceptis Rhodiis, qui terminationem in μειν producunt; illa ratio non minus Boeotica est. Participii perfecti feminini terminatio, qua antiquior Doris universa usa esse videtur, una cum vulgari υῖα et Ionica οῖα e rudi quadam prisca prodiit. E verbis irregularibus et defectivis maxime notamus nonnulla Doridi aut propria aut prae reliquis dialectis familiaria: δήλεσθαι, θᾶσθαι, θῶσθαι, ἴσαμι, λῆν, μῶσθαι, πάσασθαι. Quorum quum pleraque e summa antiquitate tradita eaque ipsa de causa a reliquis dialectis non omnino

sint aliena, *ἴσαμι* pro *οἶδα* errore quodam unius Doridis fictum est. — Praepositionum apocopae antiquior Doris non minus assuevit quam omnes Aeoles. Multa Doridi peculiaria sunt in adverbiorum formatione. Quae quum maximam partem ad literarum mutationes referri possint (ut *πεῖ* vel *πῇ* pro *ποῦ* — *πᾷ* pro *πῇ* — *ποῖς* pro *ποῖ* — *πόκα* pro *πότε*), quanquam et in his Dorienses antiquissimam formam aut tenuisse aut minus immutasse videntur, adverbia tamen in *ῶ* locum unde indicantia, quae ex antiquis ablativis orta sunt, in sola Doride aetatem tulerunt.

Haec potissimum sunt, quibus universa Doris distinguitur. Quibus comparatis intelliges, quam difficile sit eam peculiarem Doridis indolem, quae in orationis sono versatur, nunc, quum vivum os Doricum silet, describere. Multo enim minore et vocalium et consonarum discrimine universa Doris distinguitur quam vel Lesbiaca dialectus vel Boeotica. Antiqui *πλατειασμόν* potissimum Doricae pronuntiationis notarunt [1]), in frequenti vocalis *α* usu positum, quippe quod patulo ore proferatur, atque eo grave quid et grandisonum effici non temere existimarunt. At *α* illud frequentatum, et breve et productum, Doridi non est peculiare, sed vix rarius in Boeotica dialecto apparet et ubicunque priscus usus religiosius ser-

---

1) Theocr. XV, 88 de mulieribus Doricis: *τρυγόνες ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα*, ubi scholia: *ἤγουν Δωρίζουσαι πάντα — οἱ γὰρ Δωριεῖς πλατυστομοῦσι τὸ ᾱ πλεονάζοντες.* Eundem locum respicit Hermogenes de Id. p. 283. *ὁ γὰρ Θεόκριτος ἀχθόμενόν τινα πεποίηκε Δωριζούσαις γυναιξὶ διὰ τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν τῷ ᾱ τὰ πλεῖστα χρωμέναις* cf. Scholl. — Demetr. de elocut. §. 177. *τὸ δὲ ἐγκηρὸν ἐν τρισί· τραχύτητι, μήκει, πλατύτητι, οἷον βροντὰ ἀντὶ τοῦ βροντή. καὶ γὰρ τραχύτητα ἐκ τῆς προτέρας συλλαβῆς ἔχει καὶ ἐκ τῆς δευτέρας μῆκος μὲν διὰ τὴν μακράν, πλατύτητα δὲ διὰ τὸν Δωρισμόν. πλατέα λαλοῦσι γὰρ πάντα οἱ Δωριεῖς.* — Ann. Bekk. p. 662. *δοκεῖ γὰρ τὸ Δώριον ἀνδρωδέστερόν τε εἶναι τοῖς βίοις καὶ μεγαλοπρεπὲς τοῖς φθόγγοις τῶν ὀνομάτων καὶ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ.*

vatus est, multo etiam saepius apud Eleos; producto certe *α* Lesbii aequum in modum utuntur.

Hoc et gravius est et certius apparet, Doridem prae reliquis dialectis priscae indolis tenacem fuisse, antiquiorem illam Doridem maxime dicimus, qualis ante quintum fere saeculum vigebat, priusquam digammi usus perturbatus esset et apud partem Doriensium obsolescere coepisset. Nam inter ea, quibus universa Doris ab Iade et Atthide distinguitur, sive ea Aeolibus communia sunt sive Doribus propria, pleraque summam antiquitatem redolent, paucissima sunt, quae paullo recentioris originis argui possint, ut pronomen *αὐταυτοῦ* et verbum *ἴσαμι*. Eam in prisca indole servanda constantiam laudabunt, qui probant perseverantiam in antiquis moribus, legibus, institutis, quique reputant, quaque linguae mutatione aliquid auferri solere e divino illo omnium partium, quasi corporis membrorum, consensu, qui eo insignior conspicitur, quo antiquiorem aut antiquae conditionis tenaciorem linguam contemplamur. Vituperabunt, qui amant mobilitatem quandam ingenii, ut ipse Jacobus Grimmius, ceterum antiquitatis minime contemptor, Germaniae inferioris linguae id vitio vertit, quod memorabilis illius consonarum mutarum mutationis, quae a superioris Germaniae dialectis, parum tamen constanter, effecta est, non particeps fuit. Nos primum antiquitatis praedicationem paullulum restringendam esse arbitramur. Necessario enim fit, ut ea quae omnia Doridis genera communia habent, antiquiore specie utantur; solent enim et linguae cognatae et variae dialecti et ejusdem dialecti genera in iis conspirare, quae antiqua sunt, raro nec nisi casu quodam in iis, quae recentius mutata. At singula Doridis genera raro antiquiora praebent, multo saepius ea, quae recentiore aetate conformata esse appareat. Et ne linguae morumque constantiam conjunctissimam fuisse arbitremur, Lacones, qui prisci ingenii Dorici tenacissimi fuisse putantur, ante quartum saeculum, quo tempore et antiqua instituta vigebant et Atticum contagium

longe aberat, ab antiqua Graecorum lingua vix minus, diversam tamen in partem, aberant, quam Attici ingenii mobilitate insignes. Memineris etiam, quantas mutationes Romanorum, quem populum vix novorum studiosum dixeris, lingua subierit. Scilicet in linguae mutationibus nihil valet consilium, quod solum regnat in legibus et institutis novandis, multum potestatis exercet in mores. Quibus potissimum rebus fiat, ut antiqua linguae ratio aut immutetur aut conservetur, et difficile est ad explicandum et ab hoc loco alienum.

2) In universum Doridem constantiae in antiqua lingua laude, si ea laus est, non privamus, antiquiorem potissimum Doridem cum reliquarum dialectorum per eandem aetatem conditione comparatam. Nam Doridem a prima usque dialecti origine non immobilem et intactam stetisse, sed varias mutationes subisse et ratio evincit et supra monitum est §. 1, 3. Jam paullo accuratius de iis mutationibus agendum est, quae universam Doridem tangunt; singulorum enim generum historiam infra, quantum licet, delineabimus.

Tres Doridis aetates distinguere licet, antiquam Doridem ante quintum fere saeculum, mediam per quintum et quartum saeculum, recentem a quarti saeculi exitu usque ad Doricae dialecti interitum. Vix opus est monere, non subito quodam impetu et quasi saltu in novam quamque aetatem transitum esse neque eodem tempore ab omnibus populis Doricis, ut Cyrenaci post annum ducentesimum a. Chr. eam linguam servaverant, quam ad mediam Doridem referri oporteat. Nec magis uno eodemque tempore Doricam dialectum abrogatam esse, supra docuimus §. 1, 3.

De antiqua Doride propter fontium penuriam parum constat. Quum enim Alcman non sit pura Doride usus, pauci tituli, qui vel corruptissimi sunt vel brevissimi, soli aliquid certioris cognitionis suppeditant. His ducibus antiquae Doridi primum vindicamus psilosin Lesbiacae similem i. e. asperi, qui non e consonis spirantibus

natus sit, fugam, ut Ἰάρων, Ἰππομέδων, Ἀρμοξίδαμος, ἀνιοχίων vid. §. 4, 3 seqq. Ut Ἱάρων jam in Hieronis galea aspero instructum reperitur, ita omnino Dorienses inde a quinto fere saeculo asperi spiritus amantiores facti esse videntur, modo in eandem rationem, quae apud Atticos spectatur, modo (in quibusdam certe generibus) ultra Atticum usum. — Digamma, cujus in Doride historiam supra delineavimus §. 5, 9, prima illa aetate et apud omnes Dorienses frequentatum esse videtur et eo usu e summa antiquitate tradito, quam postea ipsa Doridis genera prae reliquis priscae illius literae tenacia aspernarentur, quo pertinent κλέϜος et αἰϜεί in antiquissimo titulo Crissaeo. Antiqui usus turbati primum certum exemplum est Δί pro ΔιϜί in eadem galea Hieronis. Deinde in singulis Doridis generibus digamma diversissima fata expertum est. — Ad eandem Doridis aetatem referimus literae Koppa usum; nummis enim, qui priscam consuetudinem imitari amant, fortasse exceptis, recentissimum exemplum in titulo C. I. nr. 166 esse videtur, quem Boeckhius ad n. 457 a. Chr. retulit. — Ceterum jam in antiqua Doride variorum generum discrimen apparet.

Melius de media Doridis aetate constat. Eo enim praeter inscriptiones paullo plures et graviores, Epicharmus et Sophron pertinent, Aristophanis Laconica atque Megarica (ut fontes suspectiores aut minus largos omittamus), postremo pleraque, quae grammatici de Doride tradunt. Ea tamen dialecti forma haud leviter inde ab Alexandri tempore mutata et corrupta est partim Atticae linguae magis magisque dominantis contagio, partim interna, ut ita dicam, dialecti conversione. Haec facile agnoscitur in iis, quae diversam ab Attica consuetudine rationem assumpserunt. Sed ne ea quidem, quae in recenti Doride contra antiquiorem usum cum Atthide conspirant, omnia ex hac ipsa derivari oportet; fieri enim poterat ut Doris recentiore tempore ad easdem mutationes sponte delaberetur, quas Atthis multo prius probasset.

Quanquam utramque mutationum originem discernere, apparet quam sit difficile.

Mutationem in formam non Atticam experta sunt οὐθείς, μηθείς, μηθαμῶς etc. (vid. §. 10, 7), quae in recenti Doride regnant, aliena illa a genuina Atthide ante Aristotelem et Theophrastum vid. Lobeck. ad Phryn. p. 181. Latet, unde pravus aspiratae usus, qui etiam apud recentiores Boeotos reperitur, derivari possit. — Producti ᾱ usus pro η in Doride usque ad extremam aetatem perduravit; sed novissimis a. Chr. saeculis subinde, rarissime tamen in titulis, factum est, ut η, ubi per antiquum et genuinum usum non licet, hyperdorice in ᾱ verteretur, ut ἔγκτασις, πλᾶθος §. 19, 3. b, Ἀγᾱσίδαμος ibid. 8, b, ut fontium minus limpidorum usum omittamus cf. §. 19, 1.

Plura sunt, quae ex Atthide recepta videri possunt. Primum antiquum τ, quod antiquior Doris contra Atticum usum servaverat, in recenti, exceptis formis verbalibus in τι et ντι et praepositione ποτί, fere in σ abiit vid. §. 6. — Pro Dorico ὀδελός recepta sunt ὀβελός et ὀβολός vid. §. 10, 2. — Sigma geminatum in μέσσος, ὅσσος etc. simplici cessit vid. §. 13, 1. — Antiquum ᾰ pro ε respui solet; paullo diutius Cretenses tenuerunt et Cyrenaei vid. §. 16. Particula ὦν in Atticum οὖν abire solet vid. §. 20, 11. Pro ῑ producto in nonnullis vocibus et formis ει scribi coeptum est, ut Fείκατι vel εἴκατι (hoc, si recte de Corcyraei tituli nr. 1840 aetate judicavimus, etiam paullo prius), πόλει, τρεῖς, vid. §. 22, 2. — In declinatione tertia longior dativi pluralis forma in εσσι (ασσι), olim apud omnes Dorienses frequens, in titulis inde a tertio saeculo scriptis breviori formae in σι fere cessit. Genuina articuli in nominativo plurali forma τοί et ταί per hanc aetatem obsolevit et articulo potestas relativa tribui desita est. Memorabilem in modum genuina dialectus in numeralibus ita depravata est, ut nihil fere Dorici remanserit: regnant enim τρεῖς pro τρῖς, τέσσαρες pro τέτορες, εἴκοσι pro antiquissimo Fίκατι, quod

jam antea in *ἴκατι*, *Fείκατι*, *εἴκατι* abierat, *τεσσαράκοντα* pro *τετρώκοντα*, *ἑβδομήκοντα* pro *ἑβδεμήκοντα*, *διακόσιοι* pro *διακάτιοι*, *τετρακόσιοι* vel *τεσσαρακόσιοι* pro *τετρακάτιοι* et reliqua ejus generis. — In conjugatione primae personae pluralis terminatio *μες* raro servata est. Tertiae pluralis imperativorum antiquissimae terminationes *ντω* et *σθω* jam antea in nonnullis generibus *ν* finale asciverant; recens Doris longiores terminationes *τωσαν* et *σθωσαν* illis admiscuit, quae maturius in Attica dialecto deprehenduntur vid. §. 36, 4. — Praepositionum apocope abstinetur vid. §. 43.

Vides non temere Dorica Atticis mixta esse, sed leges quasdam conspici, quibus alia genuinae Doridi peculiaria religiose servantur, alia in Atthidis similitudinem abripiuntur. Cur singula quaeque aut mutata aut retenta sint, satis explicare non valemus. Numeralia etiam in hodierno Sassicae dialecti usu, si recte observavimus, eo inclinant, ut dominantem superioris Germaniae dialectum sequantur.

§. 48.

De mitiore Doride.

1) Mitiorem Doridem eam diximus, quae declinationis secundae genitivum cum Atthide in *ου* terminat, ut *ἵππου*, et omnino Atticarum diphthongorum *ει* et *ου* mutatione in *η* et *ω* abstinet. Alia, in quibus minus quam severior Doris ab Atthide discedit, in sequente paragrapho apparebunt. Digamma, quod antiquiore tempore aeque ac severior Doris frequentaverat, per secundam aetatem in Atticae dialecti similitudinem abjectum est; scripti quidem certum exemplum non superstes est, quum pronuntiati aut hiatum excusantis apud Epicharmum vestigia quaedam reperiantur. Soli Argivi, Pamphylii, Syracusani in mediis vocibus aliquoties *β* in antiqui digammi locum acceperunt. Jam singulas mitioris Doridis

species, quae aliquanto saepius cum Attica consuetudine differunt, perlustrabimus.

2) Vulgaris Doris ea mitioris generis species a nobis appellatur, qua plerique Dorienses Peloponnesiaci cum colonis suis post Olympiadum initium deductis usi sunt, praeter ea, quae universa Doris communia habet, nulla fere graviore re ab Atthide distincta quam tertiae pluralis imperativi terminationibus *ντω* et *σθω* ut *τυπτόντω* et *τυπτέσθω*. Vocales *εο* et *εω* plerumque non contrahuntur; ubi contractio admittitur, in *ου* et *ω* Attico more coalescunt vid. §. 26, 5. 6. — Jam singuli populi enumerandi sunt:

Corinthii cui dialecto assueverint, in Corinthiacorum monumentorum clade e coloniarum lingua, certissime tamen, colligitur. Eadem enim dialecti ratio spectatur apud Corcyraeos, quorum linguae satis luculenta monumenta in titulis supersunt, in inscriptionibus Acarnanicis et Ambracicis, quorum dialectum e Corinthiorum coloniis manasse supra monitum est §. 1, 1, postremo in universum apud Syracusanos, de quibus mox plura dicemus.

Megarenses, quorum dialectum ex Aristophanis Acharnensibus et titulo mediae aetatis (cf. §. 47, 2) nr. 1052 cognitam habemus, cum colonis Byzantiis, Chalcedoniis, Mesembrianis, quorum linguam pauci tituli exhibent. Nam Byzantiorum decreto apud Demosthenem fidem non habendam esse docuimus §. 2, 14. Ceterum apud Aristophanem Megarensis Laconum et Boeotorum more *ζ* in *δδ* mutat, id quod ad pronuntiationem plebejam retulimus §. 12, 4, nec dubitamus, quin ipsi Megarenses *ζ* scripserint. In titulis et ipsorum et colonorum casu nihil apparet.

Argolidis incolae praeter ipsos Argivos, Troezenii, Aeginetae, Hermionenses Dryopes, Calaureatae. Omnium linguam e solis inscriptionibus novimus neque iis satis luculentis §. 2, 3; ex unico Troezenio mitius modo Doridis genus cognoscitur, non singularis ejus

species. Nihilominus et hos et Epidaurios, qui arctissima cognatione cum Aeginetis juncti erant, eadem vulgari Doride usos esse, qua vicini Dorienses, persuasum habemus. Sicyonios quoque, Phliasios, Cleonaeos, quorum de dialectis nihil accuratius compertum habemus, illis addere audemus.

Messenii, quantum e titulis paullo recentioribus intelligitur. In Messaniorum Siculorum titulo I, 16 Torrem. certe mitior Doris apparet, quanquam haec quidem urbs in tanta incolarum mixtione Messeniorum colonia vix haberi potest. Antiquiores Messenios, sub Spartanorum potissimum dominatione, Laconicae dialecti participes fuisse, ad quam opinionem haud temere inclinaveris, non potest inde confirmari, quod Demosthenes apud Thucydidem IV c. 3 Messenios post tertium bellum Messenicum Naupacti sedentes Lacedaemoniis *ὁμοφώνους* dicit eaque de causa ad Pylum occupandam aptissimos. Idem enim Demosthenes, Thucydide narrante III c. 112, Ambraciotas, qui vulgari Doride utebantur, oppressurus Messenios praemisit et alloqui jussit „*Δωρίδα τε γλῶσσαν ἱέντας καὶ τοῖς προφύλαξι πίστιν παρεχομένους.*“ Itaque Doricae dialecti, non singularis speciei communio ex utroque loco apparet. Ceterum confitendum est, vulgarem Doridem in titulis Messenicis eidem causae tribui posse, quam jam ad alios titulos adhibebimus.

Arcadici enim et Laconici tituli post a. 200 a. Chr. scripti vulgarem Doridem exhibent, quanquam Arcades peculiari dialecto et Lacones severioris Doridis singulari specie usos fuisse constat. Quomodo igitur factum est, ut contra antiquam consuetudinem ea aetate vulgaris Doris, in titulis certe et cultiorum fortasse hominum sermone (Laconicam enim proprietatem ne tempore quidem multo recentiore omnem extinctam fuisse docuimus cf. §. 49, 2) probata sit? Circa annum ducentesimum Achaei per Peloponnesum dominabantur, quorum foedere multi populi vulgari Doridi assueti continebantur. Quanquam igitur non constat, quae fuerit antiquorum

Achaeorum lingua, non dubitamus tamen quin vulgaris Doris communis concilii Achaici lingua fuerit et hinc in Arcadiam et Laconicam propagata sit. Megalopolitani enim mature Achaeis additi sunt, Tegeatae post pugnam Sellasiensem a. 222, Eleutherolacones a. 194, ipsi Spartani in breve tempus. Jam intelligis eandem explicationem ad Messeniorum, qui non minus per aliquod tempus Achaici foederis erant, inscriptiones adhiberi posse. Et erunt fortasse, qui de Hermionensium dialecto non aliter judicandum esse censeant, quanquam hos antea alia dialecto usos esse non constat. Deinde dubitamus an vulgaris Doridis publicus ille usus etiam ad antiquiora tempora referri possit. Qua communi dialecto concilium Peloponnesiacum, cui Spartani praesidebant, usum esse putemus? utrum Laconica, an ea quae plerisque familiaris erat, vulgari Doride? Hanc ab Argivis peculiaris dialecti loco usurpatum esse in foedere apud Thucydidem V, 79, quanquam Argivi Peloponnesiaci concilii non participes erant, haud inepte suspicari licet, ut Thucydides a negligentiae crimine, quod propter Argivae proprietatis absentiam supra §. 14, 1 in eum conjecimus, vindicetur, cf. §. 2, 14, ubi non satis accurate foederis dialectum Argivam diximus.

Sicilia colonos Dorienses a Corintho, Megaris, Rhodo accepit; Cretenses, qui cum Rhodiis Gelam condiderunt, pauciores fuisse videntur, quam qui in coloniae dialecto constituenda valerent cf. Müll. Dor. I p. 111, nec magis Messenii Zanclen commigrantes in censum veniunt. Geloi eorumque coloni Agrigentini patriam Rhodiorum dialectum servarunt, de qua infra dicemus. A Corinthiis et Megarensibus vulgaris Doris in Siciliam allata est, quae etiam ad populos origine non Doricos aut adeo non Graecos transmanavit. Haec Syracusanorum et plerorumque Siculorum, praeterea Issensium a Syracusanis oriundorum dialectus minus ex inscriptionibus cognoscitur quam e scriptoribus Syracusanis et grammaticorum testimoniis. Nonnulla peculiaria aut a vulgaris

certe Doridis usu aliena habet aut habere videtur. Eo pertinent λ ante linguales in ν mutatum, qui usus etiam Laconibus et Italiotis cognitus fuisse, minus recte universae Doridi tribui videtur vid. §. 15, 4; palatinae in verborum in *ζω* declinamentis contra antiquam et genuinam rationem subinde assumptae ut *κεκρατήριχα*, cujus consuetudinis praeterea e Laconica dialecto exempla nonnulla innotuerunt §. 11, 4; iota in *ἱστία* et *ἱστιῶ*, quod certe Italiotis non minus familiare est §. 16, 3; *ψ* pro *σφ* in pronominibus assumptum ut *ψίν*; verba in *αζω* pro *αω* exeuntia ut *ἀκροάζομαι* §. 35, 1; aoristi secundi imperativus grammaticis testibus in *ον* desinens ut *δράμον* §. 37, 5; perfecta in indicativi singulari et participii feminino praesentium rationem secuta ut *γεγάθει* et *ἑστακοῦσα* §. 41, 1. 4. Omnia tamen aut ejus generis sunt, quae a reliqua vulgari Doride confidenter abjudicare non liceat, aut minus gravia et paucas voces tangentia. Quare Siculam mitioris Doridis speciem a vulgari Doride segregare noluimus. — Apud Epicharmum pauca syllabarum finalium correptarum exempla reperiuntur, *τός* pro *τούς* vid. §. 21, deinde, si recte suspicati sumus, infinitivorum conjugationis in *μι* Rhodiaco more in *μειν* terminatorum ut *θέμειν* pro *θέμεν*, *θεῖναι* vid. §. 39, 5. Ille usus rectius ad poëtarum Doricorum licentiam quam ad Coam Epicharmi originem referri videtur; hic ad Gelenses a Gelone Syracusas traductos Herod. VII, 156. Consentaneum enim est, in aula Gelonis et Hieronis, ubi Epicharmus versatus est, Gelensium dialectum aliquamdiu servatam esse.

3) Argivorum dialectus, quae e paucis titulis et grammaticorum praeceptis parum accurate cognoscitur (de foedere Thucyd. V, 79 modo dictum est), a reliqua Doride mitiore, ad quam propter genitivos in *ου* referenda est, duabus rebus distincta erat: primum antiqua consonarum *νσ* conjunctione servata ut *ἵππονς* pro *ἵππους* vid. §. 14, quem usum nonnulli Cretensium communem habebant, deinde sigma inter vocales in asperam mutato

ut ποιῆαί pro ποιῆσαι, qua mutatione praeterea recentiores Lacones, Pamphylii et extra Doridem Eretrienses et Oropii usi sunt vid. §. 9. Praeterea Argivi inter vocales subinde β pro digamma posuisse videntur cum Cretibus et Argivis ut ὤβεα pro ὤεα, ᾠά vid. §. 5, 9, quam mutationem recens Doris severior etiam ad vocabulorum initium adhibebat. — Pamphylii igitur et asperum pro σ, et β pro digamma (nec plura de eorum lingua cognita habemus) cum Argivis communia habent. Quare dubitanter eos hoc loco commemoravimus, quanquam mitiore Doride usos esse affirmari non potest.

4) Septentrionalis Doris ea mitioris generis species appellari potest, quae in Phocensium et recentiorum Delphorum, Locrorum, Aetolorum, postremo Thaumacensium, qui est Phthiotidis populus, titulis conspicitur. A vulgari Doride non discrepat praeterquam in praepositionis ἐν pro εἰς usu, qui Boeotis communis est vid. §. 43, 6, dativis tertiae declinationis subinde in οις exeuntibus ut ἀγώνοις §. 30, 3 et aliis quibusdam, quae composuimus L. I §. 54, 3. Adde, quod vocalium εο et εω contractio multo etiam minus quam in vulgari Doride admittitur §. 26, 4. 5. 6. Gentes illas non recte a Strabone ad Aeolicam stirpem referri docuimus L. I §. 1, 1, neque meliore jure eorum dialectos Aeolicas haberi et e L. I §. 54 et ex hoc secundo libro satis superque apparet. Quodsi quis Doricam dialectum recentiore demum tempore in eas regiones illatam existimet quemadmodum in Arcadiam, ei non solum adversatur, quod Dorienses vel coloniis vel imperio vel commercio parum ibi valebant, sed etiam quod levia quaedam sed constantia discrimina inter septentrionalem illam et reliquam Doridem intercedunt. Cur enim Aetoli et reliqui post Doridem receptam pertinaciter ἐν pro εἰς retinerent? Itaque vix possumus quin gentes illas ab antiquissimis temporibus Dorice locutas esse existimemus aut, ut accuratius loquamur, ea dialecto usas esse, quae a Doriensibus in alias terras propagata Doricae nomen accepit.

Unam suspicionem, quae mediocriter placere possit, contra concipi posse censemus: illam Doridis speciem olim solorum Aetolorum fuisse et postea Aetolici foederis auctoritate per vicinas regiones propagatam, sicuti vulgarem Doridem Achaici foederis dominatione per Peloponnesi populos circumlatam esse indicavimus. Delphos certe recentiores Aetolicam linguam adoptasse mox demonstrabimus. Sed horum antiquior quoque dialectus ad mitiorem dialectum pertinet. Accuratiora docebit inscriptionum earumque fortasse antiquiorum larga copia, quam mox in illis regionibus detectum iri speramus. Ceterum in titulis Locricis casu septentrionalis Doridis proprietas non apparet, neque tamen magis quidquam, quod eam dialecti speciem agnosci vetet. Acarnanicos titulos, quorum lingua aeque inter vulgarem et septentrionalem Doridem dubia est, olim huic adscripsimus, nunc propter Corinthiarum coloniarum in ea regione potestatem ad illam referre maluimus.

5) D e l p h i c a dialectus antiquior memorabilem in modum a septentrionali Doride distincta est. Quae, quum vetustissimus titulus Crissaeus C. I. nr. 1 et Delphicus nr. 25 nihil habeant antiquae Doridi non commune, ex uno cognoscitur decreto Amphictionico nr. 1688 (vid. Append.), quod Ol. 100, 1 scriptum est. Neque enim dubitare licet, quin dialectus Delphica sit, quum de Delphicarum maxime rerum administratione agatur neque ullus alius populus cum aliqua veri specie excogitari possit, cujus lingua Amphictiones ea aetate usi sint.

Jam vero decreti dialectus ad septentrionalem Doridem eo pertinet, quod *ἐν* pro *εἰς* usurpatur et quod vocalium *εο* et *εω* contractione abstinetur. Contra differt extremarum syllabarum correptione eadem, quae apud Theraeos, Coos, plerosque Cretenses, Cyrenaeos observatur vid. §. 21. Tertiae declinationis dativus pluralis in *εσσι* desinit, non in *οις*, et tertia pluralis imperativorum Attico more, quo etiam Cretenses et Theraei et, in subjectivo quidem, Rhodii utuntur, in *ντων* et *σθων*, ut

διδόντων et εἰλέσθων. Postremo notamus praepositionis περί elisionem in πέροδος l. 16, quae in purioribus fontibus Doricis praeterea non reperitur. — Vix quemquam latere putamus, quam insigni modo cum illa Doridis specie conspirent ea, quae in carminibus Hesiodeis Homerico usui adversa ad Aeolicam Hesiodi originem referri solent. Quorum alia sunt omnibus Doriensibus communia, ut μελιᾶν Opp. 144 et θεᾶν Th. 41, dativus ἴν fr. 134 Göttl., ἔδον Th. 30 et similia, ἦν pro ἦσαν vid. §. 40; alia paucis propria, ut correptiones in κούρᾰς Th. 40 etc. et adeo participio δήσᾰς Th. 521 secundum Choerobosci testimonium, et praepositionis περί elisio in περίαχε et περοίχεται Th. 678. 733, postremo praepositionis ἐν usus pro εἰς, quem in ἐὴν ἐγκάτθετο νηδύν Th. 487. 890. 899 Goettlingius recte agnoscere videtur; nam quod G. Hermannus contra monuit, Atticos non minus ἐμβάλλειν et similia composita cum accusativo sine praepositione εἰς jungere, nobis quidem ejus constructionis exempla detegere non contigit. Ea igitur omnia in nulla dialecto conjuncta reperimus, praeterquam in Delphica, qualis in decreto illo Amphictionico conspicitur; Boeotica certe genitivos in ᾶν contractos ut θεᾶν et extremarum syllabarum correptionem ignorabat, nec constat de praepositione περί apud Boeotos elisionem passa. Contra si qua sunt alia Hesiodeae dialecto propria, quae Lesbiorum fuisse scimus, ut accusativi ἄψιν Opp. 426, Θοάν fr. 79 et verbum αἴνημι Opp. 681 (L. I §. 21, 1 et §. 26, 4), ea confidenter ab antiqua Delphorum lingua abjudicare non licet. Quidquid autem de his judicaveris, notabilis est Hesiodeae dialecti cum Delphica consensus eoque magis, quod Pythiae oraculis et Hesiodo elocutionis cognationem quandam esse Goettlingius intellexit Praef. p. XIV.

Non minus Pindaricae dialecti pars ad Delphicam linguam referenda esse videtur. Illa enim ex Homerica, Lesbiaca et Dorica ita composita est, ut haec pro fundamento habenda sit. Jam vero finalium syllabarum correptio, qua poëta aliquoties utitur, et praepositio ἐν cum

accusativo juncta neque ex Homerica lingua repeti possunt neque e Lesbiaca, neque utraque proprietas simul ex alia Doridis specie praeterquam e Delphica. Ne elisio quidem praepositionis περί (Ol. VI, 38 περ' ἀτλάτου πάθας, P. IV, 265 περ' αὐτᾶς, P. III, 52 περάπτων, N. XI, 40 πέροδος, fr. 126 περιδαῖος) eodem jure ad Lesbiacam dialectum referri potest, quo ad Delphicam. Nam illa praepositionem aut apocope afficit ante consonas ut περθέτω, aut pro iota ante vocales eliso ρ geminat ut πέρροχος; simpliciter elisi iota exemplum non reperitur vid. L. I §. 28, 3. Quam vero arcte Pindarus cum Delphico templo junctus fuerit, apparet ex insignibus honoribus et vivo et mortuo dei jussu habitis vid. Boeckh. Prooem. Explic. p. 17. — Ceterum hanc de Hesiodi et Pindari dialectis quaestionem potius delibare quam ad liquidum perducere voluimus.

Si tamen de utraque recte disputavimus, Delphicae dialecti proprietas, quae in Amphictionum decreto spectatur, antiquissima est. Eadem paullo post abolita est, si in titulo Delphico nr. 1690 linguam Delphis eo tempore familiarem agnoscere oportet. Cujus lingua quum transitum a media Doride ad recentem prodat (ut τέτορες, τετρώκοντα, ἑβδεμήκοντα, ὀδελός et contra τρεῖς), ut exeunte saeculo quarto scriptus esse videatur, abest quodque Delphicae proprietatis vestigium, ut accusativus ὀδελοὺς sonat, non ὀδελός. Nec minus recentiores Delphici tituli omnes, inter quos nr. 1693 anno 275 scriptus est, dialecto nihil cum reliquis septentrionalibus differunt. Mutatae dialecti causam ad Phocensium per sacrum bellum dominationem non temere retuleris. Rectius tamen Aetoli, qui ab Ol. 140 per longum tempus Delphorum imperium tenebant (vid. Boeckh. ad C. I. nr. 1694 et Curtium in Mus. Rhen. Nov. II p. 115), linguam suam cum Delphis communicasse existimabuntur.

6) Insularis Doridis, quae in Sporadibus Doricis reperitur, insignis varietas est. Universa id commune habet, quod ad vocales εο Ionico more in ευ conjungendas

magis minusve inclinatur, maxime, quantum scimus, apud Calymnios et Astypalaeenses, minime apud Theraeos, quam contractionis rationem a vicinis Ionibus mutuati esse videntur. Ceterum inter se differunt

a) Rhodiorum dialectus, quae eadem in Gelae, Rhodiorum coloniae, et Agrigenti a Gelensibus conditi titulis conspicitur. Vocales *εο* in titulis Rhodiis contractae *ευ* efficiunt in genitivis vocum in *ης* et *ος*, quae tertiam declinationem sequuntur, ut *Εὐκράτευς*, *ὄρευς*, contra vulgari ratione *ου* in verbis contractis et futuris vid. §. 26, 3. 5. Timocreontis tamen dialectus antiquior omnem vocalium *εο* et *εω* contractionem aversatur, quanquam synizesis amans, et in Agrigentinorum decreto, quod in verbis *ου* frequentat, *Διοκλέος* est Rhodiacae contractionis expers. Itaque Rhodii Ionicum *ευ* post coloniam Gelensem atque adeo post Timocreontem probasse videntur. Rhodiis eorumque colonis peculiaris est conjugationis in *μι* infinitivus in *μειν* ut *δόμειν* pro *δόμεν*, quod omnis reliqua Doris habet vid. §. 39, 5. Illi conjugationis in *ω* terminationem *ειν* per malam analogiam ad conjugationem in *μι* transtulisse videntur. Quod Epicharmus aliquoties Gelensium in hac re usum imitatus esse videtur, vide supra nr. 2. Minus peculiaris est infinitivus perfecti *γεγόνειν*, qui et in Rhodio titulo et in Agrigentino legitur §. 41, 5. Contra apud alios Doriensium non reperitur Ionicum *ξεῖνος*, quo Rhodii et coloni usi sunt vid. §. 22, deinde verbum *τιμεῖν* pro *τιμᾶν*, *τιμῆν*, quod Rhodiis et Agrigentinis commune est, perfectum *εἴσχημαι* ab *ἔχω* apud eosdem. Tertia pluralis imperativorum objectivi secundum vulgarem Doriensium usum in *ντω* exit ut *λαμβανόντω*, subjectivum, tertia quidem linguae aetate, *ν* assumpsit ut *πριάσθων*, vid. §. 36, 4: de colonorum Siculorum usu non constat. Vocum in *ευς* genitivi in *εως* maturius a Rhodiis quam ab aliis Doriensibus probati esse videntur vid. §. 30, 7.

b) Calymniorum et Astypalaeensium lingua a vulgari Doride solo *εο* in *ευ* contrahendi more, qui

etiam verba contracta et futura tangit, differre videtur ut *Μοιραγένευς*, *προωνείμενος*, *διαλυσεῦντι*. Infinitivus conjugationis in *μι* terminatione vulgari utitur ut *δόμεν*, item tertia pluralis infinitivi ut *δόντω*; extremarum syllabarum correptio non usurpatur.

c) Theraeorum dialectus a vulgari Doride maxime syllabarum finalium correptione distinguitur ut *τὸς νόμος*, *λέγες*, *θύεν*, *ἀγαγέν* vid. §. 21; deinde tertiae pluralis imperativi terminatione *ων* ut *ἐχόντων*, *πορευέσθων*; vocales *εο* non coalescunt in *ευ* nisi in nominibus cum *κλῆς* compositis ut *Ἰσοκλεῦς*, quum in reliquis genitivis et in verbis *ου* nascatur, ut *Πραξιτέλους*, *ἀφαιρούντων*, *δεξοῦνται*. Infinitivus conjugationis in *μι* vulgarem Doricam terminationem servat ut *δόμεν*. — Coi cum Theraeis finalium syllabarum correptionem communem habebant, ut apparet e titulo nr. 2508. Eos magis quam Theraeos diphthongum *ευ* contrahendo effecisse, noli e nr. 2513 colligere. Ea enim inscriptio, quam Fourmontus aperto errore Chio tribuit, Boeckhius e conjectura inter Coas posuit, Rhodo vindicanda esse videtur cf. nr. 2545. 2546.

Quo Anaphaeorum lingua referenda sit, non satis apparet. Propter arctam cum Theraeis cognationem, de qua vide Rossium in Actis Academiae Monacensis Hist. Phil. 1837 p. 401 seqq., similem Theraeae dialectum apud Anaphaeos suspicamur. Nullo tamen exemplo indicatur, utrum extremas syllabas corripuerint, id quod Theraeis praecipue peculiare est, necne; *ευ* in genitivis saepius quam Theraei admiserunt, ut *Τελεσικράτευς*; num etiam in verbis, non patet. Infinitivis conjugationis in *μι* vulgaris terminatio est ut *δοθῆμεν*. — Minus etiam accurate de Meliorum dialecto constat, quum e titulis nihil appareat nisi mitiore Doride usos esse genitivos secundae declinationis in *ου* terminante; in Pholegandriis inscriptionibus ne genus quidem Doridis discerni potest.

§. 49.

De severiore Doride.

1) Severiore Doridis genere Lacones usi sunt, Italiotae Dorici (de Tarentinis potissimum constat eorumque colonis Heracleensibus), Cretenses, Cyrenaci. Eo maxime distinguitur, quod pro diphthongis *ει* et *ου*, quas mitior Doris cum Iade et Atthide communes habere solet, saepe secundum certas quasdam leges, de quibus exposuimus §. 20 et 25, longas vocales *η* et *ω* profert, ut *ἵππω* pro *ἵππου*, *ἦμεν* pro *εἶμεν* i. e. *εἶναι*. Qua in re severior Doris conspirat cum dialectis Arcadum et, nisi opinio nos fefellit, Eleorum, deinde Lesbiorum, nisi quum liquidarum geminationem sibi propriam habent ut *ἔμμεναι*, postremo Boeotorum, praeterquam quod *η*, ubicunque est in severiore Doride, in *ει* mutantes vulgaris Doridis similitudinem receperunt ut in *εἶμεν*. — Alia, quae jam enumerabimus, Laconibus, Italiotis, Cretensibus communia fuisse scimus, quum de Cyrenacis propter fontium penuriam non constet. Primum digamma post primam Doridis aetatem in solo severiore genere, turbato tamen usu, aliquanto diutius resedit et recenti tempore in *β* mutatum est tam in primis quam in mediis vocabulis, quum Argivi, Pamphylii, Syracusani, qui sunt mitioris Doridis, in mediis tantum vocibus idque raro *β* pro antiquo digamma accepisse videantur vid. §. 5, 9. — Tum notamus assimilationis amorem quendam, ut Lac. *ἀκκόρ* pro *ἀσκός*, Tar. *Ἄφραττος* pro *Ἄφρασιος*, Cret. *Λύττος* pro *Λύκτος* vid. §. 13, 4. — Non minus severiori Doridi peculiaris est vocalium *εο* in *ιο* aut *ιω* aut *ο* aut *ω* et vocalium *εω* in *ιω* mutatio, quanquam in hoc ipso loco differentiae quaedam spectantur vid. §. 26, 1. 2. — Postremo omittere nolumus rariores formas *αἰές* et *ἀές* pro *ἀεί* vid. §. 45, 1, et augmentum *η* pronominibus personalibus additum ut *ἐγώνη* et *ἐμίνη*, quod quum Lacones et Tarentini usurpasse tradantur, universae severiori Doridi vindicare audemus vid. §. 32, 5.

2) **Laconica** lingua plura peculiaria habet et a reliquae Doridis, etiam severioris, consuetudine aliena, quam ulla alia Doricae dialecti species. Ejus proprietas his potissimum continetur:

Vocales *η* et *ω* pro diphthongis *ει* et *ου* saepius exhibet quam reliqua Doris severior. Abhorret enim cum vulgari lingua consonarum *νσ* conjunctionem, quam pars Cretensium cum Argivis servarunt, et extremarum syllabarum correptionem, cui plerique Cretenses et Cyrenaci, minus Italiotae assueverunt, in quotidianum usum non admittit. Itaque Laconica sunt *μῶσα*, *ἵππως*, *λέγην*. — Vocales *εο* semper in *ιο* aut *ιω* abeunt, *εω* in *ιω*, nisi quum immutatas teneri oportet, ut *ἀπορίομες*, *ὁμιώμεθα*, *ἐπαινίω* vid. §. 26, 1. Aeque plerique Cretensium. Notamus etiam *σιός*, quod apud partem Cretensium *θιός* sonabat, pro *θεός* vid. §. 17, 3. — Cum Italiotis verbi substantivi participium *ἔντ-ος* commune habent vid. §. 40.

Sequentia a reliquae severioris Doridis usu discedunt. Sigma inter vocales in spiritum asperum convertendi mos, ut *ἐποίηἑ*, Argivis communis est et, grammatico quodam teste, Pamphyliis, Eretriensibus, Oropiis vid. §. 9. — Sigma in *ρ* mutatum est a Laconibus ut ab Eleis, Eretriensibus et fortasse Chalcidensibus. Ejusdem apud Cretes mutationis unum vestigium reperitur vid. §. 8. — Laconibus solis proprium est *σ* pro *θ*, cujus mutationis extra Laconicam dialectum nullum usquam exemplum superstes est praeter unam glossam Carystiam vid. §. 7. — Pro duplici consona *ζ* in primis vocabulis Laconice *δ* ponitur, in mediis *δδ* ut *δῶμος*, *ὄδδω* vid. §. 12, pariter atque in Boeotorum dialecto; e Doriensibus soli Megarenses aliquatenus ejus consuetudinis participes fuisse videntur. — Item Lacones cum Boeotis *σ* aliquoties in vocabulorum fronte ante *κ* et *φ* abjectum commune habent ut *φίν* pro *σφίν* vid. §. 15, 3. Postremo communi recentiorum Laconum et Boeotorum more *ου* pro *υ* scribitur vid. §. 18.

Haec fere sunt, quibus Laconica lingua maxime di-

stinguitur. Quae non esse omnia e summa antiquitate religiose servata, vix opus esset admonere, nisi C. O. Müller Laconibus eandem linguae atque morum et institutorum constantiam vindicaturus in diatribe de dialecto Dorica, quae clarissimo de Doriensibus operi addita est, magis minusve aperte significasset, ut Doridem prae reliquis dialectis (de qua re supra diximus), ita Laconicam linguam prae reliquis Doridis generibus antiquitatis laude insignem esse. At ea, quae Lacones contra reliquae severioris Doridis usum peculiaria habent, omnia originem magis minusve recentem prae se ferunt. Apparet spiritum asperum e sigma ortum esse, non sigma ex aspero, ut in *ἐποίηἑ, ὅρμαον*, quum sigma aoristo primo proprium sit; apparet *ρ* e *σ* degenerasse, quae mutatio etiam in Latina lingua et vernacula spectatur, ut arbor est pro antiquiore arbos, Theotisce war pro was; certissimum est, *σ* pro *ϑ* depravatae elocutioni deberi, nec minus simplicem sonum *δ* et semibarbarum *δδ* in locum elegantioris et Graeco ori proprii *ζ*, qui e dj coaluit, successisse; de *σ* ante consonas abjecto non est quod moneamus. Superest *ου* pro utroque *υ* positum, quam scripturam non posse ad tempus paullo antiquius referri satis a nobis demonstratum est L. I §. 41; sonum, qui novata illa scribendi ratione exprimitur, a Boeotis et Laconibus ex antiquitate servatum esse libenter concedimus. — Adeo cum aliqua veri specie aetas computari posse videtur, qua illae mutationes apud Lacones primum invaluerint. Quum enim nulla earum ad colonos Tarentinos transierit, omnes post a. 710 in usum venisse videntur, et maturius quidem reliquis *σ* pro *ϑ*, quo jam Alcman usus est, qui floruit circa Ol. XXVII. Inter Alcmanem et Aristophanem sigma in asperum mutari coeptum esse, grammaticorum quoque testimoniis freti demonstrare conati sumus §. 9, 2. Ad eandem aetatem retuleris *δ* et *δδ* pro *ζ*, quorum prima exempla apud Aristophanem sunt et Epilycum. Paullo recentiori aetati tribuimus *σ* in *ρ* mutatum, cujus quum apud Aristophanem unicum exemplum *παλεόρ* legatur,

usum eo tempore ut rarum ita novum fuisse colligimus. Post Aristophanem poëtam, sed ante Aristophanem grammaticum *ου* pro *υ* scribi coeptum esse indicavimus §. 18. Postremo *β* pro digamma positum, quod Italiotis et Cretensibus commune est, tantum abest ut ad antiquissima tempora referri possit, ut post nostram aeram demum ex inculta rusticae plebis pronuntiatione arreptum esse videatur, vid. §. 9, 5. — Intelligis, Laconicam linguam magis magisque depravatam esse, ut fit in populo literis parum dedito; nihil enim linguam magis stabilit atque firmat quam literarum studium per omnes populi partes fusum.

Quomodo explicari possit, quod in titulis Laconicis post annum ducentesimum a. Chr. scriptis omni proprietate Laconica abjecta mitior Doris regnat, supra indicavimus §. 48, 2. Ea aetate propriam Laconum linguam non extinctam fuisse, luculentissime inde apparet, quod in titulis duobus ferme saeculis post nostram aeram scriptis Laconicae proprietatis (ut *σ* pro *ϑ*, *σ* inter vocales ejectum, *β* pro digamma) reliquiae quaedam, in propriis potissimum nominibus, supersunt; praeterea grammaticorum de Laconica dialecto praecepta et glossae Laconicae maximam partem ad recentiorem illam aetatem pertinere videntur. Neque apud Cretenses et Cyrenaeos (de Italiotis parum constat) ante saeculum post nostram aeram exactum severioris Doridis proprietas, ut terminatio *ω* in genitivo declinationis secundae, obsolevit. — Ceterum ibidem diximus dubitari posse, an mitior Doris, quae est in recentioribus titulis Messenicis, non magis genuinam Messeniorum dialectum referat.

3) Inter Dorienses Italiotas potentissimi erant Tarentini, Spartanorum coloni, qui una cum Thuriis Heracleam in Siritide condiderunt; Tarentinos tamen in colonia praevaluisse et aliunde constat et e lingua appa-

ret, quae cum Tarentina nihil differre videtur. De utrorumque linguae fontibus vide §. 2, 7. 16. Reliquarum urbium Italioticarum nulla purae originis Doricae erat. Rhegii tamen Messenii ut imperio ita dialecto prae Chalcidensibus valuisse videntur; certe in una ex inscriptionibus Rheginis a Morrisano collectis p. 59 *δᾶμος* extat (de aliis, quae male ad Rheginorum dialectum referuntur, vide §. 14, 2. 3 et §. 37, 2, praeterea §. 46, 6); eandem linguam Buxenti regnasse credideris, quae colonia a Messaniis, qui Rhegio Zanclen commigraverant, circa Ol. LXXVII deducta esse fertur. Latet, quo Doridis genere utraque urbs usa sit. Locrorum Epizephyriorum origo obscurissima est; Doriensium et Spartani et Syracusani coloniae aliquam partem habuisse videntur vid. Müll. Dor. I, 127 et II, 228. Dialecti unicum specimen superest in carmine populari Locrico apud Athenaeum XV p. 697; Doris apparet, maxime in *ἐξοϱῆς* et *μολέν*, et in hoc, si recte scriptum est, Italiotica infinitivi correptio. Pleraeque Italiae urbes Graecae ab Achaeis conditae erant, ut Sybaris et Croton cum coloniis suis; Crotonis aliqua pars Laconibus vindicatur Müll. Dor. I p. 126. Valde tamen dolemus, quod de Achaeorum Italiae lingua non magis constat quam de Peloponnesiorum. Petiliam a Philoctete conditam esse, cf. Boeckh. ad C. I. nr. 4, haud facile credimus; tessera Petiliensis Doricam dialectum ita exhibet, ut genus propter antiquam scripturam discerni nequeat. Superest inscriptio in Bruttiis nescio ubi reperta, in qua severius Doridis genus apparet. Hoc igitur ultra Tarentinorum et Heracleensium fines late per Magnam Graeciam sparsum fuisse suspicamur. Jam Italiotica severioris Doridis species a reliquo severiore genere his potissimum rebus distinguitur:

Cum Laconibus Italiotae *η* et *ω* pro vulgaribus *ει* et *ου* communia habent exceptis infinitivis, qui Laconice in *ην* desinunt: nam in his quidem Italiotae correptionem

ultimae cum Cretensibus et aliis probaverunt, ut ἵππως, ἦς, μῶσα, φέρεν vid. §. 20 et §. 21, 6. — Vocales εο et εω plerumque Laconico more in ιο et ιω mutantur ut κλαυμαριόμενος, μετριώμενος, ἀδικίων, sed in futuris primis nonnullorum Cretensium more ε vel ι ante sequens οντ ejicitur ut δοκιμαξόντι, ἐσσόνται vid. §. 26, 2. Similiter duplex contractionis ratio spectatur in pronominum personalium genitivo singulari, cujus Tarentinae formae traduntur ἐμίο, ἐμίω, ἐμίως, ἐμῶς (ex ἐμέο et ἐμέος) etc. — E solis tabulis Heracleensibus cognita est dativi pluralis in tertia declinatione terminatio ασσι ut πρασσόντασσι, neque alibi reperitur infinitivi perfecti terminatio ημεν ut πεφυτευκῆμεν. In iisdem spiritus et digammi ratio multa singularia habet, quanquam non licet affirmare, quatenus cum reliquorum Doriensium usu differatur. — Tertiae plurali imperativorum vulgaris terminatio Dorica est ut ἀγγραψάντω et ἐπελάσθω. — Tarentinis tribuitur verborum terminatio ζω in σσω mutata ut σαλπίσσω (quam rationem tabulae Heracleenses ignorant) §. 12, 5, et minore, si recte suspicati sumus, jure ζω pro σσω ut ἀνάζω §. 13, 3. Iisdem vindicatur singularis adverbii forma αἰή, quum in tabulis Heracleensibus vulgo ἀεί, semel ἀές legatur.

In universum antiquam linguam multa cum fide ab Italiotis servatam esse, docent et tabulae Heracleenses exeunte saeculo quarto scriptae et pauca illa e Rhinthonis, qui circa a. 300 vixit, et Blaesi, qui multo recentior esse videtur, fabulis superstitia.

4) Cretenses plerique circa saeculum tertium et secundum a. Chr. severiore Doride usi sunt; si titulis Tejo-Creticis plus fidei habere liceret, in decretis Polyrrheniorum, Lappaeorum et Priansiorum nr. 3054. 3055. 3057, quorum sola initia tradita sunt, mitius Doridis genus agnosci oporteret. Ceterum eas ipsas urbes, quarum

linguae monumenta supersunt, Doricos colonos accepisse non constat, unica fortasse Minoa Cydoniatarum excepta, cujus in agro titulus nr. 2558 repertus est; nam Cydoniam aliquantisper Aeginetae tenuerant vid. Hoeck. Cret. III p. 412.

Severioris Doridis per omnem Cretam non una eademque species valebat, sed haud leves spectantur differentiae, ejus tamen generis, quae certas quasdam Creticae dialecti species accurate discerni non permittant.

Gravissima differentia in accusativo plurali secundae declinationis apparet. Laconica enim et Italiotica terminatio *ως*, ut *νόμως*, in solo Latiorum et Olontiorum foedere nr. 2554, quod horum linguam referre videtur, quum Latiorum decretum nr. 3058 dialecto differat, et in Epimenidis epistola conspicitur vid. §. 20, 2. d. Quum autem iidem Olontii infinitivorum terminationem corripere videantur ut *ἐξορκίζεν* vid. §. 21, 6, in vocalium *η* et *ω* pro vulgaribus diphthongis *ει* et *ου* usu plane cum Italiotis conspirant. — Contra plerique Cretensium cum Cyrenaeis et aliis Doriensibus extremarum syllabarum correptionis amantes, *τὸς νόμος* proferunt, quae ratio apparet in titulo Hierapytnio nr. 2555, foedere Priansiorum et Hierapytniorum nr. 2556, in quo horum lingua agnosci posse videtur, in decretis Minoae Cydoniatarum nr. 2558, Arcadum nr. 3052, Cnossiorum 3053. A, incertae urbis nr. 3053. C. Eosdem populos in infinitivis correptione uti consentaneum est, vid. §. 21, 1. 6. — Postremo alii Cretenses antiquissimam accusativi formam *τὸνς νόμονς* servarunt, non minus alias consonarum illarum cum Argivis patientes, ut *τιθένς*, *πάνσα*, *ὑπάρχονσα*, quae apud reliquos Cretenses *τιθῄς* vel *τιθές*, *πᾶσα* et *ὑπάρχωσα* sonarent. Reperitur ea ratio in decretis Vaxiorum nr. 3050 et Latiorum nr. 3058, a grammaticis male Creticae dialecto in universum tribuitur vid. §. 14. Ceterum

iidem infinitivos corripere videntur. — In reliquis titulis Creticis, qui genuinae dialecti corruptionem per lapicidas passi sunt, discerni nequit, quae e tribus illis rationibus cuique populo peculiaris fuerit; Allariotas tamen, in quarum epistola nr. 2557 dativus *μετέχωσι* pro *μετέχουσι* (quae sunt e *μετέχονσι* orta), et infinitivus *χαίρεν* leguntur, consonarum conjunctionem *νς* abhorruisse apparet.

Alia differentia in vocalibus *εο* et *εω* posita est. Nam pars Cretensium eas non mutabat, si fidem habere licet titulis Eleuthernaeorum nr. 3047, ubi *ἐπαινέομεν*, et Arcadum nr. 3052, ubi *πολεμέωσι*, deinde Epimenidis epistolae, ubi *ἀλγέοντι*. Alii Laconum more eas in *ιο* et *ιω* mutant, quae ratio apparet in decretis Istroniorum, Sybritiorum et Latiorum nr. 3048. 3049. 3058 ut *πραξίομεν*; in Latiorum et Olontiorum foedere nr. 2554 prima et secunda ratio mixtae sunt, unde in formas illam secutas corruptelae suspicio cadit. Tertia ratio spectatur in titulis Hierapytniorum nr. 2555. 2556 et Allariotarum nr. 2557, ubi *εω* et *εο* in *ω* contrahuntur, nisi quod quum *ο* ante duas consonas est, *ε* ejicitur, *ἐξῶ* pro *ἐξέω*, *ὠνόμενος* pro *ὠνεόμενος*, *πωλόντες* pro *πωλέοντες*. De reliquorum usu propter titulorum Tejo-Creticorum foedam corruptionem judicare non licet.

In digammi usu Cretes a Laconibus non multum differunt; valde tamen singulare est *ϱ* pro antiquo digamma in glossis Hesychianis *ϱέ* et *δεδροικώς* positum vid. §. 5, 7. Ex eodem Hesychio solo constat de *λ* in *υ* mutato ut *αὖσος* etc. vid. §. 15, 5. — *Πρεῖγυς* pro *πρέσβυς* aut potius ejus vocis derivata in titulorum parte leguntur vid. §. 15, 6. In Naxiorum decreto nr. 3050 *φυλάδω* esse videtur pro *φυλάσσω* §. 13, 6. Creticum esse dicitur *θιός* et in Olontiorum foedere nr. 2554 scriptum fuisse videtur vid. §. 17, 3, quum in reliquis inscriptionibus, etiam melioris fidei, *θεός* legatur. *Πορτί*

pro *πρός*, forma Cretibus propria, est in decretis Istroniorum, Vaxiorum, Rhauciorum et Cnossiorum nr. 3048. 3050. 3051. 3053, quum vulgaris Dorica forma *ποτί* reperiatur in titulis Allariotarum nr. 2557, Eleutheruaeorum nr. 3047 et eodem Rhauciorum nr. 3051. *Πεδά* in Vaxiorum decreto esse videtur, ut est apud Epimenidem et in antiquis titulis Argivis. — Omnibus Cretensibus contra plerorumque Doriensium usum tertiae pluralis imperativorum terminatio *ων* cum Theraeis et antiquioribus Delphis communis fuisse videtur ut *ἑρπόντων* et *ποιησάσθων* vid. §. 36, 4.

Vides, quanta Creticae Doridis fuerit varietas, quantaque in nonnullis praesertim populis (Vaxii et Latii inprimis notandi sunt) vel antiqui situs tenacitas vel novationis mira proprietas. Singula exempla praeterea passim attulimus.

5) Cyrenaeorum dialectus in titulis inde a secundo a. Chr. saeculo scriptis multo antiquiorem colorem habet quam omnis reliqua Doris, qualis per eandem aetatem cognoscitur; maxime ille apparet in prisco *α* pro *ε*, quod in vocibus ab *ἱερός* derivatis tituli ante nostram aeram scripti accurate servant, recentiores haud raro exhibent vid. §. 16. Item *ω* in secundae declinationis genitivo, severioris Doridis certissimum indicium, vulgari terminationi *ου* non cedit nisi in titulis Tiberio recentioribus et ne in his quidem cum aliqua constantia. A reliqua severiore Doride, quantum in fontium penuria intelligi potest, Cyrenaeorum lingua duabus potissimum rebus distinguitur: primum extremarum syllabarum corripiendarum insigni amore vix ullis Doriensium aeque familiari, ut *τὸς θεός*, *ἱαρές* pro *ἱερεῖς* vel *ἱερῆς*, *Φυκός* pro *Φυκοῦς*, quo etiam Callimachi Cyrenaei insolentiores correptiones revocandae esse videntur vid. §. 21; deinde vocalium *εο* contractio in *ευ* ut *Εὐφάνευς* et *Θεύτιμος*, quae a reliqua severiore Doride, praecipue in genitivis, aliena est.

§. 50.

De Doridis generum et specierum origine.

1) Concentum cum Attica lingua, qua mitius Doridis genus a severiore distinguitur, non recentis originis esse neque ei potentiae deberi, quam Atheniensium ingenium magis magisque in reliquos Graecos exercebat, supra §. 20 et 25 satis demonstratum est. Restat ut quaeramus, quo tempore illa Doridis divisio nata esse videatur. Primum a recentiore et cognitiore aetate ad vetustiorem et obscuriorem escendentibus utrumque Doridis genus in inscriptionibus apparet, ex quo diphthongi *ει*, *ου* et longae vocales *η*, *ω*, quo in loco gravissimum generum discrimen positum est, scriptura distingui coeptae sunt. Antiquissimus titulus, in quo mitius genus cernitur, est decretum Amphictyonum nr. 1688, quod Ol. 100, 1 scriptum est; severius in titulis Creticis et Cyrenaicis vel post nostram aeram conspicitur, vulgaribus formis raro intermixtis. Quomodo factum sit, ut in Laconicis titulis post a. 200 mitius genus omnem proprietatem Laconicam propulerit, supra §. 48, 2 explicare conati sumus. In universum tanta est generum usus constantia in variorum populorum Doricorum inscriptionibus, ut vel hinc intelligatur, illam divisionem multo antiquiorem esse. Idem docent poëtae Dorici, qui ex iis civitatibus oriundi, quarum inscriptiones mitiorem Doridem praebent, ea ipsa quinto saeculo usi sunt, Epicharmus et Sophron Siculi, Timocreon Rhodius; deinde Aristophanes in Acharnensibus Megaricam dialectum imitatus, quem ne suspiceris hoc in loco Attica temere immiscuisse, Laconicae dialecti in Lysistrata imitationem comparato. Ad Epicharmum et Sophronem retulimus gravissima grammaticorum testimonia de Syracusano *Μοῦσα* et antiquiore Dorico *εἶς* vid. §. 20, 12. — Ultra quintum saeculum Alcmanis carmina severiorem Doridem exhibent, sed eam minus puram;

mitioris nulla exempla supersunt. Nihilominus certis argumentis demonstrari potest, multo antea Dorienses inter severius et mitius genus divisos fuisse. Nam sicuti consentaneum est, coloniarum eandem ab origine linguam fuisse atque metropolium, ita vix fieri poterat ut longo intervallo diremtae, diversis vicinorum generibus circumdatae, vix ullo arctiore vinculo junctae utraeque ad easdem dialecti mutationes delaberentur. Itaque, si qua coloniae cum metropoli communia sunt, ea nostro jure a conditoribus illata existimamus; si quibus discrepant, ea aut ab alteris aut ab utrisque novata. Jam vero omnes coloniae, quae historico tempore i. e. post Olympiadum initium conditae sunt, in Doridis genere cum sua quaeque metropoli concinunt. Mitius Doridis genus ut apud Megarenses ita apud horum colonos reperitur, Byzantios et Chalcedonios, nec minus Mesembriae, quae ab hominibus Byzantio et Chalcedone profugis condita est; deinde, quum de ipsorum Corinthiorum lingua non constet, in omnibus Corinthi coloniis, Corcyrae, Ambraciae, in Acarnania, quae Corinthiis coloniis referta erat, Syracusis et in Syracusanorum coloniis, Issae et Acris, quibus comparatis de metropolis mitiore Doride dubitari nequit; postremo et Rhodi et in Rhodiorum colonia Gela et Agrigenti, quod a Gelensibus conditum est. Contra severior Doris non minus quam apud Lacones Tarenti, quod Spartani per Parthenias condiderunt, et Heracleae reperitur, quae est Tarentinorum colonia. Soli Cyrenaei excepti sunt, quum Therae metropolis inscriptiones mitiorem Doridem exhibeant, Cyrenaicae severiorem. Quod quomodo factum sit, Cyrenarum historia aperit. Constat enim ex Herodoto IV, 159. 161, quum sub tertio rege Batto II multi ex omni Graecia coloni accessissent, postea a Demonacte omnes incolas ita in tres tribus divisos esse, ut una Theraeos cum perioecis teneret, alia Cretenses et Peloponnesios, tertia omnes insulanos. Nec dubium est, quin Theraei, qui tertiam reipublicae partem habebant,

incolarum numeri tertiam partem non expleverint; iis enim, qui primi urbem condiderant, prae reliquis aliquid juris dari consentaneum erat. Cyrene igitur nomine potius quam re Therae colonia erat, nec mirum, si Theraeorum dialectus inter tot accolas alienae elocutionis evanuerit. Cretenses, id quod ipse terrarum situs existimari jubet, numero praevaluisse videntur, quum inter dialectos Creticam et Cyrenaicam praeter ea, quae universi severioris generis sunt, extremarum syllabarum correptio communis sit, quam a Cretensibus potius quam a Theraeis ad Cyrenaeos transmanasse putamus; vocalium εο contractionem in ευ, quam Cyrenaci prae reliqua severiore Doride peculiarem habent, ad insulanos, qui Cyrenen commigraverant, vel Doricos vel Ionicos retulerim, quorum utrisque is usus familiaris erat. — Quum igitur Doricae coloniae post Olympiadum initium conditae cum sua quaeque metropoli aut severius aut mitius Doridis genus commune habeant, praeterquam ubi per advenarum alienigenarum confluxum mutatio facta est, et quum multae ex illis aut octavo saeculo aut incunte septimo conditae sint, certa ratiocinatione efficitur, jam octavo saeculo Dorienses inter severius genus et mitius divisos fuisse.

Sed etiam altius ad mythica tempora escendere juvat. Videamus enim, utro Doridis genere urbes Doricae proximo post migrationem tempore conditae vel captae postea usae sint. Dorienses Achaeis victis in Peloponneso tria regna condidisse feruntur, Argivum, Laconicum, Messenicum. Argis deinde exierunt, qui Troezenem, Epidaurum, Sicyonem occuparunt, Epidauro, qui Aeginam, ex Argolide, qui Rhodum, Con, Calymnam et vicinas civitates Doricas. Quod Aletes, qui primus Corinthum in Doriensium potestatem redegit, non Argis, id quod probabile videtur, neque e Laconica vel Messenia venisse fertur, Corinthiorum fastum Argivam originem aspernatum minus vera finxisse putaverim. Megaridem Corin-

thios colonos accepisse certum est. — Omnes autem illas civitates Doricas, quarum origo ad Argivos aut refertur aut referenda esse videtur, mitiore Doridis genere usas esse modo ex inscriptionibus cognitum habemus modo probabili conjectura assequimur. Ne Creticas quidem urbes, quae Althaemene duce paullo post Megaridem captam a Doriensibus Argolicis conditae esse feruntur, cum plerisque Cretensibus severius genus commune habuisse certum est. Neque enim disertis testimoniis constat, qui Cretensium Argivam originem jactaverint, et Polyrrhenia atque Lappa, quae oppida Hoeckius II p. 438. 440 Althaemeni conditori vindicare studuit, fortasse mitiore Doride utebantur vid. §. 49, 4.

Messeniorum nec minus Messaniorum in Sicilia tituli Doridem mitiorem exhibent; sed de genuina illorum dialecto paullulum dubitari posse indicavimus. Spartanorum severior Doris est et eadem in Creta dominatur, quam paullo post Laconicam a Doriensibus captam incolas inde accepisse narrant, Dorienses, Minyas et Achaeos vid. Hoeck. II p. 418. Praecipue Lyctum a Spartanis conditam esse affirmatur l. l. p. 431, et oppidorum nomina haud pauca Laconicae et Cretae communia, institutorum et morum insignis similitudo, alia multa arctiorem inter Laconcs et Cretenses cognationem arguunt. — At Melus et Thera, quarum in titulis mitior Doris apparet, Spartanorum se colonias esse non multo post Doricam migrationem conditas jactabant. Erunt qui severiorem Doridem ab his derelictam esse existiment, praesertim quum Cyrenaei, Theraeorum coloni, illa usi sint. Nosmet eo minus credimus, quod Theraeorum lingua tantum proprietatis habet, ut ab alio populo nullo accepta esse possit. Neque est cur Meliis et Theraeis antiquitus mitiorem Doridem familiarem fuisse negemus. Utraque enim colonia non ab ipsis Spartanis condita est, si audiamus accuratiores narrationes, sed a Minyis et Achaeis, qui

in Laconica sederant vid. Müll. Orchom. p. 317. 334. Eae vero gentes qua dialecto usae sint, omnino non constat. Si igitur ab iis mitiorem Doridem ad Melios et Theraeos manasse suspicemur, non potest contra moneri, quod Melus ab ejusdem agminis parte, quae e Laconica in Cretam perveniret, occupata esse dicitur; latet enim, quo Doridis genere eae urbes, quae ad illam originem referuntur, ut Gortyna, usae sint. Itaque in hoc loco multum dubitationis est, sed ullam urbem ab ipsis Spartanis Doriensibus vel antiquissimo tempore conditam severius Doridis genus abhorruisse confidenter contendi non potest. Quid vero, si mythicas de Doricarum urbium narrationes, quae modo obscurae sunt, modo inter se pugnant, modo principum potius quam populorum originem spectant, contemnere audeamus? Jam intelliges ex Argolide per Melum, Pholegandrum, Theram et reliquas Sporades Doricas usque ad Cariae oras, quasi via necessaria, mitius Doridis genus profectum esse, neque aliter severius e Laconica per Cretam in Libyam.

Disquisitio nostra eo perducta est, ut proximo tempore postquam tria Doriensium regna in Peloponneso condita essent, Argivi et fortasse Messenii mitiore Doridis genere usi esse videantur, Spartani severiore. Quid igitur? Quum nemini probabile videri possit, ipsos Dorienses in Peloponnesum irruentes non eodem dialecti genere usos esse, num Argivos an Lacones an utrosque a genuina Doride descivisse existimemus? Respiciendum est ad reliquarum Graecarum gentium dialectos, num quid inde ad quaestionem propositam colligi possit. Et primum quidem eo animum attendas, quod Aetoli, Delphi et reliqui vicini populi, quum ad Doricam stirpem referri non soleant, Dorica dialecto eaque mitioris generis locuti sunt; deinde, quod Arcades, soli inter Peloponnesi Aborigines, quorum de lingua aliquid certioris cognitionis habemus, non solum eum vocalium η et ω

usum, quo severior Doris maxime distinguitur, cum Laconibus communem habent ut Gen. *Μόσχω*, sed omnino, quantum in tanta fontium penuria cognosci potest, nihil fere cum illa differunt praeterquam vocalibus *αο* in *αυ* contractis ut *Εὐμηλίδαυ* Gen. pro *Εὐμηλίδαο*, Dor. *Εὐμηλίδα*. Itaque si in illis regionibus, unde Dorienses prodierunt, apud populos cum ipsis conjunctissimos mitius Doridis genus valuit, apud Arcades Peloponnesi Aborigines lingua severiori Doridi valde propinqua, nonne verisimile est, Spartanos priscorum incolarum linguam adoptasse? Stupebunt, qui in ea opinione haerent, Spartanos Doricam in quaque re proprietatem religiosissime servasse. Neque tamen ea suspicio, quo imprudentes et paene inviti delati sumus, per se nimis absurda est. Reputa enim, quam mature Germani inter populos Latinae linguae assuefactos, Normanni inter Francogallos patriae linguae obliti sint. Quidni Spartani, pauci numero, Achaeorum ea aetate haud dubie cultiorum dialectum leviter a sua discrepantem adoptasse putemus, praesertim quum Helotes Achaei in familiis dominorum versarentur et quum ante leges Lycurgeas Spartani a reliquis Laconicae incolis vix tantopere secreti essent. Rectius dubitaveris, an Dorienses ante coloniam Creticam, quae proximo post Spartam captam tempore deducta videatur, dialectum nondum mutaverint. At vide, quam Creticarum rerum repetita contemplatio suspicionem nostram non infringat, sed confirmet. Lyctus, quae Spartanorum colonia appellatur, qua dialecto usa sit non constat. Pollis et Delphus, qui coloniam e Laconica deduxisse feruntur, Achaeos maxime atque Minyas traxerunt e priscis Laconicae incolis, quibus severiorem Doridem vindicavimus; reliqua praeter linguam, quae utrique terrae communia sunt, pleraque facilius ad priscorum incolarum cognationem, quam ad Spartanorum coloniam trahi possunt. Postremo, id quod inprimis urgemus, eae civitates, quibus severiorem Doridem fami-

liarem fuisse constat, vix ullo jure Doricae habentur, et tanta est illius, adeo inter confines populos ut Olontios et Latios, varietas, quae vix e communi Spartanae coloniae fonte derivari possit. Contra pone Graecas gentes, quae Cretam ante migrationem Doricam habitarunt, dialectis usas fuisse Peloponnesiacae illi, ut ita appellare liceat, cognatissimis; adde, eandem ab Achaeis Doricae potentiae cedentibus illatam esse, nec quidquam in Creticarum dialectorum ratione non explicari posse videbitur. Ceterum Doricam coloniam ante Minois aetatem Tectapho duce ex Hestiaeotide profectam tacite cum Hoeckio damnavimus. — Ante Tarentinam coloniam Spartanos a genuina Doride desuevisse, satis credibile est. Quid vero, quod Achaeorum in Italia coloniae ejusdem Doridis severioris participes fuisse videntur? quis eam a Spartanis aut Tarentinis assumptam neque Achaeorum Peloponnesiacorum propriam fuisse sibi persuaserit? At Achaei ex ipsa Laconica profecti mitiorem Doridem Melum et Theram transtulerunt. Non Achaei opinor, sed Minyae, quos inter Therae quidem colonos plurimum valuisse constat. His enim, e Phocensium et Locrorum vicinia oriundis, mitiorem Doridem familiarem fuisse satis probabile est.

Multo etiam magis quam Spartani ea Aetolorum pars, quae Heraclidas sequuta Elidem occupavit, patriam dialectum mutasse videtur. Nam Eliacam dialectum non ab Aetolis importatam esse, certum esset, si Eretrienses sigma in rho mutandi morem recte ab Eleis colonis (non post Heraclidarum reditum) accepisse traderentur neque ea narratio propter illius mutationis communionem ficta videri posset. Vel sic tamen non probabile est Eliacam dialectum, quae multo magis quam Arcadica cum Doride discrepans, vix ullo jure inter hujus species referretur, ab Aetolis derivandam esse, qui circa a. 300 mitioris Doridis septentrionali specie usi sunt. Itaque Eliacam linguam ad priscos terrae incolas, Epeos, revocamus.

Ceterum bene intelligimus, contra suspicionem nostram de severioris Doridis origine non Dorica multa non absurde disputari posse. Utinam contingat, ut larga inscriptionum seges, quae nunc e Graeciae solo procrescit, ea suppeditet, quae rei in antiquam Graeciae historiam gravissimae aliquid lucis affundant.

2) Superest ut de variarum utriusque generis specierum origine quaeramus, qua in re maxime ad ea attendendum est, quae aut singulis speciebus peculiaria aut pluribus communia sunt. Primum egregie inter se concinunt vulgaris et septentrionalis Doridis species; prae reliquis discrepantiis, quae leviores sunt, ea notabilis est, quod praepositio εἰς, quam formam vulgaris Doris servat, in septentrionali ἐν sonat. Hinc enim collegeris Doricae migrationis tempore antiquissimam formam ἐνς in usu fuisse, postea ab aliis Doriensium in εἰς et ἐς, a populis septentrionalis Graeciae in ἐν mutatam esse. — Argivi memorabilem in modum cum vicinis et cognatissimis civitatibus dialecto differebant. Quod cum Laconibus sigma inter vocales ejiciunt et aliquoties digamma in β mutarunt, inde ne quid efficere studeas; utraque enim mutatio tam recenti aetate invaluit, qua ejus communio non possit nisi casui tribui. Contra consonarum concursus νσ, quem Cretensium quidam cum Argivis communem habebant, antiquissimus est, quare facile putaveris eam proprietatem ab Argivis colonis in Cretam translatam esse. At olim omnibus Graecis communis erat. Quare, etiamsi hoc ponere nolis, ipsos Dorienses Doricae expeditionis tempore ea usos esse, suspicari tamen licet, antiquos illarum terrarum incolas eam e summa antiquitate servatam cum Doriensibus victoribus (si quidem Naxii et Latii Dorienses habendi sunt) communicasse. Et Argivae linguae cum vicinis populis discrepantia, quam aliquantulum mirari licet, omnino inde explicari posse videtur, quod Argivi multos antiquorum incolarum in civitatem recepe-

runt vid. Müller. Dor. I p. 174 et quod per aliquod tempus servi, Achaeorum posteri, omnem rempublicam tenebant vid. ibid. II p. 55; adde quod Argivi communis Peloponnesiorum foederis expertes a reliquorum commercio sejunctiores erant.

Difficillima quaestio est de antiquiore Delphorum dialecto, quae cum reliqua Doride septentrionali ab ipsis Delphis recentiore tempore adoptata duabus potissimum rebus differt, primum syllabarum finalium correptione, deinde tertiae pluralis imperativorum terminatione *ων*. Quodsi utrumque Cretensibus commune fuisse memineris, facile eo delaberis, ut cum Müllero Dor. I p. 210, qui sola hymni in Apollinem Pythium narratione nititur, Creticam coloniam Delphos pervenisse credas. At antiquissimis id temporibus multo ante migrationem Doricam factum existimare oporteret; utraque vero dialecti proprietas ejus generis est, ut non e summa antiquitate superstes videri possit. Praeterea utraque non minus Theraeis communis est, quibus arctiorem cum Cretensibus et Delphis cognationem nullo titulo vindicare licet, ut omittamus eos populos, qui alterutra usi sunt. Itaque illum linguae concentum casu natum arbitrati, quomodo factum sit, ut antiquiores Delphi illum in modum cum vicinis discreparent, ignorare nos fatemur.

Unicam fere rem, qua insularis Doris universa a reliqua mitiore Doride distinguitur, vocalium *εο* in *ευ* conjungendarum amorem a vicinis Ionibus acceptum videri significavimus idque, si supra recte judicavimus, apud Rhodios quidem non ante quintum saeculum. Insignis linguae inter singulas insulas varietas in eo ipso explicationem habet, quod insulae quotidiano commercio prohibitae facilius leves sermonis differentias vel gignunt vel fovent. Rhodiacae dialecti proprietas, vocalium *εο* contractione excepta, a colonis Gelensibus et horum

Agrigentinis etiam tertio saeculo servata erat, quum Gela a. 687 condita esset. Hinc primum intelligitur, Rhodios jam septimi saeculi initio minutis quibusdam rebus, quarum gravissima est infinitivorum terminatio *μειν* ut *εἴμειν*, a reliqua mitiore Doride discretos fuisse; deinde nullo documento luculentius apparet, quanta quasi pertinacia suae quisque populus proprietati linguae adhaeserit, quum ne Gelenses quidem et Agrigentini per tot varios casus, quanquam alienigenis hominibus haud paucis in civitatem receptis et Syracusanis per aliquantum temporis dominantibus, ad reliquorum Siculorum linguam desciverint. — De reliquis utriusque Doridis speciebus nihil habemus, quod hic addamus.

Appendix.

I. Epicharmi fragmenta.

Ἀγρωστῖνος.

1. (1)

* Ὡς ταχὺ κόλαφος περιπατεῖ δεινός.

Ἀλκύων.

2. (1)

Αὐτότερος αὐτῶν.

Ἄμυκος.

3. (1)

Ἄμυκε μή κύδαζέ μοι τὸν πρεσβύτερον ἀδελφεόν.

4. (2)

* Εἶγε μὲν ὅτι κεκομβῶται καλῶς.

Ἁρπαγαί.

5. (1)

Ὡςπεραὶ πονηραὶ μαντίες,
αἵθ᾽ ὑπονεμόνται γυναίκας μωρὰς ἆμ πεντόγκιον

— — .

1) Et. M. 525, 7 et Et. G. 333, 37 (hic ταχεῖ).

2) Apollon. de pron. 80. B.

3) Scholl. Soph. Aj. 737, Suid. s. v. κυδάζεται: ἀδελφόν.

4) Et. M. 311, 9 et Suid. s. v. ἐγκομβώσασθαι, cf. Phot. Epist. 156, qui de Epicharmeo ἐγκεκόμβωται testatur, et Hesych. ἐγκεκόμβωται, ἐνείληται, quare recte ἐγκεκόμβωται postulatum est.

5) Poll. X, 81 ὥςπερ αἱ † §. 33, 1 et §. 45, 2. — Vs. 2 ἀμπε-

ἀργύριον, ἄλλαι δὲ λίτραν, ταὶ δ᾽ ἀν᾽ ἡμιλίτριον
δεχομέναι καὶ πάντα γινώσκοντι [*τῷ τι λόγῳ].

6. (1)

Ἐγὼ γὰρ τόγα βαλάντιον λιτρᾶν
καὶ δεκαλίτρων πλῆρες ἑξάντων τε καὶ πεντογκίων.

7. (2)

Ἁ δὲ Σικελία πέποσχε.

Βάκχαι.

8. (1)

* Καὶ τὸν ἄρχον ἐπικάμψας ἐπιπλόῳ.

Βούσιρις.

9. (1)

Πρᾶτον μὲν αἴ κ᾽ ἔσθοντ᾽ ἴδοις νιν, ἀποθάνοις,
βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ᾽, ἀραβεῖ δ᾽ ἁ γνάθος,
ψοφεῖ δ᾽ ὁ γόμφιος, τέτριγε δ᾽ ὁ κυνόδων,
σίζει δὲ ταῖς ῥίνεσσι, κινεῖ δ᾽ οὔατα.

Γᾶ καὶ Θάλασσα.

10. (1)

Ὄκχ᾽ ὁρῇ βώκας [τε] πολλοὺς καὶ σμαρίδας.

τώκιον, Bentl. ἂμ πεντούγκιον † §. 46, 7. — Vs. 3 ἀργύριον pro vulgari forma e libris restituimus vid. §. 17, 3 — αἱ δ᾽ † §. 33, 1 — ἀν ἡμίλιτρον, quae ab H. Stephano et Bentlejo emendata sunt. — Vs. 4 γιγνώσκοντι † §. 15, 7 — ultima verba in codicibus desunt, Bentl. τῷ τηνᾶν λόγῳ.

6) Ibid. τόγε † — λιτροκεδεκαλιτρος στατὴρ ἑξάντων τε πεντόγκιον, Bentl. λιτρᾶν δεκαλίτρων τε πλῆρες ἑξάντων τε καὶ πεντουγκίων †.

7) Et. M. 662, 12.

8) Athen. III, 106. F vulg. ἄρτον e VL vix recte et ἐπικαλύψας, quae emendatio verior videtur.

9) Ath. X, 411. A et Eustath. 870, 10 πρῶτον † §. 22, 1.

10) Ath. VII, 313. A ὀκχωρῃ.

11. (2)

Πόλτον ἕψειν ὄρθριον.

12. (3)

Κουρίδες τε φοινικίαι.

13. (4)

Κάστακοὶ γαμψωνύχοι.

14. (5)

Ναὶ μὰ τὰν κράμβαν.

15. (6)

Οὐδ' ἀμαμαξύας φέρει.

Δεύτερος?

16.

Τοῦ Ποτιδᾶνος δὲ χρηστὸν υἱὸν ἱπποκάμπιον.

Διονύσοι.

17. (1)

Χύτρα δὲ φακέας ἥψετο.

Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος.

18. (1)

Ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἔστ' ἦχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας,

---

11) Ath. XIV, 648. B *πόντον.*

12) Ath. III, 106. E.

13) Ath. III, 105. B.

14) Ath. IX, 370. B.

15) Et. M. 77, 8.

16) Herod. *π. μ. λ.* 10, 29 *ποσειδάνος*, Dind. *Ποτειδᾶνος*, recte Welckerus *Z. f. A.-W.* 1835 p. 1124, qui titulum (*Ἥβας γάμος*) *δεύτερος* i. e. *Μοῦσαι* supplendum esse suspicatur — *ἱππόκαμπτον.*

17) Ath. IV, 158. C et Herod. *π. μ. λ.* 6, 22.

18) Ath. VI, 235. F. *ἕστηχ' ὅδε*, Dind. *ἕστηχ' ὧδε*, quod debebat *ἕσταχ'* esse; sed nescimus, quis *κατὰ πόδας* de stante dixerit, quare scripsimus *ἔστ' ἦχ' ὧδε*, paullulum sic post hunc est (ince-

τὸν ῥᾳδίως λαψῇ τύ. καίτοι νῦν γά θην
εὔωνον αἰνεῖ σῖτον· ἀλλ' ἔμπας ὅδε
ἄμυστιν ὥςπερ κύλικα πίνει * τὸν βίον.

19. (1)

Συνδειπνέω τῷ λῶντι, καλέσαι δεῖ μόνον
καὶ τῷ γα μηδὲ λῶντι, κωὐδὲν δεῖ καλεῖν.
τηνεῖ δὲ χαρίεις τ' εἰμὶ καὶ ποιέω πολὺν
γέλωτα καὶ τὸν ἱστιῶντ' ἐπαινέω.
καἴκα τις ἀντίον τι λῇ τήνῳ λέγειν,
τήνῳ κυδάζομαί τε κἀπ' ὧν ἠχθόμαν,
κἤπειτα πολλὰ καταφαγὼν, πόλλ' ἐμπιὼν
ἄπειμι. λύχνον δ' οὐχ ὁ παῖς μοι συμφέρει·
ἕρπω δ' ὀλισθράζων τε καὶ κατὰ σκότος
ἐρῆμος. ὄκκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις,
τοῦθ' οἷον ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, ὅτι
οὐ λῶντι πλεῖον ἀλλὰ μαστιγῶν τί με.

---

dit) cf. Hom. Il. ψ, 336 ἦκ' ἐπ' ἀριστερά. Vs. 2 ῥαδινῶς. V. 3 ἀεὶ σῖτον, Dind. ἀείσιτον †. Ad αἰνεῖ, quae vox eo facilius ex ἀεί exsculpi poterat, quod ν male in antecedentem versum translatum videtur, ubi libri ῥαδινῶς, cf. Eurip. Alc. 2 θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι. De particulae καίτοι usu cf. Eurip. Cycl. 480. Vs. 4 fort. πίνει κυμβίον, nam cymbia non parva pocula fuisse, id quod Simaristus ap. Athen. XI c. 63 deminutiva forma deceptus contendit, sed majus et capacius poculorum genus, e reliquis in eodem Athenaei capite congestis satis intelliges.

19) Ibid. Vs. 2 γαμηλιῶντι τῷ γακωυδενδεν (L. δεῖ), Dind. τῷ γα μὴ λιῶντι κωὐδὲν δεῖ, quibus cur Schweighaeuserianam suspicionem μηδὲ λῶντι praetulerimus, vide §. 42 s. v. λῶ. Vs. 3 τηνίδε, D. τηνεὶ δέ †. V. 4 ἱστιῶντ' e codice P. pro ἑστιῶντ' recepimus vid. §. 17, 3. V. 5 κατισαντιον λητηνω. V. 6 κἀπωνηχθόμαν, quod Bergkius correxit.

V. 9 ὀλισθάζων post Casaubonum temere scriptum est, quanquam ea ipsa forma alibi non reperitur, quum ὀλισθράζω a Galeno ex Hippocrate afferatur; novam vocem κατάσκοτος librorum BP ope propulimus. Vs. 10 ἔρμος, D. ἔραμος † §. 19, 9. c. — αἴ κα δ' edd. post Aldinam, codd. ἐκκαδ' †. V. 11 τούτοις edd., B τουτοῖον, P. του τοιόν †; sentententia haec: so rühme ich den Göttern dies als etwas gutes nach cf. Diod. XV, 1 τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν τὸν δίκαιον ἐπιλέγειν ἔπαινον, et in malam partem Aesch. Suppl. 950 ἐπειπεῖν ψόγον ἀλλοθρόοις. V. 12 παίων ἀλλά † — μαστιγῶντι Dind. e Ca-

ἐπεὶ δέ χ᾽ εἴκω οἰκάδις καταφθαρείς,
ἄστρωτος εὕδω καὶ τὰ μὴ στρῶτ᾽ οὐ κοῶ,
ἇς κά μ᾽ ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας.

20. (2)

Ἐκάλεσε γάρ τύ τις ἐπ᾽ ἄϊκλον [οὐχ] ἑκών,
τύ δ᾽ αὖ ἑκὼν ᾤχεο τράχων.

21. (3)

Τὸν τοῦ γείτονος καλιόν.

22.

*Οὔτ᾽ ὦν Πάλαιρος οὔτε * βοιαυτοῦ.*

Ἥβας γάμος.

23. (1)

Ἄγει δὲ παντόδαπα κογχύλια
λεπάδας, ἀσπέδους, κραβύζους, κηκιβάλους, τήθυα,
κτενία, βαλάνους, πορφύρας, ὄστρεια συμμεμυκότα,
τὰ διελεῖν μέν ἐστι χαλεπά, καταφαγεῖν δ᾽ εὐμαρέα
μύας, ἀναρίτας τε, καρύκας τε καὶ σκιφύδρια,

---

sauboni conjectura. V. 13 *ἐπιδεχείκω*, Dind. *ἐπεὶ δέ χ᾽ ἥκω* † §. 42 s. v. *ἵκω* — *οἴκαδ᾽ εἰς καταφθερεῖς*. V. 14 *τὰ μὲν πρῶτ᾽* †. V. 15 *ἃς καμὼν ἄκρατος*.

20) Ath. IV, 139. B *γάρ τοι* — *οὐχ* supplevimus — *τὺ δέ* † — *τρέχων* † §. 16.

21) Poll. X, 151.

22) Herod. *π. μ. λ.* 21, 13 *οὔτουν* † §. 20, 11 — fort. *Βοιωτοῦ πέδον*. Palaerus est Acarnaniae oppidum secundum Thucyd. II, 30 et Strab. X, 691. 705, quod commemoratur etiam a Theognosto Ann. Oxx. II, 71, 1. Itaque in Herodiani verbis, quibus fragmentum additum est „*ἄκαιρος, εὔκαιρος, εὐπάλαιρος· ἔστι δὲ χωρίον τῆς ἀκαρίας*" restituas *Πάλαιρος* et *Ἀκαρνανίας*.

23) Ath. III, 85. C. Vs. 2. 3 *ἀσπέτους* Dind. e librorum parte — *τηθυνάκια βαλάνους* †. In voce *κηκίβαλος* penultimam produci ex Hesychiana glossa *κικοβαυλιτίδες, κογχυλίου τι γένος* colligimus, nec per se ferri poterat *τηθυνάκια*, quam deminutivi novam formam existimare ausi sunt; postremo mutilum alterius versus initium explendum erat, quare e *τηθυνάκια*, ubi *ν* male transpositum est, *τήθυα, κτενία* finximus. — Vs. 4 *εὐμαρία* †. — Vs. 5 *ἀναρίπτας*. —

τὰ γλυκέα μὲν ἔντ᾽ ἐπέσθειν, ἐμπαγῆμεν δ᾽ ὀξέα,
τούς τε μακρογογγύλους σωλῆνας· ἁ μέλαινά τε
κόγχος, ἅπερ * κογχόθηραν πᾶσιν ἐς τρισώνια·
θατέραι δὲ γαΐαι κόγχοι τε κἀμαθιτίδες
ταὶ κακοδοκίμοι τε κηρυκῶνοι, τὰς ἀνδροφυκτίδας
πάντες ἀνθρώποι καλέονθ᾽, ἁμὲς δὲ λεύκας τοὶ θεοί.

24. (2)

Αὐτὸς ὁ Ποτιδὰν ἄγων γαύλοισιν ἐν Φοινικικοῖς
εἶκε καλλίστους ἁλιτᾶν τηγανισθῆμεν σπάρους
καὶ σκάρους, ὧν οὐδὲ τὸ σκῶρ θεμιτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς.

25. (3)

Λαμβάνοντι γὰρ
ὀρτύγας, στρούθους τε κορυδάλλας τε φιλοκονιμύνας
τετράγας τε σπερματολόγους κἀγλαὰς συκαλλίδας.

26. (4)

Καρκίνοι θ᾽ ἵκοντ᾽ ἐχῖνοι θ᾽, οἳ καθ᾽ ἁλμυρὰν ἅλα
νεῖν μὲν οὐκ ἴσαντι, πεζᾷ δ᾽ ἐμπορεύονται μόνον.

Vs. 6 ἐνπαγῆμεν. — Vs. 9. 10 δέ τ᾽ αἱ, D. δὲ ταὶ † cf. Aesch. Suppl. 806, ubi item γαῖος est is qui in terra versatur — κόγχοι τε αἱ ἀμαθιτίδες τε — κακοδόκιμοί τε κηρύκοι (D. κήγονοι) †. — Vs. 11 καλέοντι.

24) Ath. VII, 320. C ποτιδαναιων γαυλοῖς. — Vs. 2 εἴκαι, D. ἧκε († §. 42 s. v. ἵκω — καλλίστους ἀδητα τηγανος ἁγεμὼν (A ἀγεμὼν) σπάρους et p. 319. F, ubi priora omittuntur ἁλιεύομεν σπάρους. Dind. e Schweighaeuseri conjectura καλλίστας σαγήνας χαλιεύομεν σπάρους †. Vox ἁλίτης, quae plurimorum analogiam sequitur cf. Steph. Byz. s. v. χωρίτης, nunc non legitur nisi apud grammaticos, ut Lex. de spir. p. 209 ἁλίτης, ὁ θαλάσσιος.

25) Ath. IX, 398. D τε καί κορ. — φοινικείμορας, D. φοινικείμορας e Porsoni conjectura; φιλοκονιμύνας, ut emendavimus, idem esse volumus, quod κονιστικοῖς, quo in genere avium Aristoteles de Anim. p. 387. B. C κορυδαλλοῖς diserte recenset. Schweighaeuserus eodem sensu φιλοκονείμων e φίλος, κόνις et εἷμα compositum voluit. — Vs. 3 τέτραγας σπερματολόγους τε cf. fr. 49.

26) Ath. III, 91. C ἵκοντι ἐχῖνοι τε τοί — μόνοι †.

27. (5)

Ἐντὶ δ' ἀστακοὶ κολυβδαίναι τε χὡς τὰ πόδι' ἔχει
μικρὰ, τὰς χείρας δὲ μακρὰς, κάραβος δὲ τοὔνυμα.

28. (6)

Μύες ἔτ' ἀλφησταί τε κορακίνοι τε κοριοειδέες,
αἰολίαι πλῶτες τε κυνογλῶσσοι τ', ἐνῆν δὲ σκιαθίδες.

29. (7)

Καὶ σκιφίας χρόμις θ', ὃς ἐν τῷ ἦρι καττὸν Ἀνάνιον
ἰχθύων παντῶν ἄριστος, ἀνθίας δὲ χείματι.

30. (8)

Ἦν δὲ νάρκαι [καὶ] βατίδες, ἦν δὲ ζύγαιναι, πρηστίες,
κάμίαι τε καὶ βάτοι ῥίναι τε τραχυδερμόνες.

31. (9)

Ἦν δὲ σαργίνοι [τε] μελανοῦροι τε καὶ ταὶ φιντάται
ταινίαι, λεπταὶ μὲν, ἁδείαι δὲ κώλιγου πυρός.

32. (10)

Καὶ χελιδόνες τε μύρμαι θ', οἵ τε κολιᾶν μεζόνες
ἐντὶ καὶ σκόμβρων, ἀτὰρ τᾶν θυννίδων γα μειόνες.

33. (11)

Πωλύποι τε σηπίαι τε καὶ ποταναὶ τευθίδες
χἀ δυσώδης βολβίτις γραίαι τ' ἐριθακωδέες.

34. (12)

Ἀόνες φάγροι τε λαβράκες τε καὶ ταὶ πιόνες
σκατοφάγοι σαλπαὶ βδελυχραὶ, ἁδέαι δ' ἐν τῷ θέρει.

---

27) Ath. III, 105. B τ' ἔχοστα — τώνυμα † §. 27.

28) Ath. VII, 303. E cf. 282. A, 322 F et fr. 52. Addidimus ἔτ'.

29) Ath. VII, 282. A, 328. A χρόμιος, χρομίας † vid. Athen. p. 328. A.

30) Ath. VII, 286. B καμεῖται.

31) Ath. VII, 321. C, 325. F, 313. D.

32) Athen. VII, 321. A, 313. E τοί τε κοιλίαν — θυννίλων — γε μήονες † §. 20, 9.

33) Ath. VII, 318. E, 323. F, hic πώλυπες — χαλυσωδεις.

34) Ath. VII, 321. D, 327. C.

35. (13)

Ἔτι δὲ ποττούτοισι βῶκες, σμαρίδες, ἀφύαι, καμμάροι.

36. (14)

Βαμβραδόνες τε καὶ κίχλαι, λαγοὶ, δρακόντες ἀλκίμοι.

37. (15)

Ἄγε δὴ τρίγλας τε κυφὰς κἀχαρίστους βαιόνας.

38. (16)

Ἦν δ' ὑαινίδες τε βουγλώσσοι τε καὶ κίθαρος ἐνῆς.

39. (17)

Σκορπίοι τε ποικίλοι σαῦροι τε, γλαῦκοι πιόνες.

40. (18)

Κώξυρύγχοι ῥαφίδες ἱππούροι τε καὶ χρυσοφρύες.

---

35) Ath. VII, 286. F, 306. C.

36) Ath. VII, 287. B, 305. C, Et. M. 195, 30. Primorum lectio valde dubia est. Leguntur enim Ath. p. 287 in A (Dind. per errorem C nominat) *βαμβραδόνες δέ τι κίχλαι καὶ λαγοί*, in P *βαβραδόνες* (hoc etiam B) *δέ τε κ. κ. λ.*, Ath. p. 305. AC (Dindorfio tacente) *βαμβραδόνες τε κίχλαι τε καὶ λαγοί*, BP *βαμβαδόνες* etc. (Musuri inventa praetermisimus), Et. M. *βραδόνες τε καὶ κίχλαι, λαγοί.* Dindorfius praeeunte Schweighaeusero hinc composuit id quod dedimus, et *βαμβραδόνες* quidem recte, quum eam formam et hic boni et in Sophronis loco Ath. p. 287. B fr. 18 omnes codices tueantur. Dubitamus tamen an dactylus non recte se habeat. Hujus enim in tetrametro Epicharmeo usus suspectissimus est. Aliquoties aliis de causis gravissimis expellendus fuit, ut fr. 23, 2 *κηκιβάλους*, fr. 99 *καὶ σφάκελος*, fr. 21 *μώεο*; plerumque synizesi tolli potest, ut *αἰολίαι* fr. 28. 52, *σκιφίας* fr. 29, *δαιμονίως* fr. 71 (cf. ibid. *Ἐλευσινίοις* quadrisyllabum), *ὡς δ' ἐγὼ δοκέω*, *δοκέω γάρ* fr. 98, *ὄκκα παρέωντι* fr. 115. Praeterea libri dactylum non exhibent nisi fr. 94, 4. 100. 126, ubi levibus mutationibus vitatur. Quare etiam hic poeta scripserit *βαμβραδόνες ἔτ' ἦν κίχλαι, λαγοί.* — Deinde Dind. *τ' ἀλκίμοι* ex Ath. 305.

37) Ath. VII, 288. A, 324. E.

38) Ath. VII, 306. A, 326. E, 288. B, 330. A, Dind. male *ἧς* e Koenii conjectura.

39) Ath. VII, 295. B.

40) Ath. VII, 301. C, 319. C.

41. (19)

Τρυγόνες τ' ὀπισθοκέντροι καὶ χαλάνδροι, κωβίοι.

42. (20)

Μεγαλοχασμόνας τε χάννας κηκτραπελογαστόρας ὄνους.

43. (21)

Κομαρίδας τε καὶ κύνας κέστρας τε πέρκας τ' αἰόλας.

44. (22)

Αἱ δὲ λῆς, σάργοι τε μελανοῦροι τε καὶ τοὶ ποντίοι.

45. (23)

Χαλκίδες θ' ὕες τε ἱαράκες τε χὠ πίων κυών.

46. (24)

Λεκίδα κήμβάφια δύο.

47. (Inc. 61)

Συναγρίδας μάζους τε συνοδόντας τ' ἐρυθροποικίλους.

Μοῦσαι.

48. (1)

*Τόν τε πολυτίματον ἔλοπα, * ὁ δ' αὐτὸς χαλκὸς ὤνιος,*
*ἕνα μόνον * καὶ κηννον ὁ Ζεὺς ἔλαβε κἠκελήσατο*

---

41) Ath. VII, 309. D, Dind. χάλαδροι ex A, utrumque cum aliis vitiosum proclamans; at χάλανδρος idem esse videtur ac κάλανδρος, καλάνδρα, χαλάνδρα, alaudarum genus, cujus nomen ad piscem quendam juxta atque alia avium nomina translatum putamus, ut τρυγόνες in hoc ipso versu, fr. 86 κίχλαι, fr. 82 φάσσαι atque κόκκυγες.

42) Ath. VII, 315. F, 327. F cf. Clem. Alex. Protr. II, 1 p. 178 Pott. κηπτραπελογάστορας.

43) Ath. VII, 319. B, 323. B.

44) Ath. VII, 321. B.

45) Ath. VII, 326. E, 328. E ἱέρακες † §. 16.

46) Poll. X, 86 κένβάφια.

47) Ath. VII, 322. B sine fabulae nomine; sed p. 322. F συαγρίδες (leg. συναγρίδες) in Epicharmeis fabulis Ἥβας γάμος et Γᾶ καὶ Θάλασσα commemorari dicuntur.

48) Ath. VII, 282. D. Vs. 2 καὶ κηννον A, καὶ κηνν̇ον B, PVL.

* *κατθέμεν αὐτῷ τε εἶκαι ται δάμαρτι θωτέρω.*

49. (2)

Ἦν δ᾽ ἐρωδιοί τε πολλοὶ μακροκαμπυλαυχένες
τετράγες τε σπερματολόγοι κἄγλααὶ συκαλλίδες.

50. (3)

Κορακίνοι δὲ κοριοειδέες
*πιόνες χἰππίδια λεῖα, *ψυχει ἁπαλοκουρίδες.*

51. (4)

Ἀντὶ τοῦ
κόγχος, ἂν τέλλιν καλέομες, ἔστι δ᾽ ἅδιστον κρέας.

52. (5)

Αἰολίαι πλώτες τε κυνογλώσσοι τ᾽, ἐνῆν δὲ σκιαθίδες

53. (6)

Οὔτε γόγγρων ὧν τι παχέων οὔτε μυραινᾶν ἀπῆς.

54. (7)

Χαλκίδας τε καὶ κύνας κέστρας τε πέρκας τ᾽ αἰόλας.

55. (8)

Σκορπίοι τε ποικίλοι γλαύκοι τε, σαύροι πιόνες.

καίκηνον, Dind. *καὶ κῆνον*, sed vid. §. 33, 3. — Vs. 3 *κατθενμεν* codd., fort. *κατθέμειν* vid. §. 39, 5 (particula quidem *γε* ab Hermanno ad metrum fulciendum inserta tolerari nequit) — Dind. e Casauboni conjectura *τε οἱ καὶ τῷ*, quae placent, sed *θωτέρω* sensu vacuum est cf. §. 25, 4. a.

49) Ath. III, 65. B, IX, 398. D cf. fr. 25.

50) Ath. VII, 304. E *κοράκινον* — *κορακοειδέες* cf. fr. 28 — *λιηπίδια* — fort. *ψήχες*, quam novam vocem a *ψῆσσα*, quod est rhomborum genus, non magis diversam putamus quam *φάσσα* a *φάψ* — fort. *ἁπαλοί, κουρίδες.*

51) Ath. III, 85. E.

52) Ath. VII, 307. B, 308. E. cf. fr. 28.

53) Ath. VII, 312. C, Dind. e Koenii conjectura *γόγγρων τις παχήων*, nos *ὧν* addidimus.

54) Ath. VII, 323. A cf. fr. 43.

55) Ath. VII, 320. E cf. fr. 39.

Ἡρακλῆς παρὰ Φόλῳ.

56. (Busir. 3)

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼν ἀνάγκᾳ ταῦτα πάντα ποιέω·
οἴομαι δ', οὐδεὶς ἑκὼν πόνηρος οὐδ' ἄταν ἔχων.

Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν ζωστῆρα.

57.

Πυγμαρίων λοχαγὸς ἐκ τῶν κανθάρων
τῶν μεζόνων, οὕς φαντι τὰν Αἴτναν ἔχειν.

Θεαροί.

58. (1)

Κιθάρα, τριπόδες, ἅρματα, τραπέζαι χαλκίαι,
χειρόνιβα, λοιβάσια, λεβῆτες χαλκίοι,
κρατῆρες, ὀδελοί· τοῖς γα μὰν * ὑπωδέλοις
* και λωτε βαλλίζοντες σιοσσον χρῆμα εἴη.

59. (2)

Ὀσφύος τε περὶ κήπιπλόου.

Κύκλωψ.

60. (1)

Χορδαί τε ἁδύ, ναὶ μὰ Δία, χὠ κωλεός.

---

56) Eustrat. in Arist. Ethic. ad Nic. III, 5, 5 ἐγὼ 'ναγκαῖος † — οἴομαι δ' ὡς οὐδείς, quae emendavit Schneidewinus Exercitt. Critt. c. VIII p. 50, quem vide praeterea de fabulae inscriptione.

57) Scholl. Arist. Pac. 73 πυγμαρίωνι, quod Dind. in editione Oxoniensi ita emendavit, ut Πυγμαρίων pro nominis proprii nominativo venditaret. Est autem Πυγμάριον deminutivum vocis Πυγμαῖος, quocum conferas σπηλάδιον a σπήλαιον et ἐλάδιον ab ἔλαιον, sententia autem eadem, quam Schneidewinus l. l. Πυγμαίων corrigens efficere studuit. Praeterea μειζόνων et φασὶ τὴν Αἴτνην ad Doricam proprietatem revocavimus. Fortasse verius est λοχαγωγός in cod. G.

58) Ath. IX, 408. D et VIII, 362. B χαλκεῖαι, D. χάλκεαι † §. 17, 3. — Vs. 2 λοιβλι — χάλκειοι et χάλκεοι †. In ultimo versu αἱ λῶτε et ὅσιον agnosci posse videntur.

59) Ath. III, 106. F καὶ ἐπίπλου † cf. fr. 8.

60) Ath. VIII, 366. A.

61. (2)

Φέρ᾽ ἐγχέας εἰς τὸ σκύφος.

62.

Ναὶ τὸν Ποτιδᾶν κοιλότερος ὄλμου πολύ.

Κωμασταὶ ἢ Ἥφαιστος.

63. (1)

Σηπίας τ᾽ ἆγεν νεούσας πέρδικάς τε πετομένους.

64. (2)

[᾽Αλλ᾽] οὐδὲ ποτιθιγεῖν ἔτ᾽ ἐγὼν τεῦς ἀξιῶ.

Λόγος καὶ Λογίνας (?).

65. (1)

A. *῾Ο Ζεύς μ᾽ ἐκάλεσε Πέλοπί γ᾽ ἔρανον ἱστιῶν.*
B. *῏Η παμπόνηρον ὄψον, ὦ τᾶν, ὁ γέρανος.*
C. *᾽Αλλ᾽ οὔτι γέρανον, ἀλλ᾽ ἔρανον γά τοι λέγω.*

66. (2)

* *Οἵ τοὺς ἰάμβους καὶ τὸν ἄριστον τρόπον.*
ὃν πρᾶτος εἰςαγήσαθ᾽ ὡριστόξενος.

67. (3)

᾽Αφύας τε κωρίδας τε καμπύλας.

---

61) Ath. XI, 498. E.

62) Herod. π. μ. λ. 10, 31 *αἰνετὸν Ποτίδαν*, quae correxit Meinekius Comm. Grr. II p. 482 — *ὀλμοῦ*.

63) Ath. VIII, 384. A *ἀγανεούσας*, D. *ἆγον νεούσας* †.

64) Apollon. de pron. p. 96, A *οὐδεποτ᾽ ἴοι γινετ᾽ εγων τευς αξιω* †.

65) Ath. VIII, 338. D *ἑστιῶν* † §. 17, 3. — Vs. 3 *ἀλλ᾽ ἔρανον*, Dind. *ἀλλά γ᾽ ἔρανον* †.

66) Hephaest. p. 45 Pors. *οἵ τ. ἰ. καττὸν ἀρχαῖον τρόπον*, in quibus nec sensus placet neque *οἵ* pro Dorico *τοί* ferri potest, fort *ὧ* (aut *οἵ*) *τ. ἰ. καττὸν ἀχάριστον τρ.* — Vs. 2 *εἰςηγήσαθ᾽* †.

67) Ath. III, 106. E.

Μεγαρίς.

68. (1)

Τὰς πλευρὰς οἷόν περ βατίς,
τάν δ' ὀπισθίαν ἔχεις θαγάνεος οἷόν περ βάτος,
τὰν δὲ κεφαλὰν ὀστιςῶν οἷόν περ ἔλαφος · οὐ βατίς,
τὰν δὲ λαπάραν σκορπίος · παῖς ἐπιθαλάττιός τε οὔ.

69. (2)

Εὔυμνος καὶ μουσικὰν ἔχουσα πᾶσαν φιλόλυρος.

70. (3)

Ὀρύα, τυρίδιον, κωλεοὶ, σφονδύλοι, τῶν δὲ βρωμάτων
οὐδὲ ἕν.

Ὀδυσσεὺς Αὐτόμολος.

71. (1)

Δέλφακά τε τῶν γειτόνων
τοῖς Ἐλευσινίοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσα,
οὐχ ἑκών · καὶ ταῦτα δή με συμβολατεύειν ἔφα
τοῖς Ἀχαιοῖσιν προδιδόμεν τ' ὤμνυέ με τὸν δέλφακα.

72. (2)

Ἁ δ' ἁσυχία χαρίεσσα, γυνά,
καὶ σωφροσύνας πλατίον οἰκεῖ.

73. (3)

Ποτιφόριμον τὸ τέμαχος ἦς, ὑπομελανδρυῶδες.

---

68) Ath. VII, 286. C *ἔχησθ' ἀτενὲς οἷον* † cf. Hesych. *θηγάνεον, ὀξύ, ἠκονημένον*; nam *βάτος* est raja batus, *Dornenroche*. — Vs. 3 *κεφαλὰν ὀστέων* †, caput habet quale quivis cervus (cervi cornua non possunt ossa vocari). — Vs. 4 fort. *σκορπίος πᾶς ἐστὶ παχύτερος τεοῦ.*

69) Hephaest. p. 14, *ἔχουσα* e librorum parte restituimus pro Aeolico *ἔχοισα.*

70) Ath. IX, 366. B, metrum perditum est.

71) Ath. IX, 374. E, Et. M. 255, 3, Zonar. p. 480: *ἀπώλεσας* — *ἔφη* † — *προδιδόμην*, fort. *προδιδόμειν* vid. §. 39, 5.

72) Stob. Flor. LVIII, 7 *ἡσυχία* †.

73) Ath. III, 121. B, metrum nullum et *ποτιφόριμος* vix recte pro *πρόσφορος* esse putatur.

74. (6)

Ἀλλὰ καὶ ῥέζει τι χρῶμα.

Περίαλλος.

75. (1)

Σεμέλα δὲ χορεύει
*καὶ * ἐπαλισφιν σοφὸς κιθάρᾳ παριαμβίδας· ἁ δὲ γεγάθει*
πυκινῶν κρεγμῶν ἀκρουαζομένα.

Πέρσαι.

76. (1)

Χρυσὸν καὶ χαλκὸν ὀφείλων.

Πίθων.

77. (1)

Ἢ θύλακον
βίον ἢ κίιν φέρειν ἢ κωρυκίδα.

Πύρρα ἢ Προμαθεύς.

78. (1)

Τὰν τελλίναν, τὰν ἀναρίταν θᾶσαι δὴ καὶ λεπὰς ὅσσα.

79. (2)

Πολλοὶ στατῆρες, ἀποδοτῆρες οὐδὲ εἷς.

80. (3)

** Πύρραν γε μῶ καὶ Δευκαλίωνα.*

---

74) Et. Or. 139, 4.

75) Ath. IV, 183. C *γεγαθεῖ, γεγάθη.*

76) Poll. IX, 92.

77) Poll. X, 179 *βόειον* vulg., quod e codicibus mutavimus — *φέρειν ἀκωρυκίδα.*

78) Ath. III, 86. A *κὰν* (D. *καὶ*) *τις Ἑλλήνων* — *τὸν ἄνδρι τ' ἂν* (D. *κἀναρίταν*) †.

79) Et. M. 725, 25 *οὐδ' ἂν εἷς* † §. 45, 3.

80) Et. M. 589, 42 fort. *Πύρρα γα μῶται Δευκαλίωνα*, quum *μῶται* ex Epicharmo afferatur vid. §. 42 s. v.

81. (6)

Κύλικα, μαγίδα, λύχνον.

Σειρῆνες.

82. (1 et Inc. 60)

A. *Πρωΐ μέν γ' ἀτενὲς ἀπ' ἀοῦς ἀφύας ἀποπυρίζομες*
*στρογγύλας καὶ * δελφακίνας ὀπτὰ κρέα καὶ πωλύπους.*
καὶ γλυκύν γ' ἐπ' ὧν ἐπίομες οἶνον. B. *οἴμοι μοι τάλας.*
τρὶς ἅμα με καλέουσά κά τις καλὰ λέγοι· φοῦ τῶν κακῶν·
A. ** ὃ καὶ παρὰ τρίγλας τε καὶ πάχηα κάμίαι δύο*
διατεταγμέναι μέσαι, φάσσαι τε τοσσαῦται παρῆν
σκορπίοι τε κάγλαοὶ κοκκύγες, οὓς παρσχίζομες
πάντας, ὀπτάντες δὲ χαδινόντες αὐτοὺς χναύομες.

Σκίρων.

83. (1)

Καὶ παλίνων λεκίς.

84.

A. *Τίς ἐστι μάτηρ;* B. *σακίς.* A. *τίς δ' ἐστὶν πατήρ;* B. *σακίς.* A. *τίς ἀδελφεὸς δέ;* B. *σακίς.*

---

81) Poll. X, 82.

82) Ath. VII, 277. F, fort. *καὶ δελφάκιά γ' ἔπειτα κρέα* — ll. *πολύπους.* — Vs. 4 *περὶ σᾶμά* (*τρὶς ἅμα* Fiorillo) *με καλοῦσα κατισκα λέγει* (cod. B *λέγοι*) † cf. Hom. Od. *ι*, 65 *πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι* et Theocr. XV, 38, ubi Meinekius recte *κάλ' εἶπας* restitui jubet; interjectionem *φοῦ* in *φεῦ* mutare non ausi sumus. Verba *οἴμοι* — *κακῶν* interlocutori dedimus. — Vs. 5 fort. *τόκα παρῆς τρίγλα τε μία παχεῖα.* — Vs. 6 *τοσαῦται.* — Dind. *παρῆς* male sine libris. Ultima a *κάγλαοί* inde ex Athen. VII, 309. E, ubi fabulae inscriptione non addita afferuntur, adjicienda censuimus: *πάντες* — *χαδύναντες*, quod e cod. B correximus propter praesens *ὀπτᾶντες.*

83) Poll. X, 87 *πηλίνων.*

84) Scholl. Oxx. Arist. Pac. 185 *μήτηρ* — *σηκίς* ubique — *τίς ἐστι πατήρ* † — *ἀδελφός* sine *δέ* †.

Σ φ ί γ ξ.

85. (2)

Ἀλλ' οὐχ ὁμοῖά γ' ἐρινεοῖσιν οὐδαμῶς.

86. (3)

Καὶ τὸ τᾶς Χιτωνίας αὐλησάτω τίς μοι μέλος.

Τ ρ ῶ ε ς.

87. (1)

Παντὸς ἐκ ξύλου κλῳός τέ κα γένοιτο καὶ θεός.

88. (2)

Ζεὺς ἄνα ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα.

Φ ι λ ο κ τ ή τ α ς.

89. (1)

Ἐν δὲ σκόροδα δύο καὶ γαθυλλίδες δύο.

90. (2)

Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὄκχ' ὕδωρ πίῃς.

91. (3)

*Οὔτ' ἐν κάδῳ * δηλοίμην οὔτ' ἐν ἀμφορεῖ.*

Χ ε ί ρ ω ν.

91 b.

Καὶ πιεῖν ὕδωρ διπλάσιον χλιαρόν, ἡμίνας δύο.

---

85) Ath. III, 76. C *ἐρινοῖς* †.

86) Steph. Byz. s. v. *χιτώνη: τῆς χιτωνίης αὐλήσατο.*

87) Proverbb. Coisl. 168 cf. Zenob. IV, 7 *ἐκ παντὸς ξύλου κλῳὸς γένοιτ' ἄν* † (*κλῳός* primam corripit). Aliter Schneidewinus Conjectt. p. 73, qui versum Epicharmo vindicavit, sed dialecti proprietate neglecta.

88) Macrob. Saturn. V, 20 *ἄναξ* †.

90) Ath. XIV, 628. B *οὐχ ὕδωρ.*

91) Poll. X, 71.

91 b) Ath. XIV, 648. D et XI, 479. A. Non recte Grysar p. 268 et Krusemanus Chironem inter Pseudepicharmea referunt. Nam e

Χύτραι.

92. (1)

*Ἀλλ' ὅμως καλαὶ * καὶ πῖοι ἄρνες εὑρησοῦντί μοι*
δέκα νόμους πωλᾷ· τοίας γάρ ἐντὶ τᾶς ματρός.

93. (1)

Κάρυξ ἰὰν
εὐθὺς πρίᾳ μοι δέκα νόμων μόσχον καλάν.

Ἄδηλα.

94. (1)

A. *Ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν χὐπελίπον οὐπώποκα·*
τάδε δ' ἀεὶ πάρεσθ' ὁμοῖα, διὰ δὲ τῶν αὐτῶν ἀεί.
B. *Ἀλλὰ λεγέται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν θεῶν.*
A. **Πῶς δέ κ' ἀμήχανόν γ' ἀπό τινος μηδὲν ὅτι πρᾶτον μόλοι;*
οὐκ' ἄρ' ἔμολε πρᾶτον οὐδὲν οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον
**τῶν δ' ὧν ἄμες νῦν ὧδε λέγων μέλλει τᾷδ' εἶν.*
αἰ ποτ' ἀριθμόν τις περισσόν, αἰ δὲ λῇς, τὸν ἄρτιον
ποτθέμεν λῇ ψᾶφον ἢ καὶ τὰν ὑπάρχουσαν λαβεῖν,
ἦ δοκεῖ κά τοι τόκ' αὐτὸς εἶμεν; **B.** *οὐκ ἐμὶν τάχα.*
A. *Οὐδὲ μὰν οὐδ' αἰ ποτὶ μέτρον παχυαῖον ποτθέμεν*

---

priore Athenaei loco, quo innituntur, Schweighaeuserus meliore jure contrariam opinionem derivavit; accedit quod in altero loco et in Bekk. Anecdd. p. 98, 32 Chiron sine ullo suspicionis indicio ad Epicharmum revocatur.

92) Poll. IX, 79 *εὑρήσουσι* † — *δέ μοι καὶ νούμμους*, quae Bentlejus correxit — *πωλατιᾶς* † cf. Phot. Harpocr. Suid., qui Sophronem *πωλάς* pro *πράσεις* dixisse testantur.

93) Ibid. *κῆρυξ* — *πριῶ* † §. 24, 4 — *νούμμων*.

94) Diog. Laert. III, 10 fort. *παρῆν τε* vid. §. 40 — *καὶ ὑπέλιπον.* — Vs. 4 Herm. *πῶς δέ; ἀμάχανόν γ', ἀπό τινος εἶμεν ὅ τι πρᾶτον μόλοι*, fort. *πῶ δέ κα (κἀμάχανον γὰρ), ἔμολεν ὅ, τι πρᾶτον, μόλοι;* ut *πῶ* sit pro *πόθεν* vel *ἀπό τινος*, quae verba ut glossam ejecimus. — Vs. 5 *οὐκ* — *οὐδέν* interlocutori interroganti tributa erant. — Vs. 6 Herm. *τῶνδε γ' ὧν ἄμμες νὺν ὧδε λέγομες. ἀλλὰ τᾷδ' ἔχει.* — Vs. 7 Herm. *τιν' ἄρτιον.* — Vs. 8 *ποτεθέμεν* et quinque codices in Huebneri appendice *ποτὲ θέμιν*, unde fortasse *ποτθέμειν* restituendum est vid. §. 39, 5. — Vs. 9 *κἄτοι καὶ ὁ αὐτός*, Herm. *κά τοι τόχ' αὐτός* † vid. ad v. 18. — Vs. 10 *οὐδὲ ποτὶ μέτρον παχὺ ἐόν*

λῆ τις ἅτερον μᾶκος ἢ τοῦ πρόσθ' ἐόντος ἀποταμεῖν
ἔτι γ' ὑπάρχοι κεῖνο τὸ μέτρον; B. οὐ γάρ· A. ὧδε νῦν ὅρη
καὶ τὸς ἀνθρώπους· ὁ μὲν γὰρ αὔξεθ', ὁ δέ γα μὰν φθίνει,
ἐν μεταλλαγᾷ δὲ πάντες ἐντὶ πάντα τὸν χρόνον.
ὃ δὲ μεταλλάσσει κατὰ φύσιν κωὔποκ' ἐν τωὐτῷ μένει,
ἅτερον εἴη κα τοδὴ τοῦ τοι παρεξεστακότος.
καὶ τὺ δὴ κἠγὼ χθὲς ἄλλοι καὶ νῦν ἄλλοι τελέθομες,
καὖθις ἄλλοι κωὔποκ' αὐτοὶ [τελέθομες] καττὸν λόγον.

95. (2)

A. Ἆρ' ἔστιν αὔλησίς τι πρᾶγμα; B. πάνυ μὲν ὦν.
A. Ἄνθρωπος ὦν αὔλησίς ἐστιν. B. οὐδαμῶς.
A. Φέρ' ἴδω, τί δ' αὐλητάς; τίς εἶμέν τοι δοκεῖ;
ἄνθρωπος; ἢ οὐ γάρ; B. πάνυ μὲν ὦν. A. οὐκ ὦν δοκεῖ
οὕτῶς ἔχειν [τοι] καὶ περὶ τὠγαθοῦ; τό γα
ἀγαθόν τι πρᾶγμ' εἶμεν καθ' αὔθ'· ὅςτις δέ κα
εἰδῇ μαθὼν τῆν', ἀγαθὸς ἤδη γίνεται.
ὥςπερ γὰρ αἴκ' αὔλησιν αὐλητὰς μαθὼν
ἢ ὄρχησιν ὀρχηστάς τις ἢ πλοκεὺς πλοκὰν
ἢ πάν γ' ὁμοίως τῶν τοιούτων, ὅ,τι τὺ λῇς,
οὐκ αὐτὸς εἴη χ' ἁ τέχνα, τεχνικός γα μάν.

— codd. in Append. ποτ' ἔθεμιν, fort. ποτθέμειν. — Vs. 11 λῆ τις ἕτερον στερρόν (Herm. om. λῆ τις) †. Codicum in Appendice unus στερρόν omittit, alius ἕτερον, tertius hoc illi superscriptum habet. — Vs. 12 κ' ὑπάρχοι — Herm. τῆνο vid. §. 33, 3. — Vs. 13 τὼς ἀνθρώπως, cod. Lobe. τὼς ἀνθρώπους, Herm. τὲς ἀνθρώπως vid. §. 20, 12. — Vs. 15 κοὔποκ' † — ταὐτῷ † §. 27. — Vs. 16 ἕτερον † §. 16 — καὐτὸ δή, duo codd. καπὸ δή, unus καὶ τοδί (Herm. καὐτὸ δῆτα) † §. 33. — τοι inseruimus. — Vs. 17 κἀγώ † §. 27 — νῦν. — Vs. 18 κοὔποχ' αὐτοί † §. 27; αὐτοί non poterat in ωὐτοί mutari, quia Dorica articuli forma τοί cum αὐτοί in τωὐτοί coalesceret, quare αὐτοί restituendum erat. Pronomen αὐτός apud Homerum pro ὁ αὐτός esse constat; de tragicorum usu dubitatur, vid. Matth. ad Eurip. VII p. 502 et Herm. ad Soph. Antig. 920.

95) Diog. Laert. III, 14. Vs. 3 Herm. τίς αὐλητάς; — Vs. 5 τὠγαθῶ, cod. Mon. τἀγαθοῦ cf. §. 25, 4 — γάρ †. — Vs. 8 ὥςπερ γάρ αἰ τήν, vulg. e Casauboni emendatione ὥςπερ γὰ τάν † cf. de ὡςπεραίκα pro ὥςπεραεί Sophr. 51. — Vs. 9 ἢ τὴν ὄρχησιν. — Vs. 10 πᾶν † §. 21, 8. — Vs. 11 οὐχ αὐτός, εἴη χὰ (Steph. χ' ἁ) † non

96. (3)

Εὔμαιε, τὸ σοφόν ἐστιν οὐ καθ' ἓν μόνον,
ἀλλ' ὅσσα περ ζῇ, πάντα καὶ γνώμαν ἔχει.
καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τᾶν ἀλεκτορίδων γένος,
αἰ λῇς καταμαθεῖν ἀτενὲς, οὐ τίκτει τέκνα,
ζῶντ', ἀλλ' ἐπώζει καὶ ποιεῖ ψυχὰν ἔχειν.
τὸ δὲ σοφὸν ἁ φύσις τόδ' οἶδεν ὡς ἔχει
μόνα· πεπαίδευται γὰρ αὐταυτᾶς ὑπό.

97. (3)

Θαυμαστὸν οὐδὲν ἁμὲ ταῦθ' οὕτω λέγειν
καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκεῖν
καλῶς πεφύκειν. καὶ γὰρ ἁ κυὼν κυνὶ
κάλλιστον εἶμεν φαίνεται καὶ βοῦς βοΐ,
ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιστόν [ἐστιν], ὗς δ' ὑΐ.

98. (4)

Ὡς δ' ἐγὼ δοκέω — δοκέω γάρ; — σάφα ἴσαμι τοῦθ' ὅτι
τῶν ἐμῶν μνάμα ποκ' ἐσσεῖται λόγων τουτῶν ἔτι·
καὶ λαβών τις αὐτὰ περιδύσας τὸ μέτρον, ὃ νῦν ἔχει.
**εἷμα δοὺς καὶ πορφύραν, λόγοισι ποικίλας καλοῖς*
δυςπάλαιστος ὢν τὸς ἄλλους εὐπαλαίστους ἀποφανεῖ.

---

ipse erit ars sed artifex, ut recte in interpretatione Latina apud Huebnerum legitur. Ceterum ex nostra octavi versus emendatione jam *τὸ ἀγαθόν* ars vocatur et *ὁ εἰδὼς τὸ ἀγαθόν* artifex.

96) Diog. Laert. III, 16. Vs. 2. *ὅσα.* — Vs. 3 *τῶν* †. — Vs. 5 *ἐπωάζει.* — Vs. 7 *αὖ ταύτας*, quod correxit Porsonus Huebnero in Append. probante.

97) Ibid. *οὐδέν ἐστί με* †, codices enim in Appendice *ἐστί* omittunt et pluralis sequenti versu postulatur. — Vs. 2 Herm. *οὐδ' ἁνδάνειν* vid. §. 5, 3 — *ἀστοῖσιν ἀστούς* Huebn. e Valckenarii conjectura, in Appendice recte librorum lectionem revocans. — Vs. 3 *πεφυκέναι.*

98) Diog. Laert. III, 17 *δοκέω (δοκέων) γὰρ σαφές ἀμι*, Herm. *δοκέω γάρ, ὁ σαφὲς ἁμῖν* †. — Vs. 3 fort. *ὃ νὺν ἔχει.* — Vs. 4 fort. *εἷμα* (quod ad praecedentia trahatur) *καὶ δοὺς πορφύραν ἔργοισι ποικίλαν καλοῖς.* — Vs. 5 *ὤν* † §. 40.

99. (48)

A. Ἐκ μὲν θυσίας θοίνα,
ἐκ δὲ θοίνας πόσις ἐγένετο. B. χαρίεν, ὥς γ' ἐμοὶ [δοκεῖ].
A. Ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένεθ' ὑανία,
ἐκ δ' ὑανίας δίκα [τάχ', ἐκ δίκας δὲ καταδίκα],
ἐκ δὲ καταδίκας πέδαι τε καὶ σφαλὸς καὶ ζαμία.

100. (Sphinx fr. 1)

A. Τί δὲ τάδ' ἐστί; B. Δηλαδὴ τρίπους. A. Τί μὰν, ὃς πόδας ἔχει
τέτορας; οὐκ ἔστι τρίπους, ἀλλ' [ἐστὶν], οἴμαι, τετράπους.
B. Ἔστι δ' ὄνυμ' αὐτῷ τρίπους, τέτορας ἔχει γα μὰν πόδας.
A. * Οἰδίπους τοίνυν ποτ' ἦν, αἴνιγμά τοι νοεῖς.

101. (49)

Καπυρὰ τρωγάλια, κάρυ', ἀμυγδάλας.

102. (50)

[Καὶ] φασήλους φῶγε θᾶσσον, ἅς χ' ὁ Διόνυσος φιλῇ.

103. (51)

Ὤεα χανὸς κἀλεκτορίδων πετεηνᾶν.

104. (52)

Πραΰτερος ἐγώνγα μολόχας.

---

99) Athen. II, 36. C. Vs. 1 θοίνη †, metrum laborat. — Vs. 2 θοίνης † — ὥς γέ μοι †. — Vs. 3. 4 ἐγένετο θυανία et ἐκ δὲ θυανίας, quae Meinekio correcta debeo — δίκη † — vulgo suppletur γένετ' ἐκ δίκης δὲ καταδίκη †. — Vs. 5 σφάκελος (Bochart. σφαλλός) †.

100) Ath. II, 49. C τίμανον ἔχει πόδας, Dind. ex Eustathio 1398, 19 τί μὰν ἔχει πόδας †; cf. ad fr. 36. — Vs. 2 τέτταρας vid. §. 32 — Dind. ἔστιν. — Vs. 3 ὄνομ' † §. 17, 5 — γε † — γα μὰν ἔχει πόδας † vid. ad fr. 36. — Vs. 4 fort. Οἰδίπους τοίνυν ἀποροίη χ' οἷον αἴνιγμα τὺ νοεῖς.

101) Ath. II, 52. A καπυροτρώγονα κάρυα †.

102) Ath. II, 56. A.

103) Ath. II, 57. D πετεηνῶν †.

104) Ath. II, 58. D ἔγωγε †.

105. (53)

Ὑγιέστερον τῆν' ἐστὶ κολοκύντας πολύ.

106. (54)

Οἰοναὶ μύκαι περ ἐξεσκληκότες πνιξεῖσθέ [με].

107. (55)

Τουτῶν ἁπάντων ἀκρίδας ἀνταλλασσόμαι,
κόγχων δὲ τὸν σέσιλον. B. Ἄπαγ' εἰς τὸν φθόρον.

108. (56)

Τάς τ' ἐλαιοφιλοφάγους κιχήλας.

109. (57)

Θρίδακος ἀπολελεμμένας τὸν καυλόν.

110. (58)

Μακωνίδες,
μάραθα τραχέες τε κάκτοι, τοὶ σὺν ἄλλοις μὲν φαγεῖν
ἐντὶ λαχάνοις [ἁδέες].

111. (58)

Ὄπιον αἴκα τις ἐκτρίψας καλῶς
παρτιθῇ νιν, ἁδύς ἐστ', αὐτὸς δ' ἐπ' αὐτοῦ χαιρέτω.

---

105) Ath. II, 59. C ἔτι, Dind. e Koenii conjectura ἐντί † §. 40.

106) Ath. II, 60. E οἷον αἱ — μύκαι (Dind. μύκαις) ἀρ' ἐπεσκληκότες † cf. Ephipp. ap. Athen. 65. A ἵν' ὥςπερ οἱ μύκητες ἀποπνίξαιμι σέ (Naekius ἐξεσκληκότες) — με supplevimus.

107) Ath. II, 63. C ἀνταλλάσσονται, quod correxit Erfurdtius. — Vs. 2 ἐς † §. 43, 6. Jacobsius et Dindorfius Atticum poëtam odorantur.

108) Ath. II, 64. F.

109) Ath. II, 68. F.

110) Ath. II, 70. F μήκων † — μάραθοι — τοῖς ἄλλοις — λαχάνοις εἰς τοπιον, Dind. „λαχάνοις (excidit ἁδέες vel simile quid) **πάλιν"; nos ὄπιον ad sequens fragmentum, quod Dind. recte discreverat, trahimus.

111) Ibid. ὄπιον i. e. ὀπός, acerbus cacti succus — παρατιθῇ † §. 43, 1 — Dind. ἐφ' αὐτοῦ vid. §. 33, 5.

112. (58)

Θρίδακας, ἐλάταν, σχῖνα, ῥαφανίδας [τε καὶ] κάκτους [φέρων].

113. (58)

Ὅδε τις ἀγρόθεν ἔοικε μάραθα καὶ κάκτους φέρειν,
*ἴφυον, λάπαθον, *ὀτόστυλλον, σκορόδιον, σερίδια,*
δάκτυλον, πτέριν ◡ — κάκτον, ὀνόπορδον.

114. (59)

Τὰ πρὸ τοῦ δύ' ἄνδρες ἐλέγον, εἷς ἐγὼν ἀποχρέω.

115. (36)

Ἀλλὰ καὶ σιγῆν ἀγαθόν, ὅκκα παρέωντι κἀῤῥόνες.

116. (62)

Σκῶπας, ἐλόπας, γλαύκας.

117. (6)

Νόος ὁρῇ καὶ νόος ἀκούει· τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

118. (7)

Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι καὶ λάβοις τί κα.

119. (19)

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

---

112) Ath. II, 71. A *σχῖνον* † et versum explevimus.

113) Ibid. *ὁ δέ* †. — Vs. 2 fort. *ὀποῦ φύλλον* i. e. silphii semen, quod a Dioscoride *ὀπόφυλλον* appellatur, vid. Schneid. Lexic. s. vv. *ὀπός, φύλλον* et *ὀπόφυλλον* — *σκόλιον* † — *σερίδα* Dind. e codd. — Vs. 3 *δράκτυλον* — si *κάκτον* verum est, etiam hoc fragmentum e duobus conflatum videtur.

114) Ath. VII, 308. C et VIII, 362. D.

115) Ath. VIII, 363. F *παρέοντι* †.

116) Ath. IX, 391. D.

117) Plutarch. Morall. p. 98. B, 336. B, 961. A multique alii. *οὖς* † §. 23, 2, ubi adde *νόῳ* fr. 146.

118) Aeschin. Diall. III, 6, Stob. Floril. X, 13. 31 *κα* addidimus, alii aliter cf. Schneidew. Exercitt. Critt. c. VIII p. 50.

119) Polyb. XVIII, 23, 1, Dio Chrysost. LXXIV p. 636 Morell., Cicer. ad Att. I, 19 etc.

120. (21)

Τῶν πόνων πωλοῦντι πάντα τἀγάθ᾽ ἁμὶν τοὶ θεοί.

121. (21)

Ὦ πόνηρε, μὴ τὰ μαλακὰ μῶσο, μὴ τὰ σκλήρ᾽ ἔχῃς.

122. (32)

Ἐκ διαβολᾶς λοιδορησμός, λοιδορησμοῦ δ᾽ ἐκ μάχα.

123. (33)

Ἀρτίως τε γὰρ λελέκται κεὐθὺς οὐ καλῶς ἔχον φαίνεται.

123. b

Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνατὸν φρονεῖν.

124. (30)

Τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ πὰρ τήνοις ἐγών.

125. (34)

Οὐ φιλάνθρωπος τύγ᾽ ἐσσ᾽. ἔχεις νόσον· χαίρεις διδούς.

126. (35)

Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη κἀπῆνθεν, ὅθεν ἦνθεν, πάλιν,
γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμ᾽ ἄνω. τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἕν.

---

120) Xenoph. Memorabb. II, 1, 20 et inde alii *πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ᾽ οἱ θεοί* † §. 33, 1.

121) Ibid. vulgo *μώεο*, A. *μάλα κακῶς ὁ*, F. *μᾶλα καμώσῃς ῷ*, Stob. Flor. I, 101 vulgo *μαλακῶς ὁ*, cod. Par. Grotii *μαλακὰ μῶσόμ τά* † §. 42 s. v. *μῶσθαι*.

122) Aristot. de Generat. Anim. I, 18 et Rhet. I, 7 *ἐκ τῆς διαβολῆς ἡ λοιδορία, ἐκ δὲ ταύτης ἡ μάχη*, quae animi causa in versum coëgimus; forsitan aliquis conjecerit, ab Aristotele ad fr. 99 respici.

123) Aristot. Metaph. XI, 11 *καὶ εὐθέως φαίνεται* vid. Welck. Ephemm. Antiq. 1835 p. 1132.

123 b) Arist. Rhet. II, 21 sine poëtae nomine, quem locum indicavit nobis Schneidewinus noster.

124) Demetr. Phal. de eloc. 24 *παρὰ τήνοις* † §. 43, 1.

125) Plutarch. Poplicol. c. 15 et de Garrul. p. 510. C.

126) Plutarch. Consol. ad Apoll. p. 110. A *καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε*. — Vs. 2 *πνεῦμα δ᾽ ἄνω* † vid. ad fr. 36.

127. (37)

Αἴτε τι ζατεῖ σοφόν τις, νυκτὸς ἐνθυμητέον.

128. (37)

Πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται.

129. (38)

Γνῶθι πῶς ἄλλῳ κεχρήται.

130. (63)

Οὐ λέγειν τύγ᾽ ἐσσὶ δεινὸς, ἀλλὰ σιγῆν ἀδύνατος.

131. (5)

Οὐ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν.

132. (8)

Μὴ 'πι μικροῖς αὐτὶς αὐτὸν ὀξύθυμον δείκνυε.

133. (9)

Ἐπιπολάζειν οὔτι χρὴ τὸν θυμόν, ἀλλὰ τὸν νόον.

134. (10)

Οὐδὲ εἷς οὐδὲν μετ᾽ ὀργᾶς κατὰ τρόπον βουλεύεται.

135. (11)

Ἁ δὲ μελέτα φύσιος ἀγαθᾶς πλέονα δωρεῖται, φίλος.

136. (12)

Ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθός, οἷς δὲ καὶ κακός.

---

127. 128) Cornut. de nat. deor. c. 14 *εἴτε — ζητεῖ — τῆς.*

129) Cicer. ad Q. fr. III, 1, 7.

130) Gell. N. A. I, 15 *σιγᾷν.*

131) Stob. Floril. I, 14.

132) Ibid. XX, 8 *αὐτόν* † §. 33. Idem versus alibi Menandro tribuitur vid. Meinek. Comicc. Gr. IV p. 291.

133) Ibid. XX, 9 *νόμον* † cf. Theogn. 631 *ᾧτινι μὴ θυμοῦ κρέσσων νόος, αἰὲν ἐν ἄταις, Κύρν᾽ ὅγε καὶ μεγάλαις κεῖται ἐν ἀμπλακίαις.*

134) Ibid. XX, 10 *οὐδείς — ὀργῆς* †. A Trincavello Euripidi datur.

135) Ibid. XXIX, 51 et Apostol. I, 52, *πλεῦνα* e cod. A correximus vid. §. 26, 3 — *φίλοις* † cf. fr. 137.

136) Ibid. XXXVII, 16. Propter *οἷς δέ* pro *τοῖς δέ* veremur ut versus recte Epicharmo tribuatur vid. §. 33, 6.

137. (13)

Τίς δέ κα λῴη γενέσθαι μὴ φθονούμενος, φίλος;
δῆλον ὡς ἀνὴρ γὰρ οὐδείς ἐσθ' ὁ μὴ φθονούμενος.
τυφλὸν ἠλέησ' ἰδών τις, ἐφθόνησε δ' οὐδὲ εἷς.

138. (14)

** Οὐδὲν γαίᾳ κλεινᾷ γυναικὸς βαρύτερον·*
οἶδ' ὁ συντυχών, μακάριος δ' ὃς ἀγνοεῖ.

139. (15)

Τὸ δὲ γαμεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς μόνους
ἀπὸ τύχης βαλεῖν· ἐὰν μὲν γὰρ λάβῃς τεταγμένην
τοῖς τρόποις καὶ τἄλλ' ἄλυπον, εὐτυχήσεις τῷ γάμῳ·
εἰ δὲ καὶ φιλέξοδόν τε καὶ λάλον καὶ δαψιλῆ,
οὐ γυναῖχ' ἕξεις, διὰ βίου δ' ἀτυχίαν κοσμουμέναν.

140. (16)

Σώφρονος γυναικὸς ἀρετὰ τὸν συνεόντα μὴ 'δικεῖν.

141. (17)

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ἀποδεδειγμένος τόπος,
ὃς ἢ πονηροὺς πάντας ἢ χρηστοὺς ποιεῖ.

---

137) Ibid. XXXVIII, 21 *τίς δ' ἐγκαλοίη*. Quanquam Doris in *κα λῴη* apparet, locus tamen nescio quid non Epicharmeum sonat, quo accedit contractio paullulum suspecta in *φθονούμενος* vid. §. 26, 4. Fortasse cum antecedente et, si placet, etiam pluribus apud Stobaeum ad Pseudepicharmea referendus est.

138) Ibid. LXVIII, 9. Alterum versum *τοιαῦτα* post *συντυχών* inserendo explere licet.

139) Ibid. LXIX, 17 vulg. *τρεῖς κύβους*, sed quum in A B *τρεῖς κύβους μόνους* legatur, potius *κύβους* glossam esse judicamus quam *μόνους*. Ceterum praeter *κοσμουμέναν* nihil Dorici aut Epicharmei inest nec fere dubitamus, quin hoc fragmentum a Siculo poëta abjudicandum sit.

140) Ibid. LXXIV, 37, *συνόντα* † §. 40; additum *ἄνδρα* cum Valckenario delevimus.

141) Ibid. LXXVII, 7. Epicharmi nomen et in hoc et in sequenti fragmento Meinekius ad Menand. p. 191 suspectum habet.

142. (18)

Πνίγομ', ὅταν εὐγένειαν οὐδενῶν κακῶς
λέγῃ τις, αὐτὸς δυςγενὴς ὢν τῷ τρόπῳ·
τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία;

143. (20)

Πρὸς [δὲ] τοὺς πέλας πορεύου λαμπρὸν ἱμάτιον ἔχων
καὶ φρονεῖν πολλοῖσι δόξεις τυχὸν ἴσως.

144. (29)

Ἀποθανεῖν οὐ λῶ, τεθνάκειν οὐδὲ ἕν μοι διαφέρει.

145. (22)

Ἀσκοὶ φύσις ἀνθρώπων πεφυσιαμένοι.

146. (23)

Εὐσεβὴς νόῳ πεφυκὼς οὐ πάθοις κ' οὐδὲν κακὸν
κατθανών· ἄνω τὸ πνεῦμα διαμενεῖ κατ' οὐρανόν.

147. (24)

Οὐδὲν ἐκφεύγει τὸ θεῖον· τοῦτο γινώσκειν τυ δεῖ·
αὐτός ἐσθ' ἁμῶν ἐπόπτας, ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεός.

---

142) Ibid. XC, 8 *οὐδὲν ὢν* † i. e. *ἐξουδενῶν*, contemnens; dialectus non Dorica apparet in *ὅταν*.

143) Append. Stob. Gaisf. IV p. 381, 10 ed. Lips, fragmentum vix Epicharmeum, dialectus vulgaris in *πρός* et *πορεύου* vid. §. 26, 4. Particulam *δέ* inseruit Welckerus.

144) Sext. Empir. I, 273 *ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει*, Cicer. Tusc. I, 8 emori nolo, sed me esse mortuum nihil aestumo, unde versum fingere ausi sumus.

145) Orion. Anth. II, 3, Theodoret. de fide I p. 15 Sylb., Clem. Al. Strom. IV p. 584 Pott., Ann. Oxx. IV, 254, 25 *φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι*.

146) Clem. Al. Strom. IV p. 640 Pott. *νῷ* et *γ' οὐδέν*, quae correcta sunt in Ephemm. Antiq. 1835 p. 88 — *διαμένει* †.

147) Ibid. V p. 708, Euseb. Praep. Ev. XIII p. 674 Vig., Theodoret. Serm. VI p. 88 Sylb. *ἐκφεύγει* et *διαφεύγει*, fort. *οὐδὲ ἓν φεύγει* — *σε δεῖ* † — Euseb. *ἐστ' ἁμῶν* — *ἐπόπτης*.

148. (27)

ʼΩ θύγατερ, αἰαῖ τύχας,
ὅς συνοικίζων νέῳ σʼ ὤλεσσα πολὺ παλαιτέραν.

Ὁ μὲν γὰρ ἄλλαν λῇ λαβεῖν νεανίδα
* ἄλλον δʼ ἄλλη μαστεύει τινά.

149. (28)

Ὡς πολὺν ζήσων χρόνον χὠς ὀλίγον οὕτω διανοοῦ.

150. (25)

Ἐγγύας ἄτα ʼστὶ θυγάτηρ, ἐγγύα δὲ ζαμίας.

151. (26)

Καθαρὸν αἴκα νόον ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμʼ ἐσσὶ καθαρός.

152. (46)

Εὐσεβὴς βίος μέγιστον ἐφόδιον θνατοῖς ἔπι.

153. (39)

Ὁ κακὸς θαρρεῖ μάλʼ ἄπωθεν, ἔπειτα δὲ φεύγει.

154.

Αἴκα τὺ βλείης σφενδόνᾳ.

---

148) Clem. Al. Strom. VI p. 740 αἲ αἲ τύχας συνοικίζων με ὦ σεσσαπολατερα † — ἄλλην δῆτα λαμβάνει †.

149) Ibid. VI p. 744, fragmentum vel propter contractionem in διανοοῦ suspectum vid. §. 26, 4. Clemens, qui e Politia, quam Epicharmo suppositam esse constat, nonnullos locos affert VI p. 719, plura fragmenta ex eodem fonte hausisse recte Grysaro visus est p. 269, quare in Clementinis dialectum accurate Doricam restituere non conati sumus.

150) Ibid. VI p. 749 ἐγγύα ἄτας, quod correctum est in Ephemm. Antiq. 1835 p. 90.

151) Ibid. VII, 844 καθαρὸν τὸν νοῦν ἐὰν ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμα καθαρὸς εἶ †. Videndum tamen ne versui spurio Doridem perperam obtruserimus.

152) Anecdd. Boisson. I p. 125 θνητοῖς ἐστί †.

153) Scholl. Il. η, 93, Eustath. 667, 52 ὁ τοι κακός † — αὐτόθεν †.

154) Scholl. A Il. ν, 288 cf. §. 42 s. v. βάλλω.

155. (47)

Ἔνθα δέος, ἐνταῦθα καἰδώς.

156. (110)

Γυναικάνδρεσσι ποθεινοί.

157. (97)

Παιδὶ τεοῦ.

158.

Τρὶς ἀπεδόθη ζόος.

***159. (120)**

Φρὺξ ἀνὴρ πλαγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος.

160. (41)

Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

161. (41)

Σοφώτερος σοφοῦ.

161 b. (107)

Μόρων νέον τὸ φυτόν.

161 c.

Ἐν πέντε κριτᾶν γούνασι κεῖται.

162. (42)

Ἄγρον τὰν πόλιν ποιεῖς.

---

155) Scholl. Soph. Aj. 1074 καὶ αἰδώς. Quod simillimum proverbium e Cypriis repetitur, ideo nolumus cum Leutschio ad Paroemiogr. p. 257 in Epicharmi nomine erratum putare.

156) Scholl. Il. ϑ, 527, Eustath. 727, 50.

157) Apollon. de pron. 96. B.

158) Herod. π. μ. λ. 41, 31, quem vide de accentu vocis ζόος.

159) Suid., Mich. Apostol. XX, 37, Greg. Cypr. V, 95. Eodem jure ad Dinolochum revocari potest.

160. 161) Suid. s. v. τὰ Ταντάλου.

161 b) Phot. s. v. συκάμινα.

161 c) Zenob. III, 64, Suid. cf. Welck. l. l. p. 1124.

162) Diogenian. II, 47 etc. τήν.

163. (45)

Σικελὸς ὀμφακίζεται.

164. (79)

Βάσσον τὸ χωρίον.

165. (66)

Ἅμα τε λόγων ἄκουσας ἡδύμων.

166.

Καὶ τᾶς κλεινᾶς Συρακοῦς.

167. (68)

Θωσούμεθ', ὁ Ζεὺς ἀναρύει.

168.

Ἀγλευκές ἐστ' ἄνθρωπος.

---

163) Zenob. V, 84 etc.

164) Et. Gud. 301, 9 cf. Et. M. 191, 8, Herod. π. μ. λ. 37, 11.

165) Et. M. 420, 48, Zonar. p. 975.

166) Et. M. 736, 26 cf. Strab. VIII p. 564 et Schneidew. Conjectt. p. 73.

167) Anecdd. Bekk. 417, 20 et Anecdd. Bachm. I, 113, 3 *θωσούμεθα ὁ Ζεὺς ἐναρύει* † cf. Ann. Bekk. 417, 6 *τὸ γὰρ θύειν ἀναρύειν*, Suid. *ἀναρύει ἀντὶ τοῦ θύει καὶ σφάττει· Εὔπολις.*

168) Ann. Oxx. I, 85, 20.

Sophronis fragmenta.

Μῖμοι Ἀνδρεῖοι.

Θυννοθήρας.

1. (22)

Ἁ δὲ γαστὴρ ὑμέων καρχαρίας, ὄκα τινὸς δῆσθε.

2. (23)

Ἐγκίκρα ὡς εἴω.

3. (102)

Λοξῶν τὰς λογάδας.

Ὡλιεὺς τὸν ἀγροιώταν.

4. (125)

Βλέννῳ θηλάμονι.

* *Παιδικὰς ποιφύξεις.*

5. (18)

Τρίγλας μὲν γένειον, τριγόλα δ᾽ ὀπισθίδια.

---

1) Athen. VII, 206. D, fort. *ὄκκα* vid. §. 45, 3.

2) Et. M. 423, 24 etc., vid. §. 42 s. v. *εἴμι* et *κίγκραμι*.

3) Et. M. 572, 42, Ann. Oxx. III, 69, 5.

4) Athen. VII, 288. A, cf. de mimi titulo III, 86. A.

5) Ath. VII, 324. F *τρίγλας τενηον* et 325. A *τρίγλας μέν γε πίονας* †; nam *τρίγλα* est mullus barbatus, qui ab ipso Sophrone fr. 55 *γενειᾶτις* vocatur. Titulus mimi ita legitur Scholl. Nic. Ther. 179 *ποιφύζειν — ἐπὶ τοῦ ἐκφοβεῖν, ὡς Σώφρων ἐν Μίμοις· παιδικὰς ποιφύξεις*; Athenaei libri praebent *παιδι κάσποι φίξις*. Emendationes tentatae non satisfaciunt.

[*Γέροντες*].

† 6. (105)

*Ἐνθάδε ὧν κἠγὼ παρ' ὑμὲ τοὺς ὁμοτρίχας ἐξορμιζόμαι πλόον δοκάζων· *πόντιναι γὰρ ἤδη τοῖς ταλίκοιςδε ταὶ ἀγκύραι.*

† 7. (63)

Τὸ γὰρ ἀπεχθόμενον γῆρας ἁμὲ μαραῖνον ταριχεύει.

8. (64)

A. *Τί μὰν, ξύσιλον;* **B.** *τί γὰρ, σῦφαρ ἀντ' ἀνδρός;*

9. (58. 65)

Κνυζόμαι δὲ οὐδὲν ἰσχύων· ἃ δὲ ξύσμα ἐκ ποδῶν εἰς κεφαλὰν ἱππαζέται.

† 10. (72)

Καθαιρημένος θην καὶ τῆνος ὑπὸ τῷ χρόνῳ.

† 11. (112)

Ὁ δ' αὖ φάλης κατακυπτάζει.

*12.

Λαδρέοντι δὲ τοὶ μυκτῆρες.

---

6) Demetr. de eloc. 151, qui haec allegorice dicta testatur *ἐπὶ τῶν γερόντων: ὕμμε* — certatim correxerunt *πόντιαι*, obscurum quo sensu. Ceterum vix recte quidam obscoenam sententiam odorati sunt.

7) Stob. Flor. CXVI, 30 *ἁμέ*, Scholl. Aesch. Choeph. 293 *ἄμμε* †.

8) Et. M. 737, 1, quo ipso suadente verba inter duas personas divisimus.

9) Et. G. 331, 57 *κεφάλην — ἱππάζετο*, corruptius Eustath. 1766, 34 ex Herodiano; priora Ann. Oxx. I, 222 et corrupte Et. M. 523, 3.

10) Apollon. de pron. 75. B *καθηρημένος ὑπὸ τῶ χρόνω* † §. 35, 2 et 25, 4.

11) Scholl. Arist. Acharn. 262.

12) Ann. Oxx. I, 123, 14 e Syracusano, quem, quum metri nullum vestigium insit, Cramerus minus recte Epicharmum esse judicavit.

*13.

Φαλακρότερος εὐδίας.

*14.

Αἴκα μὴ θαλφθῇ λόγοις.

[*Ἁλιεῖς*].

15. (16)

Τριγόλᾳ ὀμφαλοτόμῳ.

16. (17)

Τριγόλαν τὸν εὐδιαῖον.

17. (20)

Κέστραι βότιν καπτοῦσαι.

18. (21)

Βαμβραδόνι, ῥαφίδι.

19. (9)

Μελανίδες γάρ τοι νησοῦντι ἐμὶν ἐκ τοῦ μικροῦ λιμένος.*

20. (54)

Ἔχε τὸ δελήτιον.

21.

*Ποτιδᾶ * δραστοχαῖτα.*

22. (3)

Λιχνοτέραν τᾶν πορφυρᾶν καταπυγοτέραν τ' ἀφυησιᾶν.

13) Demetr. de elocut. 127.

14) Et. M. 732, 34.

15. 16) Ath. VII, 324. F.

17) Ath. VII, 286. D et 323. F.

18) Ath. VII, 287. C *ῥαφία.*

19) Ath. III, 86. A.

20) Et. M. 254, 53.

21) Herod. *π. μ. λ.* 10, 33 fort. *πρασοχαῖτα* aut *πρασιοχαῖτα*, cf. Hesych. *φῦκος, τὸ προσβρασσόμενον ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῇ γῇ, ὅπερ ἔνιοι καὶ πράσον καλοῦσι* et *φυκιοχαίτην, ψαφαροχαίτην.*

22) Prior pars Ath. III, 89. A, ubi *λιχνοτέρα*, altera Ath. VII, 281. E et Et. M. 72, 50.

† 22 b.

Ἠλοτέρα τᾶν κορωνᾶν.

23. (69)

Ὦ οὗτος, ἦ οἰῇ στρατείαν ἐσσείσθαι;

24. (73)

*Οὐχ᾽ ὁδεῖν τυ * ἐπικαζε;*

25. (99)

Ἐμὲ δ᾽ Ἀρχωνίδας ἴαλλε παρ᾽ ἐμέ.

26. (101)

Σῶσαι δὲ οὐδὲ τὰς δύο λίτρας.

† 27. (76)

Ἡρακλῆς τεοῦς κάρρων ἦς.

* 27 b.

Μωρότερός εἰμι Μορύχου, ὃς τὰ ἔνδον ἀφεὶς ἔξω τᾶς οἰκίας καθήσται.

Μῖμοι Γυναικεῖοι.

Ἀκεστρίαι.

28. (49)

Φωρτάτους ἀεὶ καπήλους παρεχέται.

---

22 b) Scholl. Aristoph. Thesm. 833.

23) Apoll. de pron. 72. C cf. 25. C *στρατηαν.*

24) Ibid. 75. C. 25) Ibid. 127. B. 26) Poll. IV, 173

27) Apollon. de pron. 95. B. *καρων* — *ἦν* †.

27 b) Suid. Phot. s. v. *μωρότερος*, Zenob. V, 13 all. e Polemone, Siceliotarum proverbium. Zenobii lectionem expressimus, nisi quod *εἶ* e Photio in *εἰμι*, deinde *τῆς* et *κάθηται* e conjectura mutavimus. Prellerus ad Polem. fr. 73 versum Epicharmi subesse suspicatur, quem aegre extorseris, quare de Sophrone cogitare maluimus.

28) Et. M. 573, 53 *φωροτάτους* cf. Suid. s. v. *κάπηλος*, Ann. Bekk. p. 1464 not., Ann. Oxx. II, 456, 4.

Νυμφοπόνος.

29. (25)

*Κἤπειτα λαβὼν *προῆχε, τοὶ δ' ἐβαλλίζον.*

30. (26)

Βαλλιζόντες τὸν θάλαμον σκατὸς ἐνεπλήσαν.

31. (114)

Πατάνα αὐτοποίητος.

Πενθέρα.

32. (8)

Συμβουλεύω τ' ἐμφαγεῖν· ἄρτον γάρ τις τυρῶντα τοῖς παιδίοις ἴαλε.

*Ταὶ γυναῖκες, αἳ τὰν θεὸν φαντὶ * ἐξελαν.*

33. (38)

Ὑποκατωρύκται δὲ ἐν κυαθίδι τρικτέα ἀλεξιφαρμάκων.

† 34. (39)

Ἀεὶ δὲ πρωὶ φύλλοις ῥάμνου ἀκρατιζόμεθα.

[Φαρμακεύτριαι].

† 35. (36)

*Πεῖ γὰρ ἁ ἄσφαλτος; *ποῖος εἰλισκοπεῖται.*

---

29) Ath. VIII, 362. C. Ita Dind. ex A, *προιεῖχε* B, *προεῖχε* PVL cf. §. 25, 2.

30) Ibid. *σκάτους* † vid. Lobeck. ad Phryn. p. 293.

31) Poll. VI, 90 cf. X, 107.

32) Ath. III, 110. C, fort. *τυρόεντα* vid. §. 25, 4. d.

33) Ath. XI, 480. B *ἔλεξαν* — Dind. *δ' ἐν* — *τρικτοι* (Schweigh. *τρικτέα*) † vid. Boeckh. ad Corp. Inscr. I. p. 811. Mimi inscriptio ita legitur apud Apollon. de adv. 592, 13.

34) Scholl. Nicand. Ther. 861 *πρίω* (Schneider e conj. *πρῶι*) † (cf. Phot. *ῥάμνον — ὃ ἐμασῶντο ἕωθεν*) — *κρατιζόμεθα* (Schneid. sine libris *κρατιζόμεσθα*, quum *κρατιζώμεσθα* voluisse videatur, illom. *ἀκρατισδόμεθα*) †.

(35 Ammon. de diff. p. 122, priora saepius vid. §. 44 not. I.

36. (68)

Πρὶν αὐτὰν τὰν νόσον εἰς τὸν μύελον σκιρωθῆμεν.

† 37.

Κύων πρὸ μεγαρέων μέγα ὑλακτέων.

[*Ἰσθμιάζουσαι.*]

*38. (32)

Φέρ' ὦ τὸν δρίφον.

† 39. (71)

Ἐγὼν δέ τοι καὶ πάλαι ὤψεον.

† 40. (35)

Φέρε τὸ θαύμακτρον κἀπ' ἰθὺς ἴωμες.

† 41. (33)

Ὑμὲς δὲ ἐπεγγυαμένοι θωκεῖτε.

*42. (34)

Τουτῶ θάμεθα.

43. (62)

Ἐνθάδε κυπτάζοντι πλεῖσται γυναῖκες.

† 44. (27)

Θᾶσαι, ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοὶ παῖδες [εἰς] τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι, οἱόνπερ φαντί, φίλα, τοὺς Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ παλῷ.

36) Et. M. 717 extr. σκιρωθῆναι †.

37) Ann. Oxx. I, 277, 20.

38) Et. M. 287, 50 de Syracusanorum dialecto.

39) Apollon. de pron. 63. B, ubi Bekkerus perperam τε et ὤψειον e conjectura scripsit, et alii vid. §. 22 not. 6.

40) Et. M. 443, 53 κἀπιθυσιῶμες † — θαύμακτρον quid sit, ignoratur.

41) Apoll. de pron. 119. B υμμες.

42) Apoll. de adv. 604, 7 — 623, 1.

43) Scholl. Aristoph. Lys. 17 κυπτάζουσι.

41) Demetr. de eloc. 147, εἰς addidimus.

* 45. (73)

Αὐτῶ ὁρῇς, Φύσκα;

46. (48)

Ἔτι μεθὲν ἁ καρδία παδῇ.

47. (67)

Ξυέται ὁ χοραγός.

[Mulieres epulantes].

48. (29)

Πάρφερε, Κοικόα, τὸν σκύφον μεστόν.

* 49. (30)

Πίμπλη, Κοικόα.

50. (31)

Τάλαινα Κοικόα, κατὰ χειρὸς δοῦσα ἀποδός ποχ' ἁμὶν τὰν τράπεζαν.

51. (13)

*Ταί γα μὰν κόγχαι ὥςπεραίκ' ἐξ ἑνὸς κελεύματος κεχάναντι ἁμὶν πᾶσαι, τὸ δὲ κρῆς * ἕκαστος ἐξέχει.*

52. (14)

Ἴδε καλᾶν κουρίδων, ἴδε καμμάρων, ἴδε φίλα, ὡς ἐρυθραί τ' ἐντὶ καὶ λειοστρακιῶσαι.

---

45) Apoll. de adv. 623, 2.

46) Apoll. de pron. 83. C cf. 98. A.

47) Phot. Suid. s. v. *ξυήλη*.

48) Ath. IX, 380. E *περίφερε* (all. *παράφερε*) †.

49) Et. M. 478, 13.

50) Ath. IX, 409. A. *Καικόα*.

51) Ath. III, 87. A *αἵ γα* † §. 33 — *ὥσπερ αἵ κ'* † — *ἑκάστας* vulg. post Venetam, codd. *ἕκαστος*, fort. *ἑκαστοῖς* i. e. *ἑκαστόσε*, *ἑκασταχόσε* vid. §. 44, 6, priora Et. M. 502, 19.

52) Ath. III, 106. D, vulgo post Lugdunensem *λειοτριχιῶσαι*, P. *λειστριχιῶσαι*, Ald. *λείως τριχιῶσαι* †.

† 53. (10)

Μόνον ἐμίνγα τὸ τοῦ γόγγρου τέμαχος.

† 54. (12)

A. *Τίνες δὲ ἐντί ποκα, φίλα, ταίδε ταὶ μακραὶ κόγχαι;* B. *σωλῆνες θην τοῦτοι γα, γλυκύκρεον κογχύλιον, χηρᾶν γυναικῶν λίχνευμα.*

55. (19)

Τρίγλαν γενεᾶτιν.

† 56. (6)

Τίς σταιτίτας ἢ κλιβανίτας ἢ ἡμιάρτια πέσσει;

57. (5)

Δεῖπνον ταῖς θείαις κριβανίτας καὶ ὁμώρους καὶ ἡμιάρτιον ἑκάστᾳ.

58. (7)

*Εἰς νύκτα με * αἰτιᾶ σὺν ἄρτῳ πλακίτᾳ.*

---

59. (15)

Τῶν δὲ χαλκωμάτων καὶ τῶν ἀργυρωμάτων ἐγάργαιρεν ἁ οἰκία.

60. (100)

Ὁ μισθὸς δεκάλιτρον.

---

53) Apoll. de pron. 101. B, Et. M. 732, 16.

54) Ath. III, 86. E (extrema Demetr. de eloc. 151) *τὸ δέ τοι μακραί* (Dind. cum Toupio *ταίδε τοι*).

55) Ath. VII, 324. E. 56) Ath. III, 110. C.

57) Ath. III, 110. C *ἑκάταις* (Dind. *Ἑκάτᾳ*) †. Emendatur nostra emendatio singulari *ἡμιάρτιον*, et *θεῖαι* non sunt deae, ut opinati sunt, sed amitae.

58) Ath. III, 110. C. Dind. cum Casaubono *μ᾽ ἑστιᾷ*, quod neque praepositio *σύν* neque dialectus patitur.

59) Ath. VI, 229. F, Scholl. Arist. Ach. 3 et Suid. s. v. *ψαμμακοσιογάργαρα.*

60) Poll. IV, 174.

61. (43)

Ὑγιώτερον κολοκύντας.

62. (44)

Τατωμένα τοῦ κιτῶνος.

63. (45)

Ἐνεχυρασθεὶς ὁ τόκος νιν ἀλιφθερώκει.

† 64. (74)

Ἄκουε νῦν καὶ ἐμεῦ, Ῥώγκα.

65. (90)

Αἰ μὴ ἐγὼν ἔμαθον ταῖς αὐταυτᾶς χερσίν.

66.

Ἁ δ' ἄρ' ἄμ' ἐλωβῆτο.

Μῖμοι Ἄδηλοι.

67. (1)

Ὕδωρ ἄκρατον εἰς τὰν κύλικα.

68. (28)

Στρουθωτὰ ἐλίγματα ἐντετιμημένα.

69.

Βόες δὲ λαρινευόνται.

70. (37)

Κατάστειψον, τέκνον, τὰν ἡμίναν.

---

61 — 63) Et. M. 774, 41 muliebres soloecismi: *ἐνέχυρα θεὶς* (MS. Leid. *ἐνέχυρα καὶ θείς*) † — *ἀλιφθερώκει*, MS. Leid. *ἀλιφερώκει*. Cf. Arist. Nub. 241.

64) Apoll. de pron. 82. C.

65) Ibid. 74. B *μαθον* (Valck. male *ἔματτον*) † — *αὐταύταις* vid. §. 33, 5.

66) Ibid. 127. A *ἀμὲ λωβῆτο.*

67) Ath. II, 44. B *τήν.*

68) Ath. II, 48. C.

69) Ath. IX, 376. B.

70) Ath. XI, 479. B. vulg. *κατάστρεψον*, quod e cod. B correximus cf. *μηδὲ στέφω κοτυλίσκον* ex Aristophane ap. Athen. p. 179. C.

71. (40)

Κηκεκρατηρίχημες.

72. (41)

Ἐπιάλης ὁ τὸν πατέρα πνίγων.

73. (42)

Ἐκ τοῦ ὄνυχος τὸν λέοντα ἔγραψεν, τορύναν ἔξεσεν, κύμινον ἔπρισε.

74. (97)

Τί τυ ἐγὼν ποιέω;

75. (77)

Ἐκπεφάναντί τεος ταὶ δυσθαλίαι.

76. (79)

Οὐχ ἧσσων τεοῦ.

77. (80)

* *Οὐκέτι οἱ δῶ.*

78. (81)

Τί οὐ παρ᾽ ἔμ᾽ ἐστράφθη;

79. (82)

Ὑμέων γὰρ ἀπρὶξ ἐχόνται.

80. (83)

Ὁ δ᾽ ἐκ σκότεος τοξεύων αἰὲν ἕνα τινὰ ὦν᾽ ξυγαστροφεῖ.

81. (86)

* *Ὅσαις ὖμιν αἰνέσω.*

82. (85)

* *Οὐ μάν τοι δίφρον ἐπημμένον ὑμίν.*

---

71) Ath. XI, 504. B κηκηκρ.

72. 73) Demetr. de eloc. 156 κύμινον ἔγραψε.

74) Apoll. de pron. 68. B.

75) Ibid. 95. C ἐκπεφαντι, all. ἐκπεφήναντι † — αἱ † §. 33.

76) Ibid. 99. C. 77) Ibid. 106. A. 78) Ibid. 106. B.

79) Ibid. 122. A. 80) Ibid. 122. C. 81. 82) Ibid. 121. C.

83. (87)

* Ἀμανι ψιν γενομένα.

84. (86)

Πῶς ψέ κα γινώσκωμες;

85. (89)

Τίς μοι τὰ λᾷα ἐκτίλλει.

86. (117)

Εἶ τὰ τῶν χοιραγχᾶν.

87. (107)

Ἦ ῥα καλῶς ἀποκαθάρασα ἐξελεπύρωσεν.

*88.

Ταύται ταὶ θύραι, μᾶτερ.

*88 b.

Οὐδ' ὁπῶς ἄριστα.

89. (59)

Πῶ τις ὄνον ὠνασεῖται;

90.

Ὀδαῖός γ' ἐσσί.

91. (110)

Ποῖς εἰς μυχὸν καταδυῇ.

83) Ibid. 126. B.

84) Ibid. 128. A καὶ γινώσκωμεν †.

85) Apollon. de adv. 567, 10.

86) Ibid. 542, 30 — 622, 18 — 625, 9, de synt. 335, 25, Joann. Alex. 32, 15.

87) Id. de adv. 581, 1.

88) Ibid. 592, 7. Hoc frustulum cum aliis Sophroni vindicavimus, quia Apollonium Doridis exempla, quae non sunt poetica, e Sophrone sumpsisse facile apparet.

88 b) Ibid. 584, 19.

89) Ibid. 601, 8 — 623, 3, Et. M. 698, 42, Et. Or. 137, 15.

90) Herod. π. μ. λ. 44, 20 fort. ὀδαγός — γε ἐσσί †.

91) Ammon. de diff. p. 122 πῦς † §. 44, 7.

92. (126)

῾Ομᾶ τέκνων θην δευομένα.

93. (122)

Σκανασῇ ἐν τᾷ ἐπιχάλκῳ.

94. (66)

Αἴ τις τὸν ξύοντα ἀντιξύει.

*95.

* *᾿Αρύετ᾿ ἂν φύζειν.*

96. (55)

Προβάτου προβάτερον, οἰὸς οἰότερον.

97. (47)

Κορώνας ἀνδουμένοι.

98. (109)

Κινησῶ δ᾿ ἤδη τὸν ἀφ᾿ ἱαρᾶς.

99.

Δειπνήσας ὠστιξέται τοῖς τρημματιξόντεσσι.

99 b.

῾Ηρακλῆς ἠπιάλητα πνίγων.

---

92) Plutarch. de Delph. *EI* p. 386. D, vid. §. 44, 6.

93) Hesych. *σκανα...ντα ἐπιχαλκ...π Σώφρωνίω σκανὰς πορεύσῃ ἐν τῇ ἀσπίδι*, quae ita corrigenda esse videntur: *σκανασῇ ἐν τᾷ ἐπιχάλκῳ, παρὰ Σώφρονι, σκηνοποιήσῃ ἐν τῇ ἀσπίδι*, quanquam vel sic proverbialis locutio obscura est.

94) Suid. Phot. s. v. *ξυήλη*, ille *Σώφρων· ἄν τις*, hic *Σώφρονα τις.*

95) Et. M. 134, 12 e Syracusanorum dialecto.

96) Et. M. 256, 34 *προβάτιον οἰὸς οἰότερον* vid. §. 46, 2.

97) Scholl. A. Il. *λ*, 385, Eustath. 851, 50.

98) Eustath. 633, 60 *ἱερᾶς* † §. 16.

99) Eustath. 1397, 24.

99 b) Eustath. 561, 19 ex Herodiano.

100. (46)

* Τῆτε τοι κορῶναί εἰσι.

101. (61)

Πόντος ἀγαθῶν.

102. (111)

Ἀργυρίων δεησῇ.

103. (123)

Κύμβου ἔχον ὄγκον.

104.

Μοὶ τοὶ ἀντὶ μοί.

* 105.

Βουλίας δικάζει.

---

100) Scholl. Aristoph. Ach. 203, Suid.

101) Scholl. Aristoph. Plut. 1051.

102) Scholl. Aristoph. Nub. 754.

103) Scholl. Nicand. Ther. 526.

104) Hesych. μοιτοὶ, ἄντιμοι (ita cod., ἔντιμοι Musur.), παροιμία Σικελοῖς, ἡ γὰρ χάρις μοι τὸν οἰόχαριν. — Varro de L. L. V §. 179 Müll. „Si datum quod reddatur, mutuum, quod Siculi μοῖτον; itaque scribit Sophron: μοῖτον ἀνθύμω.“ (all. anthimo, anchimo, anchinio). — Doctorum virorum suspicionibus, quae sunt parum probabiles, omissis dicam quod sentio. Siculos enim et Sophronem proverbii loco dixisse puto: μοὶ τοὶ ἀντὶ μοί i. e. *Mir Dir wieder Mir* cf. notissima similis sententiae proverbia *Wurst Wurst wieder Wurst* et *Wie du mir, so ich dir.* Quod μοί pro ἐμοί positum est, in proverbio propter monosyllabum τοί quaesitum esse videtur. Varro ridicule erraverit; nec posset μοῖτος cum mutuus conferri, quae vox a muto descendit, hoc autem a moveo. Ceterum explicationis Hesychianae medela non suppetit; sententia postulatur haec: ἡ γὰρ χάρις τίκτει χάριν.

105) Zenob. II, 86 cf. Demetr. 153.

III. Timocreontis Rhodii reliquiae Doricae.

1.

Στροφ. Ἀλλ᾽ εἰ τύγε Παυσανίαν ἢ καὶ τύγε Ξάνθιππον αἰνεῖς,
ἢ τύγε Λευτυχίδαν, ἐγὼ δ᾽ Ἀριστείδαν ἐπαινέω
ἄνδρ᾽ ἱερᾶν ἀπ᾽ Ἀθανᾶν
ἐλθεῖν ἕνα λῷστον· ἐπεὶ Θεμιστοκλῆ ἤχθαρε Λατώ,
Ἀντιστρ. ψεύσταν, ἄδικον, προδόταν, ὃς Τιμοκρέοντα ξεῖνον ἐόντα
ἀργυρίοις σκυβαλισκίοισι πεισθεὶς οὐ καιᾶγεν
πατρίδ᾽ Ἰαλυσόνδε,
λαβὼν δὲ τρί᾽ ἀργυρίου τάλαντ᾽ ἔβα πλέων εἰς ὄλεθρον,
Ἐπῳδ. τοὺς μὲν κατάγων ἀδίκως, τοὺς δ᾽ ἐκδιώκων, τοὺς δὲ καίνων,
ἀργυρίων ὑπόπλεος, Ἰσθμοῖ δ᾽ ἐπανδόκει γελοίως
ψηχρὰ κρέα παρέχων·
οἱ δ᾽ ἤσθιον κηὔχοντο μὴ ὤραν Θεμιστοκλέος γενέσθαι.

---

1) Plutarch. Themist. c. 21. Accuratius de hoc carmine egimus in Museo Rhenano Novo Vol. II Fasc. III. Dispositionem metricam aliter instituimus atque Hermannus, quem Schneidewinus sequutus est, et Boeckhius. Integram Doridem restituere non ausi sumus, quia dubium videri potest, an Timocreon reliquorum lyricorum Doricorum more dialectos miscuerit, quanquam nihil est quod in Doricam formam restitui metrum vetet; nam *ξεῖνον* vs. 5 e Rhodiorum consuetudine petitum esse videtur vid. §. 22, 7.

Vs. 1. 2. Genuina Doris postularet *αἰ*, *τύγα*, *τοί* vs. 12, et fortasse *Λατυχίδαν* vid. §. 24, 7. — Vs. 4 *Θεμιστοκλῆα* †, rell. *Θεμιστοκλῆ᾽*. — Vs. 6 *ἀργυρίοισι σκυβαλικοῖσι* †, deminutiva forma, quam conjiciendo finximus, e *σκύβαλον* facta est ut *γυναικίσκιον*, *κοτυλίσκιον*; de adjectivo *ἀργύριος* vid. §. 17, 3. Hermanni *σκυβαλικτοῖσι* cur ferri nequeat, nunc vide §. 11, 5. — Vs. 7 *εἰς πατρίδα Ἰαλυσόν* †. — Vs. 10 *ὑπόπλεως* † §. 29, 2 — *δ᾽ ἐπανδόκευε*. — Vs. 11 *ψυχρά* †. — Vs. 12 *ὤραν* † — *Θεμιστοκλέους* † §. 30, 6.

2.

Μοῦσα τοῦδε τοῦ μέλεος
κλέος ἀν᾽ Ἕλλανας τίθει,
ὡς ἐοικὸς καὶ δίκαιον.

3.

Οὐκ ἄρα Τιμοκρέων μόνος Μήδοισιν ὁρκιατομεῖ,
ἀλλ᾽ ἐντὶ κἄλλοι δὴ πονηροὶ κοὐκ ἐγὼ μόνα κόλουρις·
ἐντὶ καὶ ἄλλοι ἀλώπεκες.

4.

Τῷ ξυμβουλεύειν χὲρς ἄπο, νοῦς δὲ πάρα.

5.

Σικελὸς κομψὸς ἀνὴρ
ποτὶ τὰν ματέρ᾽ ἔφα.

IV. Chelidonismus
puerorum Rhodiorum.

Ἦλθ᾽ ἦλθε χελιδὼν,
καλὰς ὥρας ἄγουσα
καὶ καλοὺς ἐνιαυτοὺς,

2. 3) **Ibid.** *οὐκ ἄρα* † — *μοῦνος* † — *ὅρκια τέμοι* — *οὐκ ἐγώ.*

4) Hephaest. p. 4 *ῷ*.

5) Ibid. p. 71.

Chelid.) Athen. VIII, 360. C. Tractaverunt Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 461 et Schneidewinus, qui in primis duodecim versibus plura quam nos metri causa mutarunt. At, nisi vehementer fallimur, ut in carminibus popularibus aliae singulares licentiae reperiuntur, ita hic voculae monosyllabae ancipitem mensuram habent: vs. 2 *καί*, vs. 6. 12 *οὐ* et *οὐκ*, vs. 11 *ἁ*. Conferatur particulae *καί* elisio in scolio Harmodium et Aristogitonem celebrante *κ᾽ Ἀριστογείτων*, quae item hic v. 5. admissa videtur.

Vs. 1 *ἦνθ᾽, ἦνθε* Herm. vid. §. 15, 4. — Vs. 3 H. Dind. Schn. *καί*

ἐπὶ γαστέρα λευκὰ
κ' ἐπὶ νῶτα μέλαινα,
παλάθαν οὐ προκυκλεῖς
ἐκ πίονος οἴκου;
οἴνου τε δέπαστρον
τυρῶν τε κάνιστρον
καπυρῶν ἁ χελιδὼν
καὶ δὴ λεκιθίταν
οὐκ ἀπωθεῖται.
κενοὶ πότερ' ἀπίωμες ἢ λαβώμεθα;
εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐάσομεν,
ἢ τὰν θύραν φέρωμες ἢ θοὐπέρθυρον
ἢ τὰν γυναῖκα τὰν ἔσω καθημέναν·
μικρὰ μέν ἐστι, ῥαδίως μιν οἴσομεν.
** ἂν δὴ φέρῃς τι μέγα δή τι καὶ φέροις.*
ἄνοιγ', ἄνοιγε τὰν θύραν χελιδόνι·
οὐ γὰρ γέροντές ἐσμεν, ἀλλὰ παιδία.

---

ejiciunt. — Vs. 5 Ath. *κἀπί*, Eustath. 1914, 45 *ἐπί*, quod praetulerunt †. — Vs. 6 Herm. *σὺ προκύκλει.* — Vs. 9 vulgo *τυροῦ* e Bas. et Lugd., *τυρῶ* PV, quod Dind. et Schneidew. verum esse suspicantur, quum contra Rhodiorum mitiorem Doridem peccet, B. *τυρῶν.* — Vs. 10 *καὶ πυρῶν ἁ χελιδών*, Herm. *καὶ πυρὰ χελιδών* †, commemoratur *καπυρὸς τυρός* in testamento Epictetae C. I. nr. 2448. VI, 8. — Vs. 11 *καὶ λεκιθίταν*, Herm. inserit *τόν* †; per sequentem dipodiam anapaesticam acatalectam ad iambos transiri videtur. — Vs. 13 *κενοί* supplevimus. — Vs. 14. Reliquimus vulgares formas *εἰ* et *ἐάσομεν* et item in sequentibus *μιν οἴσομεν* et *ἐσμέν.* Quum enim formae vere Doricae *ἐασοῦμες* et *οἰσοῦμες* restitui metro vetentur, cantiuncula ejus aetatis esse videtur, qua genuina Rhodiorum Doris Atthide temperari coepta erat. — Vs. 15 *τὸ ὑπέρθυρον*, vulg. *θὐπέρθυρον* † §. 27. — Vs. 18 Dind. Schneidew. *ἐὰν φέρῃς δέ τι.*

V. Spartanorum et Argivorum foedera.

Thucyd. V c. 77. 79. *

1) Conditiones a Spartanis propositae c. 77.

Καττάδε δοκεῖ τᾷ ἐκκλησίᾳ 1) *τῶν Λακεδαιμονίων ξυμβαλέσθαι ποττὼς Ἀργείως, ἀποδιδόντας τὼς παίδας τοῖς Ὀρχομενίοις καὶ τὼς ἄνδρας τοῖς Μαιναλίοις καὶ τὼς ἄνδρας τὼς ἐν Μαντινείᾳ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀποδιδόντας καὶ ἐξ Ἐπιδαύρω ἐκβώντας καὶ τὸ τεῖχος ἀναιριόντας* 2). *Αἰ δέ κα μὴ εἴκωντι τοὶ Ἀθηναῖοι* 3) *ἐξ Ἐπιδαύρω, πολεμίως ἦμεν* 4) *τοῖς Ἀργείοις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις. Καὶ αἴ τινα τοὶ Λακεδαιμόνιοι παῖδα ἔχωντι, ἀποδόμεν ταῖς πολίεσσι* 5) *πάσαις. περὶ δὲ τῶ σιῶ σύματος, αἰ μὲν λῆν, τοῖς Ἐπιδαυρίοις ὅρκον δόμεν· αἰ δέ, αὐτὼς ὀμόσαι* 6). *τὰς δὲ πολίας τὰς ἐν Πελοποννάσῳ καὶ*

---

* De Spartanorum decreti dialecto Laconica monuimus §. 2, 13 et §. 49, 1, de foederis vulgari Doride §. 48, 2. Adnotavimus Bekkerianae lectionis discrepantiam, nisi quod accentuum rationem Doricam tacite restituimus.

1) In ipso decreto nescio an *ἁλίᾳ* fuerit pro *ἐκκλησίᾳ* cf. §. 6, 6 et §. 19, 5.

2) *ἀναιροῦντας* † §. 26, 1.

3) In decreto fuerit *Fείκωντι τοὶ Ἀσαναῖοι*, quanquam nomen proprium non mutatum aliquid excusationis habet.

4) *πολεμίους* † — *εἶμεν*, cui vulgatam lectionem praetulimus.

5) *πολίεσι* (cod. Lugd. *πολιέεσι*, Gr. *πολίεσσι*) †.

6) *εἶμεν λῆν τοῖς Ἐπιδαυρίοις ὅρκον, δόμεν δὲ αὐτοὺς ὀμόσαι*, ipso tamen Bekkero proponente *αἰ μὲν λῆν τὼς Ἐπιδαυρίως, ὅρκον δόμεναι αὐτοῖς ὀμόσαι* (*αἰ μὲν* e librorum parte, *δόμεναι* pro *δόμεν* ex uno) † de sacrificio Apollinis Argivi, si placet, jusjurandum in Epidaurios transferant; sin minus, ipsi jurent, cf. de *εἰ δέ* pro *εἰ δὲ μή* Plat. Symp. p. 212. C et Alcibiad. I p. 111, b.

μικρὰς καὶ μεγάλας αὐτονόμως ἦμεν [7]) πάσας καττὰ πάτρια. αἰ δέ κα τῶν ἐκτὸς Πελοποννάσω [8]) τις ἐπὶ τὰν Πελοπόννασον γᾶν ἴῃ ἐπὶ κακῷ, * ἀλεξέμεναι ἀμοθεὶ βωλευσαμένως [9]), ὀπᾷ κα δικαιότατα δοκῇ τοῖς Πελοποννασίοις. ὅσσοι [10]) δ' ἐκτὸς Πελοποννάσω τῶν Λακεδαιμονίων ξυμμάχοι ἐντὶ, ἐν τῷ αὐτῷ ἐσσιόνται [11]) ἐν τῷπερ καὶ τοὶ τῶν Λακεδαιμονίων καὶ τοὶ τῶν Ἀργείων ξυμμάχοι ἐντὶ, τὰν αὐτῶν [12]) ἐχόντες. ἐπιδειξάντας δὲ τοῖς ξυμμάχοις ξυμβαλέσθαι, αἴκα αὐτοῖς δοκῇ· αἰ δέ τί κα ἄλλο [13]) δοκῇ τοῖς ξυμμάχοις, οἴκαδ' ἀπιάλλην [14]).

2) Foedus postea ictum c. 79.

Καττάδε ἔδοξε τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀργείοις σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν εἶμεν πεντήκοντα ἔτη, ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις δίκας διδόντας καττὰ πάτρια. ταὶ δὲ ἄλλαι πολίες ταὶ ἐν Πελοποννάσῳ κοινανεόντων [1]) τᾶν σπονδᾶν καὶ τᾶν ξυμμαχιᾶν [2]) αὐτονόμοι καὶ αὐτοπολίες, τὰν αὐτῶν [3]) ἐχόντες, καττὰ πάτρια δίκας διδόντες τὰς ἴσας καὶ ὁμοίας. ὅσσοι [4])

---

7) αὐτονόμους † — εἶμεν, cui vulgatam praetulimus.

8) Πελοποννάσου †.

9) ἀλεξέμεναι pro Laconico ἀλέξην suspectissimum est vid. §. 37; adverbium ἀμοθεί, quod a plerisque in suspicionem vocatum est, satis confirmatur testimoniis Theognosti Ann. Oxx. II, 165, 7 et Favorini p. 103, 32 Dind., qui id ipsum inter adverbia in ει afferunt. Significatio obscurior est; vix tamen aliunde derivari potest quam a μόθος, quae vox quum ab Hesychio per στάσις explicetur, ἀμοθεί fere idem esse videtur quod ἀστασιάστως, sine seditione et dissensione.

10) βουλευσαμένους † §. 20. ὅσοι † §. 13, 1 et cf. c. 79 not. 4.

11) ἐσοῦνται, Popp. ἐσσοῦνται e quibusdam libris † §. 26, 1.

12) αὐτῶν, Popp. αὑτῶν.

13) vulg. καὶ ἄλλο, quae Bekk. cum librorum parte omisit, Haackius correxit.

14) ἀπιάλλειν, quod correximus ex uno codice Vat.

c. 79. 1) malim κοινανεόντω vid. §. 36 et §. 48, 2.

2) τᾶς ξυμμαχίας e conj.

3) αὐτῶν, Popp. αὑτῶν.

4) ὅσοι, quod e bonis libris correximus vid. §. 13, 1.

δὲ ἔξω Πελοποννάσου 5) Λακεδαιμονίοις ξυμμάχοι ἐντὶ, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐσσοῦνται 6) τοῖςπερ καὶ τοὶ Λακεδαιμόνιοι· καὶ τοὶ τῶν Ἀργείων ξυμμάχοι ἐν τῷ αὐτῷ ἐσσοῦνται 6) τῷπερ καὶ τοὶ Ἀργεῖοι, τὰν αὐτῶν 3) ἐχόντες. αἱ δέ ποι στρατείας 7) δέῃ κοινᾶς, βουλεύεσθαι Λακεδαιμονίους καὶ Ἀργείους, ὁπᾷ κα δικαιότατα κρινάντας τοῖς ξυμμάχοις. αἱ δέ τινι τᾶν πολίων ᾖ ἀμφίλογα ἢ τᾶν ἐντὸς ἢ τᾶν ἐκτὸς Πελοποννάσου, αἴτε περὶ ὅρων αἴτε περὶ ἄλλου τινὸς, διακριθῆμεν. αἱ δέ τις τῶν ξυμμάχων πόλις πόλι 8) ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθεῖν, ἄντινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πολίεσσι 9) δοκοίη. τοῖς δὲ ἔταις καττὰ πάτρια δικαζέσθαι.

VI. Laconica quaedam.

1) Ex Epilyci Coralisco.

Ποττὰν κοπίδ', οἰῶ, σῶμαι.
Ἐναμυκλαῖον παρ' Ἀπέλλω

---

5) *Πελοποννάσω*, Popp. *Πελοποννάσου* e bonis libris.

6) *ἐσοῦνται*, Popp. e bonis libris *ἐσσοῦνται*.

7) boni libri Cass. Aug. *δίσποι*, unde *δέ ποις* suspicari licet vid. §. 44, 7; *στρατιᾶς* ab Haackio emendatum est.

8) *πόλει* † §. 22, 3.

9) *πολίεσι*, quod e bonis libris correximus.

1) Athen. IV, 140. A (Meinek. Comm. Grr. II p. 887) *κοπιδοιωσωμαι*, quod correxit Bergkius. cf. §. 42 s. v. *οἴομαι* et *σῶμαι*. Vs. 2 *ἐναμυκλαῖον* ex Aldina tenuimus, — cf. de *Ἀπέλλω* pro *Ἀπόλλωνα* §. 17, 4 et §. 30, 9. Apollo non minus recte *ἐναμυκλαῖος* vocatur quam a Pausania III, 19, 16 *Ἀμυκλαῖος* et a Theopompo apud Ath. VI, 232. A *ὁ ἐν Ἀμύκλαις Ἀπόλλων* cf. Lysistr. 1299 *τὸν Ἀμύκλαις Ἀπόλλω σιόν*. Si novum compositum jure displiceret, *τὸν Ἀμυκλαῖον* scribi posset. A Laconica dialecto alienum est *ἐν Ἀμυκλαῖον* pro *ἐς Ἀμυκλαῖον*, ut vulgo Casaubono auctore legitur, vid. §. 43, 6.

βαράκες πολλοὶ κἄρτοι
καὶ δωμός τις μάλα ἁδύς.

2) Hippocratis epistola ad Spartanos.

Ἔρρει τὰ καλά· Μίνδαρος ἀπέσσυα· πεινῶντι τὤνδρες·
ἀπορίομες, τί χρὴ δρᾶν.

3) Epigramma Laconicum.

Χίλι᾽ ἄδε ποκὰ βίβαντι, πλεῖστα δὴ τῶν πήποκα.

Bergkii emendatio *ἐν Ἀμυκλαῖον· πάρα Γέλλωσιν* i. e. *πάρεισιν Εἵλωσι* infelicior est; liquidas enim Lesbii duplicarunt, non Lacones, neque Epilycum *γ* pro digamma scripsisse credibile est, etiamsi voci *Εἵλως* hoc concedas. — Vs. 3 *πολλὰ οἱ κάρτα.* — Vs. 4 *δωδεμοστος*, quod emendavit Bergkius cf. §. 12, 1; idem *μάλα* temere in *μέλας* mutavit, Meinekio jure adversante. — Ceterum propter hiatum, qui lacunam prodere videtur, secundum versum a primo interpunctione distinximus; jam *παρ᾽ Ἀπέλλω* dictum est ut *παρ᾽ ἀμέ* a Megarensi Acharn. 725 cf. Thucyd. V, 23 *παρ᾽ Ἀπόλλωνι ἐν Ἀμυκλαίῳ.* Postremo notabile est, nostra emendatione quatuor paroemiacos natos esse, ut Helotes inter rhythmi illius embaterii carmen ad copidem processisse videantur.

2) Xenoph. Hellen. I, 1, 23, Plutarch. Alcibiad. c. 28, Eustath. p. 92 in. et 1792, 6. *ἀπέσσυται, ἀπεσσούα* † vid. §. 19, 8. — vulg. *ἀπορέομες*, v. l. *ἀπορείομες* et *ἀπορίομες* cf. Valck. ad Adon. p. 264. C et §. 26, 1. Ceterum magis Dorica essent *πεινᾶντι* et *δρῆν.*

3) Poll. IV, 102 *χίλια ποκα βιβάντι* vid. §. 39 et §. 44, 2.

VII. Decretum Amphictyonum.

Corp. Inscr. nr. 1688.

(vid. folium insertum.)

Rectissime Boeckhius ex Attico temporis indice, qui praemissus est, legem hanc Amphictyonicam Ol. 100, 1 Athenis positam esse demonstravit et lapicidae, utpote Attico nec Doridi assueto, tot inconstantias et errores deberi intellexit. Attamen de inconstantia orthographiae V. Cl. non omnia recte disputare videtur et, si quid videmus, ea ad orthographicam rationem refert, quae potius ad dialecti proprietatem pertineant. Antiquae enim orthographiae has reliquias in titulo esse existimavit: l. 10 *ἀπογραψεν* pro *ἀπογράψειν* et item 21 *ἄγεν*, 23 *φερεν* et *ἐνοικεν*, 34 *θυεν*; 13. 45 *τος* pro *τούς* et similiter 26 *ποττος*, 14 *τος ὀνος*, 17. 39 *Αἰγιναιος*, 20 *αὐτος*; l. 8 *Λατος* pro *Λατοῦς*; l. 1 *Πυθεο* pro *Πυθέου* neque aliter l. 35 *το Πυθιο* (quanquam hic Claraci apographum *Πυθιου* habet) et l. 41 *αὐτο*; postremo l. 25 *ζαμιοντων* pro *ζαμιούντων*. Nusquam Boeckhius *E* et *O* pro *H* et *Ω* scripta esse voluit praeterquam in *EI* l. 40 pro *ἦ*; nam in *Ἱπποθοντίδος* l. 1 posterius *ο* per errorem lectum esse significavit, quam facillimam literarum permutationem nos etiam in l. 14 bis agnovimus, *ονος τον* in *ὤνος τῶν* mutantes. Illorum vero maximam partem memorabili Delphicae dialecti proprietate potius quam orthographiae archaismo contineri arbitramur. Accuratius enim quaerenti apparet, syllabarum extremarum correptionem eam, quam Doriensium parti propriam esse in §. 21 docuimus, eadem prope constantia in hoc titulo observari, qua in Theraeis et aliis. Primum infinitivi conjugationis in *ω* ubique in *εν* exeunt, ut *φέρεν*, *ἄγεν*, *θύεν*, neque recte

Boeckhius has formas ideo respuit, quod certe ἐνοικεν l. 23 pro ἐνοικεῖν secundum antiquam orthographiam scriptum esset; nam verba quoque contracta aeque illa correptione tanguntur vid. §. 21, 7. Eodem pertinet infinitivus futuri ἀπογραψέν pro ἀπογραψεῖν, ut ibidem monuimus. Productae infinitivorum terminationis ειν nullum exemplum in titulo extat; neque enim recte Boeckhius ἐνοικε.. l. 24, quum duarum literarum lacuna indicata sit, in ἐνοικε[ῖν] supplevit, cujus loci aliam emendationem proposuimus. Deinde accusativus secundae declinationis pluralis octies in ος desinens legitur, quum e contrario bis τοὺς scriptum sit l. 42. Vides, quam facile haec scriptura Attici lapicidae lapsui tribuatur, quamque probabiliter illa ad eandem referatur corripiendi consuetudinem, quae in infinitivis spectatur. Postremo eandem recte in Λατός l. 8 pro Λατοῦς agnosci posse docuimus §. 21, 3. Boeckhius, illud pro Λατοῦς scriptum ratus, hoc ipsum restituit l. 12 in., ubi quum τουκαι traditum sit, supplevit Λα]τοῦ[ς] καί. Probabilius tamen est Σ in Υ corruptum quam omissum esse, quare nos Λα]τό[ς] καί scripsimus. Praeter haec nulla vox in decreto legitur, quae in Doridis speciebus correptionis amantibus ultimae correptionem patiatur. — Non magis ad orthographiae archaismum pertinuerit εἶ pro ῇ l. 40, quum reliqui conjunctivi vulgari scriptura utantur: l. 19 ἀποτίνῃ, 25 δοκῇ, 33 παρέχῃ, 40 ἀποτείσῃ. Vide, quae ea de re disputavimus §. 36, 3.

Restat ut de iis dicamus, quae dialecti excusationem sine controversia non habent. Primum in genitivorum singularium terminatione Ο pro ου quater legitur, contra diphthongus undevicies scripta est: l. 4 αὐτοῦ, 8 τοῦ Πυθίου, 20. 48 τοῦ ἱαροῦ, 40 ἱαροῦ, 30 λόφου, 32 bis τοῦ, 35 τοῦ, 42 τοῦ δρόμου, 45 τοῦ Βουκατίου et τοῦ, 46 τοῦ Βυσίου. Deinde quum l. 25 ζαμιοντων tradatur, l. 43 est ζαμιούντων. Ipsis numeris, quibus haec aetas plurimum tribuit, satis demonstratur id quod volumus. Quum enim apud Atticos antiquam scripturae consuetudinem

deinde scripturae inconstantiam diutius resedisse constet (vide Franz. Elemm. Epigr. p. 150) et quum in ipso indice Attico *Πυθεο* pro *Πυθέου* scriptum sit, certum fere est, Atticum lapicidam aliquoties contra ipsius decreti usum *O* pro *ου* scripsisse. Contra nullo pacto credibile est eundem in iis vocibus, quae in Theraeorum aliorumque Doriensium dialectis ultimam corripiunt, quindecies *E* et *O* pro *EI* et *OΥ* exarasse, bis in eodem versu diphthongum reliquisse, sed illa propriae decreti dialecti, geminum *τούς* l. 42 lapicidae Attici esse luculentissimum est.

Recte eidem Boeckhius reliquam dialecti et scripturae inconstantiam vindicavit, quae maxime in voce *ἱερός* ejusque derivatis insignis est. Nam ex antiquae Doridis genuina consuetudine *α* pro *ε* in his est: l. 16 *ἰαρῶσαν*, 20. 40. 48 *ἰαροῦ*, 25. 26. 36. 37. 40. 42. 43 *ἰαρομνάμων*, 38 *ἰαρᾷ*. Contra vulgare *ε* in his conspicitur: l. 10. 13. 15. 17. 39. 49 *ἱερομνάμων*, 14 *ἱερήϊα*, 21 *ἱερᾶς*, 44 *ἱερομηνία*. Quum igitur inter Doricae scripturae decem exempla ante versum vicesimum non legatur nisi unum, contra quinque ex Atticae scripturae novem exemplis, lapicida progrediente opere insolitae formae magis adsuevisse videtur. Deinde quinquies iota scriptum est in *Ἀμφικτιόνες* l. 6. 16. 36. 41. 42, quem ipsorum Amphictyonum morem fuisse Boeckhius demonstravit; semel l. 20 Boeckhius ob Claraci et Mülleri apographorum consensum *Ἀμφικτυόνες* edidit, lapicidam in Atticum morem delapsum esse ratus. Tum dubitatio est de praepositione *κατά* cum articulo juncta. Secundum vulgarem antiquioris Doridis morem *καττάν* scriptum est l. 41; deinde *καττα* traditur l. 17, quod Boeckhius lapicidam articuli oblitum pro *καττό* exarasse putat; tum Boeckhius *κ[α]τάν* edidit l. 11 in., ubi Mülleri apographum *K . TAN*, Claraci *K . . . TAN*, Köhleri *O . Λ*ᴷ*O*, quare nos *κ[ατ]τάν* scribere maluimus, quanquam *κατάν* non prorsus damnandam est vid. §. 43, 1. Postremo Boeckhius l. 10 *κατ' ἅ* scripsit, quae ratio a Doride non aliena est vid. §. 4, 4; nos tamen *κατά* pro

καιτά altera consona omissa aut ab ipsis Amphictyonibus aut a lapicida praepositionis similitudine in errorem deducto scriptum existimavimus. Nam articuli pro relativo usus non est cur ab hoc titulo alienus habeatur, quanquam unicum, quod erat, exemplum *τάν* l. 16 nosmet delevimus, contra *τόμπερ* l. 13 ex apographorum vestigiis restituentes. Postremo inconstantia observatur in praepositione *περί*, quae elisionem patitur in *πέροδος* l. 16, integra tenetur in *περιϊέιεν* l. 18, quanquam haec quidem vox valde incertae lectionis est. Neque tamen in supplementis verbi *περίειμι* declinamenta apocope afficere ausi sumus, quum praeterea et in Boeckhianis et in nostris supplementis propriam decreti dialectum reddere studuerimus.

Jam singula enarrabimus, quae cum Boeckhii textu minusculis expresso discrepantia edidimus; accentus tacite ad Doricae dialecti leges a nobis expositas conformavimus. Apographorum, quae a Claraco, Müllero et Köhlero confecta sunt (titulum lectu difficillimum esse ex ipsorum comparatione facile apparet), varias lectiones adnotavimus, ubicunque a Boeckhio discedere visum et ubi hic conjectura usus est. Supplementa, de quibus nihil monuimus, Boeckhii sunt; quaecunque lectiones receptae sunt a Boeckhio discedentes, nostrae.

Vs. 3	*κα*	*δικαιοτάτα[ν]*	*γνώμαν*	*[ϑ]έμε[νος] ἐ[ν] Ἀμ[φικτιόνεσσι*
B.	*καὶ*	*δίκαιο[ν] κατὰ*	*γνώμαν*	*ἐ[ῖ]μεγ γει . . Ἀμ[φικτιον . . .*
Clar.	*κ*	*ΔικΑΙΟ . . κατα*	*γΝΩΜΑΝ . ΜΕΓ . . Ε . . . . . .*	
Müll.	*Ι .*	*Δ . ΑΙΟ . ΑΙ . .*	*. ΝΩΜΑΙ . . ΜΕΓ . ΕΙ . . . .*	
Köhl.	*ΚΑΙΔΙΚΑΙΟΥΤΑΤΑ . .*		*γΝΩΜΑΙ . . ΕΜΕΓΓΕ . . ΑΜ*	

cf. Aeschyl. Eum. 645 *ἤδη κελεύω τούσδ᾽ ἀπὸ γνώμης φέρειν ψῆφον δικαίαν.* Liceret etiam *δικαιότατα* scribere.

Vs. 4 *γρα[ψέω]*, B. *γρά[ψαι]*, Apogrr. *ΓΡΑ . . . .*; *αὐτοῦ*, B. *αὗτοῦ*; postremo

	[ὅ,]τι [γ]ράμ[μ]α	*τὰν δ[ίκ]αν οὐ παρβασεῖται*
B.	*. . ιεραν*	*ιατανδ . ανου*
Clar.	*. . ιεΡΑΔ . . .*	*τὰν Δ . . ΑΝΟΥ*
Müll.	*. . ΙΕΡΑΔ . ΩΤΑΝ . ΑΝΟΥ*	
Köhl.	*. τιΕΡΑΜΙΑΤΑΝΔ . ΑΝΟΥ*	

Vs. 5 [ἐ]κπραξέω B., σκπραξέω Köhl., σκεραξέω Clar. Müll. Supplementa nos addidimus.

Vs. 6 τοῖς [ἐ]όντ[α], B. e Clar. τοις.οντ.οὐδέ. Extrema nos supplevimus.

Vs. 7 in. ἐμ[ίνγ]α, B. Ἕ[λλ]ηνα, quod certe Ἕλλανα esse debebat, Clar. εμηΝΑ, Müll. ΕΜΠ⁻.Α, Köhl. ΕΜΜα. Ad nostram correctionem cf. quae sunt in heliastarum jurejurando apud Demosth. in Timocr. p. 747, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' ἄλλον οὐδένα ἐάσω et οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' ἄλλος ἐμοὶ οὔτ' ἄλλη εἰδότος ἐμοῦ. Deinde pro δωσ[έω] B. δώσ[ω] dialecto adversante, quum apographa duarum literarum lacunam indicent. In supplemento B. κατά.

Vs. 8 Λατός, B. Λατοῦς.

Vs. 9 Apogrr. εφιορκεμιοι.

Vs. 10 B. ἀπογράψειν ἄλλων, κατ' ἅ vid. supr. In supplemento B. κελεύσοντι contra dialectum.

Vs. 11 B. κ[α]τάν vid. supr. — B. δεξιάσθω, quod pro δεξάσθω esse vult, secundum Köhlerum; Clar. Müll. ΔΕΞΙΑΣΘΟΙ, unde δεξείσθαι eruimus — tum

π[ω ἐν]ο[ρκ]ως ὑπισχόμ[ενος
B. πο. δουχως ὑπισχομ[εν...
Clar. Γ.....ΟΥΣΥ.....ΣΧ.Μ
Müll. Π⌒.ΔΟΥ..ΟΥ.ΣΧ.Μ
Köhl. Γ.. ΟΥΧΩΣυΓΙσΧΟμ

Nostrum μηδέπω pro μηδέποθεν esse volumus vid. §. 44, 12. In supplemento B. κατὰ τοῦ.

Vs. 12 in. B. Λα]τοῦ[ς], Apogrr. ΤΟΥ; deinde B. ex apographis εὐδικεονγινεμμαι composuit et correxit. In supplemento B. τούς.

Vs. 13 B. τούς et deinde ὁ[ρ]κον.ρ., Müll. ΟΙΚΟΝΡΟΜ. Reliqua nos supplevimus.

Vs. 14 Apogrr. τοσονοστονδοκιμα, B. τοὺς ὄνους τὸν δοκιμα... Nobis, quanquam Hyperborei Apollini asinos obtulisse feruntur, tamen ea lectio eo minus probabilis visa est, quod τὰ ἱερεῖα jam commemorata sunt. Itaque levi mutatione eam sententiam effecimus, qua praecones (?) victimarum probatarum pretia persolvere jubentur.

Vs. 15 Apogrr. *οικον* vel *ο.κον* et *ειπερ*, quae correxit Boeckhius. Idem in fine supplet: *περιιόντων δὲ καὶ τοὶ ἱερομνάμονες τοὺς ὅρους τᾶς*, quae excipit *γᾶς* in sequentis versus initio violenta mutatione procusum. Nos praeceptum, quod hieromnemones tangit, septimo decimo versu contentum fuisse arbitramur; praemissa erat lex de sacra terra non colenda. Neque ipse Boeckhius verbum *ἀποτίνειν* l. 16 ad hieromnemones traxit, sed ad agri sacri cultores. Jam quum ante ultimam literam *Π* in lapide duplex punctum legatur (:), quale est ante *Δῶτις* l. 26, quae vox indicis loco novae paragrapho praemissa est, hic quoque ei paragrapho, quae de sacrae terrae circuitione agit, *Πέροδος* praepositum fuisse suspicati, reliqua ita supplevimus, ut cum sequentis versus initio a nobis restituto concinerent.

Vs. 16 in. B. *[γ]ᾶ[ς] τάν*, Clar. *ΓΑ . . . . . . ΑΝ*, Müll. *ΓΑΞ . . ΤΩΑΝ*, Köhl. *ιαΙτΑΑΝ*. In fine B. supplevit *ἀποτι[νέτω δὲ ὅτις κα ληφθῇ* (potius *λαφθῇ*) *ἐπιεργαζόμενος*. De nostro supplemento cf. l. 39. Ceterum *πέροδον* circuitionem esse volumus, non periodum Pythicam, quam explicationem Boeckhius praetulit.

Vs. 17 Apogr. *καττα*. Extrema B. in hunc modum supplevit: *ἱερομνάμο[νες ἐγγραφόντων τὸν ἐπιεργαζόμενον καὶ τὰν ζαμίαν*? Nos alia desideravimus. Hieromnemones enim quaedam facere jubentur, quae nisi fecerint, eorum quae non fecerint poenam solvere. Jam probabile est eadem verba ter repetita fuisse, in enuntiationibus jussiva, conditionali, relativa. Non plura fuisse verba quam duo, e sequenti versu apparet, cujus spatium tertii restitutionem non permittit. Ibidem si Boeckhius recte vidit in tanta apographorum varietate, alterum verbum *πράσσω* superstes est in enuntiatione jussiva, prius *περίειμι* in conditionali. Itaque in hoc versu *περιιόντων* restituendum, in sequentibus convenienter agendum erat.

Vs. 18 Clar. *ΚΑΙΜ . . . . ΣΟΝΤΩΝ*, Müll. *ΚΑΙ . . . . ΣΟΝΤΩΝ*, Köhl. *πε . . ΣΟΝΤΩΝ*; deinde Apogrr. *επιεργασομενον*; tum Clar. *ΓΕΡΙΙΕΙΓΗΝΙΙΝΗΜΙ*, Müll.

ΠΕΡΝΕΓΕΝΝΝΗΓΙ, Köhl. *ΓΕΡΗΕΙνμμΜΗΓΕ*, B. *περιίειεν ἢ μὴ π[ράσσοιεν, ἀποτινόντων ἑκάστας μνᾶς? ἃς μὴ ἔπραξαν.* De *περιίειεν* vid. §. 42 s. v. *εἶμι.*

Vs. 19 B. *μηδὲ . . . ρασσαν.* Ultima ita supplevit: *ὁ [ἐπιεργαζόμενος τὰν ἱαρὰν γᾶν, ἁ πόλις ἐξ ἇς κα ᾖ.* Nos supplementum eo libentius ad l. 40 conformavimus, quod in novissimis verbis hieromnemonis poena commemorata est. Et poterat populus propter hieromnemonis culpam damnari, non propter privati cujusvis hominis.

Vs. 20 B. *αὐτούς.* Ultima nos supplevimus.

Vs. 21 in. B *λωντ. [ἐπὶ?] τᾶς*, Clar. *ΛΩΝΤ . . . ΤΑΣ*, Müll. Köhl. *ΛΩΝΤ . . . ΤΑΣ.* Nostra lectio concinit cum Boeckhii explicatione „ne fimus inferatur sacrae terrae, credo quo vicini utantur agris suis stercorandis.“ Deinde B. *ἄγειν.*

Vs. 22 in. B. *ἐν ειδια[ς]*, quod ferri nequit, quoniam *ἴδιος* primam corripit. Neque hujus aetatis est *ει* pro vulgari *ῑ*, nisi in *ἀποτεῖσαι* vid. §. 22, 3. Non magis probamus *Fιδίας*, quod idem proposuit, quum hic titulus digamma abhorreat.

Vs. 23 in. Apogrr. *σοον*, deinde B. *φέρειν* et *ἐνοικεῖν.* Ultima B. ita supplevit: *τριάκ[οντα ποδῶν? ἀπὸ — — — — — πέρα δὲ μηδένα*, quae propter *τὸν αὐτόν* vix ferri posse videntur. Sententia haec esse videtur, licere in porticibus, quae omnibus communes in terra sacra sunt, habitare neque tamen eidem ultra triginta dies.

Vs. 24 B. *ἐνοικε[ῖν]* vid. supr., Clar. Müll. *ΕΝΟΙΚΕ..*, Köhl. *ΕΝΟΙκι.* Extrema B. ita supplet: *[ἐνοικέοι ἢ ἔχοι ἐν τᾷ ἱαρᾷ γᾷ μύλαν ἢ ὅλμον?, τοὶ ἱ–*

Vs. 25 B supplevit *ἐπι[ζαμίῳ*, reliqua nos.

Vs. 26 in. B *κατα[βαλ]λόντων*, Clar. *ΚΑΙ . . . . ΜΟΝΤΩΝ*, Müll. *ΚΑΗΑΓ. . ΛΛΟΝΤΩΝ*, Köhl. *ΚΑΤΑ . . . μο ΝΤΩΝ.* Maluimus id, quod dedimus, et quia mutatio

levior est et antecedens *τις* potius singularem *καταβαλλέτω* postularet. Ultima B. in hunc modum supplet: *᾿Αμφ[ικτιονικᾶς πομπᾶς ἅδε ἔστω*? At de pompa nihil legimus et intellexit ipse V. Cl., in proximis de unius hominis vel potius simulacri ornatu agi, quod herois simulacrum fuisse et singula ornamenta produnt et vox *ἥρωος* l. 32. Quem vero alium heroem ab Amphictyonibus tanto sumptu statutum fuisse facilius credideris quam eponymum Amphictyonem, qui Herodoto VII, 200 teste Anthelae prope Amphictyonum sedes aedem habebat. Hujus igitur e nomine literas *᾿Αμφ* superstites esse intelleximus. De obscuriore voce *δῶτις*, quae ornatum simulacri aut impensas in eum impendendas significare videtur, cf. Hesych. *δῶτις, δώς, φερνή*.

Vs. 31 Apogrr. *πορνάματα*. In fine B. supplet *π[λέον δὲ τῶν ἐνταῦθα γεγραμμένων μὴ δόμεν μηδενί*?

Vs. 32. De bove heroe Boeckhio non credimus, neque tamen loco difficillimo expediendo ipsi pares sumus.

Vs. 34 B. *θύειν*. Mira forma est *τρικτεύα*, cui *τρικτεία*, quanquam minore apographorum auctoritate stabilitum, fortasse praeferendum est. E conjectura *κηΰων* scripsimus pro *κηΰαν*, cf. Hesych. *κεῖα, καθάρματα* et *κήϊα, καθάρματα*, deinde Sophr. 32 *τρικτύα ἀλεξιφαρμάκων*. Mallemus tamen *κηΐων*. A lapicida omissum est *᾿Απόλλωνι* aut aliud dei nomen.

Vs. 36 extr. B. *κατὰ πέρσδον*? *ἐκα-*

Vs. 38 Apogrr. *ενταιταιπυθιαδι*.

Vs. 39 B. *Αἰγιναίους*. — Vs. 40 B. *ἐξ ἇς κ' ᾖ*.

Vs. 41 B. *αὐτοῦ*.

Vs. 43 extr. Supplevimus ultima, ut pro indice sequentis paragraphi sit *῾Ιερομηνία Πυθιάς*.

Vs. 44 in. B. *ἁ Πυθιάς*. In fine B. supplet *ῥάτρας*?, quod certe *ῥήτρας* esse debebat.

Vs. 45 extr. B *τοὺς δὲ Π[υθαϊστάς.*

Vs. 47 B. supplet *μ[ὴ διδῶντι, ἀποτεισάντων* — — — — *στατῆρας . αἴ τινες.* At de mulcta jam satis dictum est.

Vs. 48 in. B. *κα βιῶνται*, ipse non vera ratus, Clar. *καδεΩΝΤΑΙ*, Müll. *ΩΙΙΤΑΙ*, Köhl. . . . *ΩΝΤΑ*. E conjectura et hic et in ultimo versu *ἐκεχειρίαν* scripsimus pro *ἐκεχηρίαν*. vid. §. 20, 12.

Ceterum malevolorum causa admonemus, nos non magis quam Boeckhium correctiones nostras et supplementa tam mutilae et corruptae inscriptionis, et cui a similibus nihil fere auxilii quaeri potest, pro certis venditare.

ADDENDA ET CORRIGENDA

IN LIBRO I DE DIALECTIS AEOLICIS

ET

IN LIBRO II DE DIALECTO DORICA.

Ad Librum Primum.

Pag. 6 l. 16. Gregorii Corinthii libellum de Sapphonis dialecto, quem Petzholdtius post Aphthonii Progymnasmata a. 1839 edidit, his novissimis annis inepta fraude fictum esse demonstravimus in Museo Rhenano Novo Vol. I p. 274.

Pag. 7. Decretum Cumaeorum in Corporis Inscriptionum fasciculo tertio etiamnunc desiderato legetur nr. 3524, titulus Lampsacenus ibidem nr. 3640, item alius titulus Cumaeus nr. 3523. Duobus abhinc annis Franzii nostri beneficio plagulas tum impressas Berolini inspicere nobis contigit. Praeterea accessit titulus Lesbius Deli positus in *Expédition Scientifique de Morée* Vol. III pl. 12 et Lebasii *Inscriptions Grecques et Latines* Fasc. V nr. 191, quem ante a. 167 a. Chr. incisum esse editor Francogallus ex Antissae potissimum nomine collegit, quum oppidum illud eo anno a Romanis dirutum sit Livio auctore L. XLV c. 31. Neque male ad tertium saeculum referri videtur, quanquam Antissa quidem a Strabone L. XIII p. 919 ut superstes commemoratur. Quum titulus, quanquam mutilus et corruptus, tamen alicujus pretii sit necdum a Lebasio satis restitutus videatur, emendatiorem, quantum valuimus, apponere placet.

᾿Αγάθα τύχα. ἐπὶ προτάνιος ἐ[μ] Μ[υτιλάνα τοῦ δεῖνος τοῦ δεῖνος μῆν-
[ος Δ]αισίω, ἐν δὲ Μα[θ]ύμνα ἐπὶ προτ[άνιος τοῦ δεῖνος τοῦ δεῖνος μῆνος — — — —, ἐν δὲ
᾿Αντίσσα ἐπὶ προτάν[ι]ος Κλεαφέν[ω τοῦ δεῖνος μῆνος — — — ἐν δὲ ᾿Ερέσσω ἐπὶ προτάνι-
ος ᾿Αγεμόρτω Με[λ]α[ν]τάω μῆνος Δα[ισίω — — — — — — — — — — — — — — εἰς
τὸν ἀεὶ [χ]ρόνον ἐμμέσσω ἐπὶ τῶν ο... — — — — — — — — — — — — — — — —
.ε ὑπάρχοισαν αὔτοισι διὰ τῶν α... — — — — — — — — — — — — — [ἐμ Μυτιλάνα
Πολυδεύκη Μέγωνος, Εὐα[γ]ένη Α... — — — — — — — — — — — — — — — —
῾Ερμογένη ᾿Α[δ]ράστω, ἔ[ν] δὲ Μ[α]θύμ[να — — — — — — — — — — — — — — —
Ζωΐλω Δαμοδικείω, ᾿Α.η Διονυσο[δ]ώ[ρω — — — — — — — — — — — — — — —
᾿Εχέ[λ]α Θεοκλείω, [Σ]ίμμιδ[ο]ς ᾿Αγ[ή]μον[ος — — — — — — — — — — — — — —
τω Σκαμανδ[ρ]ων[ύμω —
[Γλ]αύκωνος [῾Αγ]νωνε[ί]ω —

Varietas lectionis. L. 1 extr. *ΕΓΜ*, Leb. *ἐμ Μυτιλάνᾳ δεῖνος*. L. 2 in. *ΘΕΛΑΙΣΙΩ*, deinde *ΜΑΘΥΜΝΑ*, Leb. *Μαθύμνα*, qui praeterea supplevit *προε[άνιος δεῖνος τοῦ δεῖνος ἐν]*. L. 3 *ΑΝΤΙΣΣΑΣΕΠΙΠΡΟΤΑΝ.ΟΣ*, Leb. *Ἀντίσσᾳ δ' ἐπὶ προτάνιος*, idem supplens *Κλεαφεν [... ἐν Ἐρέσῳ δ' ἐπὶ προτάνι-]*. L. 4 *ΜΕ.ΑΝΤΑΩ*, Leb. *Μελαντάω*; idem *Δαισίω* dubitanter proposuit et *εἰς* supplevit. L. 5. Λ supplevit Leb. L. 6. Supplementum Lebasio debetur. L. 7 *ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ — ΕΥΛΕΕΝΗ*, Leb. *Εὐαγένη*. L. 8 *ΑΔΡΑΣΤΩΕΕΔΕΜΑΘΥΜ*, quae Leb. correxit. L. 9 *Α˘Η*, ultimum nomen Leb. supplevit. L. 10 *ΕΧΕΙΔΑΘΕΟΚΛΕΙ ΩΙ ΙΜΜιΔ ΣΑΓ ΜΟΝ*, Leb. *Ἐχεΐδα Θεοκλείτω Ἀμμίδας Ἀγημωνίδαω*. L. 11 *ΤΩΣΚΑΜΑΝ.Ι ΩΝΑ ΤΕ* etc., Leb. *τῶ Σκαμάνδρω* etc. L. 12 *˘ΑΛΥΚΩΝΟΣ*, quod Leb. emendavit. Duorum ultimorum versuum extrema et sequentes versus, ubi vix ulla vox certo extricari potest, omisimus nec magis Francogalli hariolationes et prava commenta commemorare voluimus, specimine in l. 10. 11 proposito contenti. Ceterum quaecunque illi non disertis verbis vindicavimus, nostra existima.

In l. 3 Σ male additum existimare maluimus ut l. 7, quam insolitam particulae *δέ* collocationem a Lebasio propositam tolerare. Ad novum nomen *Κλεάφενος* confer *Εὐήφενος* Polyaen. V, 2, qui est Metapontinus; altera compositorum pars *ἄφενος* facile agnoscitur. Ibidem Lebasius in supplemento recte Eresum posuit. Nam quatuor solum Lesbi oppida nominata fuisse, lacunarum spatium arguit; quintam, quae desideratur, Pyrrham fuisse, quae Strabonis aetate diruta jacebat L. XIII p. 918, satis certum videtur et apparet simul Pyrrham ante saeculum secundum interiisse. Eo accedit Eresii hominis nomen, de quo mox videbimus. Ceterum *Ἔρεσσος* scripsimus, non *Ἔρεσος*, quod illa scriptura Lesbiorum propria fuisse videtur vid. §. 9, 1; de utraque cf. Popp. Prolegg. Thucyd. II p. 443. Nomen *Ἀγέμορτος* l. 4, quod desideratur in Papii

Lexico, Pseudo-Phalaridis epistolae LXXXVIII inscriptum est. Idem restitui oportet Diogeni Laertio X, 15. 17, ubi commemoratur *Ἕρμαρχος Ἀγεμάρχου* Mytilenaeus, Epicuri successor; pars enim librorum priore loco *Ἀγεμάρτου* praebet, altero ipsum *Ἀγεμόρτου*. Vulgo sonaret *Ἀγέμβροτος* ut *Ἐχέμβροτος* cf. Hesych. *μορτός, ἄνθρωπος, θνητός,* quam glossam Aeolicam haberi licet, quanquam *βροτοῖσι* legitur Alc. 59. Parum recte Keilius Anall. Epigr. p. 233 proposuit *Ἀγελάρχου*, idem nihil de nomine *Ἕρμαρχος* suspicatus, quod e Villoisoni conjectura editum est, quum et apud Diogenem, ubi homo in proximis sexcenties nominatur, et apud Athenaeum XIII. 588. B in libris summa constantia *Ἕρμαχος* scriptum sit. Nosmet non dubitamus quin haec forma genuina sit; nam *Ἑρμάϊχος*, quod est Boeoti nomen C. I. nr. 1593 et Hermionensis nr. 1220, ubi quum Boeckhius *Ἕρμαρχος* scripsisset, Keilius Spec. Onomat. p. 28 lapidis scripturam recte tutatus est, iota primum subscripto et deinde Lesbiace abjecto facile in *Ἕρμᾱχος* transire poterat. Photium cod. 167, ubi *Ἕρμαρχος* quidam commemorari traditur, inspicere non licet. Deinde *Μελαντάω* recte a Lebasio restitutum videtur, qui quum Francogallice hominem *Mélante* dixerit et infra l. 10 genitivi monstrum *Ἀγημωνιδάω* (*d' Hégémonide*) finxerit, genitivum a *Μελάντας* voluisse intelligitur. Hoc sane erat Lesbiacum nomen, quo Theophrasti Eresii pater usus est, quare *Μελάνταος*, quod Lesbiace pro *Μελανταῖος* positum est, patronymicum esse arbitramur, de qua re ad l. 10 dicemus. — In l. 7 non est dubium, quin nominativus *Πολυδεύκης* ferri nequeat, quum inter sequentia nomina ne ullum quidem nominativo casu utatur, quare Σ ut in l. 3 ab iis qui descripserunt male adjectum videtur; nomen *Μέγων* legitur in titulo Boeotico C. I. nr. 1608. d. *Εὐαγένης*, quod Francogallus *sans doute* ab *Εὔα*, Argolidis oppido, ductum censet, haud dubie ex adjectivo *εὐηγενής* = *εὐγενής* factum est, siquidem Lebasius recte emendavit; nam licet etiam de *Εὐαφάνης* cogitare ab adjectivo

εὐηφενής, quod Aristophanes et Rhianus legerunt Hom. Il. ψ, 81. Ceterum *Πολυδεύκη*, *Εὐαγένη*, *Ἑρμογένη*, *Ἀ.η* genitivi esse videntur a praepositione *διά* l. 6 pendentes, idque certum est, si recte l. 10 *Θεοκλείω*, *Σίμμιδος* et l. 12 *Γλαύκωνος Ἀγνωνείω* correximus. Tum enim omnia nomina hic congesta genitivo casu uti apparet; de memorabili terminatione vide infra ad p. 116. — Nomen *Ἐχέλας*, quod restituimus l. 10, ab Echela Orestis filio, adquem Lesbiorum principes originem referebant, ductum putamus. Deinde scripsimus *Θεοκλείω*, quanquam in apographo inter *Ι* et *Ω* lacuna est, minoris tamen spatii quam quo praeterea literae omissio significatur; Lebasii *Θεόκλειτω* secundum dialecti leges *Θεοκλήτω* esse debebat vid. L. I §. 14, 2 et L. II §. 25, 1. Jam vero *Μελαντάω* l. 4, *Λαμοδικείω* l. 9, *Θεοκλείω* l. 10, *Ἀγνωνείω* l. 12 ad Boeoticum et Thessalicum patronymicorum genus referimus, quo cognatos Lesbios usos esse non mirum est; neque obstat quod in *Πολυδεύκη Μέγωνος* et *Ἑρμογένη Ἀδράστω* patrum nomina genitivo casu utuntur, quum utraque ratio non minus temere mixta deprehendatur in titulo Orchomenio vid. infr. ad p. 215. Ceterum confer de illis patronymicis §. 48 et infra Add. ad p. 215. — Nomen *Σίμμις*, quod finximus, e *Σιμμίας* natum volumus, cujus nominis prae ceteris Thebanus homo notus est. Scamandronymum Sapphonis patrem appellari constat. Lebasius mira somniavit de Scamandri fluvii filio.

p. 7 nr. 3. Opinioni nostrae, Alcaeum et Sapphonem pura dialecto Lesbiaca usos esse neque quidquam ex epica intermiscuisse, Schneidewinus noster adversatus est Ephemm. Gott. 1841 p. 1519. Ad Alcmanem provocat, qui Laconicam dialectum epica temperavit; ad Corinnam, quae in hexametris epica dialecto usa est; ad Erinnam, cujus in reliquiis nunc superstitibus nihil fere Lesbiaci inesse diximus. Quid vero ex his exemplis colligi potest? Neque enim fieri non potuisse, ut Lesbiaci poëtae epica quaedam admitterent, sed non admisisse optimorum fontium auctoritate confisi contenderamus.

Nam quaecunque paullo accuratius traduntur apud Dionysium, Longinum, Apollonium, Hephaestionem, Athenaeum, ab omni epicae dialecti admixtae suspicione longe absunt, nisi pauca illa ad epicam dialectum trahere vis, quae quum a vulgari Lesbiorum usu aliena sint, a poëtis ex antiquiore Aeolide servata existimare prorsus licet, ut genitivos in *οιο*. — Deinde Schn. singula quaedam affert, quae ex epica dialecto petita esse judicat. Eo refert *ἐφύοντο* Sapph. 29, quum Lesbii *φυίω* dixerint. At Lesbii dixerunt *αἴϊ* et *ἄϊ* pro *ἀεί*, *μαίομαι* Alc. 17 et *μάομαι* Sapph. 115, *ποία* Sapph. 2, 15 et *πόα* Sapph. 76; quidni *φυίω* et *φύω*? praesertim quum iota ejiciendi mos quam maxime Lesbiacus sit. Deinde epicam putat neglectam apocopen in *καταστείβουσι* Sapph. fr. 44, cujus fragmenti ultimos versus suspicione nostra repudiata recte Bergkii conjectura Sapphoni tribui affirmat vid. infr. ad Sapph. 44. Certius neglectae apocopae exemplum est *παρὰ δ' ἔρχεθ' ὤρα* Sapph. 24, quod olim aciem nostram fugerat. Cur vere ex epica lingua depromptum putemus? Antiquiores Aeoles et Dorienses vulgo apocopen ita praetulerunt, ut etiam in soluta oratione abstinerent, sicubi euphonia hoc postulare videretur vid. L. II §. 43. Poëtis majorem licentiam fuisse, quo facilius metro consulerent, non mirum est; adde, quod praepositio *περί* etiam tum, quum ex usu Lesbiis proprio pro *ὑπέρ* est, modo apocopen patitur modo non patitur vid. §. 28, 3. Tum *λελάθοντο* et *ἐκλελάθοντο* Sapph. 44 Schneidewinus ad epicae linguae imitationem referenda esse censet, quanquam grammatici reduplicationis illum usum diserte ab Aeolibus repetunt. Quibus cur fidem denegemus, non intelligo. Nam quod exempla solum Homerica apposuerunt, id saepissime a grammaticis minus accuratis factum est, vide modo §. 24 not. 1, ubi Aeolicae terminationis *θα* exempla nulla nisi Homerica commemorata invenies, quanquam etiamnunc extant *ἔχεισθα* et *φίλεισθα*, quae additamentum illud Lesbiacae dialecto vere proprium neque ex Homerica lingua a poëtis adoptatum esse lucidissime do-

cent. Non magis nobis persuademus, ποιέονται Alc. 35 et ὠρχεῦντο Sapph. 76 ex epica lingua manasse. Illud toleravimus, quia L e s b i a c a ποθήω et ἀδικήω aliquatenus Ionicam formam tutari visa sunt, quanquam in frustulo incertissimi metri corruptelae suspicio in promptu est (Cens. Darmst. proponit λάταγες δὲ πόταται); alterum damnavimus ut omnes formas verbales, quae diphthongum ευ contractione natam habent §. 26, 13, primum quod nusquam metro confirmantur, deinde quod nonnullis in locis meliorum librorum auctoritate propelluntur, postremo quod duo triave, quae restant, exempla apparet quam facile et ipsa a librariis Lesbiacae proprietatis parum gnaris intrudi potuerint. Nam quod Schneidewinus εὖσα Sapph. fr. 27 certum esse dicit, errorem subesse infra ad eum locum docebimus. Postremo Schneidewinus tuetur ὀππόταν, quod damnavimus §. 29, 1. At legitur Sapph. 3 apud Eustathium, ubi omnis fere proprietas Lesbiaca deleta est, et in corruptissimo frustulo Alc. 31, 4; deinde patet et exemplo docuimus, quam facile ὄτα et ὄπποτα a librariis indoctis in ὅταν et ὁππόταν corrumpi potuerint; postremo particulae ἄν ab Aeolibus usurpatae nulla alia exempla extant, quum κε in poëtarum fragmentis et titulo Lesbiaco nr. 2166 frequentetur. Itaque neque incaute egisse nobis videmur neque in hac voce magis quam in reliquis epicae dialecti immixtae documentum cernimus.

P a g. 9 l. 12. Quod in Erinnae reliquiis nihil fere Lesbiaci inesse affirmavimus, Schneidewinus non recte dictum putat p. 1519. Immo vero rectissime; unicum enim in illis ἔμμι legitur fr. 5, quod neque ad epicam dialectum neque ad Doricam referri possit, sed ad solam Lesbiacam. Contra multa Dorica reperiuntur, quae non sunt eadem Lesbiaca, ut in solo fragmento secundo ἔντι, τίν, ποτέθηκα, ἦς, quum Lesbiaca sint ἔστι, σοί, προσέθηκα, ἦν.

P a g. 10 l. 3 e x t r. Arcadii locus est de Accent p. 174, 24.

Pag. 13 not. 9. Adde Arcad. 37, 7. τὰ διὰ τοῦ αυος δισύλλαβα ὀξύνεται, ναῦος, αὖος (leg. αὖος) ὁ ξηρός. τὸ δὲ ἀγαυὸς τρισύλλαβον. Pessime ὀξύνεται pro προπερισπᾶται aut βαρύνεται scriptum esse, notus vocis αὖος accentus et oxytoni ἀγαυός exceptio patefaciunt.

Pag. 14 init. De vocibus Aeolice in αις pro ας exeuntibus adde Arcad. 92, 7. τὰ εἰς αις πολυσύλλαβα Αἰολικῶς ὀξύνεται (leg. βαρύνεται)· Ἀτρείδαις ἀντὶ τοῦ Ἀτρείδας, Ὀρέσταις καὶ τὰ σύνθετα ἄπαις, εὔπαις, ἀνδρόπαις. Exempla Ἀτρείδαις et Ὀρέσταις pessime apposita sunt, vid. L. I §. 15, 3.

Pag. 26 l. 7. Cum ἄτερος conferas ἄτερ, ἄτερθε, ἀτάρ, quae ad eam stirpem referenda esse indicavimus L. II §. 16.

Pag. 29 l. 5. Multum dubitavimus de Aeolico vocis ἅλιος spiritu. Quum enim certissimum videatur, in ἠέλιος et ἀέλιος (quod retinuimus Sapph. 79) lenem pronuntiatum esse, haud cunctanter ἄλιος scripsissemus Alc. 70 et Sapph. 111, praesertim quum forma contracta apud Pindarum et in epigrammate metrico Corcyraeo lenis spiritus indicia quaedam habeat vid. L. II §. 4, 4, nisi retinuisset nos cognatarum linguarum comparatio. Neque enim dubitari potest, quin ἀϜέλιος (vid. L. II §. 5, 5) non diversum sit a Gothico savil, Litthuanico saule, Latino sol, quare et asper in ἅλιος rectissime e sigma prognatus et plenior forma ἀέλιος leni non legitimo instructa esse videtur. Nunc intelligere nobis videmur, unde mira illa spiritus discrepantia originem traxerit. In Graeca enim lingua (fortasse etiam in Lesbiaca dialecto) haec lex valet, ut α et η ante sequentem vocalem ne spiritu aspero ornentur. Quum igitur antiquitus ἀϜέλιος pronuntiari potuisse videatur, post digamma ejectum oportuit lenem assumi, qui post vocalium contractionem in ἅλιος quasi postliminio rediit. Nostro igitur jure in ἅλιος asperum tenemus, paullo dubitantius lenem in ἀέλιος, quum haud improbabile sit, Lesbios ἀϜέλιος pronuntiasse.

Pag. 30 not. 2. In Tryphonis verbis post *Ἴωσι* excidit *καὶ Αἰολεῦσι.*

Pag. 37 l. 2. In Hesychii codice est *αὐεοῦλλαι,*
ἐ ω
ἄελλαι π ἄκλ, unde Musurus vulgatam lectionem finxit *αὔελλαι παρὰ τὸ ἄελλαι.* Rectius scripseris *αὔελλαι, ἄελλαι παρὰ Ἀλκαίῳ.* Lesbiacum praeterea apud Hesychium esse videtur *εὐέθωκεν, εἴωθεν* vid. L. II §. 42 s. v. *ἔθω.*

Pag. 41 not. 5. Non Alcmaeonem Crotoniatam cum Lobeckio intellexi, sed Alcmanem, qui se ipse *Ἀλκμάων* vocavit et aliquoties in libris *Ἀλκμαίων* scriptus est vid. Fix. in Thes. Steph. Par.

Pag. 42 l. 8. De *σάμβαλα*, quae vox non apud solos Lesbios reperitur, vid. Bergk. ad Anacr. p. 101.

— l. 15. *Ποικιλόφρον'* et *ἔλφ'* in iis libris leguntur, quibus nihil auctoritatis tribuendum est. Alcmani fr. 14 (25) Bergkius nuper probabili conjectura *πολύφοινος* restituit i. e. *πολύθοινος.* Ad Aeolicum *αὐφήν* confer glossas Hesychianas: *ἀμφήν, αὐχήν* et *ἀμφήν, αὐχήν, τράχηλος.*

Pag. 46 init. *Διά* legitur in titulo Delio l. 6 et Sapph. 1, 12 (sed vide infra ad eum locum), *δι'* Sapph. 4. 18, *καρδία* Sapph. 2, 6, *Διονυσόδωρος* Del. 9.

Pag. 47 l. 3. Adde *αἰθυσσομένων* Sapph. 4.

— l. 25. Adde *ἄζει* Alc. 31, *Ζώϊλος* Del. 9.

Pag. 51 l. 5. Idem *μῆνος* legitur Del. 5, unde apparet alterum *ν* post longam vocalem jam ante Romanorum dominationem omissum esse.

Pag. 52 nr. 4. *Κλεινναγόρα* est in recenti titulo Cumaeo C. I. nr. 3525. Vere Lesbiacum est *κλέεννος* a *κλέος*, sed contractione *κλῆννος* fieri debebat.

Pag. 55 l. 13. Unum tamen *ν* scriptum est in *προξενία* Cum. 3523.

Pag. 58 not. 28. Adde Hesych. *ἔλλειν, ἴλλειν, κατέχειν* et *ἐλλάσαι, συγκλεῖσαι, κωλῦσαι.*

Pag. 59 et 60 init. Adde *Γυρίννω*, quae erat Sap-

phus amica fr. 66 et Maxim. Tyr. XXIV, a γυῖνος vid. Et. M. 243, 51. Διονυσόδωρος, vulgaris forma, est Del. 9. Deinde Schneidewinus p. 1514 ex Hesych. Vindob. ed. Kopitar. p. 20 attulit: "Ηπερος· — ὄνομα κύριον. οὕτω καλουμένην χώραν Αἰολεῖς "Απερον ὠνόμασαν· ἀλλὰ καὶ οἱ Δωριεῖς, ubi corrige "Απερρον; neque enim recte Schn. solemni ista corruptela lectionem περάτων Alc. 25 defendi dicit. Ceterum Dorienses severioris dialecti "Απηρος dixerunt vid. L. II §. 20, 6. Praeterea adde 'Ερραφιώτας pro Εἰραφιώτης apud Alcaeum secundum Anecdd. Parr. III, 121, 7.

Pag. 60 not. 41. Cyrillus in Anecdd. Parr. IV, 192, 10 Eustathii loco in breve contracto male Alcaeo τειρέων tribuit.

Pag. 64 l. 18. Rectius cum Hermanno ἔννη Sapph. 117 verbi νέω, Lesbiace νῆμι, imperfectum habueris. Notabilis tum est liquidae post augmentum geminatio, cujus nullum praeterea exemplum reperitur.

Pag. 66 init. Adde μέσσος in titulo Delio et Aeolicum μέσσυι, quod Hesychio pro μεσύϊ restitui literarum series jubet.

Pag. 67 l. 13. Adde κρύπτω Sapph. 3.

Pag. 68 l. 3. Accedit ὄττι Cum. 3523.

Pag. 69 init. Aegre nobis persuademus, eosdem Aeoles ὄθμα pro ὄμμα dixisse, quare Hesychii glossa ὄθματα, ὄμματα· Αἰολεῖς, quomodo facili sane emendatione pro Νεολεῖς scriptum est, dubitationem admittit. Voce usus est Nicander Ther. 178. 443, Alex. 33 et Auctor hymni Isiaci Col. IV v. 20. Similia sunt στέθματα, τὰ στέμματα Hesych. et γράθμα pro γράμμα, quod cum ὄθμα commemoratur in Ann. Oxx. I, 102, 30.

Pag. 70 l. 17. Huc pertinet ἐπίγνοις C. I. 2170, si quidem integrum est in titulo valde mutilo. Certe Boeckhius non debebat ἐπιγνούς corrigere.

Pag. 73 l. 15. Μέρρα pro σμύρνα Sappho dixerat secundum Anecdd. Bekk. 108, 22.

Pag. 76 extr. Quae de ὄρπετον disputavimus, non

probavit Censor Darmstadiensis, haud dubie in eo lapsus, quod pro ἄρπυς, quam vocem Hesychius et Et. M. 148, 33 per ἔρως interpretantur, ἀρτύς reponendum esse censet; nimirum in Et. M. vox ab ἁρπάζειν ducitur. Rectissime Meinekius judicavit Anall. Alexx. p. 266, insuper suspicatus Hesychianas glossas Ὄρπα, Ἐρινύς et ὄρπαξ, θρασὺς ἄνεμος Aeolicas formas haberi posse pro ἅρπη et ἅρπαξ. Nos jam intelligimus, ἑρπετόν vix recte ab ἕρπω derivari; quid enim, quod Simonides Amorginus fr. 12 eam vocem de cantharo volante usurpavit (ἕρπετον παρέπτατο)? Neque apud reliquos antiquiores ἑρπετόν, ut volunt, est quodque animal in terra incedens, sed de rapacibus feris et belluis dicitur, ut solet θηρίον. Ita apud Homerum Od. δ, 417 cf. 456 ἑρπετά nominantur leo, draco, aper; Pindarus Pyth. I, 25 Typhoeum monstrum appellat ἑρπετόν et fr. 73 canem Lacaenam. Simonides igitur talem cantharum descripserit, quales erant ingentes illi Aetnaei, vid. Aristoph. Pac. 73 cum scholiis. Recentiores demum etymon vocis, quod apparere videbatur, sequuti, omnia animalia terrestria ἑρπετά vocarunt, quorum est Theocritus, qui XV, 118 ἑρπετά et πετεηνά inter se opponit, aut adeo vocem de reptilibus interpretati sunt. Jam vero Aeolici ὄρπετον potestas optime cum genuino illo usu conspirat. Sapphoni fr. 20 Eros est ἀμάχανον ὄρπετον i. e. κακὸν θηρίον, nec minus Theocritus XXIX, 15 ἄγρια ὄρπετα feras et belluas dixit, Itaque jam concedimus ὄρπετον pro vulgari ἑρπετόν esse, ita tamen, ut hoc ipsum non ab ἕρπω descendere existimemus. Neque non probabile videtur, vocem a Cretico ἀρπετόν non diversam et cum reliquis, quae congessimus, cognatam esse, unde et Aeolicum ο et psilosis explicationem habent.

Pag. 77 l. 16. Adde glossas Hesychianas: βρόσσομος (leg. βρόσσονος), βραχυτέρου (ita codex) pro βράσσονος i. e. βραχίονος; κορτερά, κρατερά, ἰσχυρά; μορνάμενος, μαχόμενος pro μαρνάμενος.

Pag. 78 l. 15. Quum ἄνθος traditum sit Alc. 52

et Sapph. 32, cautius videtur *ἀνθήσει* scribere, ut monuit Cens. Darmst.

Pag. 80 l. 5. Eodem traxeris *ὤϊον* Sapph. 17. 37 cf. Athen. II, 57. D et Et. M. 822, 39, si comparaveris poëticam formam *ὤεον* et Argivam *ὤβεον* apud Hesychium. Deinde eo pertinet promontorii Lesbiaci duplex appellatio *Μαλέα* et *Μαλία* vid. Popponis Prolegg. Thuc. II p. 444.

Pag. 81 init. Neglexímus *στρόφω* commemorare, ut in Ann. Oxx. I, 394, 13 Aeoles pro *στρέφω* dicere referuntur. Sed quum Dorienses *στράφω* pronuntiasse videantur vid. L. II §. 16, etiam hic *ο* ex *α* natum putaveris, ut in *ὄρπετον* pro *ἕρπετον* vid. supr.

Pag. 82 l. 6. In codice Hesychii est *ἀποδέον*, *δυςῶδες* (Musur. *ἀπυσδέον*), cujus corrigendi minus certa ratio est.

Pag. 83 l. 9. Nunc *ἀπύ* etiam Alc. 64 e Ravennate a Dindorfio affertur.

— l. 14. In Hesychii codice est *ἀπύτησιν*, *ἀπότησιν* (Mus. *ἀπύστισιν*, *ἀπότισιν*), quae quominus in *ἀπύτισιν*, *ἀπότισιν* confidenter mutemus, literarum series obstat.

Pag. 84 init. Quum in secundae declinationis terminationibus *ο* certissime servetur, nuperrime Meinekius Delect. Anthol. p. 226 et Keilius Anall. Epigraph. p. 118 in epigrammate, quod Sapphoni adscribitur Anth. Pal. VI, 269 (Neue fr. 137), codicis lectionem *τῶς αυν αἰάδα*, ille in *τῶ Σαϋλαϊάδα*, hic in *τῶ Σαϋναϊάδα* ita refinxerunt, ut *σαϋ* in compositione Lesbiace pro *σαο* esse vellent. Quibus non credimus; nam *ταναΐπους*, quo Meinekius provocavit, ab Eustathio propter Homericum *ταναίποδες* fictum est, ut tacite significavimus §. 12 not. 15. Si altera ex illis emendationibus vera est, et Keilianae quidem magis favemus, Boeotica nomina *Σαύμειλος* et *Σαυκράτεις* (vid. §. 43) comparamus et diphthongi diaeresin Lesbiacam agnoscimus; neque in Boeotica dialecto plura diphthongi *αυ* pro *ω* positae exempla reperiuntur. Ce-

terum in illo epigrammate nullum praeterea exemplum Aeolismi paullo reconditioris extat.

Pag. 84 l. 6. De Lesbiaco *πρότανις* omnem dubitationem praecidit titulus Delius, in quo ter legitur.

Pag. 85 l. 17. Accedit *ἔγκτησις* Cum. 3523.

Pag. 85 l. 26. Nunc *πλᾶθος* ad hyperaeolismum recentis aetatis referimus (cf. L. II §. 19, 3), sicut in eodem titulo Cumaeo *ἔφαβος* vid. seqq. et in Cum. 3523 *Ἀγασίστρατος* pro *Ἀγησίστρατος;* neque enim fieri potest ut in hoc nomine *ἀγασι* ab *ἄγαμαι* repetatur, ut licet in aliis vid. Keil. Anall. p. 216.

— l. 30. Ut *ὄρημι*, ita etiam *ἀτίμημι* Aeoles dixerunt secundum Anecdd. Parr. III, 350, 20. *ἠτίμησεν· ἔστιν ἐνταῦθα πρώτης συζυγίας τῶν περισπωμένων Αἰολικῶς. ἀτιμεῖς γάρ φασιν οἱ Αἰολεῖς, οἱ δὲ Ἀττικοὶ ἀτιμοῖς — Ἴωνες ἀτιμᾷς.*

Pag. 86 l. 23. Adde *Μυτιλάνα* Del. etc. Male *εἰρήνα* traditur Cum. 3523.

Pag. 87 l. 13. A *μᾶλον* descendere videtur *Μαλόεις*, Apollinis apud Lesbios cognomen et loci, ubi hic celebrabatur, appellatio vid. Steph. Byz. et Thucyd. III, 3, cf. *Μαλόες χόρος* i. e. *Λέσβιος* apud Callimachum vid. L. II §. 21 not. 2. Minus recte apud Hesychium *Μαλλόεις* scribi videtur.

— l. 25. Rectius *βαλαναφάγοι* scribendum esse nec minus *πολεμάδοκος* Alc. 3 nunc intelleximus vid. L. II §. 19, 5.

Pag. 88 l. 10. Nunc *ἔφαβος* recenti hyperaeolismo scriptum putamus; nam ex Alcaei obscurissimo frustulo nihil effeceris vid. L. I §. 19, 9. c.

— l. 25. Nunc *ζάδαλος* verius esse intelleximus vid. L. II §. 19, 6.

— l. 33. De hyperaeolico *ἄμμαν* vid. L. II §. 19, 9. c, de *ἐπάβολος* ibid. 5, i. Simili modo *ᾱ* insertum est in *Εὐαγένης* Del., si ita recte restitutum est.

Pag. 89 l. 18. Vituperavit nos Georgius Curtius in libello de nominum Graecorum formatione,

Berol. 1842 p. 55, quod aperte et pro certo contendissemus, *θεῖναι* e *θέμ(ε)ναι*, *λέγειν* e *λεγειναι*, *λεγέμ(ε)ναι* facta esse, eamque explicationem falsam esse proclamat, primum quod *μ* ante sequens *ν* a Graecis non ejectum sit, deinde quod *λεγειναι*, id quod ipsi indicavimus, non extet. Prius argumentum contra ipsum Curtium convertere licet, qui haud cunctanter *θέμεν* et *λεγέμεν* e *θέμεναι* et *λεγέμεναι* orta esse, idque verissime contendit, quanquam diphthongi in fine vocabulorum abjectae alterum exemplum non extat; neque raro in singulis quibusdam eae consonarum conjunctiones spretae sunt, quae in plerisque nihil offensionis habuerunt, ut *ἔσμι* in *εἰμί* mutatum est, quanquam consonis *σμ* conjunctis nihil in Graeca lingua frequentius. Alterum argumentum iis non multum valere videbitur, qui meminerint, quam saepe in formarum grammaticarum derivatione per ea procedendum sit, quae aut nunquam in usu fuerunt aut mature obsoleverunt. Ceterum ipse Curtius infinitivi antiquitus duplicem terminationem fuisse statuit, *μεναι* et *εναι*. Ad hanc refert *πελέναι*, suspectissimam apud Parmenidem formam, *εἰδέναι*, *διδοῦναι*, quod e *διδοεναι* ortum dicit etc. Qua in re primum hoc temere finxit, eam terminationem verborum in *ω* purae radici affigi potuisse, deinde neglexit, antiquiorem linguam omnino brevem vocalem ante terminationem *ναι* ignorare uno *ἰέναι* excepto, denique ea excogitavit, ne haereamus in re ab hoc loco alieniore, quae parum probabilia videantur.

Pag. 93 l. 25 leg. Eustath. 1535, 49.

— l. 30. Metrum etiam *ὄρεος* patitur Alc. 74 et versus Sapphoni e conjectura adscriptos fr. 44. 7. 8 nunc etiam certius damnamus. Ceterum *ὄρος* est Sapph. 21.

Pag. 94 l. 25. Adde *θυρωρός* Sapph. 49, quum *αὐλωρός* Doricum esse videatur L. 1 §. 24, 8. Et hic quidem *ω* adeo ex *αω* factum videtur.

Pag. 97 l. 17 leg. §. 21, 6.

— l. 23 leg. §. 22.

Pag. 98 nr. 7. Aeolica esse videntur, quae Arca-

dius affert de Acc. p. 165, 23. *τὰ εἰς ῶ καθαρὸν παραληγόμενον τῇ ῡῑ βαρύνεται, εἰ μὴ παρ' ὄνομα εἴη, ἀλνίω, ἀπνίω· τὸ δὲ γνιῶ περισπᾶται*, ubi *ἀπνίω* pro *ἀρπνίω* restituimus e codice Havniensi in Dindorfii Gramm. Graec. Vol. I.

Pag. 99 l. 11. Iota subscriptum dativi abest etiam in titulo Delio, ubi *ἀγάθα τύχα, ἐν Μαθύμνα, ἐμ μέσσω*, et in Cum. 3523.

Pag. 100 nr. 1. *Ἄλκαος* nunc restituimus Alc. 24; *Ὑμήναος* etiam in inscriptione Cyrenaica metrica a Letronnio edita (Journ. des Savans 1828. Mart. p. 184) legitur. *Μελάνταος* pro *Μελανταῖος* est in titulo Delio.

— nr. 2. Turpi errore *Fάδεα* pro *ἀδεῖα* esse voluimus. Est enim neutrum pluralis, quum *τέττιξ* masculino genere utatur.

Pag. 101 init. Fortasse rectius *εὔωθα* Aeolicum putatur vid. supra ad p. 37. Tum in grammaticorum locis scribendum videtur: *καὶ ἔωθα· οἱ δὲ* (pro *γὰρ*) *Αἰολεῖς τὸ εἴωθα εὔωθα λέγουσι.*

Pag. 105 l. 6. Cf. *χροΐα* Callim. Lav. Pall. 28.

— l. 18. Adde *πάϊς* Sapph. 16, sed Sapph. 30. 56 rectius *παῖς* scribendum esse videtur; *παίδων* nunc certa emendatione restituimus Alc. 42.

— not. 1. Arcadii locus legitur de Acc. p. 121, 25.

Pag. 106 not. 4. Dialecto non nominata *κόϊλος* commemoratur ab Apollon. de synt. p. 7, de pron. 111, Arcad. de acc. 55, 22 cf. Bergk. ad Anacr. p. 92. Ceterum dele alterum Prisciani locum.

— not. 5. De *Νεῖλος*, quod jam non Aeolicum, sed a grammaticis fictum esse suspicamur, vid. L. II §. 20 not. 11.

Pag. 107 l. 15. Pleonasmum vocalis *α* grammatici agnoverunt in *ἄωρος*, somnus: Et. M. 111, 15. *ὦρος καὶ ἄωρος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ μηδὲν πλέον σημαίνοντος· ὦρος γὰρ ὁ ὕπνος*, quibus praeter Sapph. fr. 97 aliae quaedam explicationes subjunguntur, cf. Hesych. *ἄωρος, ἄϋπνος*, ubi corrigunt *ἄωρος, ὁ ὕπνος· Μηθυμναῖοι.* At

ὧρος de somno dictum suspectissimum est vid. Neue ad Sapph. fr. 39. Rectius ille pleonasmus agnoscitur in ἄσφι et ἄσφε pro σφι et σφε vid. §. 23, 6.

Pag. 109 l. 13. Vocativus νύμφᾰ ultima correpta legitur Sapph. 56.

Pag. 111 l. 1 leg. 35 pro 38.

— l. 4. Aliud testimonium nunc legitur in Anecdd. Parr. III, 313, 25. θεοῖο· γενικὴ Βοιωτικὴ καὶ Αἰολική.

— nr. 4. Item in Delio titulo est αὔτοισι et in Cum. 3523 praeter articulum τοῖς plenior dativi forma regnat paucis vocibus exceptis.

Pag. 115 l. 12. Malumus nunc Ψάπφ' e Ψάπφα factum, hanc vero vocativi formam ultimae correptione quadam e Ψάπφοι ortam existimare. Neque enim aliter Sapphicum αὖα, quod ab Apollonio inter metaplasmi exempla affertur, vid. §. 22, 3, vocativus vocis αὔως esse videtur; nam si nominativus esset, non recte metaplasmus agnosceretur. Postremo fortasse Γύριννα apud Maximum Tyrium pro Γυρίννω Sapph. 66 et Et. M. 243, 51 e vocativo correpto factum est. Ad primae declinationis similitudinem transitum esse videtur, quod Ψάπφο et similia parum arriderent. Neque tamen in tanta rei obscuritate pertinaciter Schneidewino refragor, qui cum aliis ipsos nominativos Ψάπφα, Γύριννα apud Lesbios in usu fuisse contendit.

Pag. 116 l. 21. In titulo Delio (vid. supra ad p. 7) nominum in ης exeuntium genitivos formae notatu dignissimae detegere nobis visi sumus, Πολυδεύκη, Εὐαγένη, Ἑρμογένη, Ἀ..η. Memorabilem in modum concinit grammaticorum de dialectis praeceptum (vid. not. 7): τῶν γενικῶν πτώσεων (τῶν εἰς ης ὀνομάτων) τὸ ς ἀφαιροῦσιν, Σωκράτου etc. Quod quum per se incredibile sit quam maxime, attamen si Lesbii Σωκράτη dixerunt, genuinum praeceptum id fuisse suspiceris, ut Aeoles genitivum nominativi sigma abjecto facere dicerentur. Deinde satis probabile videtur, Lesbios Ἑρμογένης, Ἑρμογένη, Ἑρμογένη, Ἑρμογένην flexisse ad analogiam primae et se-

cundae declinationis et aliorum, de quibus vide L. II §. 30, 8. Nam quod Choeroboscus Bekk. p. 1188 nullos genitivos in *ῆ* exire tradit praeter *Ἀρῆ* et *Τρῆ*, ea regula Aeolicam dialectum tangi non credimus. Postremo non absonus est Latinus genitivus Diocli a Diocles et similia vid. Zumpt. ad Cicer. Verr. p. 655. — Dativus *Καλλικλῆ* legitur in recentiore titulo Lesbio apud Rossium II nr. 197. c, ubi R. non recte *Καλλικλῆϊ* scribere videtur. Vocativum iidem grammatici in *ε* exire docent ut *Σώκρατε*, cujus terminationis exemplum esse *μελλιχόμειδε* Alc. 45 Seidlerus p. 226 rectissime intellexerat. Nam quaecunque cum *μειδάω* composita sunt, omnia in *ης* desinunt ut *εὐμειδής*, *φιλομμειδής* et ipsa vox *μειλιχομειδής* Hesychio restituenda est e codicis lectione *μειλιχομετίδης*, *πραΰγελως*, *ἡδύγελως*, quum Musurus male scripserit *μειλιχόμητις*, *ἡδύς*, *πραΰγελως*, *ἡδύγελως*.

Pag. 119 l. 8. De *πολυΐδριδι* adde Et. M. 42, 37, Eustath. 407, 35 cf. Lobeck. ad Phryn. p. 326, Nev. ad fr. 111.

Pag. 122 l. 3 leg. fr. 35 pro fr. 88.

Ibid. l. 14. *Ὦ γυνή*, quod Schneidewinum sequuti ad Alcaeum lyricum retulimus, Meinekius verissime Comico vindicavit Comicc. Graecc. II p. 834.

Pag. 123 not. 8. In Herodiani loco (leg. 10, 13) *Ποσειδάν* traditur et postea l. 25 *εἴρηται δὲ ὁ δαίμων παρ᾽ Ἀλκαίῳ διὰ τοῦ ᾱ μένοντος τοῦ ν̄* (leg. σ̄) *ποσειδᾶν*, ubi additur Alc. 18.

Pag. 128 l. 8 lege cardinalium.

Pag. 129 l. 9. Augmentum contra vulgarem usum Alcaeus addidit in *ἐσυνῆκε* secundum Et. M. 385, 9 cf. Anacr. fr. 116 Bergk. Augmentum syllabicum propter digamma est in *ἐάνασσε* Alc. 53.

Pag. 131 nr. 1. Quod de Aeolico *πώνω* pro *πίνω* conjecimus, jam egregie confirmatur Arcadii testimonio de Acc. 160, 4: *Τὰ εἰς ν̄ω̄ παραληγόμενα φύσει μακρῷ φωνήεντι, ὁπότε μὲν* (leg. *μὴ* e codice) *εἴη κατ᾽ Αἰολίδα διάλεκτον, περισπᾶται, σκηνῶ, θρηνῶ, σφηνῶ, φωνῶ, ὠνῶ*

καὶ ὠνοῦμαι, κοινωνῶ. τὸ πάνω βαρύνεται ὡς ἴδιον Αἰολικόν (leg. *Αἰολέων* e cod. Havn.). Apparet *πώνω* corrigendum esse, quum in penultima aut *η* aut *ω* postuletur. Idem *πώνω* infra ad p. 209 Boeotis vindicabimus. — Fortasse e testimoniis §. 15 not. 2 appositis colligere licet, Aeoles *μναίσκω* dixisse pro *μιμνήσκω* cf. *μνήσκεται* Anacr. fr. 69 Bergk.

Pag. 141 l. 12. Etiam Alc. 12 *μεθύσθην* est in libris Athenaei.

— l. 23 leg. venditant [18]).

Pag. 143 l. 18. Et. M. 225, 7. *γέλαν, οἷον γέλαν δ᾽ ἀθάνατοι θεοί — κατὰ συστολὴν λαμβάνεται, ὡς ἡ μετοχὴ δηλοῖ. γέλαντος γὰρ ἡ γενικὴ κατὰ συστολὴν τοῦ α. τὰ δὲ ἐνδέοντα συλλαβῇ τρίτα πρόσωπα τῶν πληθυντικῶν καταλήγουσιν εἰς τὴν παραλήγουσαν τῆς γενικῆς τῶν μετοχῶν. οὕτω Ζηνόδοτος.* Vix dubium est, quin et *γέλᾰντος* Lesbiacum sit et versus allatus Alcaei aut Sapphus, recte judicante Bergkio ad Anacr. p. 37.

Pag. 144 l. 6. Brevioris formae exemplum est *γέλαν*, quod modo commemoravimus, longioris *ἐπόησαν* Sapph. 70.

— l. 15. Adde *φίλημαι* apud Choerob. in Theod. p. 569, 23.

Pag. 149 init. Alcaeo fr. 62 nunc restituimus *ἀκούσειας*, Theocrito XXIX, 16 jam olim *αἴνεσε*. Prima pluralis in *ειμεν* exibat apud Aeoles teste Choerobosco in Theod. p. 564, 20 seqq. *ἰστέον ὅτι τὰ εἰς α λήγοντα ἑνικά, δηλονότι πρῶτα πρόσωπα, προσθέσει τῆς μεν πληθυντικὰ γίνεται· οἷον τέτυφα τετύφαμεν, ἐποίησα ἐποιήσαμεν* etc., deinde: *Δεῖ προσθεῖναι, καὶ χωρὶς τῶν Αἰολικῶν εὐκτικῶν· τοῦτο δὲ πρόσκειται, ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς προσθέσει τῆς μεν τὸ πρῶτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν* (deest *οὐ*) *ποιοῦσιν· οὐδὲ γὰρ λέγουσι τυφείαμεν ἀλλὰ τύφειμεν.* Compares *θεῖμεν* a *θείην*.

Pag. 149 l. 22. Alcaei frustulum fr. 99 Meinekius Comicc. Graecc. II p. 833, quanquam certiore ratione

non innixus, Comico dedit (ceterum legitur in Scholl. Arist. Av. 847, non apud Apollonium); sed aliud certius exemplum praepositionis apocopen non passae est Sapph. 24 παρὰ δ' ἔρχεθ' ὤρα.

Pag. 150 nr. 3. Censor Darmst. affirmat, non recte apud Theocritum XXIX, 25 a nobis πέρρ ἀπαλῶ scriptum esse; neque enim illam scripturam compositorum ut πέρροχος analogia satis defendi. Non meminit, ex antiqua Graecorum consuetudine praepositiones, quas nos dirimere solemus, easdem mutationes pati atque in compositione; deinde non perpendit, de quo admonueramus, κακ, ποτ et similia per se non minus barbara esse quam περρ. Postremo comparato Boeoticum ἐσσ pro ἐξ ante vocales. L. I §. 47, 4. Rectius scripseris περραπαλῶ, κακκεφαλᾶς, ποττόν. Ceterum ipsi olim emendati a nobis versus sensum non recte intellexeramus. Πέρρ ἀπαλῶ στύματός σε πεδέρχομαι est *per molle tuum os te obsecro*, ut πέρρ pro ὑπὲρ positum sit, quod cum πρὸς in precibus usitatum est. Ad eundem usum spectare videtur Hesychiana glossa περσέ, πρὸς σέ; constat enim σε post praepositionem inseri solere ut πρός σε θεῶν. Cum hac glossa Koenius recte composuit πρεσσέ, quod apud Joannem Grammaticum et Gregorium (vid. §. 12 not. 9) Aeolicum esse dicitur pro πρὸς σέ, et πρεσσέ e περσέ corruptum esse suspicatus est.

Pag. 156 nr. 4. In titulo Delio legitur ἀεί; contra recte apud Sapphonem fr. 47 ἄϊ πάρθενος restitutum esse, nisi quod rectius etiam compositum ἀϊπάρθενος agnoscitur, nunc apparet ex Epimerismis Homericis in Anecdd. Parr. III, 321, 12 seqq. πάντα δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ ἀεὶ συντιθέμενα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφονται, οἷον ἀείμνηστος, ἀειγενέτης, ἀείφρουρος, ἀειπάρθενος, ἀειφανής πλὴν τοῦ ἀΐδιος. Deinde duodecim vocis formae enumerantur, ubi de Aeolicis haec: καὶ αἴ διὰ τοῦ ι παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι καὶ αἰεὶν (leg. αἴϊν) σύντονα παρ' αὐτοῖς. ὁμοίως δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἄει (leg. ἄϊ) βαρύτονον διὰ του ι καὶ συστολῇ τῆς ἀρχούσης, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀΐδιον ι γράφεται καὶ

σημαίνει τὸ ἀεὶ ὄν. δεῖ δὲ γινώσκειν ὅτι καὶ τὸ ἀειπάρθενος διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται κοινῶς, Αἰολικῶς δὲ διὰ τοῦ ι. Priora eorum causa adscripsimus, quae in nota ex Etymologicis minus plena de vocis *ἀεί* compositis allata sunt. Ceterum Censor Darmst. valde dubitat, an Aeoles non vere noverint quatuor hujus adverbii formas: *αἶϊ, αἶϊν, ἄϊ, ἄϊν.* Non aperuit tamen, cur optimorum grammaticorum testimoniis fidem habere noluerit, praesertim quum nihil convenientius sit, quam ut *ι* Lesbiaco more modo ejiciatur modo teneatur, *ν ἐφ.* modo addatur modo absit.

P a g. 160 n o t. Adde Eustath. 1214, 27 *οἱ Αἰολεῖς ἐκ πρωτοτύπου πληθυντικῆς γενικῆς ποιοῦσι τύπους κτητικούς, οἷον ἕτερος ἑτέρων ἑτερώνιος· ἄλλος ἄλλων ἀλλώνιος· ἐτύμων ἐτυμώνιος· ἀνέμων ἀνεμώνιος καὶ δι' εὐφωνίαν ἀνεμώλιος. οὕτω καὶ Ἑλίκαι Ἑλικῶν Ἑλικώνιος.*

§. 32. Praeclarae Boeoticarum inscriptionum copiae accesserunt hae:

O r c h o m e n i i tituli, unus in Leakii Itinere per Graeciam septentrionalem Vol. II nr. 37, cujus pars media jam edita erat Corp. Inscr. nr. 1573; duo ab Ernesto Curtio editi in Mus. Rhen. Nov. II p. 186 sqq. nr. 7 et 8, quorum prior difficillimus erat ad legendum.

L e b a d e e n s i s brevior est apud Leakium II p. 32.

C o p e n s e m breviorem praebet Ulrichsius in *Itinere Graeco* Vol. I p. 203 et ibidem alius inediti pauca verba.

T h e b a n u m ineditum inter Boeckhii copias vidi. Eum qui in Corp. Inscr. nr. 1578 editus est, Leakius et emendatiorem et ab initio auctiorem repetiit II nr. 45.

P t o i u m titulum i. e. muneris a concilio Boeotorum Apollini Ptoio dedicati inscriptionem Ulrichsius l. l. p. 247 publici juris fecit, quo judice paullo post Thebas restauratas Ol. 116, 1 scriptus est.

T h e s p i e n s i s paucorum verborum Praxitelis operi pulcherrimi literis subscripius apud Leakium II nr. 77.

Ceterum ex iisdem libris editorum subinde emendatior lectio suppetit.

§. 33. De accentu Boeotico duo graviora Arcadii testimonia neglleximus. Alterum nostrae opinioni quam maxime adversari videtur: p. 39, 8 *Τὰ εἰς ο̅ς̅ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ η̅ παραληγόμενα τὸ αἶζηὸς ἐστὶν ὀξυνόμενον* (sic). *τὸ γὰρ πάληος καὶ ἄρχηος κατὰ τροπὴν τῆς α̅ι̅ διφθόγγου ἐγένετο καὶ προπαροξύνεται. τὸ δὲ ὄρηος καὶ αὐτὸ παροξύνεται* (leg. *προπαροξύνεται*) *κατὰ τροπὴν τῆς α̅ι̅* (leg. *ει*) *διφθόγγου γεγονός. τὸ δὲ ἐχένηος καὶ πολύνηος παροξύνεται* (leg. *προπαροξύνεται*). *σύνθετα γάρ.* Nam *πάληος* et *ἄρχηος* Boeotica sunt vid. §. 40, 1. Vide tamen, ne haec regula perturbatissima sit. In ultimis correximus, quae corrigenda erant. Initium e Theognosto Oxx. II, 51, 18 et Et. M. 32, 4, qui aperte ex eodem fonte, Herodiano, hauserunt, nisi quod de accentu tacuerunt, in hunc modum supplendum esse videtur: *τὰ — παραληγόμενα ἁπλᾶ κατὰ κοινὴν διάλεκτον οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, εἰ μὴ τὸ αἰζηὸς ὀξυνόμενον.* Itaque ne media quidem, quae ad Boeoticum accentum pertinent, suspicionis contagium evitare possunt, quanquam certa medela non suppetit.

Alter Arcadii locus e contrario judicium nostrum de Boeotica accentus ratione egregie confirmat: p. 93, 21 *Τὰ εἰς ε̅ι̅ς̅ πολυσύλλαβα κοινολεκτούμενα παροξύνεται, δαφνήεις, κητώεις. αἱ δὲ μετοχαὶ ὀξύνονται, τυφθεὶς, τυπείς. τὸ δὲ κτεὶς ὀξύτονον ὡς μονοσύλλαβον καὶ τὸ κλείς. καὶ οἱ Βοιωτοὶ τὸ η̅ τῶν εἰς η̅ς̅ εἰς ε̅ι̅ τρέποντες ὀξύνουσιν αὐτὰ, εὐγενεὶς ἀντὶ εὐγενὴς, ἀγενεὶς ἀντὶ ἀγενείς.* Corruptelae in tota regula nullum vestigium. — Postremo Boeoticum *δής* pro *δαίς* ut oxytonon affertur ab Arcadio p. 106, 9, quum Lesbiaca dialectus circumflexum postulet.

Apparet etiam ex his Arcadii praeceptis, non caute egisse Ernestum Curtium, qui in Boeoticis, quas edidit, inscriptionibus nostro judicio spreto Lesbiacam accentus rationem sequutus est.

Pag. 168 l. 21. Accedit *ΗΕΡΜΕΙΑ* in antiquo titulo Coroneensi inedito, quem vidi apud Boeckhium.

Pag. 169 infr. *FΑΐδων* in lapide esse testatur Ulrichsius p. 230.

Pag. 170. Voces digamma instructae e novis fontibus accedunt hae: *FΑίσκων* Leak. nr. 33; *FΑστίνιος* Curt. nr. 8, et *FΑστυμειδόντιος* Ulr. p. 247, utrumque patronymicum et ad *Fάστυ* pertinens; *Fίστορες*, i. e. arbitri ut apud Homerum, restituimus in Leakii titulo Orchomenio nr. 37 l. 12 pro *ΕΙΣΓΟΡΕ* in extremo versu, quum magistratus aut muneris appellatio desideretur, ut *σούνδικος* l. 9; *Fιλαρχιόρτων* cum Leakio II nr. 31 pro *ἐϊλαρχιόντων* nr. 1588 restituendum est (de vocis *εἴλη* digamma cf. Tarentinum *βειλαρμόστας* L. II §. 9, 4).

Pag. 171 nr. 2. *Ἐπιϝάλτεις* in titulo Ptoio Ulr. p. 247; vocis tamen lectio incertior esse dicitur.

Pag. 172 l. 5. Non dubito, quin Boeoti *πέμπε* dixerint, quanquam *δεκάπεντε* a Leakio lectum est in titulo corruptissimo Lebadeensi II nr. 32 (C. I. 1571 l. 14).

— l. 19 *γλάχων*, ut in aliis dialectis pro Attico *βλήχων* est Acharn. 840.

— l. 21 *Ἑρμάϊκος* nr. 1593 in lapide esse affirmat Curtius l. l. p. 108, neque tamen ideo verum existimari potest, sed lapicida erravit. Confer quod de eo nomine supra diximus ad p. 7.

Pag. 173 in. Lucianus Jud. Vocall. c. 7 per jocum ad Lysimachum comicum *Βοιώτιον τὸ γένος ἀνέκαθεν* revocat *τ* pro *σ* et *ττ* pro *σσ* pronuntiata. Contrariam mutationem statuit Ulrichsius I p. 174, qui cum fluvium *Προβατίαν* prope Lebadeam a Theophrasto Hist. Plant. IV, 11 p. 157 Schn. commemoratum non diversum esse a *Προβασία* C. I. nr. 1569, e bene intellexisset, (idem eodem tempore vidit Keilius Spec. Onomat. p. 112) hanc formam Boeoticae dialecto propriam vindicat. Nos e

contrario *Προβατία* ipsorum Boeotorum antiquiorem pronuntiationem esse existimamus.

Pag. 174 l. 25. Cens. Darmst. *βλεέρει* apud Hesychium vel repugnante literarum ordine in *βελεήρει* mutari jubet, quanquam *ἔλεος* cum derivatis nullum digammi vestigium habet neque unquam in Boeotica dialecto *β* pro digamma scriptum reperitur.

Pag. 175 nr. 1. *Δεύς* Acharn. 871 nunc e Ravennate a Dindorfio receptum est; *Δεύξιππος* pro *Ζεύξιππος* legitur in titulo Orchomenio Curtii nr. 8.

Pag. 176 l. 6. Suspicionem nostram de mira illa voce *ὀπίττομαι* vel *ὀπλίττομαι* non probabit Cens. Darmst., neque ipsi enixe defendimus, sed probabiliorem explicationem libenter accipiemus.

Pag. 178 l. 15. Item Boeoti *στροτός* cum Lesbiis dixere, si aliquid fidei habendum est voci dubitationis plenae in titulis Orchomeniis Leakii nr. 37 l. 27 et Curtii nr. 8 l. 6. Quum enim in illo lectum sit *τυ . . ρατονεστροτευαον*, Curtius legit *τὸν πρᾶτον ἐστροτευάθη[σαν]*, ultima supplens, quum in hoc titulo lacuna in extremo versu ante sequentem catalogum ferri possit, in Leakii autem titulo ne unius quidem literae lacuna significata sit. Dummodo igitur verbum *στροτευάω* tolerari possit, Leakius rectius legisse videtur. Deinde Curtius ad *τὸν πρᾶτον* suppleri jubet *στρατόν* vel *στόλον*. Quod vix recte factum est; sed in Leakiano titulo legendum esse videtur *τύδε* (aut *τὺ*) *πρᾶτον ἐστροτεύαον*, in Curtiano *τοὶ π. ἐ.* Simplicis articuli parem usum observamus in titulo Copensi Ulr. p. 203 *τοὶ ἀπεγράψαντο ἐμ πελτοφόρας*. Item in alio Copensi nr. 1574, ubi apographum *τον . γεγ . αψαντ .* etc., quae Boeckhius in *το[ίδε ἀ]πεγράψαντο* etc. mutavit, potius *το[ὶ ἀ]πεγράψαντο ἐν ὁπλίτας* restituendum esse videtur. Contra *τύδε ἐνίκωσαν τὰ Χαριτείσια* est in Orch. 1585. Aliud Boeoticae formae *στροτός* documentum fortasse latet nr. 1578 (Leak. II, 45), ubi Pocockii apographum, quo Boeckhius usus est, *Μνασισροτιος* praebet (B suspicatur *Μνασιβρότιος*); Leakii *Μνασιστράτιος*, et in

manco patronymico . . . *οστρυτιος* (fort. *Δαμοστρότιος*) in ejusdem tituli initio, quod apud solum Leakium extat.

Pag. 179 l. 3. Corrige *Τιμασίθιος* cum Keilio Anall. p. 149. Idem nomen supplendo effecit Curtius nr. 8 *Τιμασ[ίθ]ιος*. Adde praeterea *Θιογίτων* Leak. nr. 37, *Θίων* Curt. nr. 7, quod nomen etiam Leak. nr. 37 l. 32 pro *ΟΙΩ*. restituendum, *Κλιάρετος*, ut ibidem l. 29 pro *ΚΛΙΑΡΕΤΟΣ* scribendum, *ἀδελφιός* in Copensi Ulr. p. 203 etc.

— l. 23. Adde *Μεγαλίας* Leak. nr. 37.

Pag. 180 in. Accedit *Νέων* Lebad. nr. 33 Leak. Addimus hic singularem diphthongi *ει* pro *ε* usum in *Θεισπιεύς*, quam formam a Boeckhio in nr. 1593 expulsam in ipso lapide extare testatur Ulrichsius p. 188 nec minus in titulo Ptoio p. 247. Magis etiam mirum est patronymicum *FΑστυμειδόντιος*, quod idem in eodem Ptoïo legit, i. e. *Ἀστυμεδόντιος*. Errorem legentis in hac quidem voce non minus suspicor quam in similibus, de quibus diximus L. II §. 22, 7. Ulrichsium in eodem titulo saepius iota addidisse infra notabimus ad p. 215. Alia iota errore describentium inserti exempla vide apud Boeckhium ad nr. 1564. Quanquam *ιου* pro *ου*, *υ* positum nunc minus confidenter damnari posse videtur, vid. seqq., et *Πινδάριος* Corinn. 12, quod cum Boeckhio rejecimus, fortasse confirmatur epigrammate apud Boeckh. Pindar. II p. 10 et Eustath. Prooem. Pind. p. 16 Schneidew. Nam secundum versum *ἔκλαυσαν πινυταὶ Πινδάρου θυγατέρες* Schneidewinus recenti poëtae condonat, plerique transponendo sanare praeoptarunt *Πινδάρου ἔκλαυσαν θυγατέρες πινυταί*. Quid vero, si scriptum fuerit *Πινδαρίου θύγατρες*? Aliam medelam adhibuit Meinekius Del. Anth. p. 239, *Πινδαρίου* ab Ungero Theb. Parad. p. 321 ante nos inventum spernens.

Boeoti cum Lesbiis et Doriensibus (vid. L. II §. 17, 5) *ὄνυμα* dixerunt, quod praeter *ὀνουμήνεν* Cor. 4 apparet ex *Ὠνύμαστος* (rectius *Ὀνύμαστος*) in titulo Ptoio Ulr. p. 247.

Pag. 181 l. 6. Multa exempla accesserunt: Orchom. nr. 37 Leak. σούνδικος, Εὐρουφάων, Ὀξούμαχος Λούκωνος; Orchom. nr. 8 Curt. Θιοκούδειος; Cop. Ulr. p. 203 ούιός etc. Memoratu dignissimum est, quod subinde ιου pro υ et scriptum et pronuntiatum esse videtur. Unicum ejus rei exemplum, quod olim cognitum erat, τιούχα nr. 1564, cum Boeckhio damnaveramus (τούχα legitur Curt. nr. 7); sed accedunt nunc Διονιούσιος Curt. nr. 8 l. 18 i. e. Διονύσιος, deinde Leak. nr. 37 l. 29. 30 ΔΙΟΥΣΙΑΣΟΛ-ΤΟΥΝΠΙΩΝΟΣ leg. Διουσίας Ὀλιουνπίωνος i. e. Λυσίας Ὀλυμπίωνος. Quibuscum si Anglicam vocalis u pronuntiationem contuleris et Zacones Thierschio teste ψιούχα i. e. ψυχή et νιοῦτα i. e. νύκτα proferre memineris, vix dubitabis, opinor, quin Orchomenii (omnes enim illi tituli Orchomenii sunt) eadem pronuntiationis ratione subinde, sed sine ulla constantia usi sint.

Addimus Scholl. Arist. Ach. 889 et Philem. p. 46 ἔγχελυν Ἀττικοὶ, ἔγχελιν Βοιωτοί et, quod testimonium Schneidewino debemus, Gramm. in Mingarelli Codd. Nann. p. 492 εὗρον καὶ τὸ ἔγχελις διὰ τοῦ ῑ παρὰ Βοιωτοῖς. Eustathio teste p. 1240, 22 etiam Aristoteles ἔγχελις dixit. Quare Schneidewinus vix recte Lesbiacam vocalis υ in ι mutationem comparat; sed ex Attico plurali ἐγχέλεις, ἐγχελέων recentior nominativus ἔγχελις (ut πόλις) factus esse videtur, quem propter ἐγχέλεις in Boeoti Aristophanei verbis temere Boeotis tributum esse suspicari licet.

Pag. 182 l. 13. Adde νᾶσσα Ach. 841.

Pag. 183 not. 3 extr. Adde Grammat. apud Peyronium post Etym. Orion. p. 241 τὸ η εἰς τὴν ει δίφθογγον τρέπουσιν οἱ Αἰολεῖς. εἴρωες λέγουσιν ἀντὶ τοῦ ἥρωες.

Pag. 184. Multa accesserunt exempla, quorum notatu digniora haec sunt: μεὶ διαγράψει Leak. nr. 37, quae pro μὴ διαγράψῃ esse videntur, Ἀγεισίλαος ibid., Ἀγείσανδρος et Θιογνειτίδας Curt. nr. 8, Αὐτομείδεις in Ptoio a μήδομαι.

Pag. 185 l. 10. Eodem refer τὰ Βασίλεια Leak. nr. 37 pro Ionico et Aeolico Βασιλήϊα, Βασιλῆα. Alterum iota omissum est, quum in μαντεῖα servetur.

Pag. 185 l. 17. Dele, quae de *εἰλαρχιόντων* dicta sunt, quum rectius *Fιλαρχιόντων* legatur, vid. supra ad p. 170.

— l. 28. Non veriora sunt *ἤμεν* Curt. nr. 7 et *Ἰσμηνιῆος* nr. 95 Leak.

Pag. 186 l. 7. Nunc *νεὶ* etiam v. 833 in Ravenate esse dicitur, et idem e cod. A a Brunckio receptum erat.

— l. 13. Adde *πρᾶτος* Leak. nr. 37, Curt. nr. 7 et Boeoticum nomen *Θεαρίδας* Pausan. X, 20, 3 a *θεωρός*.

Pag 187 et 188 init. Adde *γέγραπτη* Curt. nr. 7, *ἔλησν* Leak. nr. 33, *Φήδιμος* Leak. nr. 37.

Pag. 188 l. 16. *Πλαταεῖος* item est in Ptoio Ulr. p. 247.

— l. 24 seqq. Leakius nr. 29 (C. I. nr. 1575) *Λεβαδει . οις* tradit, quare *Λεβαδειήοις* restituendum esse videtur. Justae gentilium formae *Ταναγρῆος* et *Θειβῆος* sunt in titulo Ptoio. Valde veremur ne terminatio *ειος* ubique legentium errori debeatur.

Pag. 188 not. 2. E Leakii auctoritate *Νικιῆος* legendum est.

Pag. 192 l. 4. Adde *Μύριχος* nr. 1579 et Leak. nr. 37 i. e. *Μοίριχος*.

Pag. 194 l. 6. Accedunt *τοῖ* bis Lebad. nr. 33 Leak., *Ἀπόλλωνι Πτωΐοι* Ulr. p. 247, *τοῖ δάμῳ* nr. 7 Curt., ubi *δάμοι* restituere non dubitamus.

Pag. 195 seqq. Quae in hac paragrapho disputaveramus, novorum titulorum usu omnia fere haud mediocri cum gaudio confirmata vidimus. Ad prius titulorum genus pertinet titulus Orchomenius Leak. nr. 37, in quo *υ* nunquam non in *ου* aut *ιου* mutatur (nam pro *ΥΓΈΡ* l. 5 lege *οὐπέρ*, quum lacuna antecedat), item *οι* in *υ*; nec reliquae mutationes negliguntur praeter *πόλει* l. 4 quod parum certum est; deinde Copensis Ulr. p. 203, ubi *οὐιὸν* et *τῦς θιῦς*. Alterius generis sunt: Thebanus titulus Leak. nr. 45 (cujus pars C. I. nr. 1598), ubi *Λύσιππος* et *Υπατόδωρος*, et alter ineditus inter Boeckhianos, in quo *Λυκίσκος* et *Πυθίας*; deinde Leba-

decensis nr. 33 Leak., in quo *Νέων* et *τοί* pro *τῷ* (e nr. 1588 Leakio auctore II nr. 31 adde *Μύτωνος*, quum nunc *'Αρίστωνος* legatur); tum Thespiensis nr. 77 Leak., ubi *Θρασύμαχος* et *τοῖς* et Copensis frustulum Ulr. p. 203, ubi *τοί*. Et in his quidem titulis nusquam *ου* pro *υ* et *υ* pro *οι* vel *ῳ* reperiuntur. Mixta quaedam ratio primum est in titulis Ptoio et Orchomenio nr. 8 Curt., qui productum *υ* mutant, correptum servant, diphthongum *οι* et servant et pro *ῳ* ponunt, ut in Ptoio sunt *Πούθων*, *FΑστυμέδων*, *Γρυλλίων*, *'Ονύμαστος*, *Βοιωτοί*, *Βοιωτοῖς*, *Πτωίοι* pro *Πτωΐῳ*, et in Orchomenio *Θιοκούδεις*, *Πουθίας*, *Πούθων*, *Πουθόδωρος*, *Πολύρειτος* (?), *Θρασύλαος*, *'Ολυμπίχιος*, *Εὐρύλοχος*, *Μύρτων* (quod Curtius temere in *Μούρτων* mutavit), *Βοιωτοῖς*, *'Ερχομενίοις*, *τοῖς πολεμάρχοις*; ceterum eandem rationem jam observa in C. I. nr. 1565, ubi *τύχα* et *ἀσουλία*. Postremo in Orchomenio nr. 7 Curt. omnia temere mixta deprehenduntur: *τούχα*, *ἀσουλία*, *Fυκία*, *ἐσγόνοις*, *τοῖς ἄλλοις προξένοις*, *τοῖ δάμω* (?), *αὐτῦ* pro *αὐτῷ*. In iisdem his titulis, qui Boeotismum minus perfecte referre videntur, observa, quae prae reliquis etiam magis Boeotica habent: *ἀνέθιαν* in Ptoio, patronymica in *ιος* desinentia in Ptoio, Thespiensi et utroque Curtii Orchomenio frequentata, quibus Orchomenius Leakii nr. 37 omnino abstinet. — Itaque novorum quoque titulorum Thebani et Lebadeensis ad alterum genus pertinent, quod minus Boeoticum visum est; deinde Thespiensis titulus Praxiteleo operi subscriptus, qui reliquis paullo antiquior est, et Ptoius item antiquior, quippe qui Ulrichsio judice paullo post Ol. 116, 1 scriptus sit, quae egregie cum nostro judicio conspirant.

Pag. 198 l. 5 extr. leg. nr. 1599 *Αἰσχρονδας*.

Pag. 199 not. 3. Adde *Κροεσος*, quod est in vase teste Leakio II p. 472.

Pag. 201 l. 10. In libris est *ψιάθους*, quod Bentlejus mutavit.

— l. 20. *Διονιούσιος* nr. 8 Curt. in lapide esse aegre credimus.

Pag. 201 in. Contractionis neglectae exempla accedunt Ἀγεισίλαος Leak. nr. 37, Θρασύλαος Curt. nr. 8, Ἰόλαος Acharn. 833, Εὐρουφάων Leak. nr. 37; contractionem passum est Λακράτεις Curt. nr. 8, Thebanus, qui Τιμόλαος apud Demosth. de cor. p. 241, Dinarch. adv. Demosth. p. 167 Bekk. et Athen. X p. 436 B, Τιμόλας scribitur Demosth. de cor. p. 324 et Polyb. XVII, 14, 4.

— l. 4. Σωκράτεις item est Leak. nr. 37.

Pag. 202 l. 4. Adde Hesych. ἰδῆφιν (ita codex), ἴδες· Βοιωτοί leg. Ἴδηφιν, Ἴδης. Sequens scholion ad παλαμῆφι legitur etiam in Anecdd. Parr. III, 160, 8.

— l. 17. Ἀρχέλαο a nominativo Ἀρχέλας legitur Leak. nr. 37 l. 32, sed facile ex Ἀρχελάω corruptum existimari potest. Utut est, de Τιμόλα, quod not. 2 commemoravimus, jam vehementer dubitamus, praesertim quum Keilius Spec. Onomat. p. 115 alia corruptelae indicia sagaciter perspexerit.

Pag. 203 l. 10. Ipsum Χαρειτίδαο est in Leakii apographo II nr. 45.

Pag. 204 l. 4. Adde Anecdd. Parr. III, 313, 25 θεοῖο· γενικὴ Βοιωτικὴ καὶ Αἰολική.

— not. 5. Ipsum ἱππασίῃ, quod proposuimus, traditur in Leakii apographo II nr. 31.

Pag. 205 init. Masculina in ις Dorico more ὁ aversantur ut Χιόνιος Leak. nr. 37, Φιάλιος (leg. Φίλλιος) Curt. nr. 8. Nec credimus in corruptissimo titulo nr. 1565, ubi traditum est ΙΙΙΙΙΛΙΟΣΥΜΑΡΙ.ΑΟ, recte a Boeckhio scribi Ἱππίδος Εὐμαρίδαο, sed facilius Ἱππίαο Εὐμαρίδαο emendabitur.

— not. 7. Eadem tradit Grammaticus apud Peyronium post Et. Or. p. 241 et Theodosius Alexandrinus e codice Taurinensi ibidem allatus, et hic alio loco: οὐδὲ ταχίος φαμὲν Βοιωτικῶς, ὡς Ἀχιλίος, εἰ καὶ οὕτω οὐχ εὑρίσκεται ἡ παραλήγουσα τῆς γενικῆς μείζων τῆς ληγούσης τῆς εὐθείας. οἱ γὰρ Βοιωτοὶ τότε ποιοῦσι τοῦτο, ἡνίκα οἱ

Ἀττικοί εἰς εω̄ς καὶ Ἴωνες εἰς η̄ος. Nihilominus Boeotos ταχίος dixisse crediderim.

Pag. 206 extr. Vulgo Ach. 865 ἰών Dicaeopolidi datur; nunc Dindorfius ἰών scripsit et Boeoto vindicavit.

Pag. 208 nr. 7. Notabilis est articuli usus pro ὅδε vid. supra ad p. 178.

Pag. 209 l. 6. Item conjunctivus esse videtur μεὶ διαγράψει Leak. nr. 37.

— nr. 2. Neglexeramus Eubuli ex Antiopa fragmentum Athen. X p. 417 B (Meinek. Comicc. Graecc. III p. 208), unde quaedam de conjugatione Boeotica colligere licet. Recte enim Eustathium p. 954, 33. a Boeoto ea dicta putare, minus recte Dobraeum et Meinekium a Lacone, ipsa dialectus satis docebit. Nunc fragmentum ita scriptum legitur:

Πονεῖν μὲν ἄμμες καὶ φαγεῖν μὲν ἀνδρικοὶ
καὶ καρτερῆμεν, τοὶ δ' Ἀθηναῖοι λέγειν
καὶ μικρὰ φαγέμεν, τοὶ δὲ Θηβαῖοι μέγα.

Dalecampius in versione πίνειν expressit nec male, quum nulla verba frequentius jungantur quam πίνειν et φαγεῖν. Si tamen memineris Lesbios πώνω dixisse pro πίνω (vid. L. I §. 35, 1 et supra Addend. ad p. 131) idque Alc. 12 in πονεῖν corruptum esse, vix dubitabis quin etiam hic πώνειν restituendum sit. Meinekius πονῆμεν proposuit. Deinde in AP. est ἄμες, in B. ἄμες, unde haud dubie ἀμές, quod non magis Doricum est quam Boeoticum, restitui oportet. Pro φαγεῖν Meinekius cum Dobraeo aliud verbum Laconi aptum desiderat, simul in φαγεῖν μὲν infinitivi formam in μεν latere ratus. Idem olim μέγ' ἀνδρικοὶ conjecerat, Dindorfius Porsoni emendationem μάλ' ἀνδρικοὶ recepit. Nos probamus μέγ' ἀνδρικοί. In secundo versu vulgo est καρτερῆσαι e VL., καρτερῆσαι μὲν in BP, καρτερὴ μὲν in A, unde Dobraeus et Meinekius καρτερῆμεν effecerunt; bene, nisi quod accuratior Boeotismus καρτερεῖμεν postulat. Deinde τοὶ δ' Ἀθηναῖοι a Casaubono scriptum est, quum codices praebeant τοῖς δ' Ἀθηναίοις. Quare, quum praeterea ultima

nimia inconcinnitate laborent, transpositione utendum et totum fragmentum in hanc rationem restituendum esse arbitramur:

Πώνειν μὲν ἁμὲς καὶ φαγεῖν μέγ' ἀνδρικοὶ
καὶ καρτερεῖμεν τοίδε Θηβαῖοι· λέγειν
καὶ μικρὰ φαγέμεν τοῖς Ἀθηναίοις μέτα.

Jam reliqua, exceptis nominibus gentilibus, Boeotismum paullo antiquiorem accurate referunt; contra Laconicam dialectum praeter *πώνειν* peccarent infinitivi in *μεν* exeuntes. Infinitivi partim in *ειν* desinunt ut *θερίδδειν* apud Aristophanem, partim in *μεν* ut *κριδδέμεν* apud Strattidem; *καρτερεῖμεν* aut e *καρτερεέμεν* factum est aut conjugationem in *μι* sequitur. Censor quidem Darmstadiensis vituperavit nos, quod *θερίδδειν* Boeoticum esse credidissemus, et *θερίδδιν* dialecto postulari pronuntiavit. Scilicet non intellexit, quae satis aperte indicasse videbamur, ideo Boeoticum esse *θερίδδειν*, quod Doricum (Laconicum) esset *θερίδδην*. Boeoti enim diphthongum *ει*, quae est in vulgari lingua, non mutant in *ι* sed servant, quum in severiore Doride *η* est vid. L. I p. 185. — Tertia pluralis praeteriti vulgarem terminationem servat in *ἐστρατεύαον* Leak. nr. 37, nisi ea vox corrupta est.

Pag. 210 nr. 3. Insigne exemplum verbi contracti conjugationem in *μι* sequuti nunc detexi in Corinnae loco, quem Schneidewinus meus mihi indicavit. In Scholl. Vict. Hom. Il. *ρ*, 197 ad vocem *γηρὰς* haec adnotantur: *καὶ κ' ὤρινα* (Schneidew. *Κόριννα*) *βροντὰς ἀντὶ τοῦ βροντήσας*. Male scholiasta vocem e *βροντήσας* factum putat, ut *γηράς* e *γηράσας* in breve contractum putarunt; potius *βροντάς* a *βρόνταμι* ducendum est.

Pag. 210 l. 18. Cens. Darmst. recte monuit vulgo *ἀδικειμένος* scribi, ut sit perfectum. Elmslejus tamen numeri causa praesens *ἀδικείμενος* praetulit, quod non est cur ab antiquioribus Boeotis abjudicemus.

— not. 3. Ad Aeolicum idioma referuntur *ἐμάθοσαν*, *εἴδοσαν* et similia a Grammatico apud Peyronium post Etym. Orion. p. 241.

Pag. 211 l. 5. Confirmatur *ἀνέθιαν* a Leakio et idem legitur in titulo Ptoio Ulr. p. 247. Notamus etiam *πρίασο* pro vulgari *πρίω* Acharn. 836.

Pag. 212 l. 19. In Hesychii codice est *σεῖα*.

Pag. 213 l. 7. Suspicio nostra confirmatur Copensis tituli frustulo Ulr. p. 247 *τοὶ ἀπεγράψαντο ἐμ πελτοφόρας*.

— nr. 3. Accedit *ἔππασις* Curt. nr. 7.

Pag. 214 init. Addimus hic de Boeotorum adverbiis quaedam, quae omnia fere ex Acharnensibus cognoscuntur. Primum Boeoticum *τῖδε*, *ἐνθάδε* Hesychio restituimus pro *τίδαι* §. 40 not. 4. Justa mutatione id e Dorico *τεῖδε* factum esse apparet. Eodem sensu Acharn. 869 legitur *τᾷδε*, quod vix ferri potest vid. L. II §. 44, 8; suspicamur *τεῖδε* scriptum fuisse, quum diphthongus *ει* in Acharnensium Boeoticis non mutetur. Adverbia in *ᾳ* rationem et modum indicantia (vid. ibid.) leguntur *πᾷ* 861, ut e codicum AB lectione *παῖ* pro *πᾶ* restitui oportet, i. q. *πῶς* et *ᾇπερ* i. e. *ὥςπερ* 873. Deinde in v. 850 *ἔκβαθι τῷδε κἠπιχάριτται τῷ ξένῳ*, quanquam Dindorfius in editione Oxoniensi durum hyperbaton exemplis Atticis tutari studet (cui M. Hauptius in Observationibus Criticis p. 56 adversatus quo jure, quanquam *τῷδε* cum *ξένῳ* jungit, hyperbaton inesse neget, non intelligimus), erunt tamen, opinor, quibus placeat, si cum Brunckio *τῶδε* scribentes non *σπυριδίου*, ut ille voluit, suppleamus, sed adverbium agnoscamus, qualia sunt in dialecto Dorica L. II §. 44, 10, i. e. hinc. Tum fortasse non spernenda est codicis A lectio *χαμούς* pro *χαμαί* v. 835. Quid enim, si Boeoti *χαμοῖς* dixerint, ut Dorienses *ποῖς* et similia L. II §. 44, 7? Postremo a nominibus propriis derivantur *Θείβαθι* Ach. 834, *Ἀθάνασ᾽* 866, quam formam Dindorfius post Elmslejum recte e scholii lemmate *Ἀθάνας* pro *Ἀθάναις* restituit, quum etiam in Attica dialecto rectius *Ἀθήνησι* quam *Ἀθήνῃσι* scribatur, et *Θείβαθεν* 828. 877.

Pag. 214 nr. 1. Addantur *Καλλιώνδας* et [*Χη*]*ρών*-

δας aut [*Χα*]*ρώνδας* Leak. nr. 37, *Ἑρμαιώνδας* Thebanus Thucyd. III, 5, *Φαιδώνδας*, qui Thebanus fuisse videtur, Plat. Phaed. p. 49 et Xenoph. Mem. I, 2, 48, *Παγώνδας* Pindari pater et Thebanus Thucyd. IV, 91, *Σκιρφώνδας* Thebanus Thuc. VII, 50, *Διαγώνδας* Thebanus Cicer. Legg. II c. 15, quod nomen omisit Papius, *Ὀρφώνδας* Thebanus Pausan. X, 7, 7, *Κλεώνδας* Thebanus apud Eusebium teste Papio.

Patronymica in *ιος* nunc multa accedunt e titulis Thespiensi nr. 77 Leak., Ptoio Ulr. p. 247, utroque Orchomenio Curtii. Nomina in *δας* etiam in his patronymica non admittunt, ut in Thespiensi *Ἀρχίας Θρασυμάχιος*, *Θρασύμαχος Χαρμίδαο*; sed in Orchomeniis Curtii aliorum quoque nominum genitivus causa non ubique apparente patronymico praelatus est, nr. 7 *Ἔνδικος Θίωνος*, nr. 8 *Θρασύλαος Τιμασιθίω*, *Πτωΐων Μνασίωνος* (ita restituas pro *ΠΤΩ - - ΑΝΑΣΙΩΝΟΣ*, quum Curtius *Πτω . . ανας Ἴωνος* dubitanter dederit), *Ἀριστοκλεῖς Ἀρίστωνος*, *Ὠνάσιμος* (rectius *Ὀνάσιμος*) *Βιόττω*, *Εὐάγγελος Θιοτίμω*, *Μενέδαμος Θιοτίμω*, l. 24 *Μνασίων Μνασιθίω* (Curt. *Μνασιθίων*, sed *Ν* ad sequentem corruptam vocem pertinet). Item *Νικίων Γρυλλίωνος* est in Ptoio; posterius tamen nomen ab Ulrichsio incertius esse traditur. Patronymica a nominibus in *ος* et *ων* derivata desinunt in *ιος*, ut Curt. nr. 8 *Θιοδότιος*, *Καλλιγιτόνιος*; l. 20 *Καλλιώνιος* (ita corrige *ΚΑ - ΙΑΙΩΝΙΟΣ*, ubi Curtius dubitanter *Καραιώνιος*), in Ptoio *Νικολάϊος*, *ϜΑστυμεδόντιος* etc. Quae a nominibus primae declinationis descendunt, terminatione *ηος* utuntur: *Νικῆος*, quod pro *Νικάϊος* nr. 1578 e Leak. nr. 45 rescribi oportet, *Ἀγασιῆος* in Ptoio, quae vox etiam in Curt. nr. 8 restituenda est l. 11. 12, ubi ex *ΑΓΑΣ - ΙΟΣ* Curtius dubitanter fecit *Ἀγάσσιος*, postremo *Ὀρνιῆος* et *Ἀθανιῆος* Curt. nr. 8. A nominibus in *ης* derivantur: Curt. nr. 7 *Μνασιγένειος*, nr. 8 *Θιοκούδειος*, *Ἀμινοκλεῖος*, *Νικοκλεῖος*, et *ΛΑΚΡΑΤΙ* l. 15 rectius in *Λακράτ*[*ειος*] quam a Curtio in *Λακράτιος* suppleri videtur. At in Ptoio ejusdem originis patronymica

in εἶος exeunt, Ἀντιγενεῖιος et Ἀὐτομειδεῖιος, quae vera esse aegre mihi persuadeo, praesertim quum Ulrichsius etiam in ϜΑστυμειδόντιος prius iota non recte inseruisse videatur. Minus aegre ferrem Νικοκλεῖιος et similia. Ceterum observa, in nullo eorum titulorum terminationem ειος in ιος mutari. Neque in Lebadeensi C. I. nr. 1571 recte semel Φιλοκράτιος legitur, quum Leakius II nr. 32 ubique Φιλοκράτειος exhibeat. — Κρονιδῆε, quod Corinnae restituimus, Censori Darmst. valde dubium videtur; quibus de causis, nescimus.

Ceterum quod diximus patronymica Boeotica non recte ad adjectiva κτητικὰ in ειος exeuntia referri, Thessalicis patronymicis, qualia sunt Ἀντιγόνειος et Νικοὐνειος i. e. Νικώνειος, vid. infra, refelli videtur. Nihilominus aliquatenus in sententia persistendum est, maxime propter Καλλιῆος et similia, quae non e Καλλίειος, ut voluerat Boeckhius, sed e Καλλιαῖος etc. orta esse nunc etiam luculentius Thessalicorum exemplorum comparatione apparet. Nec facile poni potest e Καλλιάειος primum Boeotica mutatione Καλλιάϊος, deinde Καλλιαῖος, Καλλιῆος facta esse; nam et Thessali, quorum Καλλιαῖος est, omnino diphthongi ει mutationem ignorant et eadem eae ipsae inscriptiones Boeoticae, in quibus patronymica frequentantur, abstinere solent. Deinde eadem Boeoticorum titulorum ratio obstat, quominus Ἀντιμάχιος, Θρασώνιος et similia ex Ἀντιμάχειος, Θρασώνειος, quae terminatio Thessalorum est, facta putemus. Itaque paullo accuratius, quam fecimus, rem ita expediendam esse censemus. Adjectiva possessiva vel patronymica a nominibus propriis derivata insignem in modum inter terminationes ειος, εος, ιος ambigua sunt vid. Lobeck. ad Ajac. v. 108, ita tamen, ut vulgaris Graecitas primam maxime probaverit. Nobis antiquissima ex illis terminatio ιος esse videtur, quacum compares patronymicorum Sanscritorum terminationem *jas* ut *Dhaumjas* i. e. filius Dhumae et Latinorum *ius* ut *Julius*, i. e. qui a Julo descendit. Eam igitur Boeoti servaverant, ea etiam in

Thessalicis *Εὐκλειδαῖος* etc. agnoscitur. Quomodo factum sit, ut plerique Graeci, etiam Thessali et fortasse Lesbii, tempore paullo recentiore *ειος* praeferrent, satis explicare non valemus.

Pag. 216 l. 26. Cf. Scholl. Arist. Ach. 871 *ὀρταλίχων δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων κατὰ τὴν τῶν Βοιωτῶν διάλεκτον.*

§. 49. Non satisfecimus hac paragrapho Censori Darmstadiensi, cujus ipsa verba apponemus: „*Der folgende Paragraph — befriedigt in minderm Grade; denn die Behauptung Hr. A.'s, die übrigens nicht weiter ausgeführt und begründet ist, der Boeotische Dialect trage gar nicht das Gepräge des hohen Alters an sich, dürfte sich schwerlich rechtfertigen lassen.*“ At primum ipsi indicavimus, Boeotos nonnulla ex antiquiore lingua retinuisse, quae reliqui Graeci mutassent. Hoc solum contendimus, nec solum contendimus, sed ampla disputatione (§. 41) demonstrare studuimus, diphthongorum et vocalis *υ* mutationes apud ipsos Boeotos recentiore demum tempore invaluisse. Alia, quae a sequentium librorum disquisitionibus pendent, necessario ad omnium dialectorum comparationem reservanda erant. Multa tamen jam nunc ex iis, quae de Laconica dialecto disputavimus, lucidius apparebunt.

Pag. 218 seqq. ad §. 50 de dialecto Thessalica.

1) Accesserunt egregii Thessalicae dialecti fontes in Leakii Itinere per Graeciam septentrionalem Vol. III. IV, quos titulos emendatos et suppletos hic addere placet.

№ 1.

. . . . *οσιναγυμασια* — — — — —
. . . . *Μυσκελεῖοι ἔ[δ]ο[ξε τοῦ κοινοῦ τᾶς*
πόλιος· ἐπ]ειδε[ὶ] Ἱππόδρομ[ος (τοῦ δεῖνα)
Λαρισ]αῖος διετέλει εὐεργε[τὲς τὸ κοι-
νὸν τ]ᾶς πόλιος, δεδόσθαι αὐτοῦ καὶ τοῖς

ἐς]γόνοις πολίτειαν καττὰ [καὶ τοῖς πολίταις] τοῖς Κρανουννίοις ὑπάρχ[ει . . . . . καὶ π]ροξενίαν αὐτοῦ καὶ [ἐςγόνοις καὶ ἐπιμελ]ει[θ]εῖμεν [τ]α[μίαν . . . . ὅπους τὸ] ψάφισμα ὀνγραφεῖ ἐν κίον[α καὶ ὀντεθεῖ ἐ]ν τὸ Ἀσκλαπιεῖον, καὶ τὶ ἐν ταῦτα γενόμ]ε[ν]ον ὀνάλουμα δόμεν — — — . . ἐς]τ[άουν] κοινάουν πο[θ]όδουν.

№ 2.

Στροτα]γέντος τοῦν Πε[λασγιουτάουν . . . ουνος] Παυσανιαίοι Ματροπολ[ίταο ταγευό]ντουν Σιλάνοι Ἀστο[μαχείοι . . . ουνος Ἀντιγενείοι, Γεν[νάοι Ἀριστον]οείοι, Γεννάοι Αἰσχυλ[είοι . . . . Ἀλαισο[υ]νείοι, ταμιε[υόντουν . . . . Α]ντιγονείοι, Φείδουνος Εὐ[δοξείοι, ... ουν]ος Ἀντιγενείοι λέξαντο[ς· ἐπειδεὶ . . ουν Παυσανιαῖο[ς]· Ματροπ[ολίτας διετέ]λει εὐεργετὲς τὸ κοινὸν [τᾶς πόλι]ος ἔν τε τοῖς πρότερο[ν χρόνοις καὶ ἐ]ν τᾶ ἀρχᾶ τᾶ ἑαυτοῖ καὶ κ . . . . . . οὐ] δικαοῖ [ἄ]λ[λ]αν α[ὐ]τοῦ χρείαν [γίνεσθαι . . ἔδοξ]ε τοῦ κοινοῦ τᾶς πόλιος . . . . . αιονταετταπροανγρες — — — . . . . . . π]οττὰν [π]όλιν καὶ πο[ττὸ κοινὸν τοῦν] πολιτάουν καὶ δεδό[σθαι αὐτοῦ κα[ὶ] τοῖς ἐςγόνοις α[ὐ]τ[οῖ ἀσυλίαν καὶ ἰσοτιμίαν καὶ [τἄλλα πάντ]α αὐτοῦ ὑπαρχέμεν τίμια [ὅποττα καὶ] τοῖς λοιποῖς προξένοις καὶ [ἐπιμελειθεῖεν] τα[μί]αν Φείδουνα Εὐδόξει[ον ἀπὸ τᾶς] τοῦν ταγοῦν γνούμας [ὅπους τὸ ψάφισμ]α ὀνγραφεῖ ἐν κίονα λί[θ]ιν[ον εοα . ακρουν ἐν το[ῦ] ἱαροῦ τοῖ Σ[. . . . . . καὶ τὸ ὀ]νάλουμα τὸ γενόμενον [ἐν ταῦτα ἐνγραφέ]μεν ἐν τοῖς λόγοις τᾶ[ς πόλιος.

№ 3.

Ἕρμαο Χθονίου.

№ 4.

Νικάσιππος Νικούνειος.

№ 5.

Ἀττύλα Εὐρυποθεία

№ 6.

Ἀγλαῒς Ἱππολυτεία
ευκαθεαι.

№ 7.

Φυλίκα Εὐβιοτεία

№ 8.

. ούνειο[ς] Ἀντι[γέ-
νει[ς] Πυρρι[δ]αῖ[ο-
ς Ἀστόμα[χ]ος [Δ-
αμαινέτειος [Ἀθ-
άναιος . απ
. νειος
. ηιας Εὐκλε[ιδ-
αῖος Ἀνδρομ[αχ-
ο]ς ορορδοττο
. . ασυας Εὐ
. οφιλίνειος Δ[ι-
ονύσιος Κλιο[μαχ-
ιδ]αῖος Παρμ[έν-
ουν] . . ευταιος
ουν Α[ἰ]νιαδαῖος
[Εἰ]ρακλείδας
. . λαν . . . ειος
Ὠ]φέλιμος
Ἑρμιαῖος
εροτοκλια . [Εἰ-
ρακλειδαῖος
νιιοςερα

№ 1. 2 (Leak. III. nr. 149 p. 169) in eodem lapide, qui a Paleá Larissa, ubi antiquam Crannonem stetisse Leakius ex ipso titulo colligit, in vicum Hadjilár translatus est. Literae sunt optimae aetatis; ab initio quatuor vel quinque versus interierunt, ab utroque latere paucae literae.

№ 1 l. 2 extr. *ΕΛΟ* cf. nr. 2 l. 15. L. 3 extr. *ΛΡΟΜΙ*, Hippodromus Larisaeus sophista commemoratur a Philostrato. L. 6 cf. C. I. nr. 2161 Thasiorum: *εἶναι Πολυάρητον πολίτην καὶ τοὺς παῖδας — καὶ μετεῖναι αὐτοῖς πάντων ὧν καὶ τοῖς ἄλλοις Θασίοις μέτεστιν.* L. 9. *ΕΙΟΕΙΜΕΝΜΑΤ.* L. 11 extr. *ΚΑΙΓ.* L. 13. *ΤΤ.. ΚΟΙΝΑΟΤΝΠΟΟΟΔΟΤΝ.*

№ 2 l. 1. Ab initio haud cunctanter στροτα]γέντος supplevimus (Thessalos probabile est στροτός dixisse ut Lesbios et fortasse Boeotos vid. supra Add. ad p. 178) et in versu tertio ταγευό]ντουν, quum etiam in alia inscriptione Thessalica communis dialecti Leak. IV. nr. 216 p. 495 unus Thessalorum strategus, de quo magistratu vide Leakium, et quinque urbis tagi appareant. Patet autem e literis ΠΕ in extremo versu superstitibus, in hoc titulo strategum non omnium Thessalorum esse, sed, nisi valde decipimur, Pelasgiotidis, ad quam Crannon pertinebat. Constat enim e Demosthene Phil. III p. 117 Philippum tetrarchias in Thessalia instituisse; ex hoc titulo discimus singulis tetrarchiis strategos praefuisse. Ceterum Matropolis, cujus civis erat Pausanias, non est notior illa superioris Thessaliae, sed altera, quam in Pelasgiotide sitam fuisse Leakius intellexit Vol. III. p. 371. L. 3. Astomachi nomen legitur nr. 8. L. 4. Aristonous Larisaeus commemoratur Thucyd. II, 22. L. 6. ΑΛΑΙΣΟΣΝΕΙΟΙ. Dubitamus tamen de novo nomine Ἀλαίσων; fortasse licet Κ]α[λ]ισ[τ]ο[ν]νεῖοι restituere a Καλλίστων. L. 7. 8. Phidon Eudoxi f. recurrit l. 22 et Antigenis f. unus e tagis esse videtur. L. 13. ΑΛΙ-ΑΝΑΙΝΤΟΥ. L. 15 fort. τρι[ά[κ]οντα ἔτ[ε]α. L. 16. ΡΟΛΙΝ. L. 17 extr. ΔΕΔΟΝ. L. 18. ΚΑΤΟΙΣ — ΑΤΤ. L. 20 in. ΠΑΑΥΤΟΥ. L. 22. ΤΑΝ.ΑΝ. L. 24 extr. ΑΙΟΙΝ. L. 25. ΤΟΙΣΙΑΡΟΥ.

№ 3. 4 (Leak. III. nr. 150. 151 p. 366) tituli Crannonii.

№ 5 (Leak. IV. nr. 209 p. 441) in campo Dotio repertus; literae optimae aetatis.

№ 6 (Leak. IV. nr. 211 p. 443) Pheraeus literis optimae aetatis.

№ 7 (Leak. IV. nr. 185 p. 373) haud procul ab antiquo Pteleo in Phthiotide, quod a. 171 dirutum est, repertus.

№ 8 (Leak. IV. nr. 219 p. 509) Metropolitanus superioris Thessaliae; literae optimae aetatis sed valde

detritae. L. 1. *ΟΥΝΕΙΟΕΑΝΤΙΟ.* L. 2. *ΝΕΙΕΠΥΡΡΙΝΑΙ.* L. 3. *ΜΑΚΟΣ.* L. 9 fort. *Θεοςδότειος.* L. 10. 11 fort. *Ἐργοφιλίνειος.* L. 12. 13. Cleomachidas est nomen Thessalicum vid. Pap. Lex. L. 14 fort. *Κρευγαῖος.* L. 16. *ΠΡΑΚΛΕΙΔΑΣ.* L. 20 fort. *Ἐρατοκλίας* i. e. *Ἐρατοκλέας* vid. Addend. ad L. II p. 146.

2) Accentum in titulis exprimendis ad vulgarem rationem conformavimus, quanquam eo inclinamus, ut Thessalos Lesbiacae tonosis participes fuisse existimemus. — Spiritu aspero Thessalos non caruisse apparet e *πόθοδος* nr. 1 extr. Ipsis tamen Lesbiis in *ὁδός* asperum concessimus. — Digammi ne ullum quidem vestigium reperitur, ut *ἰσοτιμία* nr. 2, *Ἀστόμαχος* nr. 2. 8.

3) De *Κιέριον* sive *Πιέριον* cf. Leak. IV p. 563. qui confert duplicem nominis formam *Πύδνα* et *Κύδνα* apud Steph. Byz. s. v. *Κύδνα.* — Ad miram vocem *δαύχνα* (?) pro *δάφνη* confer Scholl. Nicand. Ther. 94 *Ἀντίγονος δὲ λέγει δ α ύ χ μ ο υ· ἔστι δὲ δάφνη πικρά*, et Hesych. *δ α υ χ μ ὸ ν, ἔγκαυστον ξύλον δάφνης* (suspicor *δάφνην*), postremo Nicand. Alex. 198.

Πολλάκι δ᾽ ἢ οἴνης ἀμιγῆ πόσιν ἢ ἀπὸ δάφνης
Τεμπίδος ἢ δαυχμοῖο φέροις ἐκ καυλέα κόψας,
ἢ πρώτη Φοίβοιο κατέστεφε Δελφίδα χαίτην.

Restituimus *δαυχμοῖο* e libris pro *δαύκοιο*, et apparet *Τεμπίδος* cum *δαυχμοῖο* jungendum esse atque *τὴν δαυχμὸν* id ipsum lauri genus appellatum fuisse, quod Apollini *Τεμπείτᾳ* et Pythio sacrum erat. Itaque suspicio oritur, ne *ἀρχιδαυχμαφορείσας* corrigendum sit; deinde satis dubium esse videtur, utrum *δαυχμός* (*δαύχνα*?) sola dialecto a *δάφνη* diversum sit an casu aliqua soni similitudine utatur. — Duplex liquida spectatur in *Κραννουνίοις* nr. 1 l. 7, sed lapicidae, ut videtur, culpa perverse collocata pro *Κραννουνίοις.* — Consonans *κ* praeligentes Thessali *καπάνα* dicebant pro *ἀπήνη* vid. L. II. §. 19, 5. c.

4) Contra *ἱαρόν* est nr. 2 l. 26, quem titulum antiquiorem putamus quam nr. 1766. — *Ο* pro *α* est in

ὀνγραφεῖ nr. 1 l. 10 et nr. 2 l. 27, et *ὀνάλουμα* pro *ἀνάλωμα* nr. 1 l. 12 et nr. 2 l. 26. — E Boeotico more in *ι* mutatur, si recte legitur *Κλιομαχιδαῖος* nr. 8 l. 12 et *Ἐρατοκλίας* l. 20. Ubique *υ* servatur.

Longum *α* pro *η* est in *ψάφισμα* et *Ἀσκλαπιεῖον* nr. 1, *καπάνα* pro *ἀπήνα* vid. supra. — Boeotico more *ει* pro *η* est in *ἐπειδεί* et [*ἐπιμελ*]*ειθεῖμεν* pro *ἐπιμεληθῆμεν* nr. 1, *ὀνγραφεῖ* nr. 1. 2 pro *ἀναγραφῇ* vel potius *ἀναγραφῆ*; item in *διετέλει* nr. 1. 3 pro Lesbiaco *διετέλη*, postremo in *Μοψείων*, quod teste Leakio III p. 377 in Mopsii nummo est, pro *Μοψήων*. — More Thessalis proprio *ω* ubique in *ου* mutatur: *Κραννουνίοις* nr. 1, *Φείδουνος* et *γνούμα* nr. 2 (ut corrupta nonnulla et mutila omittamus), *ὀνάλουμα* nr. 1. 2, *Νικούνειος* nr. 4; deinde in dativo secundae declinationis *αὐτοῦ* nr. 1 et 2 l. 20, *τοῦ κοινοῦ* et *ἱαροῦ* nr. 2 l. 14. 26; postremo in genitivo plurali, nr. 1 *κοινάουν ποθόδουν*, nr. 2 l. 1. 3. 17. 23 *τοῦν*, ... *ντουν*, *πολιτάουν*, *τοῦν ταγοῦν*, item *Φεραίουν* in nummo teste Leakio III p. 365.

Diphthongi *ει*, *αι*, *οι* in titulis nunquam mutantur, nisi quod *αι* aliquoties Lesbiaco more ante sequentem vocalem iota abjicit, ut *δικαοῖ* nr. 2 l. 14 pro *δικαιοῖ* et N. P. *Γεννάος* l. 5. Eodem pertinet Thessali nomen *Θρασυδάος* Demosth. pro cor. §. 295, quae verior lectio esse videtur quam *Θρασύλαος*, quum nomen *Θρασυδαῖος* in Aleuadarum gente usitatum sit vid. Herod. IX, 58.

Ultimarum syllabarum correptione Thessali eadem usi sunt, qua Doriensium pars vid. L. II. §. 21. Quod apparet e participio *εὐεργετές* nr. 2 l. 10 pro Lesbiaco *εὐεργέτεις* ab *εὐεργέτημι* i. e. *εὐεργετῶ*. Intelligitur inde eosdem *ἵππος* dixisse pro *ἵππους*, *χαρίες* pro *χαρίεις* etc., corripuisse ultimae vocalem in *πύλας*, *πράξας*.

Iota subscriptum ubique omittitur, cujus rei exempla accedunt *ἐν τᾶ ἀρχᾶ* nr. 2 l. 13 et dativi secundae declinationis *τοῦ κοινοῦ* etc., de quibus supra diximus; accedit etiam tertia persona conjunctivi *ὀνγραφεῖ* nr. 1. 2 pro vulgari *ἀναγραφῇ*, Lesbiaco *ὀνγραφῆ*, Dorico *ἀγγραφῆ*.

5) Declinationis primae genitivus singularis legitur Ἕρμαο nr. 4, dativi Τεμπείτα nr. 1767 et ἐν τᾶ ἀρχᾶ nr. 2 l. 13; Gen. Plur. κοινάουν nr. 1, πολιτάουν nr. 2 l. 17, contra per contractionem Γομφιτοῦν in nummo Mionn. Suppl. III p. 284. — In declinatione secunda genitivi in οι desinentis, cujus unicum exemplum tutati eramus, nunc multa exempla accedunt: nr. 1 Μυσκελείοι, nr. 2 Παυσανιαίοι, Σιλάνοι, Ἀντιγενείοι, Γεννάοι, Ἀλαισουνείοι, Ἀντιγονείοι, ut lacera nonnulla omittamus. Contra Ἑρμᾶο Χθονίου legitur nr. 4, ubi nisi corruptela subest, Χθονίου e Χθονίω, quod reliquorum Aeolensium et severioris Doridis est, per Thessalicam mutationem natum existima, ut Thessali duplicem terminationem, οι et ου, habuerint. Dativi singularis in ου et genitivi pluralis in ουν exempla supra proposuimus. Dativus pluralis in οις desinit ut ἐσγόνοις, Κραννουνίοις nr. 1. 2. — E tertia declinatione nihil apparet praeter πόλιος nr. 1. 2.

In conjugatione conjunctivi tertia persona est ὀνγραφεῖ, de qua supra diximus. Conjugationis in ω infinitivus Boeotico more in εμεν exit, ut ὑπαρχέμεν nr. 2 l. 20. Conjugationem in μι Lesbiaco more verba vulgo contracta sequuntur, id quod maxime apparet in participio εὐεργετές nr. 2 l. 10, deinde in [στροτα]γέντος nr. 2 l. 1. Nec refragantur διετέλει nr. 1. 2 pro Lesbiaco διετέλη nr. 1. 2 et δικάοι nr. 2 l. 4, quod aeque Lesbiacum foret. Infinitivus in μεν exit Dorico et Boeotico more [ἐπιμελ]ειθεῖμεν et δόμεν nr. 1, nisi hic secundum Lesbiorum usum δόμεν[αι] supplendum esse existimas.

Praepositionis ἀνά apocopen passae et vocalem mutantis exempla ὀνγραφεῖ et ὀνάλουμα supra attulimus. Κατά apocope affectum est in καττά nr. 1, quod praeterea observa pro καθ᾽ ἅ dictum esse, cf. L. II. §. 33. Pro πρὸς ut apud Boeotos et Dorienses est ποτί, apocopae obnoxium, ut πόθοδος nr. 1, ποττάν nr. 2 l. 16. Pro εἰς ut apud Boeotos et reliquos Graecos septentrionales ἐν usurpatur, ut ἐν κίονα nr. 1 et nr. 2 l. 24.

ἐν τὸ Ἀσκλαπιεῖον nr. 1. Postremo ἐξ Boeotico more in ἐς mutatur, ut ἐσγόνοις nr. 2 l. 18.

Patronymicum Boeotici typi Κρεῶνδαι i. e. Creontis posteri, Scopadae praebet Theocritus XVI, 39. In inscriptionibus tamen Boeotico more regnant patronymica in ιος desinentia. Quae quum a nominibus primae declinationis derivantur, in αιος exeunt: Παυσανιαῖος nr. 2 l. 2. 9, Πυρριδαῖος, Εὐκλειδαῖος, Αἰνιαδαῖος, Ἑρμιαῖος, Εἰρακλειδαῖος nr. 8, Πολεμαρχιδαῖος C. I. nr. 1766. Quum a nominibus secundae vel tertiae declinationis descendunt, in ειος desinunt: Μυσκέλειος nr. 1, Ἀντιγόνειος et Εὐδόξειος nr. 2, Δαμαινέτειος nr. 8, et feminina Εὐρυποθεία nr. 5, Ἱππολυτεία nr. 6, Εὐβιοτεία nr. 7; Ἀλαισοίνειος nr. 2 l. 6, Νικοίνειος nr. 4 a Νίκων cf. ...ουνειος nr. 8, Ἀντιγένειος nr. 2 l. 4. 8. Observa, contra Boeoticum morem a nominibus in δας patronymica derivari. De aliis supra dictum est.

Pag. 223 extr. Thessali, ut nunc intelligitur, praeterea cum Lesbiis communia habent: iota e diphthongis ante sequentes vocales objectum et iota subscriptum in dativis omissum; cum Boeotis conjugationis et in ω et in μι infinitivos in μεν desinentes et praepositionum ἐν et ἐς usum pro εἰς et ἐξ; cum utrisque verborum vulgo contractorum flexionem secundum conjugationem in μι. Peculiare inter Aeoles Thessalis est extremarum syllabarum correptio Dorica.

Pag. 225 seqq. §. 52. De dialecto Eleorum vide quae infra ad Eleorum et Heraeensium foedus disputabimus. Hic pauca addimus haec:

Pag. 226 l. 20. Ad Eliacum βαδύ cf. Hesych. βάδηδοι. ἠχεῖοι, ubi valde placet Pearsoni emendatio βαδύ, ἡδὺ· Ἠλεῖοι. Aliud digamma in β mutati exemplum praebet Strabo VIII. p. 338, qui Elidis oppidum Βοιωνώα commemorans addit τὴν γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν, ut recte Βοινώα aut Βοινόα rescribi videatur.

Aliud exemplum σ in ρ mutati Schneidewinus sibi

detegere visus est apud Theognostum Oxx. II. p. 10, 26 *παίρaος παρὰ 'Ηλείοις ὁ παῖς*; corrigi jubens *παῖρ παρὰ 'Ηλείοις*. At quum in ejusdem regulae principio commemoratum sit *παῖς καὶ ἔτι παρ' αὐτό*, vix credibile est postea idque alienis interjectis de Eliaco *παῖρ* per diphthongum proferendo praecipi.

Pag. 229. Dorico more ex *αο* factum est *α* in Elei nomine *Λαστρατίδας* Paus. VI, 6, 3.

Pag. 232 l. 2. 12. Titulus ille non Arcadicus est sed Laconicus, vid. L. II. §. 2, 1, quare vereor ne apud Teleclidem comicum homo Spartanus *Εὐτρήϊοι* dixerit neque Arcadibus sigma ejiciendi mos communis fuerit.

Pag. 233 l. 20 leg. *Θρασέαν* pro *"Εαν* vid. Keil. Anall. p. 70.

— l. 26. Dorica ea contractio praeterea spectatur in his nominibus propriis Arcadicis: *Λαδόκεια*, regio Arcadica Pausan. VIII, 44, quae apud alios *Λαοδίκια* vid. Poppo Proleg. Thucyd. I, 2 p. 185, *Λάδοκος* Paus. VIII, 44, *Λαφάνης* Herod. VI, 127, *Λασθενία* vel *Λασθένεια* vid. Papii Lex.

Titulus Megalopolitanus C. I. nr. 1536 et Ross. I. nr. 12, miserrime lacer, quem quum in Philopoemenis sepulcro positum fuisse Keilius Anall. Epigr. p. 9 seqq. sagacissime detexisset, doctissima disputatione et acuminis plena illustravit, Arcadica dialecto, non vulgari Doride usus esse videtur, si fides haberi potest voci *στεφανώτω* l. 44, quae in vulgari Doride *στεφανούτω* sonaret. Praeterea notamus *ἄστιος* pro *ἄστεος*, nisi corruptela latet.

Ad Appendicem.

In Museo Rhenano Novo Vol. I. p. 382 seqq. exposuimus, quae in nostra Lesbiacarum reliquiarum recensione postea novanda censuerimus. Eo igitur mutationum causas quaerentem ablegamus.

ALCAEUS.

Fr. 3 leg. *πολεμάδοκος* vid. L. II. §. 19, 5. Cens. Darmst. restitui jubet *Κορώνηα* ut *Κυπρογένηα*, *Κυθέρηα*, quanquam vix probabile est terminationem *εια* ubique a Lesbiis in *ηα* mutatam esse. An *γλυκεῖα* Sapph. 18 et similia mutari volet? cf. L. II. §. 20, 9. Huic fragmento jam adhaesisse suspicamur fr. 55, quod in hunc modum corrigere audemus:

ἤ ποι σύγ᾽ ἀνδρῶν δυςμενέων στρότον,
πόλισμ᾽ ἐπιπνεύοισα [φίλων τέων]

sc. *εἰς φύγην τρέπεις* vel simile quid.

Fr. 6. Peccavimus, quum in Mus. Rhen. Alcaicum metrum restitui posse putavimus. Sine mutationibus alios versus non elicies praeterquam hymenaicos, quibus Sapphonem usam scimus vid. Neue p. 17:

ὥστε θέων
μηδέν᾽ Ὀλυμπίων
λῦσαι ἄτερ Fέθεν.

Fr. 10. Initium nunc legimus: *ἀσυνέτημι τῶν ἀνέμων στάσιν.* Deinde Schneidewinus dubitavit an sine librorum ope non recte *ὂν τὸ μέσσον* pro *ἂν τ. μ.* scripserimus; mutatae enim vocalis nulla alia exempla extare nisi in compositione et *ἄν* triplici auctoritate confirmari. Nos id secuti sumus, quod omnes praepositiones, ex antiquiorum certe Graecorum orthographia, extra compositionem ubique eandem formam tuentur quam in compositione. Quam vero saepe librarii in Aeolicam proprietatem saevierint, intelliges inde, quod Sapph. 1, 3 ex omnibus Dionysii libris, unus antiquissimus Parisiensis, quem nunc Schneidewinus contulit, *ὀνίαισι* praebet, ex omnibus Hephaestionis una Turnebiana *οκίαισι* pro vulgari *ἀνίαισι.* — Vs. 7 leg. *ζάδαλον* e Schneidewini suspicione vid. L. II. §. 19, 6 s. v. *δαλέομαι.* — Casu in fine excidit initium sequentis strophae: *Χόλαισι δ᾽ ἄγκυραι.*

Fr. 11. Probamus nunc Seidleri emendationem *ἐμβᾷ* (nisi quod Lesbiaco more *ἐμβᾶ* scribimus) vid. L. II.

§. 39 et infra novam emendationem in fr. 24 propositam, qua versuum nexus tollitur.

Fr. 12. Ipsum *μεθύσθην* in libris est.

Fr. 24. Corruptissimum fragmentum jam in hunc modum restituere conati sumus:

Ἄγγελλε, κᾶρυξ, οἴκαδις· Ἄλκαος
σάος γ', ἀρήϊ' ἔντεα δ' οὐ φύγον,
ἃ δὴ κτέρας Γλαυκώπιόνδε
Ἄττικοι ἶρον ὀνεκρέμασσαν.

Apud Strabonem XIII. p. 600, ut librorum lectiones, quae a nostra restitutione proxime absunt, eligamus, haec leguntur: *λέγει δὲ πρός τινα κήρυκα κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ· Ἀλκαῖος σῶος ἄρει ἐνθάδ' οὔχυτον ἀληκτορὴν ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ὃν ἐκρέμασαν Ἀττικοί.*

Fr. 26. Emendatius et auctius fragmentum ita constituimus:

Βαβυλωνίοις
συμμάχεις ἐτέλεσσας τ' ἄεθλον μέγαν
κὴκ πόνων [πολέων] ἄσφ' ὐπερύσαο
κτένναις ἄνδρα μαχαίταν βασιλήϊον
παλάσταν ἀπυλείποντα μόναν ἴαν
παχέων ἀπὺ πέμπων.

Prima addidimus e Strabonis narratione XIII. p. 617: *Βαβυλωνίοις συμμαχοῦντα τελέσαι μέγαν ἆθλον καὶ ἐκ πόνων αὐτοὺς ῥύσασθαι.* In mentem venit etiam *ἐτέλεσσας μέγαν αὔεθλον.*

Fr. 27 extr. Malumus nunc cum aliis *ἀμφιβαλών.*

Fr. 30. Ultima *ἀθρόᾳ φωνᾳ* vel potius *ἀθροαὶ φωναὶ* non Alcaei, sed Plutarchi esse intelleximus.

Fr. 31. Emperius noster in Mus. Rhen. Nov. I. p. 458 proponit:

θέος ὄπποτα
φλογμὸν πρὸς καθέταν ἱστάμενος θῆ καματώδεα.

At *καθέτης* pro *κάθετος* forma est valde dubia et locutio *πρὸς καθέταν ἱστάμενος* pedestrem orationem redolet.

Fr. 33. Conjecturam in Mus. Rhen. propositam *ὤν ἀπὺ κιλλίβα* nunc ipsi damnamus, quod a Lesbiaco

nominativo *κιλλίβαις* vix duci poterat genitivus *κιλλίβα*. Ceterum etiam in *καδδ' ἄειρε* corruptelam quandam altius latere putamus. — Vs. 4 *ἔγχευε* est in Athenaei libris X. p. 430. A.

Fr. 35. Restitue Lesbiacum *ἀπύ*.

Fr. 38. Mallem corruptum *ἀρητυμένοι* retinuissem vid. §. 26, 2.

Fr. 41. leg. *ὤς*.

Fr. 42. Certa emendatione jam reposuimus

x ◡ – ◡ ◡ *ἐκ δὲ παίδων χαύνοις φρένας, ἁ θαλασσία λέπας*

cf. quae Athenaeus III, 85. F ex Aristarcho addit et de verbo *ἐκχαυνοῦν* Eurip. Suppl. 412, Hesych. *ἐκχαυνῶν*, *μεταίρων* et Erotian. *ἐκχαυνῶν*, *ἐξαπατῶν καὶ μετεωρίζων*.

Fr. 48. Fortasse suppleveris:

Οὐκ ἔγω Λύκον ἐν [ταισίδε] μοίσαις ἀλέγω [κάλον].

Fr. 49. Rectius cum Nevio scribas: *ἐπ' ὄνασιν ἔμοι γεγένησθαι.*

Fr. 54 leg. *πρώτα.*

Fr. 55. vid. supra ad fr. 3.

Fr. 62. Corrigendum videtur:

Αἴκ' εἴπης τὰ θέλεις, ἀκούσειάς [κεν] τὰ καὶ οὐ θέλεις.

Fr. 63. Restituimus nunc sine verborum transpositione:

Τοὶ γὰρ θέων ἴοτητ' ὔμμ' ἔλαχον, τῶν [ἄϊν] ἄφθιτον ἀνθήσει γέρας.

Fr. 64. Interrogationis signum post *οἴδ'* melius deletur. In Ravennate nunc *ἀπυπερατων* legi traditur et *ἦνθον*, quod Dindorfius probavit, fortasse recte. Neque tamen non credibile est, Dorismum a grammatico illatum esse. Certe libri tuentur *ἦλθες* Sapph. 1, 8.

Fr. 65. Rectius fortasse, ne hiatus inferatur:

Αἰ γάρ κ' ἄλλοθεν ἔλθῃ, [τί] δὲ φαῖ κήνοθεν ἔμμεναι.

Fr. 71. Corrige *βαλανάφαγοι* vid. L. II. §. 19, 5.

Fr. 72. Praefero jam cum Bergkio *μέγα*, quod est in libro.

Fr. 73. Alter versus meliorem medicinam expectat.

Fr. 74. Malumus ὄρεος, quod metrum aeque admittit.

Fr. 78. Ejice articulum cum Seidlero et Schneidewino, ut metrum sit Ionicum.

Fr. 90. 93. 95. Corrupta sunt et obscura.

Fr. 96 et 99. Alcaeo comico dat Meinekius Comicc. Graecc. II. p. 833. Certa tamen causa non extat.

Nova Alcaei frustula haec accedunt:

Fr. 108 ex Anecdd. Parr. III, 121, 4.

Ἐρραφεώτου γὰρ ἄναξ.

Schneidewinus Mus. Rhen. Nov. II. p. 294 proponit: ἐρραφέωτα χαῖρ' ἄναξ vel χαῖρε Fάναξ. Ceterum ἐρραφεώτας est pro εἰραφιώτης.

Fr. 109. Anecdd. Parr. IV, 61, 13 ex Etymologici codice 2636 et (quod fugit Schneidewinum l. l.) Bekkerus post Etym. Gud. p. 760 ex Etymologici codice Parisino 2630:

Τὸν χαλινὸν ἄρκος ἔσῃ.

(cod. 2630 τὸ et ἔσῃ). Schneidewinus suspicatur: τῶν χαλίννων ἄρκος ἔσται.

SAPPHO.

Fr. 1. Schneidewinus noster Parisiis praestantissimum Dionysii codicem saeculi XI ad hoc carmen contulit nobisque ejus collationis usum amicissime concessit. Cum textu in Gaisfordii Poett. Minn. edito concinunt ea, de quibus nihil adnotatum est.

1—6) Par. Ποικιλόθρον' ἀθάναι' ἀφροδίταν — λίσσομαί σε — μημ' ἄσαισι — ὀνίαισι — ἀλλὰ τυδ' ἔλθεποκα κατ' ἔρωτα — αὐδῶς ἀΐοισ ἀπόλυ. Ex optimorum librorum lectione αὐδῶς in Mus. Rhen. elicuimus κλήδως a κλήδω pro κληδών vid. §. 21, 7 et cf. Aeschyl. Eum. 375.

7—14) Par. δεδόμον — χρύσειον ἦλθες ἅρμα ὑποζεύξασα. καλοὶ δέ σ' ἄγον ὠκέες στρουθοὶ περὶ γᾶς μελαίνας — δινῆντες πτέρα — ὠρανῶ. θέρος δ' ἀμεσω (α in ο mutatum esse videtur) αἶψ' ἄλλ' ἶξ. — τὺ δ' ὦ μάκειρα μειδιάσαισ. In Mus. Rhen. propter duram crasin ὠράνω αἰθε-

ρος, qua Hermannus quoque et Blomfieldius offensi erant, et propter meliorum lectionem ἀπωρανωθερος δ' ἄμες πω, quo accedit nunc Par., deinde αἶψ' ἀλλ' in Aldina (et Par.), αἶψα δ' ἄρ', si Nevio fides est, in plerisque antiquis editionibus, locum nova conjectura tentavimus. Et crasis quidem illa aliis defendi videtur, quae vix minus durae sunt: Sapph. 69 κείσεαι οὐδ', Alc. 45 κωλύει αἴδως (et, si quidem recte emendavimus Sapph. 59 ἥξω οὐκέτι). Attamen, quum bonorum librorum lectio περὶ (i. e. ὑπὲρ) γᾶς μελαίνας a nobis satis firmata esse videatur, in proximis ἀπ' ὠράνω αἴθερος διὰ μέσσω intolerabili inconcinnitate laborant; prius enim aves a coelo per aetherem descendere oportuit, quam super terram volitantes Venerem veherent. Itaque ne nunc quidem suspicionis propositae poenitet:

> ἄρμ' ὑπαζεύξαισα. κάλοι δέ σ' ἆγον
> ὤκεες στροῦθοι περὶ γᾶς μελαίνας
> πύκνα δίννοντες πτέρ' ἀπ' ὠράνω θ' ἔ-
> δος πέδα Λέσβω
> αἶψ' ἄρ' ἐξίκοντο.

De δίννοντες, ut nunc scripsimus, vid. §. 8, 5. 8.

15—20) Par. ἦρε' ὅττι δ' ἦν τὸ πέπονθα — κὄττι δ' ηυτε καλημμι κὄττ' ἐμῶι μάλιστα θέλω. — μαινόλα — τιναδ' ἐυτεπείθωμαι (sed μαι eadem manu in και vel βαι mutatur) σαγηνέσσαν φιλοτατατις σωψαπφα δίκη. Secundum codicem Parisiensem jam malumus κὤττ' ἔμῳ scribere, quum crasis, quae syllabam non producit, vix recte statui videatur. Deinde in loco vexatissimo proposuimus:

> τίνα δηὖτε πείθω
> μὴ 'σάλην εἰς σὰν φιλότατα; τίς σ' ὦ
> Ψάπφ' ἀδικήει.

et apposuimus glossas Hesychianas ἀσάλειν (ita codex, leg. ἀσαλεῖν aut Lesbiace ἀσάλην), ἀφροντιστεῖν — ἀπαλεῖν (fort. ἀσαλεῖν) et ἀπαλέντες (fort. ἀσάλεντες), ἀμελοῦντες, quarum postrema aperte Aeolica est. Ad verbi constructionem confer ὑβρίζειν εἴς τινα et similia.

21) Par. *εἰ φεύγει — αἰ δε δῶρα μηδεκει' ἄλλα* (nunc nobis *ἀλλὰ* magis arridet) — *αἰδε μη — φιλήσει κῶυκ ἐθέλοις. ἐλθέ μοι — χαλεπὰν — μέριμναν ὅσα δέ μοι τελέσαι — ἱμέρει τελεσσον σὺδ' αυτὰ σύμμαχος.*

ῶ̈ ϛ: (Lacuna dimidii versus; illud signum saepius in codice).

Quum *ἔσσο* non minus in Aldina desit, suspicio, quam de hac forma concepimus, confirmari videtur. Attamen post ea quae congessimus L. II. §. 40 et in Addend. ad h. l., minus audemus eam ab Aeolica dialecto abjudicare. Eadem sententia, quam voluimus, prodibit, si cum codd. Mon. et *Δ* (ubi *αὐτᾶ*) scripseris *σὺ δ' αὔτᾳ* (i. e. *σαυτῇ*) *σύμμαχος ἔσσο*; si quis nobiscum aliquam dubitationem de imperativi *ἔσσο* antiquitate retinuerit, possit etiam *ἔσθι* suspicari, quae antiquissima imperativi forma ex Hecataeo affertur in Anecdd. Oxx. I, 207, 21.

Fr. 2. Vs. 3. *πλασίον* in Mori Longino sine varia lectione scriptum extat. 5) Optimi libri *τὸ μὴ ἐμὰν*, unde *τὸ δὴ ἔμαν* eliciendum censuimus. 8) Libri *ἔτ' εἴκει*, quod retinendum esse videtur vid. §. 4, 7 et L. II. §. 42 s. v. *ἴκω*. 13) Eo inclinamus, ut *καδδέ μ' ἴδρως*, quo ducunt Longini libri, genuinam lectionem esse et, postquam mature in *ἁ δέ μ' ἴδρως* corrupta esset, vid. §. 21. not. 11, opinionem de vocis *ἰδρὼς* genere feminino apud Aeoles natam existimemus. Cautius tamen aget, qui *ἁ δέ* retinuerit. 15) Meliore librorum auctoritate infinitivus praesentis *'πιδεύην* commendatur, quem verum censemus. 16) Cum Bergkio *ἄλλα* scribimus i. e. *ἠλεή* vid. §. 8, 8, eaque voce stropham claudimus. Reliqua *πᾶν τολματὸν ἐπεὶ [καὶ] πένητα* cum sequentibus Longini verbis *οὐ θαυμάζεις* etc. in hunc modum emendata conjungimus: *πᾶν τὸ ἀσμάτιον ὡς ἔπος εἰπεῖν — ἦ γὰρ οὔ; — θαυμάζεις ὡς ὑπ' αὐτὸ κτλ.* Et *ἀσμάτιον* a nobis acceptum Bergkius probavit.

Fr. 3. In hunc modum refingere ausi sumus:

Ἄστερες δι' ἀργυρίαν σελάναν
ἄψ ἀπυκρύπτοισι φάεννον εἶδος

ὄπποτα πλήθοισα κάλιστα λάμπῃ
γᾶν [ἐπὶ παῖσαν].

E Juliano Epist. XIX. hausimus *ἀργυρέαν*, quod in *ἀργυρίαν* mutavimus, et *διά*. Praeterea e conjectura dedimus *ἀπυκρύπτοισι* pro *ἀποκρύπτουσι* et *κάλιστα* pro *μάλιστα* vid. §. 8, 11. Corruptius quam apud Eustathium fragmentum legitur in Scholl. Hom. Anecdd. Parr. III, 233, 32.

Fr. 5. Fortasse *θαλέεσσι* scribendum est.

Fr. 7. Suspicamur: *σοὶ δ' ἔγω λεύκας ἐπὶ δᾶμον αἶγος* sc. *πίονα καύσω*, nisi rectius *δῆμον* scribitur.

Fr. 14. Proponere ausi sumus:

Χερρόμακτρα δὲ πορφύρας
ἀπαυγάμενα τιμίας
εἰς σ' ἔπεμψ' ἀπὺ Φωκάας
δῶρα τίμια κὰγ γόνων.

In libris est: *πορφυρᾶ καταυτα μὲν ἀτιμάσεις ἔπεμψα.*

Fr. 16. Quum in libris modo *ἔμμεναι φαίνεαι*, modo *ἔτι φαίνεο*, modo *ἔμμεναι λιθο* (*φηλιεο* i. e. *φαίνεο*) legatur, scribendum videtur:

Σμίκρα μοι πάϊς ἔμμεν' ἐφαίνεο κἄχαρις.

Fr. 17. Suspicati sumus

Φαῖσι δή ποτ' ἀμωνᾶν ὕπα κύκνιον
Λήδαν ὤϊον εὔρην πεπυκάδμενον.

Zonar. et Etymm. Parr. *ποταμὸν ὑακίνθινον Λ. π. εὑρεῖν ὤϊον*, Athen. *ποτε Λ. ὤϊον εὑρεῖν.* — Hesych. *ἀμώνας, τὰς ἀνεμώνας· Αἰολεῖς.*

Fr. 22. Fort. *ζὰ δ' ἐλεξάμαν.*

Fr. 27. Nunc demum Stobaei Gaisfordiani editionem Lipsiensem inspicere licuit, qua teste *νε' οὖσα* est in AB., ut nesciam, quo jure Hermannus et Schneidewinus in AB. *εὖσα* esse contendant et *νε' οὖσα* in codice Ursini. Itaque Bergkii emendatio jam reliquis probabilior esse videtur:

'Αλλ' ἔων φίλος ἄμμεσιν λέχος ἄρνυσο νεώτερον·
οὐ γὰρ τλάσομ' ἔγω ξυνοίκην ἔοισα γεραιτέρα

nisi quod Bergkius male *νεῷ οὖσα* scripserat.

Fr. 30. Malumus παῖς, ut idem sit metrum, quod fr. 19. 55.

Fr. 32. 46. Correximus fragmentum ita:

Κῆν ἀμβροσίας μὲν
κράτηρ ἐκέκρατο
Ἑρμᾶς δ' ἔλεν ὄλπιν
θέοις οἰνοχόησαι.
κῆνοι δ' ἄρα πάντες
καρχάσια [χέρσιν]
ἔχον καὶ ἔλειβον,
ἄραντο δὲ πάμπαν
[πόλλ'] ἔσλα τε γάμβρῳ.

Athenaei codices praebent κηδαμβροσίας, deinde καρχήσι' ἔχον vid. L. II. §. 19, 6 et ἔσλα τῷ γάμβρῳ.

Fr. 35. Suspicamur nunc: ὁ δ' Ἄρευς φαῖ σέ κεν Ἀφαίστω ἄγην βίᾳ.

Fr. 36. Nihil est causae, cur cum Hermanno ἄγαν mutemus; constat enim de ἄγαν νέος. Verba sic possunt in versus cogi:

— ◡ Ἄνθε' ἀμέργοισαν [ἔγων] ἴδον
παῖδ' ἄγαν ἀπάλαν.

Ad idem carmen pertinere videtur fr. 112, de quo vide infra.

Fr. 44. Rectius ἄεῤῥατε, quum in plerisque Athenaei libris sit ἀείρατε, in Demetrii ἀέρατε et ἀείρατε. — Ultimos duos versus, quos Bergkius Sapphoni e conjectura tribuit, nunc etiam certius damnamus. Ne ullum quidem Aeolicae dialecti vestigium in Demetrii libris reperitur, qui τὴν, οὔρεσι, καταστείβουσι praebent; nec satis constat num Lesbii ὤρεσι dicere potuerint, quum ὄρος sit Sapph. 21 et Alcaeo fr. 74 aequo jure ὄρεος dari possit. Postremo ne ποσσὶ quidem insuspectum est pro πόδεσσι. Quid igitur potissimum Bergkium permovit, ut eos versus e Sapphonis epithalamio petitos putaret? Comparatio, nisi fallor, cum hyacintho, quum in Catulli epithalamio LXI, 91 novam nuptam item cum hyacintho et LXII, 39 cum flore comparari videret. Vide tamen,

quantum intersit. In utroque Catulli loco flos describitur in horto diligenter educatus et custoditus, postea tenui ungui carptus; hic hyacinthus in montibus pastorum pedibus conculcatus. Huicne ut nuptam a Sapphone comparari credamus?

Fr. 45. Casu verborum ordo in altero versu a Demetrii libris discessit. Ceterum fragmentum jam in hunc modum restituere conati sumus:

FΈσπερε πάντα φρεὶς, ὄσα φαίνολις ἐσκέδασ᾽ αὔως,
φρεὶς οἶν, φρεὶς αἶγα, φρεὶς μάτερι παῖδ᾽ [ἀγαπάταν].

E conjectura dedimus *φρείς* pro *φέρεις*. Simplicis verbi *φρῆναι* i. e. *ἄγειν* imperativus *φρές* commemoratur Et. M. 740, 12 et Joann. Al. 21, 5.

Fr. 47. Scribendum est *αἰπάρθενος* vid. supra ad p. 156.

Fr. 51. Restituimus:

Ὁ μὲν γὰρ κάλος, ὄσσον ἴδην, πέλετ᾽ αἴϊ,
ὁ δὲ κἄγαθος αὔτικα καὶ κάλος ἔσται.

Fr. 53. Scripserimus (cf. §. 16, 3):

Δαύοις ἀπάλας ἐταίρας
ἐν στήθεσιν.

Fr. 57. Suspicati sumus *ἀλλοτέρα* pro *ἑτέρα*:

Οὐ γὰρ ἀλλοτέρα νῦν
παῖς, ὦ γάμβρε, τοαύτα.

De *ἀλλότερος*, quod grammatici pro *ἀλλότριος* esse volunt, vid. §. 8, 6. Rectius tamen fortasse cum Sanscrito *anjataras* ab *anjas*, Latino *alter* ab *alius* comparatur.

Fr. 58. Malumus nunc *μελλίχιος*, quod conjecit Hermannus.

Fr. 59. Si fr. 2, 8 recte *εἴκει* retineri jussimus, hic *εἴξω* scribendum est.

Fr. 63. Fortasse rectius scribetur:

Ἄγε μοι χέλυ δῖα
φωνάεσσα γένοιο.

Ita Eustathius, nisi quod *χέλυ δῖα* pro *δῖα χέλυ* ex Hermogene sumpsimus.

Fr. 66. In altero versu nunc toleramus tmesin: ἐπ', ὦ 'ραννα, σέθεν τύχοισα. Quae nuper de priore versu disputavimus, in tanta Choerobosci corruptione nimis incerta videntur. Hoc tamen tenemus, Δίκα in sequenti fragmento non posse pro Μνασιδίκα esse.

Fr. 67. In ultimis versibus ne ea quidem satis placent, quae ipsi proposuimus.

Fr. 74. Lacunam hoc modo evitari posse intelleximus.

['Ατθι], τίς δ' ἀγρόωτίν σε νόον θέλγει ἐπεμμένα
οὐκ ἐπισταμένα τὰ βράκε' ἕλκην ἐπὶ τῶν σφύρων;

Athen. I, 21 C τίς δ' ἀγροιῶτίς τοι θέλγει νόον (Eustath. om. τοι), Max. Tyr. XXIV. τίς δ' ἀγροιῶτιν ἐπεμμένα στολήν. Hanc vocem pro interpretamento a Maximo additam subaudiri volumus.

Fr. 75. Fort. Ἤρων ἐξεδίδαξεν ἄγρωσιν ἀνύδρομον. Ad hanc vocem confer Hesych. ἀνύποδας, ταχύποδας ἀπὸ τοῦ τοῖς ποσὶν ἀνύειν.

Fr. 76. Non adversamur nunc iis, qui tertium versum arcte cum prioribus jungunt et μάτεισαι pro πατοῦσαι dictum accipiunt.

Fr. 77. Secundum versum ita correximus:

ἐμφέρην ἔχοισα μόρφαν, Κλέϊς μόνα 'γαπάτα.

Nomen Κλέϊς est a κλέος ut 'Ανθίς ab ἄνθος, Θρασίς a θράσος. In tertio versu Hermannus fortasse recte ἄπασαν, nisi quod dialectus ἄπαισαν postulat.

Fr. 78. Corrige μοισοπόλων.

Fr. 79. In Museo Rhenano proposuimus:

— — — — ἀβροσύναν — — — — —
ἔγω δὲ φίλημ' ἄνικά μοι τὸ λάμπρον
πρὸς ἀελίω καὶ τὸ κάλον λέλογχε.

Quum vero particula ἄνικα sententiae parum convenire videatur, dubitamus an longius a tradita lectione recedendo ἴστε κέ μοι τὸ λάμπρον et cum Nevio λελόγχη scribere praestet.

Fr. 83. Idoneis argumentis confisi ultima abjecimus

et reliqua, unicam vocem *ἄνευ* e conjectura mutantes, in hanc rationem constituimus:

Ὁ πλοῦτος
ἄνευθ' ἀρέτας οὐκ ἀσίνης πάροικος.

Fr. 84. Probavimus Seidleri emendationem:

Σκιδναμένας ἐν στήθεσιν ὄργας
μαψυλάκαν γλῶσσαν πεφύλαξο.

Fr. 85. Correximus, *τοῦτο* e Gregorio recipientes:

['Αλλ'] ἀπυθναίσκην κάκον· οἱ θέοι γὰρ
τοῦτο κεκρίκαισ'· ἀπὺ γάρ κ' ἔθναισκον.

Fr. 86. Corr. *δακτυλίῳ.*

Fr. 92. Fort. *Φαύην δ' οὐ δοκίμωμ' ὀράνω δυςεπαύχεα* i. e. *δυςαυχέα.* De *δοκίμωμι* vid. §. 26 not. 6.

Fr. 96. Fort. *'Αμφὶ μαλ' ἄβροις λασίοισιν εὖ ἐπύκασσε.*

Fr. 101. Lege *Ἔγω δὲ κῆνο*
τῷ τις ἔραται.

Fr. 112. Fort. *Αὔτα ἔραισ' ἐστεφανηπλόκην* i. e. *ἐρῶσα.*

Addenda sunt frustula quaedam: primum, quod Sapphonis nomine commemoratur *πάρθενον ἀδύφωνον*, vid. Bergk. ad Anacr. p. 135, deinde *γέλαν δ' ἀθάνατοι θέοι* Et. M. 225, 7, quod propter *γέλαν* Bergkius ibid. p. 37 ad Aeolicum poëtam retulit; postremo

Τοίουτος εἰς Θήβαις πάϊς ἀρμάτεσσ' ὀχήμενος

Hephaest. p. 81 (ubi *Θήβας*), quem versum Blomfieldius Alcaeo dedit fr. 39, Schneidewinus Delect. p. 436, *ὀχείμενος* ex unius codicis lectione *χείμενος* restituens, Corinnae. Boeotica tamen dialectus *ἐν Θείβας* flagitaret, quare Lesbiacum poëtam agnoscere malumus.

THEOCRITUS.

Id. XXVIII. v. 9. Vituperavit nos Meinekius Delect. p. 165, quod *Νικιάας* pro *Νικιέας* scripsissemus; nam *Πυθαγόρειος* scribi, non *Πυθαγόραιος* etc. At demonstraveramus et nunc novorum exemplorum copia (vid. supra ad §. 48 et §. 50) etiam certius confirmavimus,

Thessalos Aeoles a nominibus propriis primae declinationis adjectiva in *αιος* derivasse, Boeotos Aeoles eandem terminationem mutasse in *ηος* (quod non potest ex *ειος* natum putari); quare non poteramus quin in Lesbiacae dialecti carmine librorum lectionem *Νικιάας* i. e. *Νικιαίας* veram judicaremus. Vix enim hoc quisquam arbitrabitur, patronymicum *Νικιαῖος* Boeot. *Νικιῆος* sc. *υἱός* alias leges sequi atque *Νικιαία ἄλοχος*. Postremo confer *Μελάνταος* in titulo Delio (vid. supra ad p. 7), quod patronymicum esse videtur a *Μελάντας*.

Vs. 16. Neque *εὖσαν*, quod nunc expulimus Sapph. 27, neque *ἔσσαν*, quod est in cod. 4, probari posse videtur; sed e codicis C lectione *ἐοῦσαν* genuina Lesbiaca forma *ἔοισαν* restituenda esse videtur.

Id. XXIX. vs. 4. 16. Poenitet *ἐθέλησθ᾽* et *μάτης*, quae nullius dialecti sunt, non in *ἐθέλεισθα* et *ματεῖς* vel *μάτεις* mutasse. Id tamen egimus, ut nihil sine libris mutaremus, quod Theocritus ipse dialecti errore male scribere potuisse videretur. Ameisius *Z. f. A. W.* 1841 p. 270 seqq., qui tot non Aeolica in Theocriteis relicta esse miratus est, neglexisse videtur, quae in praefatione de hac re monueramus.

CORINNA.

Fr. 11. Corrigimus *καλὰ γερή᾽ ἀϊσομένα* i. e. *καλὰ γεραιὰ ἀεισομένα*, *antiqua decora cantura.*

FOEDUS ELEORUM.

Nihil eorum, quibus a Boeckhio discessimus, probavit Franzius Elem. Epigr. Gr. p. 380. Ut omittamus, quae ipse leviora judicavit, primum cum Boeckhio spiritum asperum supprimi jubet; nam e galea Hieronis, ubi articulus spiritu caret, nihil concludi posse propterea, quod longe alia res sit in voculis. Placent sane, quae V. D. p. 98 disputavit de asperi signo in voculis

prius omisso, in nominibus propriis diutius retento, quanquam duobus tantum exemplis innititur, nr. 16 *ΗΙΑΡΟΝ Ο ΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ* et nr. 12 *ΟΘΗΕΡΜΕΣ* i. e. *ὅθ' Ἑρμῆς*. Itaque lubentissime ei praecepto obsequimur. Profitetur V. D., si *Ἠρϝαοίοις* aspero ornatum esset, concessurum se, articulum quoque cum aspero ab Eleis pronuntiatum esse. At largimur ei, *Ἠρϝαῷοι* aspero caruisse apud Eleos; recentior enim Graecorum lingua saepissime initiali *η* asperum apposuit, ut in *ἡγέομαι*, *ἡμέρα*, *ἡμεῖς* vid. §. 4, 6. 9, *ἥσσων* cf. *ἧκα*, *ἧμαι* (ex *ἡσ-μαι*) cf. Sanscr. *âs*. Nec minus probabile est *ἑκατόν* et apud Eleos et in reliqua prisca lingua lenem habuisse; nam si conferas Sanscr. *çata*, Lat. *centum*, Germ. *hund-ert*, vix dubium videtur, quin *ε* euphonice praepositum sit. Nam si vox cum *ἕν*, quod nonnulli voluerunt, composita esset, prima syllaba corripi non poterat. Restat igitur unicus articulus *ἁ*, in quo asperi signum omitti potuisse ipse Franzius docuit. Tenuerunt autem in articulo asperum adeo Lesbii *ψιλωτικοί*. — Non magis Franzio persuasimus, rectius *τῷ* et *τᾷ* legi quam *τοΐ* et *ταΐ*, neque tamen argumenta nostra refutavit; duas certe res demonstrare debebat, primum ullos Graecorum exceptis Atticis demonstrativo iota usos esse, deinde ipsos Atticos unquam brevium vocalium ante illud iota elisione abstinuisse. Ceterum eundem articuli usum pro *ὅδε* nunc in Boeoticis titulis demonstravimus vid. supra Addend. ad p. 178. — Insolita verborum *τοὶ καδαλήμενοι* collocatio, quam vituperat V. D., non latuit nos, sed maluimus hanc tolerare, quam ea, quae lectioni *τῷ καδαλημένῳ* adversantur. Fortasse lapicida, quum eas voces suo loco exarare neglexisset, minus aptam collocationem admisit. — Minime probabilia V. D. disputat in Boeckhiana lectione *λατρειόμενον* defendenda. Vix dubitamus, quin ipse, qua est sinceritate, confessurus sit, diphthongi *ευ* mutationem in *ει* neque decreti in Timotheum pessima auctoritate, neque Laconicorum nominum *Σειμήδης* pro *Θεομήδης* etc. (vid. §. 26, 5)

comparatione sustineri posse. — Maxime displicuerunt, quae in extremis novavimus. Et recte quidem offensus est V. D. iis, quae calami errore scripta sunt, *deprecatione* pro *imprecatione* et *multa centum talentûm* pro *multa talenti;* deinde articulo in *τῆπιάρῳ*, quod proposuimus; minus recte singularem *ἐντὶ* Philolai auctoritate defendit, de qua re supra diximus L. II. §. 42. Facilius eidem assentimur, quum *ἔντ'* pluralem existimari posse monet, quanquam collocatio inter singulares, *καδαλέοιτο* et *ἐνέχοιτο*, duriuscula est. Et Boeckhianam quidem vocis *ἐπιαροι* interpretationem ut nunc magis probemus, iis permovemur, quae in duobus titulis Phocicis Rossii leguntur; nr. 74, a l. 6 [*ποταποτισάτω*] *ποθ' ἱερὸν τῷ Ἀσκλαπιῷ ἀργ*[*υρίου μνᾶς* etc. et nr. 74, b l. 16 *καὶ τὸ μὲν ἥμισον ἔστω* [*τοῦ προστάντος, τὸ δὲ ἥμισο*]*ν ποθ' ἱερὸν τοῦ Ἀσκλαπιοῦ.* Rossius adnotavit: „*ποθ' ἱερὸν*, quod nescio an nusquam alibi legatur, his in locis sacram mulctam deo solvendam significare manifestum est.“ Non intelligimus, cur Rossius noluerit *ποθίερον* scribere, quae vox egregie sustinet Boeckhianam *ἐπίαρον* i. e. *ἐφίερον.*

Ad Librum Secundum.

Pag. 6. De Doridis interitu vide Franz. Elemm. Epigr. Gr. p. 185, qui liber, quum illa scribebam, non erat ad manum. Quod V. D. Amphictyonum concilium maturius quam singulas civitates vulgarem linguam in Doricae dialecti locum ascivisse e decretis in Demosthenis oratione de Corona p. 278. 279 et in Corp. Inscr. nr. 1689. a. b servatis colligit, jam paullo accuratius exponere licet. Quanquam enim decretis Demostheneae orationi insertis multum fidei haberi nequit, at non solum nr. 1689 et 1689. b nihil Dorici habent praeterquam in nominibus propriis, sed etiam nr. 1694 et ea decreta, quae in eodem lapide cum nr. 1689. b inventa Leakius edidit in *Travels through Northern Greece* Vol. II. nr. 99; postremo decretum ab Ern. Curtio in Mus. Rhen. 1842 p. 93 seqq. nr. 11 editum a verbis *πυλαίας ὀπωρινῆς ἱερομνημονούντων* exorsum postea ad Doridis usum transit. Jam vero illa Amphictyonum decreta omnia, ut Curtius Boeckhio ad nr. 1694 praeeunte bene intellexit, quanquam Leakiani tituli non memor, ad eam aetatem pertinent, qua Aetoli tantum potestatis inter Amphictyones sibi arrogaverant, ut eorum hieromnemones aut soli aut primo loco scriberentur, quod in tertii a. Ch. saeculi exitum et secundi initium cadere oportet. Nec quidquam

in iis reperitur, quod Romani imperii vestigium haberi possit; nam pro *Τειβ* . . ., quod si in nr. 1689. b l. 6 recte editum esset, titulum Tiberio imperatore non antiquiorem haberi juberet, in Leakii accuratiore apographo est *τεγο* . . . . Ceterum Doride satis incorrupta utuntur tituli Astypalaeenses, breviores tamen, Ross. II. nr. 153. 160 sub M. Aurelio et Vero scripti.

Pag. 8 nr. 2. Leakiani tituli nr. 71 octo primos versus nobilis quidam de Seidel sub initium saeculi XVIII Peloponnesum peragrans descripserat, cujus schedis cum bono fructu Keilius usus est in Anall. Epigr. p. 85 seqq., de reliqua quoque inscriptione diligenter commentatus. In versibus quarto et quinto Keilius non vidit nulla litera mutata *οὐδὴς* i. e. *οὐδείς* et *[π]ήποκα* (vid. §. 44, 2) legi posse, ut nemo ante similes victorias reportasse dicatur.

Pag. 10. *Calaureaticus* alius extat in Expédit. Scient. de Morée III. nr. 3. p. 49.

Pag. 11. *Delphici* tituli nr. 1690 extrema pars emendatior tradita est a Leakio l. l. nr. 100. Novi tituli accesserunt ab Ern. Curtio editi in Mus. Rhen. Nov. II. p. 114 seqq.: nr. 11 decretum hieromnemonum, quod ex parte vulgarem dialectum exhibet; nr. 12 Delphorum de proxenia; postremo alius titulus servi donationem sistens, quem tractaverunt Thierschius in Actis Acad. Mon. 1840 p. 67 et idem Curtius in Ephemm. Jen. 1842 nr. 246.

Phocicis adde decreta Anticyrensium apud Leakium l. l. nr. 96, valde mutila.

Pag. 12. Inter *Acarnanicas* inscriptiones eam negleximus, quae a Leakio in eodem opere Vol. IV. nr. 164 edita est, in *Ai Vasili* reperta.

Pag. 13 l. 8. Leg. „a. 282.“ Sed fugerat nos, quod Boeckhius Corp. Inscr. I. p. 85 contra Castellum, quem sequuti eramus, et alios monuit, Gelenses etiam apud Ciceronem (Verr. II, 3, 43 et 4, 33) commemorari et titulum propter literae Sigma formas Σ et C promi-

scue usurpatas multo recentiorem videri, cui libenter adstipulamur.

— l. 3 extr. Leg. *Italiotici.*

Pag. 14 extr. Leg. „nr. 2053.“

Pag. 15. *Sporadum* Doricarum tituli nunc complures accesserunt in Rossii Inscr. Gr. Ined. Fasc. II:

Theraeus nr. 198, qui Argeae cujusdam testamentum continere videtur, valde lacer; praeterea multi vel brevissimi vel recentiores.

Anaphaeus nr. 223 paucorum verborum,

Astypalaeenses: nr. 154 literaturae genere satis antiquo et qui Rossio judice vel ad quintum a. Chr. saeculum pertinere censeatur; nr. 155 et 156 antiquiores paucorum nominum; nr. 159 decretum lacerum literatura eleganti temporum Macedonicorum; nr. 161. 163 breviores.

Calymnius valde mutilus nr. 182 praeter alios breviores et recentiores. Eodem retuleris frustula Dorici decreti ad Iasenses C. I. nr. 2679, qui titulus oculos nostros fugerat.

Coorum decretum haud male servatum nr. 175 praeter brevissimos quosdam titulos. Praeterea nonnulla utilia suppeditavit titulus e Romanorum imperatorum aetate Corp. Inscr. nr. 2508.

Nisyrii tituli: nr. 161 antiquae literaturae; nr. 166, cujus altera pars Nisyriorum decretum continet Philippo Demetrii f. regnante circiter Ol. 145 scriptum; nr. 168 tituli sepulcrales.

Teliorum decretum nr. 169 inde a vs. 5 valde lacerum, satis bonae, si quid videmus, aetatis.

Ad *Rhodum* vel homines Rhodios recte testarum Olbiae repertarum (vid. Ephemm. Jen. 1842 nr. 180) inscriptiones referri videntur, quae et Doricae dialecti Rhodiacam speciem prae se ferunt et partim Rhodiacum mali Punici insigne, ut nr. 1 *Ἀρταμητίου* et rectius nr. 12 *Ἀρταμιτίου*, nr. 2 *Δαμοκράτε[υ]ς*, nr. 7 *Ἀριστοκράτευς*, nr. 11 *ἐπ' ἱερέως Ξυνοφάνευς.* Jam vero his simillimae

sunt testarum Acris in Sicilia repertarum inscriptiones, de quibus dixit Raoul-Rochette in Museo Rhenano Welckeri et Naekii Vol. IV. p. 85 ut *Ἀρταμιτίου* et *ἐπ' ἱερέως*, nec minus aliae, quas Castellus inter inscriptiones Siculas congessit in Cl. XV.

Pag. 17. Tituli Cyrenaici nr. 10. 11 etiam a Letronnio editi sunt e Pachii schedis in *Journ. des Sav.* 1828 p. 264.

Pag. 29 not. 10. Choeroboscus ad Theod. 651, 16 praebet exempla *Πάνες*, *αἶγες*, *φῶτες*.

Pag. 33 l. 21. Leg. *κομψῶς* et *ἁπλῶς*.

Pag. 36 l. 29. Leg. *ἐννέα* et *ὀκτώ*.

Pag. 39 l. 10. Apud Alcmanem fr. 59 (24) in Athenaei libris est *χωπαρα* i. e. *καὶ ὀπώρα*, unde colligere possis Lacones *ὀπάρα* vel *ὀπώρα* dixisse.

Pag. 39 l. 4. Item *ἐπ' ἱερέως* est in testa Olbiae reperta, quae non minus a Rhodio figulo facta est quam Acrensis, in qua idem legitur.

Pag. 40 l. 26. Lege *ὀκτώ* et *ἐννέα*.

Pag. 49 l. 5. Adde *Ἀβώβας ὁ Ἄδωνις ὑπὸ Περγαίων* Et. M. 4, 53 et Hesych., quod nomen nisi dialecto non diversum esse ab *Ἠοίης*, ut Panyasis Hesychio teste Adonidem appellaverat (eundem alii *Ἀῷος* et *Ἑῷος* dixerunt), indicavit Meinekius Anall. Alexx. p. 282. Descendit autem ab *ἀβώς* i. e. *ἠώς*; sed miror alterum *β*.

Pag. 50 nr. 6. Nescio an huc trahi possint *Ὄλασσος* et *Βλάσος*, quomodo Lasi Hermionensis nomen aliquoties scriptum reperitur vid. Schneidew. de Laso p. 6.

Pag. 54 in. Valde memorabilis est glossa Hesychii *Γελχάνος, ὁ Ζεὺς παρὰ Κρησίν* (cod. *κρισίῳ*), quum in nummo Phaestio legatur *ΓΕΛΧΑΝΟΣ* vid. Bullet. del Inst. Arch. 1841 p 61 et p. 174. Confirmatur hinc quam maxime, *Γ* apud Hesychium non ita pro digamma esse, ut mutata pronuntiatio significetur; recentes enim Cretes digamma in *β* mutarunt.

Pag. 61 init. *Ἀρταμίτιος* mensis est in testis nonnullis Olbiae repertis, quae sunt Rhodiacae originis, et

in titulo Coo Ross. II. nr. 175; Ἀρτεμίτιος in Calaureatico Exp. Mor.

Pag. 70 l. 7. Leg. §. 39, 5.

Pag. 73. Pro *μέσωρ*, *μέσος* Hesych., ubi *μέσορ* scribi jusserunt, literarum ordine simul restituto lege *μέσσωρος*, *μέσος*, quocum conferas glossam proxime antecedentem *μέσωρον* (leg. *μέσσωρον*), *μέσον*. Ceterum ea vox non est, quod existimarunt, e *μέσος* et *ὥρα* composita, sed e *μέσος* et *ὅρος* pro *μέσορος*.

Pag. 73 nr. 3. Plura hujus generis apud Hesychium latent, ut

μίρμα ἐπὶ τοῦ κακοπινοῦς καὶ ῥυπαροῦ καὶ πονηροῦ.
Vox aut e *μίαρμα* i. e. *μίασμα* corrupta aut sine corruptela per contractionem quandam pro *μίασμα* posita est. Cognatam glossam *μίρτουλον*, *μῖσος* (corrigunt *μῦσος*), *μίασμα* extricare non valemus.

μίρεα, *λάχανα*, si comparas *μίκαι*, *λάχανα* e *μίρκα* vel *μίρκαι* corruptum videtur, ut Laconica vox cum *μίσχος* sive *μίσκος* cognata agnosci possit. Nam *μίσχος* non minus quam *καυλὸς* et caulem et cramben significaverit.

όων

μούρταρ, *πιλός*. — [*μούρτιβοι*] *μουστῆν ζ μ.* — *μούρτιβοι*, *θυσίαι*. Ita in codice haec misere corrupta leguntur. Antiquiores interpretes Aegyptiaca, Punica, alia quaesiverunt. Nos eo minus dubitamus Laconicam dialectum agnoscere, quod illa cum glossa aperte Laconica *μοίρκορ* literarum seriem turbant. Prima ita correxerim: *μούρταρ*, *μυστιπόλος* i. e. *μύστης*. De reliquis acutiores videant.

Pag. 76 l. 24 seqq. Meinekius in Anall. Alexx. p. 247 probat Valckenarii conjecturam in Alexandri Aetoli versu anapaestico, quo Euripidem describit,

Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου στρυφνὸς μὲν ἔοικε προςειπεῖν

χαίου pro *ἀρχαίου* scribentis et de nobili Anaxagorae genere interpretantis. Nescio an rectius scribatur *ῥαχίου*, nova vox a *ῥάχος* ducta, i. e. *spinosi*, quam Anaxagorae

appellationem epitheton Euripidi datum *στρυφνός* commendat. Idem V. D. p. 270 Thestoris, qui erat Parthenii pater, cognomen *Χαός* scribit et ad generis splendorem refert, quum alii paroxytonon *Χάος*, id quod magis probamus, de librorum obscuritate interpretati sint. Omnino ne unum quidem extat certum exemplum vocis *χάϊος* extra Laconicam dialectum usurpatae vel in bisyllabum coërcitae vel generis nobilitatem describentis, si quidem de Theocriteo *χαῶν* dubitari posse concedis. Nam vox *βαθυχαῖος* Aesch. Suppl. 838, quam eo traxerunt, obscurissima est.

Pag. 78 extr. E Theraci nomine *Μελέϊππος* apud Rossium II. nr. 198 noli colligere Theraeos *σ* ejecisse, quanquam Boeckhius in antiqua inscriptione Theraea nr. 92 lacunosum nomen *ΛΕΣΙΗΠΟΣ* in *Με]λήσιππος* supplet. Hoc malim *Τε]λέσιππος* legere, quum et *Τελεσίππα* reperiatur Ther. 2448. IV, 37 et omnino nomina a *Τελε* composita in Aegidarum gente frequentia sint, vid. Rossium de Anaphe in Act. Ac. Monac. 1837 p. 438; illud formatum est quemadmodum *Μελέαγρος*.

Pag. 80 l. 10. Adde *ποποῖ δᾶ* Aesch. Ag. 1042. 1046.

Pag. 82 l. 3. Leg. §. 43.

Pag. 84 l. 10. *Μασθός* legitur in titulo Acrensi III, 35. 41, *οὐθὲν* in Coo Ross. II. nr. 175, contra *ΟΥΔΕΣ* in antiquo titulo Laconico, de quo vide supra ad p. 8, i. e. *οὐδής*.

Pag. 85 l. 21. Adde *Θεράμναι*, ut Therapnarum Laconicarum nomen apud Stephanum Byz. scriptum est.

Pag. 86 l. 19. Leg. §. 36, 1 et §. 40; hanc paragraphum restitue praeterea l. 22 et pag. 87 l. 12.

Pag. 87 nr. 10. De *Φιαλία* cf. Keil. Anall. p. 99 et nummum apud Mionn. Suppl. IV. p. 533, in quo *Φιαλέων*.

— l. 20. Leg. §. 35, 1.

Pag. 88 init. Adde *ἀνέθηκε Ἀθαναίᾳ* in antiquo titulo Laconico Leak. nr. 71 e Seidelii schedis aucto et confer Keilium Anall. p. 89, qui multa alia exempla e variarum dialectorum titulis congessit.

— **nr. 13.** Adde antiquam inscriptionem Theraeam nr. 1, 6, ubi Koppa est ante *O* in voce obscuriore.

Pag. 91 l. 15. Leg. §. 35, 1.

— **nr. 3.** De *Σοιξιτέλης* etc. cf. Keil. Anall. p. 117.

Pag. 99 l. 12. Adde Pausan. Lacon. c. 19. *Διόνυσον ὀρθότατα ἐμοὶ δοκεῖν Ψίλαν ἐπονομάζοντες· ψίλα γὰρ καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πτερά*, cf. Hesych. *ἄψιλον, ἄπτερον ἢ πολύπτερον — ψίλακα, ψιλὸν, λεῖον, πτερὸν — ψιλίον, πτερόν.* Itaque Doricum *ψίλον* pro *πτίλον* esse videtur.

— **not. 8.** Leg. §. 35, 1.

Pag. 100 l. 2. Cf. Theognost. in Ann. Oxx. II, 56, 28 (Bekk. 1421). *Συρακόσσιος· οὕτω γὰρ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου διὰ δύο σσ καὶ διὰ τοῦ ο γράφων τὸ ὄνομα παραδίδωσιν.*

— **nr. 2.** De sigma ante consonas in titulis geminato adi Franz. Epigr. p. 49, Keil. Spec. Onomat. p. 104 et Anall. p. 151.

Pag. 102 extr. Adde *Θάρων* in antiquissimo titulo Argivo C. I. nr. 2 (quod Boeckhius non recte pro *Θήρων* esse putavit vid. §. 19, 9. c) i. e. *Θάρρων*, Dorice pro *Θάρσων*, *Θράσων* vid. §. 15, 8. Rectius Boeckhius viderat, *Θαρυπτόλεμος* in antiquo titulo Theraeo nr. 16 i. e. *Θαρρυπτόλεμος* esse pro *Θρασυπτόλεμος.* In nummo Cnossio Mionn. II. p. 269 est *Θαρσυδίκας.*

Pag. 104 l. 8. Non recte Schneidewinus versum in Papyro Parisiensi servatum

οὐκ ἀξιῶ μικῶν σε, μεγάλα δ' οὐκ ἔχω

vocem *μικός* sive *μικκός* cum Letronnio Doricam existimans Epicharmo tribuit, vid. *Fragm. Griech. Dichter* etc. *von Schneidewin* p. 20. Repugnat pronominis *σε* forma non Dorica.

Pag. 108 in. Adde *Θαρρυπτόλεμος* Ther. Ant. nr. 16 et *Πτολέμαρχος* in decreto Doricae civitatis ad Iasenses C. I. nr. 2679. Item *Πτόλιχος* pro *Πόλιχος* est Aeginetae nomen Pausan. VI, 9, 1 et Corcyraei VI, 3, 5.

Pag. 109 extr. Adde *πέργους* et *πέργουλος*, quae Laconica esse pro *σπέργυς* et *σπέργυλος* mox demonstrabimus ad p. 111.

Pag. 110 l. 7. Male nomen *Φιλτίας* extare negavimus. Nam *Φιλτέας* quidem, quod nomen non diversum est, erat Calactinus ex ipsa Sicilia, Naxiacorum scriptor vid. Meinek. Anall. Alexx. p. 352, et *Φιλτιάδης* Atheniensis est apud Demosthenem in Lacr. §. 20 p. 929 Reisk., vid. Keil. Anall. p. 181. Ibidem et apud Valckenarium ad Phalar. Epp. p. XXVII. Schaef. plura sunt nominis *Φιντίας* exempla, et apud Papium alia similia ut *Φίντας* Messenius a Pausania commemoratus (cf. *Φίλτης* in nummo Chio Mionn. III, 273), *Φίντων* (cf. *Φίλτων* Keil. p. 181, quem neglexit Papius) etc.

Pag. 111 nr. 6. Adde Hesychii glossas
πέργουλον, ὀρνιθάριον ἀργειλέγω (Musur. *Ἄργει λευκόν*).
πέργουν, πρέσβεις· οἱ αὐτοί (Musur. *πέργεις*).

In altera glossa ipse literarum ordo docet non *πέργουν* cum Musuro tentandum esse, sed *πρέσβυν* scribendum. En glossam apertissime Laconicam! Quum enim *πέργουν* sit pro *σπέργυν* = *πρέσβυν*, et *υ* in *ου* mutatum et *σ* abjectum (vid. §. 15, 3) dialectum arguunt; accedit index *οἱ αὐτοί*, qui saepius in glossis Laconicis reperitur, ut in *μίργωσαι* et *μοίρκορ* vid. §. 8, 3. — In priore glossa Musuri temeritas criticos ante codicem excussum in varios errores induxit: neque tamen magis Schowii emendatio probari potest: *Ἀργεῖοι λέγουσι*. Veriora docet glossa: *σπέργουλος, ὀρνιθάριον ἄγριον*. Jam Salmasius ad Solin. p. 315. B. intellexerat, *σπέργυλος* (cujus Aeolicam formam *σπέργουλος* esse putavit) deminutivum esse a *σπέργυς* = *πρέσβυς* et ejusdem aviculae appellationem, quae vulgo a Graecis *τρόχιλος*, ab Aristotele Hist. An. IX, 11 *βασιλεὺς* et *πρέσβυς*, ab aliis *βα-*

σιλίσκος, a Latinis rex avium, regariolus, regulus, a nobis *Zaunkönig* appellatur. Ceterum *σπέργουλος* potius Laconicum est, cujus vocis quum *πέργουλος* forma sit etiam magis Laconica, apparet corrigi oportere: *πέργουλον, ὀρνιθάριον ἄγριον· Λάκωνες.*

Pag. 112 l. 14. Leg. *Concursus consonantium νσ.*

— l. 15. Leg. *altera ejecta.*

Pag. 13 nr. 8. Adde nomina *Θαρσυδίκας, Θάρρων, Θαρρυπόλεμος*, de quibus supra diximus ad p. 102.

Ibid. not. 5 *Δρίφος* barbarum dicitur ab auctore *περὶ βαρβαρισμοῦ* post Ammonium p. 195 Valck.

Pag. 115. De *Ἀρταμίτιος* et *Ἀρτεμίτιος* vid. supr. ad p. 61.

Pag. 121 l. 5. Leg. *quo accedit.*

— l. 10. Adde *πυάνιος* Alcm. 60 (28).

— l. 21 seqq. De *συκία* et nominum in *έας* et *ίας* permutatione cf. Lobeck. Parall. p. 339 et Keil. Anall. p. 72. 246.

Pag. 124. De voce *ἀμυσχρός* vid. Meinek. Anall. Alexx. p. 261 et quae nos composuimus §. 8, 3 s. v. *μούρκορ.*

Pag. 138 extr. *γλάχων* Phrynich. in Bekk. Anecdd. p. 30, 15.

Pag. 140 l. 11. Ad *κᾶπος* rectius quam ad *κάπη*, ut voluerunt, traxeris *ὁμοκάπους*, quo nomine secundum Aristot. Pol. I, 1, 6 apud Cretenses vocabantur, quos eadem domus continebat.

Pag. 143 l. 20. Cum *Πολυπαΐδης* Epidaurii nomen *Εὐπαΐδας* Thucyd. IV, 119 bene contulit Keilius Anall. p. 72.

Pag. 144 l. 9. *Σάμος* vel *Σάμιος* Spartanus et *Σάμος* vel *Σάμιος* poeta afferuntur a Keilio Anall. p. 154. Illud nomen si verius est, circumflexum postulare videtur. Nam omnia fere nomina a *Σαμ* orsa, quae Keilius eo loco congessit, nisi qua ab insula Samo ducta sunt, ea esse videntur, quae apud Atticos et Iones *η* postulent. Cum *Σάμος* et *Σάμιος* confer *Σῆμον* Deliacorum

auctorem et *Σήμιον* Atheniensem C. I. nr. 138; *Σάμων* Epirotae nomen idem est quod *Σήμων* in Epitaphio Attico; item *Σαμαγόρας* Cretensis et *Σημαγόρας* in nummo Smyrnaeo Mionn. III, 198 conspirant. Nec minus *Σάμανδρος* Corcyraeus, *Σαμέας* Himeraeus apud Phalaridem, *Σαμιάδης* Rhodius, *Σαμίδας* Thebanus, *Σάμιππος* Arcas, *Σαμόθοινος* Thessalus, *Σαμόλας* Achaeus (quibus adde Boeoticum nomen *Σάμιχος* C. I. 1574. 1590. 1608. b, Leak. 37, Curt. 8), eandem opinionem permittunt. Valde incertum est Cyziceni nomen *Σάμυλος* C. I. nr. 2158 l. 21.

P a g. 146 n r. 8. De Hippoclea cum Schneidewino meo, qui singulas operis plagulas a typotheta acceptas Pindaro potissimum consulturus perlustravit, acerrime pugnavi et, dum meae sententiae praesidia circumspicio, in ea incidi, quae rem ampliore disquisitione retractari juberent.

Primum de nominis forma videbimus. Boeckhius in Explicatt. ad Pyth. X diversas ejusdem nominis formas dicit esse *Ἱπποκλῆς*, *Ἱπποκλέης*, *Ἱπποκλέας*, Munckerum ad Anton. Liber. 34 p. 271 laudans. At hic *Ἱπποκλῆς* et *Ἱπποκλέας* idem esse nullo alio argumento demonstrat, praeterquam quod Scholia Pind. Pyth. XI extr. e vulgari lectione Iphiclidem appellant *τὸν Ἰφικλέα παῖδα Ἰόλαον*, ubi ipse Boeckhius edidit *Ἰφικλέους*, quum in Gott. scriptum sit *τὸν Ἰφικλέα ἤτοι τὸν Ἰφικλέους*. Num Boeckhius *Ἱπποκλέας* dialecto ab *Ἱπποκλέης* diversum existimaverit, non satis apparet. Müllerus tamen Dor. I. p. 90 non dubitavit *Προκλέας* Doricam nominis *Προκλῆς* formam dicere, Kuhnio (Sylburgium nominare debebat) ad Paus. III, 1 confisus. Sylburgius autem quum illo loco accusativum *Προκλέαν* ex Aeliano Hist. An. XX. c. 31 attulisset, postea ipse ad c. 15 *Προκλέα* correxit, quod a Gronovio e Med. receptum, in recentioribus editionibus extat. Haec sciens volensque silentio praetermiseram, quod in praestantissimorum hominum erroribus patefaciendis nisi ipsa re cogente commorari non amo. Nunc

commemoranda erant, quod omnia quae in rem propositam facere viderentur, congerere constituimus. — Schneidewinus igitur noster hoc lubens concessit, Ἱπποκλέας non posse vocali Dorice mutata ex Ἱπποκλέης natum esse, sed nomen Κλεύας (vide Papium et Keil. Anall. p. 71), quod pro Κλέας esset, comparans, peculiarem quandam nominis formationem agnovit. Tum ego ipsum nomen Κλέας suppeditavi, quod Keilius l. l. verissime in titulo Arcadico nr. 1513 restituit (Κλέας Θρασέαν pro Κλεασθίας Ἔαν) et Papius e nummo Attico Mionn. II. p. 142 affert; sed negavi eam terminationem, quae in simplici assumpta sit ut in Θρασέας, Κρατέας et similibus, in composito locum habere. Simul attuli Ἀριστοκλέας, Achaei nomen in titulo valde recenti C. I. nr. 812, Fourmontianis tamen schedis multum fidei haberi non posse admonens, et Ἡρακλέας in titulo recenti Attico C. I. nr. 300. I, 12, quod nomen Portae versanti mihi Keilius indicaverat; pro hoc Pouquevilli schedae Ἡρακλᾶς praebent, quam formam non minus quam Ἡρακλεᾶς indicavi ex Ἡρακλεόδωρος decurtatam putari posse, ut Ζηνᾶς et Μητρᾶς sunt pro Ζηνόδωρος et Μητρόδωρος vid. Anecdd. Bekk. p. 857. At Schneidewinus illis praesidiis Hippocleam satis muniri ratus insuper Car. Frid. Hermanni et Leutschii, collegarum doctissimorum, consensu gloriari. Cui quum paullo confidentius respondere coepissem, accidit, ut epistola nondum clausa Πατροκλέας, unus ex interlocutoribus in Plutarcheo dialogo de Sera Numinis Vindicta, miro quodam casu oblatus tandem graviorem dubitationem injiceret. Nam quum nominativus Πατροκλέας quater legatur §. 1. 2. 7. 17, vocativus ὦ Πατροκλέα bis §. 3. 8, genitivus Πατροκλέους semel §. 3, nec diversus homo is esse videatur, quem Plutarchus Quaest. Symp. VII, 4, 2 Πατροκλέα τὸν γαμβρὸν appellat, primum apparet, temere in prima libri paragrapho Xylandrum Πατροκλέης, Wyttenbachium Πατροκλεύς ex ingenio proposuisse; nam nomen Πατροκλεὺς, quo idem homo utitur in fragmento Plutarcheo Stob. Serm. CXX, 28 e

codicum AB auctoritate in *Πατροκλέας* mutari oportet, quanquam haec varia lectio ad solum primum e tribus locis affertur. Deinde patet nomen *Πατροκλέας* Plutarcho non diversum esse a *Πατροκλῆς*. Ceterum *Πατροκλέας*, quem Wyttenbachius apud Xenophontem Hist. Gr. VI, 5, 8 commemorari dicit, ibi non reperitur, sed *Πατροκλῆς* VI, 5, 38.

Jam igitur praeter *Ἱπποκλέας* quinque nomina in *κλεας* exeuntia cognovimus, quae apud Papium omnia desiderantur:

Ἀριστοκλέας Achaeus C. I. nr. 812.

Ἡρακλέας Atheniensis C. I. nr. 300 (de nomine *Ἡρακλῆς* vid. Keil. Spec. Onom. p. 17).

Ἰφικλέας = *Ἰφικλῆς* Scholl. Pind. Pyth. XI extr. Nam Boeckhium non recte genitivum *Ἰφικλέα* expulisse, ipsa Gottingensis codicis lectio docet.

Πατροκλέας = *Πατροκλῆς* Plutarch. de S. N. V.

Δαμοκλέας, cujus genitivus *Δαμοκλέα* legitur in titulo Tithorensi nr. 2 Mus. Rhen. II, 1843. p. 554.

Adeo sextum ejus generis nomen idque Thessalicum habebis *Ἐρατοκλίας* (i. e. *Ἐρατοκλέας*), si in corruptiore titulo Thessalico nr. 8 illud restituere ausus fueris. Quibus exemplis quum hoc genus homonymiae satis firmari videatur, rei explicatio circumspicienda est: nam de Dorica vocalis mutatione quum reliqua tum genitivi *Ἰφικλέα*, *Δαμοκλέα* et vocativus *Πατροκλέα* vetant. Simillima autem homonymia spectatur in nonnullis nominibus, quae modo in *ευς* modo in *εας* terminata leguntur. Ut eponymus Lepreatarum heros ab Athenaeo X, 412. A *Λεπρεύς* dicitur, ab Aeliano V. H. I, 24 *Λεπρέας*, utraque nominis forma per varios casus declinata et librorum auctoritate satis firmata; deinde idem Corinthius, Adimanti filius, qui apud Thucydidem I, 60 sqq. et II, 67 *Ἀριστεύς* audit, Herodoto VII, 137 est *Ἀριστέας*; postremo idem citharoedus Atticus *Ἀμοιβεύς* dicitur Athen. XIV, 623. D et Aelian. H. An. VI, 1, *Ἀμοιβέας* Aelian. V. H. III, 30, nulla corruptelae suspicione. Adeo Gregorius Theologus Anth. Pal. VIII, 17 *νομέας* dixit pro

νομεὺς cf. Jacobs Nott. Critt. p. 418. Eo vero majore jure utrumque homonymiae genus comparatur, quod nomina in *κλῆς* apud Homerum et in Boeotica dialecto declinatione nominibus in *ευς* simillima sunt, quemadmodum *Ἡρακλῆος* et Boeotice *Διοκλεῖος* ut *Θεσπιεῖος* a *Θεσπιεύς*. Quanquam ipsi nominativi nunquam in *κλεύς* terminati esse videntur; nam *Πατροκλεύς*, quod Papius affert e Phot. Bibl. cod. 167 cum varia lectione *Πατροκλῆς*, vix verius est quam in fragmento illo Plutarcheo et fortasse ex eadem genuina forma *Πατροκλέας* corruptum. Jam, si Rossium audimus Inscr. II. p. 20, ejus homonymiae origo ab ipsis Pelasgis repetenda est, quos saepe (id quod hodierni Graeci facere solent ut *ὁ Κύκλωπας*, *ὁ πατέρας*) accusativum pluralem masculinorum in nominativum singularem convertisse dicit, eodem *ἄνδραν*, *εὐσχήμοναν* et similes recentissimae Graecitatis accusativos trahens. At Adamantinum Corais olim similia docentem refutaverat Lobeckius Parall. p. 142. Qui quum dicat, in Dissert. de Ambiguis (quam videre nobis non contigit) ostendisse se, quo pertineant nomina propria *Λεπρέας*, *Ἀμοιβέας* et similia, ipsi de homonymiarum illarum causa quaerere eo minus periclitabimur, quod satis, id quod nostra intererat, exemplorum copia docuisse videmur, nomina in in *κλεας* eaque pro nominibus in *κλης* posita non barbara esse.

Redeamus ad Pindareum Hippocleam. Cujus nomen quanquam apparet parum recte a nobis maxime barbarum dictum esse, attamen suspicio quaedam inde oritur, quod reliqua nomina in *κλεας* exeuntia recentiore demum aetate reperiuntur. Itaque ne formam pro aetatis ratione singularem temere probemus, videndum est, qua auctoritate nitatur. Libri priore carminis Pindarici loco v. 5. dativum *Ἱπποκλέᾳ* praebent et eundem sensu destitutum altero loco, ubi e conjectura *Ἱπποκλέαν* scriptum est. Deinde scholia ad carminis inscriptionem haec adnotant: *δοκεῖ δὲ ἡ ᾠδὴ μὴ ὑγιῶς ἐπιγεγράφθαι Ἱπποκλεῖ· δέον γὰρ Ἱπποκλέᾳ. τὸ γὰρ ὄνομα ἦν Ἱπποκλέας, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος δηλοῖ.* Quibus convenienter scholia ubique pue-

rum *Ἱπποκλέαν* dicunt. Apparet autem, scholiasten id nomen non e docta quadam traditione, sed ex ipso Pindaro hausisse. Vix tamen recte collegeris, eum altero loco *Ἱπποκλέαν* scriptum invenisse; sed quum prior locus de nominis forma testari videretur, alterum minus curavit. Antiquiores illos, qui Pindari carmina collegerunt et inscripserunt, aut eas solum formas legisse quae ad nominativum *Ἱπποκλῆς* referri possent, aut hoc nomen et *Ἱπποκλέας* non diversa existimasse, antiqua inscriptio *Ἱπποκλεῖ* patefacit. Quae quum ita sint, parum caute is agere videtur, qui altero loco literam sine libris addendo accusativum *Ἱπποκλέαν* efficiat; nam *Ἱπποκλέᾶ*, quod proposuimus, etiamsi priore loco *Ἱπποκλέᾳ* teneas, non minus ferri potest, quam in eadem Plutarchi paragrapho *ὦ Πατροκλέα* et *Πατροκλέους* juncta sunt. Neque G. Hermannus audiendus est, quum in Emendationibus Pindaricis dictionem poeticam articulum *τὸν Ἱπποκλέαν* non ferre opinatus *τὸν Ἱπποκλέα σ' ἔτι* scripsit, ut Hippocleae pater eodem nomine usus sit. Sola enim Pythia perlustranti tria articuli cum nominibus juncti exempla se obtulerunt: II, 73 *ὁ Ῥαδάμανθυς*, IV, 66 *ἅ τε Πυθώ*, XI, 59 *τὸν Ἰφικλείδαν Ἰόλαον*. Restat ut de priore loco dicamus. Ubi si quis traditam lectionem mordicus tenere velit, nunc quidem non conabimur eam ut barbaram per vim eripere, sed lectionem nostram, quae ne una quidem litera mutata insolentiorem et pro aetatis ratione suspectam nominis formam eamque parum munitam removet, etiamnunc nobis non displicere libere profitemur.

Pag. 160 l. 15. Adde *Βῶλις* Cretensis nomen Polyb. VIII, 17 i. e. *Βουλίας*, neque credo ab Herodoto VII, 134 virum Spartanum justa nominis forma Laconica *Βοῦλιν* appellari.

Pag. 161 l. 13. De *κωραλίσκος* cf. Bergk de reliq. com. Att. p. 431.

Ibid. not. Eadem traduntur in Anecdd. Pariss. III. p. 344, ne hic quidem integra.

Pag. 162 l. 10 seqq. Apud Callimachum talia le-

guntur: ὤρεσιν h. Cer. 52, μῶνος Lav. Pall. 29. 75. 132, h. Cer. 8. 94. 112, γώνατα Lav. Pall. 84.

Ibid. not. 11. Similia Choeroboscecis leguntur in Etymologici cod. Havn. post Et. Gud. p. 978. Herodiani locum Lehrsius in Mus. Rhen. Nov. II. p. 345 ita scribit: „Νεῖλός τε“ γὰρ λέγεται κατὰ διάλυσιν. Parum placet.

Pag. 163 l. 3. Adde δῶλαι Callim. Lav. Pall. 47.

Pag. 165 l. 15 seqq. Valde poenitet neglexisse Suidae glossam: βῶν, ἀσπίδα· Ἀργεῖοι. Jam enim id, quod conjici posse dubitantius indicavimus, satis certum habemus: Argivos cum paucis fortasse aliis Doriensium βῶς, χῶς, Τύδης, νᾶς dixisse, vocali υ, quam e digamma ortam constat, ejecta.

Pag. 171 l. 7. Idem Δωρίμαχος traditur in titulo Acarnanico Leakii nr. 164.

Pag. 173 l. 3. Adde e Rossii Theraeo nr. 198 τός, Coo nr. 195 προθυμοτέρος αὐτός et ποτὶ τὸς θεός. Praeterea nunc discimus, Astypalaeenses eadem correptione usos esse, quum nr. 159 legatur [ἀγα]θὸς ἄνδρας, quanquam in Astypalaeensi Romanae aetatis C. I. nr. 2485 bis est τούς.

Pag. 174 l. 9. Item αἱρεθείς Astypal. 2484 et nr. 159 Ross.

Ibid. l. 20. De βιοπλανές cf. Et. M. 198, 13 et Jo. Alex. 15, 26.

Pag. 176 nr. 6. Adde ἀπολείπεν Ther. 198 R., δεδώκεν Nisyr. 166 pro δεδώκειν vid. §. 41, 3; Rossius male formam non Doricam δεδωκέν[αι] restituit.

Pag. 177 l. 7. Leg. τελέν pro τεκέν.

Ibid. l. 21. In titulo quidem Telio nr. 169 R. Brockii hypotrierarchae apographum praebet καλος καὶ λυσιτελος et deinde ἀπροφασιστος. Ubi quum Rossius illa in καλῶς καὶ λυσιτελῶς mutaverit, eodem jure ἀπροφασίστως scribere debebat; nam adjectivum vix locum tuetur. Telios ne vulgari quidem correptione usos esse docet infinitivus ἀνοικοδομηθήμειν Rhodiorum morem sequutus.

Pag. 179 l. 11. Adde nunc Astypalaeenses et Nisyrios, vid. supr. ad p. 173 et 176.

Pag. 181 l. 4 **extr.** E Papio addantur Hermionenses *Θεαρίδας* et *Θεαρίς*, deinde *Θεάριον*, locus Aeginae Apollini sacer et *Θεαρίων* Aegineta; postremo *θεαροδοκία* Delph. nr. 12 Curt.

Pag. 183 l. 25. Leakii apographum nr. 100 recte *οἰκίας* praebet.

Pag. 185 l. 15. Hic commemorare placet formas quasdam pro vulgari *ἱερατεύω* et rariore *ἱερητεύω* in titulis Cyrenaicis obvias: *ἱαριτεύω* nr. 1 et in duobus brevioribus, *ἱαρειτεύω* nr. 12, *ἱεριτεύω* in recenti titulo breviore, *ἱερειτεύω* nr. 10.

Pag. 187 nr. 5. Müllerus Dor. II. p. 18 et 518 *Ποίθιοι*, ut apud Photium Pythii, Spartanorum magistratus, scribuntur, Doricam formam esse putavit. Keilius Anall. p. 163 addit *Κάρσια*, *Καρσιάτης* etc., quae apud Stephanum Byz. literarum ordine laeso leguntur pro *Κάρυα*, quod est Laconicae oppidum. Auctoritates tamen parum firmae sunt.

Pag. 187 l. 7 **extr.** Eadem glossa *ψούδια* apud Suidam legitur.

Pag. 188 l. 8 **seqq.** Adde *Ἀγγία* Ther. 198 R., quum idem nomen vulgo *Ἀγγεία* sonet, et *Εὐανόρεια* Astyp. 156, nisi forte *Εὐαγόρεια* corrigendum est cf. *Ἀρισταγόρεια* Keil. Anall. p. 78: deinde *ποιήσασθαι* in Coo nr. 175 et Telio nr. 169 R. In Delph. Eph. Jen. Curtius l. 1 *Βοόν* pro *Βοιόν* et inde l. 3. 6 gentilia *Βοαῖος* et *Βοαία* scribi putat. At neque a *Βοῖον* gentile *Βοιαῖος* derivari potest et l. 1 *Βοῷ* traditur, quod Curtius in *Βοῷ* mutavit, quare obscurius quoddam oppidulum intelligendum esse videtur.

Ibid. l. 28. Adde *ζόαν* et *ἔζοεν* in epigrammatis Theocriti XVII et Theodoridae Anth. Pal. XIII, 21, quae satis pura Doride utuntur.

Pag. 190 l. 9. Nunc Boeckhium recte fecisse credimus: nam praeter ea exempla, quae attulimus §. 11,

1, *ἀφηρωΐξαι* legitur in plurimis titulis Theraeis apud Rossium nr. 203—218.

Ibid. nr. 8. In titulo Alaesino iota omissum aetatis fuerit ut in Astypal. 2485, qui a. 105 a. Chr. scriptus est. Ea enim aetate illud negligentiae genus grassari coeperat vid. Franz. Epigr. p. 155. 233.

Pag. 191 l. 18. Eodem Huschkius de Annio Cimbro p. 31 retulit *πᾶς*, quod in Et. M. 651, 4 et Et. Or. 136, 15 a Syracusanis pro *πατήρ* dictum esse traditur. Male tamen cum Valckenario ad Herodot. IV. p. 307 et ad Adon. p. 382 *πᾶ* scribi jubet; nam de nominativo *πᾶς*, gen. *πᾶ* constat praeterea e Choerobosco Bekk. p. 1181, Arcadio p. 125, 17, Et. Gud. 451, 1 et Eustath. 565 in. Apud Aeschylum Suppl. 869. 876 pro *ὦ βᾶ γᾶς παῖ Ζεῦ* e scholio *ὦ πάτερ Ζεῦ, γῆς παῖ* Valckenarius proposuit *ὦ παῖ γᾶς πᾶ Ζεῦ*, quum vulgo Scaligero praeeunte *βᾶ* e *βασιλεῦ* decurtatum putetur. Nolo quidquam affirmare; suspicionem tamen quandam injiciunt glossae Hesychianae: *Βαγαῖος* — *Ζεὺς Φρύγιος* et *Μαζεύς*, *ὁ Ζεὺς παρὰ Φρυξί*. Quid enim, si Aeschylus peregrina dei nomina captans scripserit *ὦ Βαγαῖε Μαζεῦ* aut *ὦ Βαγαῖε πᾶ Ζεῦ*? — Ibidem v. 867. 876 *ὦ μᾶ γᾶ* scholia interpretantur *ὦ μῆτερ γῆ* et Eustathius quoque l. l. docet *μᾶ* pro *μήτηρ* esse. Quare recte apud Theocritum XV, 89 idem usus agnoscitur, quum scholion a Ruhnkenio e codice Parisiensi proditum *τὸ μᾶ* dicat *Συρακούσιον ἐπὶ ἀγανακτήσεως λεγόμενον*. Bene enim Valckenarius comparavit *Δάματερ* item in interjectionem versum. Ceterum *μᾶ* cum *μαῖα* comparandum est ut *γᾶ* cum *γαῖα*. — Jam vero credibile est, brevissimas illas voculas *πᾶς* et *μᾶ*, quae rectius simplicissimas stirpes exhibere quam apocope quadam orta putantur, apud Siculos potissimum usurpatas et fortasse apud Sophronem lectas fuisse. E Sicilia cum aliis non paucis Aeschylus apportavit.

Pag. 194 l. 9. Attamen *χρυσῷ στεφάνῳ* legitur Calymn. 2671.

Pag. 199 l. 13. Adde *Ἑρμάν* pro *Ἑρμάων* i. e. *Ἑρμῆς* in hymno Isiaco v. 10.

Pag. 200 l. 6. Lege „*γαμέτρας* pro *γημέτρης*."

Ibid. l. 11. Parum recte *Λευτυχίδας* Ionicam formam diximus; nam ad eam dialectum potius *Λεωτυχίδας* pertinet, ut vulgo Laco ille appellatur. Illius contractionis ratio omnino singularis et perobscura est.

Ibid. nr. 8. Eodem pertinet Minervae epitheton *Πολιᾶχος* in titulo Laconico nr. 71 Leak. e Seidelii schedis bene a Keilio agnitum. Minus tamen recte *Πολίαχος* scripsit; nam *Πολιᾶχος* justa contractione Dorica e *Πολιαόχος* factum est ut vulgo *πολιοῦχος* e *πολιούχος*.

Pag. 201 nr. 9. Item vulgaris contractionis ratio spectatur in nominibus propriis quibusdam ab *ἀγλαός* descendentibus, quae singulari prope Theraeorum, Anaphaeorum, Cyrenaeorum more vocales conjungunt: *Ἄγλων* in antiquo titulo Theraeo nr. 1. b *B. A.* pro *Ἀγλάων*, *Ἀγλωφάνης* in Ther. 2460. 2461 et 215. 221 R., quum C. I. nr. 2463 *Ἀγλαοφάνης* legatur, et Anaph. nr. 223 R., postremo *Ἀγλώμαχος* Herod. IV, 164, qui est Cyrenaeus. E titulis non Doricis confer *Ἀγλωχάρης* et *Ἀγλωθέστης* nr. 119. 142 R., deinde historiarum scriptorem *Ἀγλωσθένης* Poll. IX, 83.

Pag. 205 in. Recte Callimachus Lav. Pall. l. 15. 134 *λωτροχόοι*, 72 *λῶντο*, 73 *λώοντο* (e *λόοντο* et *λοέοντο*).

Ibid. nr. 4, a. Eadem terminatio *ου* spectatur in Sporadum Doricarum titulis Rossianis, et bene Rossius intellexit in antiquo titulo Nisyrio nr. 165 *ΤΟ* non *τῶ*, sed *τοῦ* pronuntiandum esse, quod *Ω* ibidem appareret in *ΧΩΡΙΟΝ*.

Ibid. l. 25. Leakii apographon tituli Opuntii II. nr. 39 praebet *ΔΑΜΟ..* et *ΕΡΟΔΑΜ...*

Pag. 209 l. 11. Lege „*ἀνκοθαρίοντι* pro *ἀνακαθαροῦσι*."

Pag. 210 l. 16. Item in Hesychii glossis *μόζοντι. πυρέσσοντι, πονοῦντι* et *μοζοῦντες* (cod. *μογζοῦντες*), *πυρέσσοντες, πονοῦντες* scribendum esse videtur *μογίοντι* et

μογίοντες, quibus mutationibus simul literarum ordini consulitur, cf. *μογείοντι* (leg. *μογίοντι*), *πονοῦσι*, *πυρέσσουσι*· *Δωριεῖς*.

Pag. 214 a). Adde *καλεῦνται*, quod Doricum esse traditur Jo. Gr. 243. b.

Ibid. b). Adde Astyp. nr. 159 R. *Ἁγνοτέλευς*, nr. 161 *Νικοσθένευς*, nr. 163 *Ἰασικλεῦς*; e testis Rhodiacis Olbiae repertis *Δαμοκράτευς*, *Ἀριστοκράτευς*, *Ξενοφάνευς*.

Pag. 215 in. Adde Nisyr. 168 R. *Κυδρογένευς* et *Δαμοκρίνευς*, Calymn. 182 R. *Ἀκροτέλευς*, Ther. rec. 216 *Συμάρευς*, Anaph. 223 *Ἀγλωφάνευς*; e nummo Cyrenaico Mionn. VI, 562 *Θευφείδευς*.

Ibid. l. 23. Casu excidit nota huc pertinens: Jo. Gr. 243, b, Gr. C. 358, Meerm. 659 Dorica dicunt *Θευκυδίδης*, *Θευκράτης*, *Θεύφραστος*. — Et. M. 441, 11 *θεῦν Ἄρτεμιν*, σημαίνει τὴν θεόν· καὶ κράσει Δωρικῇ τοῦ *εο* εἰς τὴν *ευ* δίφθογγον. Choerob. Bekk. 1231 (Gaisf. 421, 27) plenius affert *τὴν θεῦν Ἄρτεμιν οἷ ἔπαθεν* et *θεῦν* crasi Dorica vel Ionica factum dicit. Ceterum non dubitamus, quin frustulum illud Callimacheum sit.

Deinde adde *Θεύδωρος* in titulo Coo nr. 175 R., *Θευμέλων* in nummo Cnidio Mionn. III, 140, *Κλεύφαντος* in Calymnio titulo recentiore nr. 185 R., *Θευφείδης* in nummo Cyrenaico Mionn. VI, 562. Contra *Νεομήνιος* et *Θεοφάνης* sunt Astyp. nr. 154 et *Θεοθέμιος* in Theraeo antiquo nr. 200 R. — Postremo notatu dignum est *Λευντιάδας* Calymn. 182 R. pro *Λεοντιάδης*.

Pag. 216 l. 29. Epicharmeum *καλοῦσα* nunc emendatione probabili sustulimus nec fr. 137, ubi *φθονούμενος*, genuinum esse putamus. Contra adde *αἰρούμενοι* e titulo Coo nr. 175 R.

Pag. 218 nr. 5. De nominibus *Σείτειμος* et *Σειδέκτας* vid. Keil. Anall. p. 92. 94. *Σιδέκτας* legitur C. I. nr. 1352, Expéd. de Mor. II. p. 74 et Leak. Mor. nr. 17, qui titulus paullo antiquior esse videtur, quod praeter Antonium et Pollionem Romana nomina insunt nulla. Minus recte Keilius p. 237 *Εἴδεκτον* Corinthium antiquis-

simi temporis Paus. IV, 19, 1 in *Σείδ.* vel *Σίδ.* mutari jussit.

Ad nomina a *κλει* composita jam confer e Papio *Κλεισώνυμος* et *Κλεώνυμος* — *Κλεισιθήρα* — *Κλεήσιππος* et *Κλεΐππος*.

Pag. 220 d). Adde e Doride insulari: Astyp. 154 saeculi V *Θεοφάνεος*, quum recentiores ejusdem insulae tituli terminationem *ευς* praebeant; Nisyr. 166 circa Ol. 145 *Λυσικράτεος*, quum ibidem in monumentis sepulcralibus *ευς* reperiatur; Co. 173 *Ξενοκράτεος* et *Ἀνδρομένεος*; Ther. ant. 200 *Καλλικράτεος* et *Φιλιστοκράτεος*. Tituli omnes Rossiani.

Pag. 222 in. Adde *ὠλιεύς* Sophr. 4.

Pag. 229 not. Callimacheum fragmentum *ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος κτλ.* male ipsi Hipponacti datum est a Küstero, quem Welckerus fr. 34 et Schneidewinus fr. 27 sequuti sunt.

Pag. 232 infr. Adde e Rossio genitivos *Ἀγεπόλιος* Co. 178, *Νεομήνιος* Astyp. 154, *Θεοθέμιος* Ther. 200. Ad hujus normam in breviore titulo Cyrenaico *Κλευθέμιος* pro *Κλευθεμος* scribendum esse videtur.

Pag. 233. Addantur e Papio *Ἄλεξις* Spartanus, *Βοῦλις* Spartanus et *Βῶλις* Cretensis, *Ζεῦξις* Tarentinus, *Τέλλις* Spartanus, *Τῖσις* Messenius, *Χαῖρις* Corcyraeus, pro *Ἀλεξίας*, *Βουλίας* etc., nec minus *Δᾶμις* Messenius pro *Δημέας*, vid. Pap. p. 5. 6 et Keil. Spec. Onom. p. 79. Genitivus *Κάλλιος* legitur Nisyr. 168. b R.

Pag. 235 l. 12. Adde *Ἀρατογένου* in titulo Calymnio non infimae aetatis nr. 179 R., *Θεογένου* ibid. 185. a etc.

Pag. 237 in. Item *ἱερέως* est in testis Rhodiacae originis, *βασιλέως* Nisyr. 166 R., *Πατρέως* Co. 173 R., *Ἀριστέως* Calymn. 182 R., ut appareat eam formam Rhodiis eorumque vicinis communem fuisse. — Accusativi accedunt Nisyr. 166 *βασιλῆ*, Acarn. 168 Leak. *Πατρῆ*.

Pag. 238 l. 13. Adde *Ἰσθμῶς* Ther. 198 R.

Ibid. l. 16. Parum recte Meinekius Anall. Alexx. p. 313 *Κελαινόος, Καλλιστόος* Graeca esse negavit.

Pag. 242 in. Simili modo in hymno Isiaco *βασιλήιος* et *γονήιων* scripta reperiuntur Col. I. v. 19. 39 et Col. IV. v. 1.

Pag. 244 l. 16. In titulo Calaureatico corruptissimo Exp. de Mor. III. p. 49 *Ποσειδάν* parum certum est.

Ibid. l. 24. In antiquo epigrammate, quod in honorem Atheniensium a. 432 ad Potidaeam occisorum positum est, C. I. nr. 170 *Ποτείδαια* legitur. Ceterum ad *Ποτιδᾶς* et *Ποτιδάν* cf. *Ἑρμᾶς* et *Ἑρμάν*, quae forma legitur in hymno Isiaco Col. I. v. 10, ex *Ἑρμάων* contracta ut *Ποτιδάν* e *Ποτιδάων*.

Pag. 246 post l. 9 adde: *τέττιξ* teste Herodiano apud Dorienses genitivum *τέττικος* habet vid. Choerob. ad Theod. 310, 11 (Bekk. 1423): *λέγει ὁ Ἡρωδιανὸς ὅτι τὸ κεχρεωστημένον ἀνεπλήρωσαν οἱ Δωριεῖς καὶ οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦ κ̄ κλίνοντες αὐτὸ οἷον τέττικος· ταῦτα δέ ἐστι τῆς δόξης ὅτι παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει διὰ τοῦ κ̄ κλίνεται· ἡ δὲ παράδοσις τῶν ἀντιγράφων οὐκ ἔχει οὕτως, ἀλλὰ διὰ τοῦ γ̄.*

Ibid. l. 13. Quod Bergkius Schneidewini Delectum in censuram vocans proposuit, *ὦαθ' ἑταῖρον*, id ipse Schneidewinus in Addend. p. 471 scribi jusserat.

Ibid. not. 7. Meinekii commentatio de Cercida nunc legitur in Anall. Alexx. p. 385 seqq. De nominis accentu Vir Egregius p. 388 iisdem testimoniis usus est quibus nos. Adde Ann. Oxx. II, 295, 12, ubi eadem traduntur, quae a Choerobosco.

Ibid. not. 9. Dele „Suid. *ὠατοθήσομαι, ἀκούσομαι· Δωριεῖς.*"

Pag. 250 l. 19. Leg. „*Doridi*" pro „*Doricas.*"

Pag. 256 l. 3. Leg. „*Nominativus*" pro „*Nominibus.*"

Pag. 260 l. 22. Leg. „*dativorum*" pro „*genitivorum.*"

Pag. 265 l. 13. Adde *τοὶ ταμίαι* e Coo Rossii nr. 175.

Pag. 268 in. Epicharmeum versum non intellexit Demetrius rhetor de eloc. §. 24: *Ἐστὶ δὲ κῶλα, ἃ μὴ*

ἀντικείμενα ἐμφαίνει τινὰ ἀντίθεσιν διὰ τὸ τῷ σχήματι ἀντιθέτως γεγράφθαι, καθάπερ τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ τῷ ποιητῇ πεπαιγμένον, ὅτι

Τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγών

Τὸ αὐτὸ μὲν γὰρ εἴρηται καὶ οὐδὲν ἐναντίον. ὁ δὲ πλανῶντι ἔοικεν. ἀλλ' οὗτος μὲν ἴσως γελωτοποιῶν οὕτως ἀντέθηκε καὶ ἅμα σκώπτων τοὺς ῥήτορας.

Pag. 269 not. Meinekius quoque noster vidit *ὦ ξέν'* scribendum esse Delect. Anth. p. 120.

Pag. 278 l. 19. Adde *δυσὶ* Astyp. 163 R.

Pag. 282 nr. 4. Substantivum *ἰκὰς* pro *εἰκὰς* est in titulo Nisyrio nr. 166 R.

Pag. 283 l. 4 extr. Leg. „*et Megarenses.*"

Pag. 284 l. 12. Doricum *ἄγνω* vel *ἀγνῶ* nunc video a Laso Hermionensi usurpatum videri in hymni initio apud Athen. XIV, 624. f., ubi Casaubono librorum lectionem *ἀναγνων'* vel *ἀναγνῶν* in *ἀνάγων* mutanti recentiores assensi sunt. Restitue *ἀνάγνων* aut *ἀναγνῶν*.

Pag. 286 l. 13. Choeroboscus ad Theod. 571, 21 (qui locus ab excerptore Anecdd. Oxx. IV, 188 valde corruptus est) docet, Dorienses in perfectis Attica reduplicatione instructis tertiam ab initio natura longam pati contra consuetudinem Atticam: *πρόσκειται „ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις διαλέκτοις"*, *ἐπειδὴ ὅτε* (leg. *ἔσθ' ὅτε*) *οἱ Δωριεῖς φυλάττουσι τὴν τρίτην ἀπὸ ἀρχῆς συλλαβὴν φύσει μακρὰν, οἷον τοῦ ὁρῶ παρ' αὐτοῖς ὁ μέλλων ὁρήσω, ὁ παρακείμενος ὤρηκα καὶ ὁ Ἀττικὸς ὀρώρηκα καὶ φυλάττεται παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν ἡ φύσει μακρά· καὶ πάλιν ἀκούω ἀκούσω ἤκουκα καὶ ὁ Ἀττικὸς ἤκουκα παρ' αὐτοῖς.* At exempla illa nova et inaudita *ὀρώρηκα* et *ἀκήκουκα*, quae certe *ὀρώρακα* et *ἀκάκουκα* sonare debebant, suspectissima sunt. Nec multum profeceris, si de *ὀρώρηκα* ab *ὄρνυμι* cogitaveris.

Pag. 293 l. 3. Leg. *λῶντι*.

Pag. 294 l. 24. Contra *ἦ* est in Astyp. 159 R.

Pag. 296 nr. 4, a adde *δόντω* Astyp. 159 R. et *παρεχόντω* Delph. Eph. Jen.

Ibid. b). Item in Coo nr. 175 R. sunt *ἀναθέντων*, *ἀγγραψάντων*, *τεισάντων*.

Pag. 310 l. 16. Dubitari tamen potest, an tituli illius dialectus Arcadica fuerit vid. supra p. 536.

Pag. 312 l. 6. Compara formas plurales *φλεγέθοίατο*, *παρείατο* etc. apud poëtas Alexandrinos pro singularibus positas vid. Meinek. Anall. Alexx. p. 158.

Pag. 315 l. 24. Eadem terminatio rectissime traditur in *ἀνοικοδομηθήμειν* in titulo Telio nr. 169 R., ubi Rossius male iota ejecit.

Pag. 316 l. 28. Adde *ἀνέθηκαν* e titulo Astyp. nr. 154 R. saeculi quinti.

Pag. 319 l. 5. Adde *πάρεστι* Nisyr. 166 R.

Pag. 321 l. 9 extr. Leg. „*Dorico*" pro „*Laconico*." Item *ἔσο* est in Cleobuli Lindii dicto apud Suidam s. v. *Κλεόβουλος*. Saepe legitur *ἔσο* vel *ἔσσο* apud recentiores scriptores epica aut vulgari lingua usos, ut Leonidam Tarentinum Anth. Pal. IX, 318, Crinagoram ibid. X, 24 etc. Nonni et aliorum exempla collegit Lehrsius Quaestt. Epicc. p. 331. Confer Hesych. *πάρεσο*, *παραγενοῦ*.

Pag. 323. Adde *ἐόντι* Delph. 11 Curt., *ὤν* Delph. I. L., *οὖσα* Ther. 198 R.

Pag. 328 l. 8. Dele „*ἔσταχ' ὧδε* 18"; aliam enim Epicharmo medelam adhibendam esse postea intelleximus. Jam vero omnia tertiae personae exempla Epicharmea Syracusanam terminationem *ει* admittunt solo *οἶδεν* fr. 96 excepto, cujus verbi ratio singularis esse solet.

Pag. 330 extr. Correpta terminatione *δεδώκεν* est in titulo Nisyrio nr. 166 R., a Rossio male in *δεδωκέναι* mutatum.

Pag. 334 not. 4. In Anecdd. Parr. III, 296, 26 ipsum fragmentum Pindaricum e Prosodiis traditur: *μεμναίατ' ἀοιδῆς*.

Pag. 337 l. 22. De *ἀνάγνων* apud Lasum vid. supra ad p. 284.

Ibid. l. 30. Grammatici testimonium de ἄκουκα nullius pretii esse supra indicavimus ad p. 286.

Pag. 341 l. 9. Adde εἶπαν e titulo Coo nr. 175 R. Doriensium esse dicitur ἔπετε pro εἴπατε Anecdd. Bekk. 1096, vix recte.

Ibid. l. 22. Idem παρείσχηται est in titulo Olbiensi C. I. nr. 2058. A.

Pag. 342 post l. 8 adde: ἧσμαι Doricum dicitur pro ἧμαι in Anecdd. Parr. IV, 22, 8, quare καθῆσται pro κάθηται scripsimus Sophr. 27. b; ἥσθων Cret. 2554.

Pag. 349 l. 20. Bene Meinekius noster divinavit, nos Epicharmei loci emendationem, quam olim probaverat, Hesychiana glossa correcta sustenturos esse, vid. Anall. Alexx. p. 134. — Adde participium μωμένη, quod Soph. Trach. 1136 verissima conjectura pro μνωμένη scriptum est.

Pag. 350 l. 21. Partic. εἰδότες in titulo Coo nr. 175 R.

Pag. 353 l. 21. Attamen χρῆσθαι in titulo Nisyrio nr. 166 R. mitioris dialecti aut ad χράομαι aut ad χρῆμαι referendum est.

Pag. 355 in. Nisyr. 166 R. πὰρ βασιλέως, Co. 175 πὰρ Δία, πὰρ τὸν, ἀγγραψάντων, sed ἀναθέντων et ποτὶ τὸς θεός.

Pag. 357 nr. 3. Adde περιέναι, quod e Pindaro affertur in Anecdd. Oxx. IV, 309, 20, ubi praeterea πέροδος, quod Pindaro Erasmi Schmidii conjectura datum erat, post Eustath. Prooem. Pind. p. 12 confirmatur.

Pag. 358 nr. 5. Ἐχθνόμενα est in titulo Telio nr. 169 R.

Pag. 359 l. 13. Astyp. 159, Co. 175. Ther. 198 ἐς, Calymn. 186 R. εἰς.

Pag. 370 l. 9. Idem ὁμῶ est in hymno Isiaco Col. IV. v. 1.

Pag. 379 l. 13. Leg. Pind. P. IX, 88. Ceterum ἀέ hic e conjectura scriptum est pro ἀεί.

Pag. 386 nr. 1. Adde *δρῦς*, de quo Scholl. Arist. Nub. 401: *Πελοποννήσιοι ἀρσενικῶς τοὺς δρῦς.* Recentissimi scriptores imitati sunt.

Ibid. not. 1. Adde Choerob. Oxx. II, 235, 22 *παρὰ τοῖς Δωριεῦσι θηλυκόν· οἷον ἡ λιμός.*

Pag. 388 not. 4 l. 8. Leg. *οἷον*, et l. 9 *προβάτου.*

Pag. 391 not. 11. Adde: Choerob. Oxx. II, 235, 24 *λίτρα: ι· εὕρηται γὰρ ἐν συστολῇ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν.* — Ann. Oxx. I, 427, 13 *λίτρα· τοῦτο δὲ σημαίνει παρὰ μὲν τοῖς Σικελιώταις τὸ νόμισμα καὶ τὸν ὀβολόν· παρὰ δὲ τῇ συνηθείᾳ τὸν σταθμόν.*

Pag. 393 in. Rectius *ἑξᾶς* etc. scribi ex Arcadio p. 21 l. 20 sero didicimus: *τὰ εἰς ξᾶς* (leg. *ᾱς* e cod. Havn.) *ἐκτεταμένον ἔχοντα τὸ πρὸ τῶν διπλῶν βαρύνονται, Βύξας, ἔλιξας, ἀλείψας. τὸ μέντοι ὑψᾶς περισπᾶται καὶ τὸ ἑξῆς* (leg. *ἑξᾶς* e cod. Havn.) *ἐπὶ ποσότητος ὄν.* Distinguitur ab *ἑξάς* gen. *ἑξάδος*, quod est *ἐπὶ ἀριθμοῦ.*

Ibid. l. 13. Leg. *derivat* pro *dicit.* Praeterea adde: *λέπορις* vid. Varr. de L. L. V §. 101 Müll. „Lepus, quod Siculi quidam Graeci dicunt *λέποριν*; a Roma quod orti Siculi, ut annales veteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt et hic reliquerunt id nomen.“ Eodem auctore de R. R. III, 12 lepus est a Graeco vocabulo antiquo, quod *Aeolis Boeotii* leporem *λέποριν* appellabant et (ap. Gell. I, 18) lepus est vocabulum antiquum Graecum. De Boeotico *λέπορις* aut antiquitus Graeco aegre credo. Veriora fuerint, quae Varro primo loco tradit.

Pag. 408 in. Argivis nunc praeterea vindicavimus vocalem *υ* e digamma ortam ejiciendi morem, ut *βῶς, χῶς, νᾶς, Τύδης* vid. ad p. 165.

Pag. 409 extr. Nunc de terminatione *ντων* etiam apud Coos regnante constat vid. ad p. 296.

Pag. 410 l. 15. Quae Bernhardyus comparavit cum *ἐγκάτθετο νηδὺν* Synt. 213 aut incertiora sunt aut parum similia, et vide ipsum Hermannum de *ἐμπίπτειν* c. acc. ad Oed. Col. 946.

Pag. 411 l. 7 extr. Parum considerate ea addita sunt, quae recentiorem dialectum Delphicam ab Aetolis ducunt; nam tituli nr. 1690. 1693 ante Aetolorum dominationem scripti sunt.

Pag. 412 in. Nunc aliis quoque vicinis Doriensibus maturum genitivorum in *εως* usum vindicavimus vid. ad p. 237.

Ibid. a). Teliorum dialectus, quam e nr. 169 R. aliquatenus cognovimus, cum Rhodiaca non differre videtur; infinitivi certe terminationem *μειν* communem habet vid. ad p. 315.

Pag. 413 in. E titulo nr. 159 R. apparet, Astypalaeenses syllabarum finalium correptione usos esse. Calymnius C. I. nr. 2671 accusativos in *ους* exeuntes praebet.

Ibid. l. 14. Nisyrii cum vicinis Cois eadem dialecto usi esse videntur. Correptio certe apparet e nr. 166 R. Idem titulus contractione in *ευ* abstinet, quae conspicitur in sepulcralibus nr. 168. E Cois titulis nr. 173 eandem contractionem aspernatur, nr. 175 praebet in *Θεύδωρος*.

Pag. 445 l. 1. Leg. *Φόλῳ*.

Ibid. fr. 60. Leg. *Χορδαί*.

Pag. 446 fr. 65. Titulum lege *Λόγος καὶ Λογῖνα*, vid. Theogn. Ann. Oxx. II. p. 114, 3, qui *Λογίνη* commemorat cum *Λιγκίνη*, *Ἀδρηστίνη*, *Εὐηνίνη*, *Εὐκολίνη*. Itaque *Λογῖνα* est patronymicum a *Λόγος* derivatum, id quod intellexit Bergkius de reliq. com. Att. p. 149.

Pag. 450 fr. 88. Schneidewinus meus per literas mihi indicavit, in Macrobii antiquissimo codice Parisiensi se invenisse *ΑΝΑΞΑΝΔΑΑΝ*, unde *ἄναξ ἀν' Ἴδαν* eruendum esse ipsa Macrobii verba certissime comprobare. Non satis intelligo, num illa in codice pro *ἄναξ ναίων* legantur; non assentior de Macrobii testimonio, qui quum demonstrare velit, Gargara pro excelsissimo montis loco accipi, Idae commemorationem in versu Epicharmeo non magis desideramus quam in Homerico ibi-

dem apposito: *ὥς ὁ μὲν ἀτρέμας εὗδε πάτηρ ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ.* Nam epitheta *ἄκρος* et *ἀγάννιφος* id efficiunt, quod Macrobius contendit.

Pag. 458 fr. 131. Versus *ἀνωνύμως* legitur Ann. Oxx. IV, 253, 29, ubi *τὸν σοφὸν ἄνδρα.*

Pag. 471 not. 57. leg. Commendatur pro Emend.

Pag. 476 fr. 105. Hoc fragmentum addidi Grysarum sequutus, cujus dissertatio de Sophrone, quum diu frustra quaesita tandem Schneidewini mei cura in manus meas pervenisset, nihil aliud continere visa est, quo hic quidem uti liceret. Consulto omisimus fragmentum, quod cum Huschkio de Annio Cimbro p. 64. Dindorfius in Thes. Par. s. v. *βαΐζω*, Grysar. p. 7, Meinekius Del. Anth. p. 135, alii e Tzetze ad Lycophr. 77 pro Sophroneo attulerunt: *ὁ γὰρ κύων βαΐξας (βαΰξας) λύει τὰ φάσματα* .. Ea enim Tzetzae verba esse, non Sophronis, recte intellexerat Blomfieldius ad fr. 38. Tzetzes ita: *θύουσι δ' αὐταῖς (Ῥέᾳ καὶ Ἑκάτῃ) κύνας, ὥς φησι Σώφρων ἐν Μίμοις· ὁ γὰρ κύων βαΐξας λύει τὰ φάσματα, ὥς καὶ χαλκὸς κροτηθεὶς εἴτε τι τοιοῦτον.*

EPIMETRUM.

Additamenta ad utrumque librum typothetae jam tradita erant, quum allata sunt quae vellem mihi prius praesto fuissent. Primum Franzii benevolentia epigrammata Lesbiacae dialecti, quae in Memnonis statua scripta extant, a se emendata et suppleta transmisit. Apud Letronnium, qui inscriptiones Memnonias e Saltii apographo in Transactionum Regiae Societatis Literarum Londinensis et peculiari libro edidit, sunt nr. 19. 21. 23. 24. 25; sed quum in his temporis augustiis neutrum librum mihi comparare possim, soli Franzii apographo confidere oportet. Viri igitur humanissimi venia impetrata apponam epigrammata, quae paucis cognita esse videntur, raro in gravioribus rebus a Franzii recensione recedere

ausus: neque enim compertum habeo, quae uncinis inclusa sunt, sintne a Franzio suppleta an correcta.

XIX.

Μέμνονα πυνθανόμαν Αἰγύπτιον ἀλίω αὔγᾳ
αἰθόμενον φώνην Θηβαΐκω 'πὺ λίθω
'Αδρίανον δ' ἐσίδων τὸν παμβασίληα πρὶν αὔγας
ἀελίω χαίρην εἶπέ Fοι ὡς δύνοτον.
Τίταν δ' ὄττ' ἐλάων λεύκοισι δι' αἴθερος ἵπποις
ἐν σκίᾳ ὠράων δεύτερον ἆχε μέτρον,
ὡς χάλκοιο τύπεντος ἴη Μέμνων πάλιν αὔδαν
ὀξύτονον· χαίρων καὶ τρίτον ἆχον ἴη.
κοίρανος 'Αδρίανος [τόσακ]ις δ' ἀσπάσσατο καὔτος
Μέμνονα. [Β]α[λβίλλα δὴ] 'καμεν οἶσι πόνοις
γρόππατα σαμαίν[ον]τά τ' ὄσ' εὔιδε κὤσσ' ἐσάκουσε·
δῆλον παῖσι δ' ἔγε[ν]τ' ὥς Fε φίλ[ε]ισι θέοι.

XXI.

Ἔκλυον αὐδήσαντος ἔγω 'πὺ λίθω Βάλβιλλα
φώνας τᾶς θείας Μέμνονος ἢ Φαμένωθ.
ἦλθον ὔμοι δ' ἐράτᾳ βασιλήϊδι τυῖδε Σαβίνᾳ·
ὤρας δὲ πρώτας Ἄλιος ἆχε δρόμον,

XIX. 1) Fr. *ἀλίῳ*. Cur et hic et tacite in reliquis lenem scripserim, vide infra; item in *αὔγᾳ* et ubique Lesbiacam barytonesin restituere placuit.

2) Fr. post *αἰθόμενον* commate distinxit, nescio an calami errore.

4) Fr. *εἶπέ γ' οἱ*, quod correximus e conjectura, in quam Franzium quoque incidisse alteris literis comperimus; idem e conj. *δυνατόν*.

10) Supplementum vix verum est, quum nomina in *ιλλα* et vere Graeca et a Latinis accepta ultimam corripiant.

11) Fr. *εὖ ἴδε*, sed admonitus nostram lectionem probavit.

12) Fr. *ὥς γ' ἑ* vid. ad vs. 4.

XXI. 1) Fr. *Βαλβίλλα*.

4) Fr. *δρόμος*, quod e conjectura mutavi.

κοιράνω Ἀδριάνω πέμπτῳ δεκότῳ [τ᾽] ἐνιαύτῳ,
φῶτα δ᾽ ἔχεσκεν Ἄθυρ εἴκοσι καὶ πέσυρα
(εἰκόστῳ πέμπτῳ [δ᾽] ἄματι μῆνος Ἄθυρ).

XXIII.

Χθίσδον μὲν [τύχομεν τῶ] Μέμνονος [ἐκπειρῶντες
ὡς πάλιν ἀ[λλ]οτρί[ω]ς [β]άξιν [ἀναινομένω· —
π[ν]ήει γὰρ σέμνα μόρφα βασιλήϊδος — [αἰ] μ[ὴ]
ἐχθοίσα [γ᾽ α]ὔτα θή[ϊον ἄχ]ον ἴῃ·
μὴ καί Fοι βασίλευς κοτ[έσῃ ὅ] νυ δᾶρον [ὀ]ν[ί]α
τὰν σέμναν κατέχει κουριδίαν ἄλοχον.
κὠ Μέμνων τρέσσαις μεγάλω[ν μόμφαν β]ασι[λή]ων
ἐξαπίνας αὔδασ᾽ [ἅ]δ[υ φίλ[οις [τ᾽ ἐ]χάρη.

XXIV.

Χαῖρε καὶ αὐδάσαις πρόφ[ρων, ταλαπείριε Μέμνον
τὰν [πρόσθεν μόρφαν πόλλ᾽ ἀποδυρόμενος
γλῶσσαν μέντοι ἀλεξ[ίκακον τήρην ἐπέοικεν·
Καμβύσαις ἄθεος τόν μο[ι ἔ]ωσ[ε λόγον

XXIII. 1) Lesbiaca dialectus postularet *ἐκπείραντες.*

3) *πνήει* Lesbiace *πνείει* esse debebat vid. de dial. Aeol. §. 5, 5 neque bisyllaba in *εω* Aeolicam terminationem *ηω* assumunt vid. §. 25 not. 8.

5) *Fοι* scripsimus pro *τοῖ* e Franzii suspicione; Fr. *ὀνία* cf. §. 12, 2. Conjectandi pruritus instigat, ut et ipsi in hoc epigrammate restituendo periclitemur:

Χθίσδον μὲν φώνην τῶ Μέμνονος οὐκ ἐθέλοντος,
ὡς πάλιν ἀλλοτρίως βάξιν ἔμελλεν ἴην,
ἤπειγ᾽ ἄρ σέμνα μόρφα βασιλήϊδος, αἰ μὴ
ἐλθοίσα γ᾽ αὔτα θήϊον ἆχον ἴῃ,
μὴ καί Fοι βασίλευς κότῃ ὡς πάνυ δᾶρον ὀνία
τὰν σέμναν κατέχει κουριδίαν ἄλοχον,
κὠ Μέμνων τρέσσαις μεγάλω μᾶνιν βασίληος
ἐξαπίνας αὔδασ᾽, ἃ δὲ κλύοισ᾽ ἐχάρη.

Nolim tamen de hoc lusu severius judicari, praesertim quum, quae in ipso lapide lecta sint, saepe mihi non constiterit.

δῶκέν τοι ποίναν τῶ σῶ [ὐβρίσματος ἠδ' ὤν
τὸν [Μ]ή[ν]ας Ἄπιν καὶ τὸν [Ὄσειριν ἔδρα.
ἀλλ' ἔγω οὐ δοκίμωμι σέθεν [τό γε κάλον ὄλεσθαι·
ψύχαν δ' ἀθανάταν [λ]οῖ[πον ἔ[σωσ]ε δέμας
εὐσέβεες γὰρ ἔμοι γ[έ]νεται σέ [ποτ' ἀσπάσδοντο
Βάλβιλλός τ' ὀ σόφος κἀντίοχος [προπάτωρ,
Βάλβιλλος γενέταις μᾶτρος βασιλήϊδος [Ἄ]κ[μας,
τῶ πάτερος δὲ πάτηρ Ἀντίοχος βασίλευς.
κήνων ἐκ γενέας κἄγω 'λοχον αἶμα τὸ κάλον,
Βαλβίλλας δ' ἔμεθεν γρόππατα λεύσετε δή.

XXV.

Αὔως καὶ γεράρω Μέμνον πάϊ Τιθώνοιο
Θηβάας θάσσων ἄντα Δίος πόλιος,
ἢ Ἀμένωθ, βασίλευ Αἰγύπτιε, τὼς ἐνέποισιν
ἴρηες μύθων τῶν παλάων ἴδριες.

Apparet nr. XXI et XXIV scripta esse a Balbilla quadam, nobili femina Sabinam Hadriani uxorem comitata, nec temere reliqua ad eandem originem revocaveris. Ea Lesbiacam dialectum non inter ipsos Lesbios didicerat, qui ne Alexandri quidem tempore digamma usi sunt, sed a grammaticis, neque horum epigrammatum dialectus vere Aeolica habenda est, sed praeter paucas vulgares formas errore immixtas (ut *αὐδήσαντος* pro *αὐδάσαντος* XXI. 1 et *κουριδίαν* pro *κωριδίαν* XXIII, 6) talis, qualem Balbilla Aeolicam esse a praeceptore acceperat: nonnulla haud dubie insunt hyperaeolica i. e. secundum analogiam, quae putabatur, Aeolidis male ficta. Jam singula, quae notatu digniora esse videntur, libri nostri de dialectis Aeolicis ordinem sequuti, perlustrabimus.

XXIV. 9) Lapis *γονεται*, quod Franzius correxit cf. vs. 11. Nolui quidquam hariolari in hoc epigrammate.

XXV. 1) Fr. *αὐτός*, quod sensu caret; scripsi *Αὔως* i. e. Ἠοῦς vid. d. dial. Aeol. §. 5, 5 et §. 21, 7. — Fr. *παῖ*.

§. 4. Balbillam omnem spiritus asperi usum a Lesbiaca dialecto abjudicasse, inde apparet quod in elisione et crasi tenuis nunquam mutata est: XIX, 11 *τ' ὄσ'* et *κὤσσ'* pro *θ' ὄσα* et *χὤσσα*, XXIII, 7 *κὠ*, XXIV, 10 *τ' ὀ* pro *θ' ὀ*. Nos gravibus argumentis demonstrare studuimus, Lesbios quum in aliis tum in articulo et relativis aspero usos esse, neque Balbillae auctoritas major est quam grammaticorum, quibus non credidimus. Ceterum ex ejus mente ubique lenem pro aspero scribendum duximus.

§. 5. Ipsum digamma Balbilla scripsit in pronomine tertiae personae *Fοι* et *Fε* XIX, 4. 12. XXIII, 5. Certissime enim ita corrigitur pro *γοι*, *γε*, *τοι*, quum neque illis in locis, ubi Franzius *γ' οἱ* et *γ' ἑ* scripserat, particula *γε* ferri possit, neque in ultimo *τοῖ* cum eodem pro *τῷ* accipi, quod aut Boeoticum est aut antiquae orthographiae; praeterea e Boeoticis inscriptionibus constat quam facile ab hominibus minus peritis pro digamma similes literae *Γ* et *T* in lapidibus legantur. — Deinde *υ* pro digamma inter vocales est in *Αὔως* XXV, 1 ex emendatione nostra et *εὔιδε* XIX, 5 i. e. *ἔFιδε*, *εἶδε*, cui similia vide §. 5, 5.

§. 6 nr. 1. *Πέσυρα*, quod legitur XXI, 6, confirmat judicium nostrum (vid. §. 12, 3), non recte *πέσσυρες* scriptum esse apud Hesychium.

§. 7 nr. 3. 4. *χθίσδον* pro *χθιζόν* est XXIII, 1, nescio an genuinae dialecto non convenienter.

§. 8. Liquidae geminatio ad Romanum nomen *Σάβιννα* temere adhibita est.

§. 9 nr. 3. Male *τ* geminatur in *ὄττ'* XIX, 5 pro *ὄτα*, *ὄτε*. Ad exempla nr. 4 commemorata accedit *γρόππατα* pro *γράμματα* XIX, 11 et XXIV, 12.

§. 10. Recte justam analogiam servant *τρέσσαις* pro *τρέσας* XXIII, 7, *παῖσι* pro *πᾶσι* XIX, 12 (dativi exempla desideraveramus vid. nr. 2), *ἐνέποισιν* pro *ἐνέπουσιν* XXV, 3; sed male ficti sunt nominativi declinationis primae *Καμβύσαις* et *γενέταις* XXIV, 4. 11, ut apud gram-

maticos Ὀρέσταις et Ἀτρείδαις, vid. §. 10 not. 3 et Vol. II p. 502.

§. 12. nr. 2. *O* pro *ᾰ* conspicitur in δύνοτος XIX, 9, γρόππατα pro γράμματα XIX, 11. XXIV, 12, δέκοτος XXI, 5, ʼλοχον i. e. ἔλαχον XXIV, 13, quae vere Lesbiaca esse non spondeo. Nam γράφειν legitur in titulis vid. L. I p. 77, λαχόην Sapph. 8; δύνοτος et δέκοτος peccant contra id quod docuimus, *ᾰ* non mutari in *o* nisi prope liquidas. — Rectius *υ* pro *o* est in ʼπύ XIX, 2. XXI, 1 i. e. ἀπύ, ἀπό et ὔμοι XXI, 3 i. e. ὁμοῦ.

§. 14 nr. 3. Ἦχε pro εἶχε bis lectum XIX, 6 et XXI, 4 confirmat quae diximus.

§. 16, 1. Miror penultimam productam in Θηβάας XXV; recte ibidem corripitur in παλάων.

§. 17, 2. Vulgaris crasis exemplis adde κἄγω XXIV, 13.

§. 18, 2. Ut Franzius recte θή[ϊον] restituerit XXIII, 4, aegre tamen credimus ipsos Lesbios ita dixisse pro θεῖος.

§. 19, 1. Adde ἔγεντο XIX, 12.

§. 20. Rariores aut incertiores genitivorum formae leguntur ὠράων XIX, 6, χάλκοιο XIX, 7, Τιθώνοιο XXV, 1.

§. 29, 2. Novum est adverbium ὔμοι pro ὁμοῦ XXI, 3, satis notum τυῖδε ibidem.

Deinde his diebus tandem aliquando Corporis Inscriptionum Voluminis secundi Fasciculus tertius allatus est. Eo continentur dialecti Lesbiacae fontes hi:

Tituli Cumaei nr. 3523. 3524. 3525 et Lampsacenus nr. 3640, quibus jam usi eramus. Corrige tamen quae diximus p. 510; nam in nr. 3523 brevior dativi forma non reperitur praeterquam in articulo τοῖς. Deinde in nr. 3524 l. 17 ἀρκέην non recte infinitivus futuri habitus esse videtur L. I p. 133 et l. 20 cum Boeckhio lege ἀσμενίζοισα χώρα pro ἄς μενίζοις ἀ χώρα ut Koenium secutus scripseram L. I §. 10, 4. — In Addendis ad secundum Corporis volumen sunt: nr. 2168, b. Tene-

diorum decretum in solo Olbiae repertum tam lacerum, ut vix Lesbiaca dialectus certo cognoscatur; titulus Mitylenaeus nr. 2166 e novo Kieperti apographo aliquoties emendatus est, ut l. 25 *[ὁμο]νόεντες*, quod adde §. 26, 2, et quum idem *φέροντον* l. 28 confirmet, nostrum judicium §. 24, 7 Boeckhius probavit, in aliis quoque nobis assensus. Novus accessit titulus Eresius nr. 2166, b, valde mutilus nec purae dialecti (ut *δισχιλίοις*, *πάσαις*, *εἰρωτῶντες* pro *δισχελλίοις*, *παίσαις*, *εἰρώταντες*). Notamus *πανδάμι*, quocum compara, quae in Cum. 3523 sunt, *ἀσύλι* et *ἀσπόνδι*, nisi forte rectius *πάνδαμι*, *ἄσυλι*, *ἄσπονδι* scribuntur, ut Aeoles horum ultimam eodem modo corripuerint, quo *αἶϊ* dixerunt pro *αἰεί*. In l. 2 nulla litera mutata legendum esse videtur *ἐξ]εκλάϊσε ἐκ τᾶς [πόλι]ος* i. e. *ἐξέκλεισε*. Boeckhius scripsit *ἐκάλεσε*. Mitylenaeus nr. 2166, c exeunte saeculo tertio scriptus, cujus dialectum Boeckhius valde temperatam esse dicit. Equidem nihil invenio, quod a dialecto tituli nr. 2166 recedat; nam *τὰς δαπάνας* extr., quem B. accusativum pluralem putavit (Lesb. *ταὶς δαπάναις*), propter lacunam vicinam aequo jure *τᾶς δαπάνας* scribi potest, ut sit genitivus. Iota dativis adscriptum est. — Methymnaeus nr. 2168, b, ubi *ἔννεκα* et *χέλληστυς* cf. Hesych. *χιλιάστυες, αἱ φυλαί*, vid. L. I. p. 58. — Delius, quem in hoc volumine p. 496 edidimus, legitur nr. 2265, b in Addendis. Boeckhius retinuit *Θελαισίω* l. 2, idem nomen in titulo Mitylenaeo nr. 2183, b Add. agnoscens. At hic lectio incerta et in illo Delii loco mensis significationem desidero. Deinde B. l. 7 *Πολυδεύκῃ* etc. dativos putat et corrigit *Εὐ[μ]ένῃ*, l. 10 *Θεοκλεί[τ]ω* legit cum Lebasio, ut alia omittamus dialectum minus tangentia.

Ad dialectum Doricam hi novi tituli pertinent: Corcyraeus Add. 1849, c mutilus. — Ithacensis Add. nr. 1925, o, ubi *Κληναγόρα*, quocum B. confert *Κληνίππα* in Zacynthio nr. 1940. Vellem dialecti illarum insularum ampliora monumenta extarent; nam *η* pro *ει* positum severiorem Doridem vel potius, nisi fallor, dialectum

Eliacae similem prodit. In Cephalenico Add. nr. 1930 f. fortasse est *ναῦτα* pro *ναύτης* ut in Eleorum foedere nr. 11 *τελέστα*. — In Chalcedonio nr. 3794, quem e Caylusio cognitum habueramus, B. corrigit *αἰσυμνῶντες* pro *αἰσιμνῶντες*, ut nos quoque voluimus p. 123, sed *ι* non prorsus damnat. Quod idem in tribuum nominibus *Πολητήας* et *Ἱππωνήας* l. 9. 11 *η* pro *ει* positum esse et illud nomen e *πολιτεία* natum existimat, vix probari potest, nec magis quod l. 18 patronymicum *Μενεκράτειος* agnoscit. — Theraeus nr. 2465 f., in quo vix verum est *οὖροι γᾶς* (v. l. *Θυρείτας*), quum Dores *ὅρος* dixerint. Ceterum dialectus impura, ut *φέρουσιν* pro *φέροντι*. — In testamento Epictetae nr. 2448. VI. 12, *πάρακα*, quod Meinekius in *βάρακα* mutari jusserat, B. nunc ita tutatur ut *π* sit pro *β* quomodo *Πύζας* pro *Βύζας*. Et audio in nummis Byzantii *Πυζ.* legi. — Astypalaeensis Add. nr. 2491, c, ubi *ἱαρασαμένα*. — In titulo Rhodio 2525, b l. 90 pro *ὅτε δέ κα*, quod minus Doricum est vid. L. II. p. 377, nunc ex accuratiore Franzii apographo *ὅτι δέ κα* legi jubetur. Accedit Rhodiorum decretum ad Cyzicenos nr. 3656, ubi notabile est, *ἐπ' ἱερέως* (B. non recte corrigit *ἐπί*) cf. p. 39. 554, et l. 15 *εὖντας*, quod non audemus cum Boeckhio in *ἐόντας* mutare; deinde inscriptiones vasorum fictilium Olbiae repertorum, quorum de origine Rhodiaca diximus p. 553: nr. 2085, l. (in sinistra est caput radiatum, quod Solis Rhodiorum dei esse existimo) *ἐπὶ Ξενοφάνευς*, nr. 2085, m *Ἀριστοκράτευς*, qui tituli aciem nostram fugerant, et Add. p. 1000 nr. 2 *Δαμοκράτευς*, nr. 5 *ἐπὶ Ἀ....θεμιος* leg. *Ἀριστοθέμιος*. — Cretici tituli in Addendis accesserunt: Judicii de finibus Itaniorum et Hierapytniorum a. 58—57 a. Chr. lati nr. 2561, b pars ex antiquioribus finium inter Hierapytnios, Itanios, Dragmios, Praesios descriptionibus petita l. 58—66 Doride severiore utitur. Ubi non credo *ΩΡΟΙ* recte pro *ὦροι* i. e. *οὖροι* accipi, quum Dorienses *ὅροι* dixerint aut *ὄροι*, ut est in tabulis Heracleensibus, sed *ὧροι* crasi ex *οἱ ὅροι* factum puto;

neque enim facile articulus abesse poterat et l. 65 legitur *ΟΙΔΕΘΡΟΙ* i. e. *οἱ δὲ ὅροι.* Titulus Elyrius nr. 2561, d severioris Doridis. Titulus nr. 2558, qui non Minoae sed Apterae repertus est, e Pashleji apographo emendatior editur Add. p. 1101. Confirmatur eo apographo lectio *εἰρήνα* et idem legitur nr. 2561, b Add. nec minus in titulo Cumaeo nr. 2523, ubi B. *εἰράνα* correxerat. Quare vereor nunc cum Boeckhio ne Doris et Aeolis recentiore tempore *η* in ea voce probaverint. Priansum et Praesum diversa oppida esse, quod suspicati eramus p. 105, nunc Pashlejo auctore Boeckhius intellexit p. 1100.

Postremo in Welckeri et Ritschelii Museo Rhenano Vol. II p. 544 seqq. Ulrichsius edidit sex titulos Tithorenses eidem lapidi inscriptos, quos circa Nervae aetatem exaratos esse judicat. Duo tamen priores, si quid video, aliquanto antiquiores habendi sunt. Nam et Doridem septentrionalem, quali Phocenses novissimis ante nostram aeram saeculis usi sunt, accurate exhibent et iota mutum ubique adscriptum habent praeterquam in conjunctivis *ἔχῃ* et *παραμένῃ* nr. 2 l. 10. 15, ubi more Dorico omittitur vid. §. 36 nr. 3, et diphthongo *ει* pro *ι* ex antiquiore consuetudine utuntur in *ἀποτεισάτω* vid. p. 184 et *ποθεικέτω* vid. infr., nunquam in aliis ut *Νίκων, τιμά;* denique nihil est cur post secundum a Chr. saeculum scripti putentur. Reliqui quatuor et impurae sunt dialecti et iota negligunt et *ει* secundum recentem morem pro *ι* positum et corruptioris adeo pronuntiationis multa documenta habent. Ceterum quod Ulrichsius non dubitat quin Soclarus Aristionis Tithorensis, quem Plutarchus in Amatorio commemorat, non diversus sit ab homine ejusdem nominis nr. 4, in familiis nobilibus eadem nomina per multa saecula propagari solebant.

Notabiliora, quatenus nostra interest, insunt haec: *ἱαρανθεσία* antiqua forma pro *ἱεραναθεσία* i. e. *ἱερὰ ἀνάθεσις* in titulo quamvis recenti nr. 4 l. 31 vid. §. 16; *συνευδοκέοντος* et *στραταγέοντος* nr. 1. 2 e more Doridis septentrionalis vid. §. 26, 5; *τὸ ἥμισον* in omnibus sex

et τῷ ἡμίσῳ nr. 2 l. 13 e more Phocico vid. §. 30, 6; μὴ ποθεικέτω μηθενὶ μηθενός (lapis μηθενες, quod Ulrichsius minus recte in μηθὲν mutavit) nr. 2 l. 10, quibus egregie confirmantur, quae p. 344 disputavimus de Dorico εἴκω pro ἥκω vel ἵκω; nr. 3 l. 7 ἐν ἐλευθερίαν secundum septentrionalis Doridis consuetudinem; ποθίερον τοῦ Σαράπιος nr. 1 l. 11 et ποθιέρους τῷ θεῷ nr. 2 l. 12, unde apparet nos recte judicasse p. 550; Gen. Δαμοκλέα, quem plagulam impressam corrigentes addidimus p. 562.

τῆρες Αἰγι — — — — — — — στατῆρε-
ς Αἰγιναίοι — — — — — — — — —
ἐνέστω. τι — — — — [στατῆρας Αἰγιναίος
ὀφειλέτω. — — — — — — — — —
ς ἔφοδον θ — — — — — — — — —
ιος. τὸν τ — — — — — — — καὶ τὸν
δρόμον καὶ — — — — κατὰ Πυθιάδα ἑκά-
σταν ἐφακε — — — — — — — — —
ἐν τᾷ Πυθ ἐπικοσμήσας — — — — — —
στατῆρας Α ὁ ὀφείλων, εἰλέσθω τοῦ ἱαροῦ ἁ πόλις
ἐξ ἇς κ' ε — — — — — — — καὶ τ-
ὰς γεφύρας — — — — — — — — —
μὴ σινῆται — — — — — — — — δ-
εῆται καὶ (— — — — — — [Ἱερομηνί-
α Πυθιάς. — — — — — — — — —
Πύθια δ' — — — — — — — — Δ-
ελφοὶ τοῦ ς Αἰγιναίος — — — — — —
ποττὸν θεὸ — — — — — — — — ἦ
[δ]α[λ]εώντι — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — —

[illegible] Αἰγιναῖοι. [illegible] στατῆρες [illegible] — — — — — — στατῆρ-
ς Αἰγιναῖοι. καὶ τὰ πορ[π]άματα καὶ ἁ στεφάνα χρύσεα ἐόντων. π — — — — — — — — — — — — — —
ἐνέστω. τοῦ βοὸς τιμὰ τοῦ ἥρωος ἑκατὸν στατῆρες Αἰγιναῖοι. τὰς — — — — — — — — — [στατῆρας Αἰγιναίος
ὀφειλέτω. χρηστήριον αἴ τίς κα μὴ παρέχῃ, ἑκατὸν στατῆρας ὀφε[ιλέτω — — — — — — — — — — — — —
ς ἔφοδον θύεν ἐν Ἀνεμαίαις τρικτεύαν κηΐ[ω]ν τῷ [Ἀπόλλωνι], τρικτεύαν κηΐ[ων — — — — — — — — — — —
[illegible] καὶ τὸν
[illegible] — — — [illegible] Πυθιάδα ἑκά-
σταν ἐφακεῖσθων πρὸ Πυθίων, ὅτινός κα δεώνται. αἴκα μὴ τοὶ ἱαρομναμό[νες — — — — — — — — — — — —
ἐν τῷ [illegible] — — — — —
στατῆρας Αἰγιναίος. [illegible] ἁ πόλις
[illegible] — — — — — — — καὶ τ-
ὰς γεφύρας ἐφακεῖσθαι Ἀμφικτιόνας καττὰν αὐτοῦ ἕκαστον [χώραν — — — — — — — — — — — — —
μὴ [illegible] ? — δ-
εήται καὶ ζαμιούντων τοὶ ἱαρομναμόνες. κἠπὶ τοῖς ποταμοῖς — — — — — — — — — — — — [Ἱερομηνί-
α Πυθιάς. ἐνιαυτία ἁ ἱερομηνία ἁ Πυθιὰς ἴσα πάντεσσι ἐκ τᾶς — — — — — — — — — — — — —
Πύθια δ' [illegible] τοῦ Βουκατίου μηνὸς τοῦ ἐν Δελφοῖς. [illegible] — — Δ-
ελφοὶ τοῦ Βυσίου μηνός. [illegible] — — — — —
ποττὸν θεὸν καὶ τὰ πάντα διδόντων τοῖς Δελφοῖς. αἰ δέ κα μ[ὴ] διδῶντι — — — ;
[δ]α[λ]εώνται τὰν ἐκεχ[ει]ρίαν, εἰλέσθων τοῦ ἱαροῦ. ι — — — — — — — — —
— — — τὰν ἐκεχ[ει]ρίαν. ἱερομνα[μον] ……νυ — —

Corp. Inscr. nr. 1688.

Πυθέου ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Ἱπποθ[ω]ντίδος τρίτης [πρυτανευούσης — — — — — — — — — — — — — —
— — κο — — — — — — — — — — — — — — — — —
δικ[αξέω τ]ὰς δίκας ὥς κα δικαιοτάτα[ν] γνώμαν [θ]έμε[νος] ἐ[ν] Ἀμ[φικτιόνεσσι — — — — — — — —
γρα[φέω] κατὰ γνώμαν τὰν αὐτοῦ καὶ [ὅ,]τι [γ]ράμ[μ]α τὰν δ[ίκ]αν οὐ [παρβασεῖται? — — — — — — — —
ποκλ....ι τὰ καταδικασθέντα [ἐ]κπραξέω ἐν δύνασιν καὶ με[τὰ πάσας σπουδᾶς? — — τὰ αὐ-
τοῖς [ἐ]όντ[α] οὐδὲ τῶν χρημάτων τῶν Ἀμφικτιονικῶν ὑπο[βαλεόμαι οὐδὲν — — — αὐτῷ
ἐμ[ίνγ]α οὐδ' ἄλλῳ δωσ[έω] τῶν κοινῶν χρημάτων...........ετ — — — — — — — — —
[illegible]
λὰ καὶ τἀγαθά, αἰ δ' ἐφιορκέ[οιμι], τὰ κακὰ ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν — — — — — — — — — — — τῶν γ-
εγραμμένων μὴ ἀπογραφέν, ἀλλ' ὧν κατὰ τοὶ ἱερομναμόνες κε[λευσέοντι? — — — — —
[illegible]
[illegible]
ἱερομναμόνας ὁρκιξέω καὶ τὸς καρύκας τὸν αὐτὸν ὅ[ρ]κον [τ]όμ[περ καὶ αὐτὸς ὤμοσα? — — — — — — — — —
τὸν φόρον καὶ τὰ ἱερὴ ... ἀθρόα συναγόντων, τὸς [ὧ]νος τ[ῶ]ν δοκιμα[σθέντων ἀποδιδόντων? — — — — — — τὰν ἐκ-
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
εἰλέσ[θω τ]οῦ ἱαροῦ καὶ στρατευόντων ἐπ' αὐτὸς Ἀμφικτυόνες. — — — — — — — — — — — — [ἐπὶ τᾶν ὁ-
δῶν τ[ᾶν] τᾶς ἱερᾶς γᾶς κοπρον μη αγεν μηδεμίαν. οἰκήσιος ἐπι — — — — — — — — —
ενειδια. ἐπὶ θαλάσσᾳ. τὰς δὲ παστάδας κοινὰς εἶμεν πάντεσσι — — — — — — — — — — — — — μι-
[illegible]
εν οἰκί[αν] μηδεμίαν μηδὲ μύλαν ἦμεν μηδὲ ὅλμον. αἰ δέ τις [παρβαίνοι τὸς νόμος τὸς [illegible]
[illegible]
.. ταγ[γελ]λοντων πο[τ]ίτος ιαρομναμονας. Δῶτις. ὁ δῶτις τᾶς ... — — — — —
Αἰγιναῖοι. το δ αμπεχονον πεντηκοντα καὶ ἑκατὸν στατῆρ[ες Αἰγιναῖοι. τῶν δὲ ἐπὶ τὸ ἀμπέχονον
... στατῆρες Αἰγιναῖοι. — — — —
δέκα στατῆρες Αἰγιναῖοι. τᾶς ἀσπίδος διακατίοι στατῆρες Αἰγι[ναίοι. — —

— — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — —
τι — — — — — — — — — — — —
είται? — — — — — — — — — — —
ᾶς? — — — — — — — — — τὰ αὐ-
— — — — — — — — — — αὐτῷ
— — — — — — — — — [ὀμνύω κατ-
ευορκέοντι μέν μοι περὶ ταῦτα γίνοιτο πάντα τὰ κα-
— — — — — — — — — — τῶν γ-
— — — — — — — — — — — —
ὀμνύω καττοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου καὶ τᾶς Λα-
το, αἰ δ' ἐφιορκέοιμι, τὰ κακὰ ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν. τὸς δὲ
ὤμοσα? — — — — — — — — — —
ν ἀποδιδόντων? — — — — — — — τὰν ἐκ-
ἱαρᾶς γᾶς. αἴ τίς κα τὰν γᾶν ἐπιερ-
έτω τοῖς ἱαρομναμόνεσσι τοῖς Ἀμφικτιόνων — — —
ν τᾶν γᾶν, ἂν Ἀμφικτιόνες ἱαρῶσαν?
ἀποτινόντων πελέθρου ἑκάστου, οὗ μὴ περιήσαν?
ν ὁ ὀφείλων, ἁ πόλις ἐξ ἇς κ' εἶ ὁ ἱαρομνάμων
— — — — — — — — — [ἐπὶ τᾶν ὁ-
— — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — μι-
ἄλλαν δὲ ἐν τᾷ ἱαρᾷ γᾷ ἐνεῖμ-
βαίνοι τὸς νόμος τὸς ἐνταῦθα γεγραμμένος, τοὶ ἱ-
ήμισυ τοῦ ἐπιζαμίου ἔστω τῶν?
εἰκόνος ἅδε ἔστω? — — — — — — στατῆρες
ν δὲ ἐπὶ τὸ ἀμπέχονον — — — — πορπαμά-
— — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — στα-